ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ-ΣΤΑΣΕΩΣ ΤΩΝ ΣΗΜΕ-ΡΟΝ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΩΝ ΓΑΛΗΝΩΝ·

Πόν[illegible]ριστοφόρου τοῦ Ἀγγέλου ἕλληνος.

--- --- --- δόσις τ' ὀλίγη τε φίλη τε

Γίνεται ἡμετέρη --- --- ---

ENCHIRIDIUM DE STATU HODIER-NORUM GRÆCORUM:

Opera CHRISTOPHORI ANGELI GRÆCI,

Græcè conſcriptum;

jam

cum Verſione Latina è regione poſita,

& ANNOTATIONIBUS,

multò, quàm antehac, LOCUPLETIORIBUS

Cura

GEORGII FEHLAVII, ECCLESIASTÆ DANTISCANI

ADORNATUM.

LIPSIÆ,

IMPENSIS JOHANNIS GROSSII ET SOCII.

LITERIS JOHANNIS COLERI.

JUDICIA DE HOC LIBRO CELEBERVI-

Ἀξιέπαινός ἐστι ὁ τοῦ Βιβλίου τούτου Συγγραφεύς, Χριστόφορος Ἄγγελος, διά τε τὴν Εὐσέβειαν ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ ἐκλάμπουσαν, καὶ διὰ τὸ φιλόπονον ἐν τῇ Ἑλληνικῶν ἐθισμάτων φανεροποιΐᾳ, ἵνα γνωσθῇ καὶ ἄλλοις, οὐδέποτε αὐτῷ ἐντυγχάνουσι, τὴν Διατριβὴν ταύτην τυπωθῆναι δεῖν ὁμολογῶ.

Τρι. Πι.

Σύμφημι κἀγώ.

Σαμ. Κολλῖνος

Χρήσιμον ἡγοῦμαι τὴν τὸ Βιβλίον ἔσεσθαι πολλοῖς, ἐὰν ἐκδοθῇ.

Ἀνδρέας Δοῦνης.

DE-

RIMORUM ALIQVOT IN ANGLIA RORUM

LAUDEM jure meretur libelli præſentis Scriptor, Chriſtophorus Angelus, non ſolùm ob pietatem in omni vita relucentem; ſed etiam ob laborem protrahendis in medium moribusq; ritibusq; Græcorum impenſum. Qvæ,ut & in aliorum,qvi forte in autorem ipſum nunqvam incident, veniant notitiam conſcientiamq́;, Diatribam hanc publicis typis exſcribendam eſſe judico.

TR. RICHARDSONUS.

Idem & ego cenſeo.

SAMUEL KOLLINUS.

LIBELLI hujuſce editionem plurimorum cum fruge & utilitate conjunctam fore, omninò exiſtimo.

ANDREAS DUNES.

DEDICATIONES GRÆCO EXEMPLARI ANNO
CANTABRIGIENSIS PUBLICIS TY-

Τοῖς Ἐκλαμπροτάτοις τε καὶ Σοφωτάτοις, καὶ πάνυ πολυμαθεστάτοις Ἀνδράσι, τοῖς τῆς Θεοπνεύστου Θεολογίας ἐπωνυμίαν ἀξίως κληρονομήσασι καὶ νομικοῖς Διδασκάλοις, καὶ Ἐμπειροτάτοις Ἰατροῖς, Φιλοσοφίας τε καὶ Ἑλληνικῆς γλώττης, καὶ πάσης Ἐπιστήμης ἐρασταῖς. Φιλέλλησί τε καὶ Τρισμεγίστοις καὶ ὑπερυψουμένοις ἑρμαῖς, Πεφιλημένοις Πατράσι τε καὶ ἀρωγοῖς μοί, ἔργῳ τε καὶ λόγῳ· Τῷ Σοφωτάτῳ Κυρίῳ καὶ Ἐπιστάτῃ τῆς Ὑψηλοτάτης τε καὶ Ὑπερβοώντου Ἀκαδημίας τῆς Κανταβριγίας, καὶ τοῦ πάνυ Εὐπρεπεστάτου φροντιστηρίου τοῦ Γαΐου καὶ Γονυβέλλου, Γοσλίνῳ· Καὶ πᾶσι τοῖς Σοφωτάτοις τε καὶ Πολυμαθεστάτοις, καὶ Βασιλικωτάτοις Διδασκάλοις, καὶ Ἐπιστάταις τῶν Πανευφήμων φροντιστηρίων, τῶν ἐν Ἀμφοτέραις Φωσφόροις τε καὶ Ἀστραπομόρφοις Μεγάλαις Ἀκαδημίαις ἐν τῇ Μεγάλῃ Βρεττανίᾳ, καὶ Σοφωτάτοις Φύλαξι, καὶ ἑτέροις τοῖς ἐν Ἀξιώμασι τυγχάνουσιν ἐν Ἀμφοτέραις ταῖς προλεγχθήσαις Ἀκαδημίαις, εὐφημεῖν. Καὶ ἀντιβολῶ καὶ αἰτῶ τοῦτο, τοὺς τοῖς ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ παρ' ἐμοῦ λεγομένοις συνηγορεῖν, καὶ ταῖς Ἐνδείαις καὶ Συμφοραῖς μου ἐπαμύνειν.

M. DC. XIX. IN TYPOGRAPHIA ACADEMIÆ
PIS EDITO PRÆFIXÆ

VIRIS multo Celeberrimis, Sapientissimis, omnigenæq́; Eruditionis laude cumulatissimis, SacroSanctæ Theologiæ dignissimis Doctoribus, Legū Professoribus, Experientissimis Medicis, Philosophiæ, Lingvæ Græcæ & in universum omnis Scientiæ Amatoribus, Græcorum Studiosissimis & Trismegistis Supereminentissimisq; Hermis, PATRIBUS ac ore opereq́; Patronis & Evergetis meis Dilectissimis: Sapientissimo Domino, ac Supremæ Famigeratissimæq́; Cantabrigiensis Academiæ, nec non florentissimi Gaji & Gonibelli Collegii RECTORI & Inspectori GOSLINO. Ut & reliqvis omnibus Sapientissimis & Polymathiæ fama præclarissimis Regiis Professoribus, & Inspectoribus celebratissimorum Collegiorum in utrisq; splendidissimis illustrissimisq́; Magnæ Britanniæ Magnis Academiis, & Sapientissimis Curatoribus, cæterisq́; in dignitate apud utrasq; prædictas Universitates constitutis, SALUTEM. A qvibus majorem in modum oro contendoq;, ut ea, qvæ à me in hoc libello proferuntur, patrocinio suo defendere, Necessitati verò & Calamitati meæ succurrere non dedignentur. Libellum hunc,

μύνειν. Βιβλίον Τεκμήριον Ψυχῆς Ἀείμνηστον καὶ Τεισπόθητον, ταῖς Πανενδοξοτάταις δυσὶν Μεγάλαις Ἀκαδημίαις ἐν τῇ Μεγάλῃ Βρεττανίᾳ. Εὐχαριστίας μνημεῖον ἀφιερῶ χρυσόφορος Ἄγγελος Ἕλλην, ὃς πολλῶν πληγῶν καὶ Μαστίγων ἐγδυσάμην ἀδίκως παρὰ τῶν Τουρκῶν διὰ τὴν εἰς χριστὸν πίστιν.

ΤΩ ΠΑΝΕΝΔΟΞΟΤΑΤΩ, ΤΕ ΚΑΙ Ἐμβαθυνοτάτῳ, καὶ ὡς Πεπαιδευμένῳ Ἀνδρί, τῷ τοῦ Θεοπνεύστου Μάννα ἐπωνυμίαν ἀξίως κληρονομήσαντι· Φιλοσοφίας τε καὶ Ἑλληνικῆς Φωνῆς, καὶ πάσης Ἐπιστήμης Ἐραστῇ, καὶ Τρισμεγίστῳ Ὑπερευψουμένῳ Ἑρμῇ, καὶ Ἀρίστῳ Ἐπιστάτῃ τοῦ Πολυθρυλλήτου τε καὶ Ὡραιοτάτου Φροντιστηρίου τῆς Παναγίας Τριάδος, καὶ Φιλέλληνι, καὶ Πεφιλημένῳ Πατρί τε καὶ Ἀρωγῷ μοι ἔργῳ τε καὶ λόγῳ Κυρίῳ Διδασκάλῳ Ῥιχαρδσόνῳ, σὺν πᾶσι τοῖς Αἰδεσιμοτάτοις, Διδασκάλοις τε καὶ Ἀδελφοῖς, τοῖς τὴν Ἐπωνυμίαν τῆς Ἁγιωτάτης Θεολογίας ἀξίως κληρονομήσασι, καὶ τῶν λοιπῶν Ἐπιστημῶν, τῶν προλεγχθέντων, μετόχοις κατὰ πάντα, τῆς Ἀρετῆς, καὶ Ἀρωγοῖς τῆς τυπώσεως τοῦ Βιβλίου τούτου, καὶ τοῖς λοιποῖς, Διδασκάλοις τοῖς καταξίαν ἐν τῇ Ἁγίᾳ Τριάδι εὐπραττειν.

Ἐπει-

publicum perpetuumq; testimonium deditissimi flagrantissimiq; affectus, Utrisq; multò Celebratissimis Magnis Magnæ Britanniæ Academiis in gratitudinis monumentum consecro Christophorus Angelus, qvi propter fidem in Christum plurimas plagas & flagella à Turcis immeritò perpessum sum.

CELEBERRIMO, PROFUNDISSIMÆ Sapientiæ & Eruditionis Viro, Divinitus inspiratæ Theologiæ Doctori dignissimo, Philosophiæ, Lingvæ Græcæ & omnis Scientiæ Amatori, Trismegisto & Supereminentissimo Hermæ, Benemerentissimo Rectori & Inspectori Celebratissimi & Splendidissimi Collegii ad SacroSanctam Trinitatem, Græcorum Amantissimo, Patri & verbisq; factisqve Opitulatori meo Dilectissimo. Domino Professori Richardsono, & reliqvis omnibus Reverendissimis Professoribus & Fratribus, SacroSanctæ Theologiæ Doctoribus dignissimis, uti & cæterarum jam recensitarum Scientiarum, omnium Virtutum ornamentis maxime conspicuis Editionis libelli hujus Promotoribus, nec non & reliqvis Professoribus pro cujusqve Dignitate ad Sanctam Trinitatem

REM BENE GERERE.

Qvan-

Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἔκπαλαι προσαναταξάσθαι περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων διαγωγῆς, ὁ μὲν οὕτως, ὁ δὲ οὕτως κατὰ τὸν τότε συμβάντα χρόνον, καὶ ἕκαστος τὸ κατὰ δύναμιν ἔγραψε, διὰ δὲ τὸ κομψὸν, καὶ πολυχρόνιον τῆς διηγήσεως ἐκείνων, οὐ πᾶσι φαίνεται ὁ λόγος ἐκείνων, τούτου ἕνεκα, ὦ Ἱεραὶ κεφαλαὶ, ᾠήθην σαφηνίσαι φανερωτέρως τὰς κατὰ σήμερον ἀκμαζόντων Ἑλλήνων πράξεις· τὸ μὲν, ἵνα τὴν ὑπόσχεσιν πληρώσω, ἣν περὶ πολλοῦ πολλάκις ὑπεσχόμην, πολλοῖς τῶν Πανευδαιμονεστάτων τε καὶ Μακαριωτάτων Ὑμῶν Ἀδελφῶν. τὸ δὲ ἵνα φανερωτέρως τὰ μερικὰ τοῦ νῦν χρόνου τῶν Ἑλλήνων διασήσαιμι, Ἐνδοξοτάτοις τε καὶ Σοφωτάτοις Φίλοις Ὑμῶν ἕνεκα περὶ ὧν δέομαι ὑμῶν οὖν τοῦτο, καὶ ἱκετεύω, τοὺς τοῖς ἐν τῷ Βιβλίῳ τούτῳ, ὑπὲρ ἐμοῦ λεγομένοις συνηγορεῖν, καὶ ταῖς ἐνδείαις, καὶ Συμφοραῖς μου ἐπαμύνειν. Ἐγχειρίδιον Τεκμήριον ψυχῆς Ἀειμνήστου, καὶ Τρισπόθητον Εὐχαριστίας Μνημεῖον,

τῇ παναγίᾳ Τριάδι ἀφιερεῖ

Χριστόφορος Ἄγγελος Ἕλλην.

Qvan-

Qvandoqvidem qvàmplurimi jam olim Statum Græcorum ordine recensere sunt aggressi, illo hâc, alio aliâ ratione, qvolibet pro sua virili, scriptionem instituente, prout illorum temporum reqvisivit constitutio; relatio autem eorum, & propter affectatam dictionis elegantiam, & præterlapsi temporis diuturnitatem, non omnium oculis & intelligentiæ est exposita: constitui & ego qvoqve, Viri Reverendi, clarius paulò pauloque luculentius hodiernorum Græcorum vitam actionesqve proponere, tùm ut promissum pluribus Fratrum vestrorum felicissimis Beatissimisque sæpiculè factum implerem, tum ut vobis, Viris Præclarissimis Sapientissimisqve, Amicis nostris, omnia qvæ hoc tempore singillatim apud Græcos geruntur, magis dilucidè ante oculos ponerem. A qvibus, quantum possum, contendo, ut patrocinium suum scripto huic non denegent, & Necessitatibus calamitatibusqve meis succurrant. Enchiridium in sempiternum affectus signum, desideratissimumqve gratitudinis monumentum

Sacro Sanctæ Trinitati consecrat

Christophorus Angelus Græcus.

INDEX CAPITUM.

Περὶ τῶν Κεφαλαίων.

λε. περι-

INDEX CAPITUM.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑΣΤΑΣΕΩΣ ΤΩΝ ΣΗΜΕΡΟΝ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΩΝ ΕΛΛΗΝΩΝ.

ΩΣ πάνυ καλὸν χρῆμά ἐστι τὴν τῶν ἁγίων μαρτύρων τε καὶ ὁμολογητῶν μνήμην εἰς μέσον ἄγειν, καθὰ φησὶν ὁ Παῦλος φιλιππ. γ. στοιχ. α. Μιμηταί μου γίνεσθε. Καὶ ὁ Σολομὼν ἐν παροιμίαις κεφ. κθ. ἐγκωμιαζομένων Δικαίων εὐφρανθήσονται λαοὶ, Τοῦτ' ἐστι, διὰ τὸ ἀναγινώσκειν τὸν βίον τῶν μαρτύρων τε καὶ Ὁμολογητῶν, οἱ Ἄνθρωποι εὐφραίνονται, ὅταν ἀκούωσι τὰ Ἄθλα τῶν μαρτύρων, καὶ ὅτι ἐνίκησαν οἱ Μάρτυρες διὰ τὴν ὑπομονὴν, καὶ στηρίζονται καὶ αὐτοὶ πρὸς τὸ ὑπομένειν τοὺς πειρασμούς. Καθὼς καὶ οἱ μάρτυρες, ὡς καὶ οἱ Ἕλληνες σήμερον ὑπομένουσι πολλοὺς πειρασμοὺς ἀπὸ τῶν Τουρκῶν, διὰ τὴν ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ. Ὡς κἀγὼ ἔπαθον. Διὰ δὲ τὸ ἀναγινώσκειν με καὶ γράφειν τοὺς βίους τῶν ἁγίων Μαρτύρων, ὅταν οἱ κοινοὶ ἐχθροὶ τῆς ἀληθείας τε καὶ εὐσεβοῦς πίστεως ἐκράτυσάν με ἀποκτεῖναι διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, ἐγὼ ἐμνήσθην τῆς ὑπομονῆς τῶν ἁγίων Μαρτύρων,

STATUS ET RITUS

HODIERNORUM GRÆCORUM.

OMni ex parte res est egregia, Sanctorum ac Martyrum, Confessorumqve memoriam celebrare, (A) sicut Paulus dicit: Philip: 3.1. Estote imitatores mei, & Salomon in Proverbiis cap. 29. Quando proborum encomia recensentur, lætabitur populus. Hoc est: Cum Homines Martyrum Confessorumqve legunt vitas, gaudent dum audiunt certamina Martyrum, & qvòd vicerint Martyres per patientiam, & ideo ipsi quoqve confirmantur ad similes tentationum insultûs Martyrum exemplo superandos. (B) Sicut & Martyres, æqve ac Græci hodie quamplurimas afflictiones à Turcis sibi illatas solius Christi amore patienter sustinent. Id quod ego ipse expertus sum. Cum enim aliquando, & Veritatis & Religiosæ Fidei communes illi hostes, me propter Fidem Christianam ad necem raperent, quia Sanctorum Martyrum vitas quà legendo, quà scribendo, jam ante mihi reddideram perspectas, patientiæ illorum illicò recordatus & totus morti traditus sum. Ac ex flagellatione infidelium horum, gratiâ omnia intuentis Christi, veri Dei nostri, per integræ horæ spatium exanimis jacui; post eam elapsam

§. I. Sanctorũ & Martyrũ memoriam celebrare est res laudabilis.

§. II. Christoph. Angeli afflictiones à Turcis illatæ.

τύρων, καὶ ὅλος παρεδόθην εἰς Θάνατον. Καὶ διὰ τῆς χάριτος τοῦ παντοδύνατου Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, μίαν ὥραν νεκρὸς ἔμεινα ἀπὸ τῶν μαστίγων τῶν ἀπίστων, καὶ πάλιν μεθ' ὥραν ὁ παντοδύναμος ἐχαρίσατό μοι τὸ ζῆν. Ὡς οἱ Ἕλληνες τῶν Ἀθηναίων ἤκουσαν, ἐκ σομάτων τῶν τυραννησάντων μὲ Τουρκῶν καὶ εἶπον μοι ὅσα ἤκουσαν, ὅτι μίαν ὥραν νεκρὸς ἔμεινα ἀπὸ τῶν μαστίγων τῶν Τουρκῶν, καὶ οὐκ ἠρνήθην Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, ὡς γράφεται ἡ ὑπόθεσις ἐν τῷ Βιβλίῳ τοῦ πάθους μου. Νυνὶ δὲ χάριτι Χριστοῦ χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου, ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί μοι Χριστῷ. Ὡς ἐν ταῖς πράξεσι γέγραπται, κεφ. ε. Καὶ προσκαλεσάμενοι τοὺς ἀποστόλους, δείραντες παρήγγειλαν, μὴ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἀπέλυσαν αὐτούς. Οἱ μὲν οὖν ἐπορεύοντο χαίροντες ἀπὸ Προσώπου τοῦ συνεδρίου, ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι. Ὡς καὶ ἐν Ησαίᾳ κεφ. μγ. Ἀγαγέτωσαν τοὺς Μάρτυρας αὐτῶν, καὶ δικαιοθήτωσαν. Χαιρόμεθα γὰρ διὰ τὸ δικαιωθῆναι τοὺς Μάρτυρας ἕνεκα τῶν αθλων αὐτῶν, ὡς φησιν, ὁ Ἰωάννης ἐν Ἀποκαλύψει: Ὁ νικῶν ποιήσω αὐτὸν Στύλον ἐν τῷ Ναῷ τοῦ Θεοῦ μου. κεφ. γ. στιχ. ιβ.

Ἐξή-

tamen omnipotens gratiam vivendi iterum mihi contulit. Cujus rei narrationem, uti Græci Athenienses ex ipſo Turcarum me cruciantium ore hauſerant: ita pari fide eandem mihi retulerunt, qvòd ſcilicet Turcarum flagris miſerè confectus, ad unam horam etiam vitâ exutus, nec tamen Chriſtum verum Deum abnegaverim; quemadmodum de hoc argumento libellus, qui de meis conſcriptus eſt tribulationibus, pluribus agit. Nunc verò per gratiam Chriſti ob calamitates iſtas meas gaudeo, in qvibus mihi Chriſtus vires & Facultatem ſuppeditavit. Qvemadmodum cap. 5. Actuum Apoſtolicorum ſcriptum extat. Convocatisque Apoſtolis, iisque cæſis, præceperunt, ne loqverentur in nomine Jeſu, & dimiſerunt illos. Illi autem læti abierunt à conſpectu Synedrii, qvòd digni habiti eſſent, qui pro nomine Chriſti contumeliis afficerentur. Et apud Eſaiam cap. 43. Dent Martyres ſuos & juſtificentur. Lætamur enim quòd juſtificentur Martyres ob certamina ſua, ut in Apocalypſi loqvitur Johannes: Qui vicerit, hunc ego columnam in domo Dei mei conſtituam. Cap. 3. v. 12.

§. III. *Libellus Chr. Angeli de ipſius tribulationibus.*

Ἐξήγησις πρώτη. Ἀλλ' ἐξιχνιάσωμεν κατὰ τὴν τῶν σήμερον Ἑλλήνων ἐξήγησιν, τί σημαίνει Στύλος; Ἐὰν δὲ μηκυνθῇ ὁ λόγος σύγγνωτε ὦ ἱεραὶ κεφαλαί. Ὁ Σολομὼν ἐν παροιμίαις ἑρμηνεύει τοῦτον τὸν Στύλον ποικίλως, ἐν κεφ. θ. λέγων· Ἡ Σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, καὶ ὑπήρεισε στύλους ἑπτά. Σοφία σημαίνει τὸν υἱὸν τοῦ Ἀοράτου Πατρός. Οἶκον, τὴν ἑαυτοῦ σάρκα καὶ τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ. Στύλους ἑπτὰ αἰνίττεται τοὺς ἑπτὰ χοροὺς τῶν Ἁγίων, μεθ' ὧν στηρίζεται ἡ ἁγία Ἐκκλησία τοῦ Χριστοῦ. Ἐξ ὧν ὁ πρῶτος χορός ἐστι τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ὁ δεύτερος τῶν ἁγίων Μαρτύρων, διὰ τὸ λέγειν τὸν Παῦλον πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῇ κεφ. β. στοιχ. κθ. Καὶ τοὺς τοιούτους ἐντίμους ἔχετε, ὅτι διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ, μέχρι θανάτου ἤγγισε. Τρίτος τῶν Προφητῶν. Τέταρτος τῶν Ἱεραρχῶν καὶ Ἱερέων καὶ Ἱεροδιακόνων. Πέμπτος, τῶν Ὁμολογητῶν, τῶν μὴ θανόντων, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ ἀθλησάντων. Ἕκτος χορὸς τῶν Παρθένων, καθά φησιν ὁ Ἰωάννης ἐν Ἀποκαλύψει κεφ. ιδ. στοιχ. α. Καὶ μετ' αὐτοῦ ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρες χιλιάδες. Παρθένοι γάρ εἰσιν, οὔπω ἐμολύνθησαν μετὰ γυναικῶν. Ἕβδομος χορὸς τῶν Δικαίων ἐστί.

Δευτέρα Ἐξήγησις. Διὰ τί ὁ Σολομὼν ἐκάλεσε τούτους τοὺς ἑπτὰ χοροὺς Στύλους; Ἐκάλεσε μὲν αὐτοὺς Στύ-

§. IV. *Quid per Columnas Prov. 9. ſignificetur.*

EXplicatio prima. Sed inveſtigemus, quid Columna ſecundum hodiernorum Græcorum interpretationem ſignificet? Si autem longius procurrerit ſermo, ignoſcite, ô Sacra Capita. Salomon. Cap. 9. Proverbiorum Columnam hanc variè explicat; dicens: Sapientia ædificavit ſibi domum, eamq; columnis firmavit ſeptem. Voce Sapientiæ indigitatur Filius Patris inviſibilis; (C) Domus vocabulo caro ſanctaqve ejus Eccleſia deſcribitur. Septem Columnæ ænigmaticè deſignant ſeptem Sanctorum Choros, qvibus qvaſi fulcris ſancta Chriſti ſtabilitur Eccleſia. Horum Chorus Primus eſt Sanctorum Apoſtolorum, Secundus Sanctorum Martyrum, qvia ſcilicet Paulus Epiſtolæ ad Philippenſes Cap. 2. v. 29. dicit: Et tales in honore habete, qvia propter Chriſti negotium morti extitere qvàm proximi. Tertius eſt Prophetarum. Quartus ſummorum Sacerdotum, & Hierodiaconorum. Quintus Confeſſorum, non qvidem jam defunctorum; ſed propter amorem Chriſti adhuc certantium. Sextus eſt Virginum, qvemadmodum Johannes in Apocalypſi cap. 14. v. 1. inqvit: Et cum ipſo centum quadraginta qvatuor millia. Virgines enim ſunt, qvi nondum cum mulieribus ſeſe inqvinarunt. Septimus eſt juſtorum.

Septem columnæ significant ſeptem Sanctorũ choros.

§. V. *Cur hi Chori Sanctorũ columnæ vocantur*

Explicatio ſecunda. Ecqvid verò eſt cauſæ, quod Salomon ſeptem hos Choros Columnarum nomine inſignitum ivit? Vocavit ſcilicet illos Columnas,

 deprom-

Στύλους, ἐκ μεταφορᾶς ἀπὸ τῶν οἴκων, ὅτι ὥσπερ οἱ Στύλοι στηρίζουσι τὸν οἶκον, οὕτω καὶ οἱ ἅγιοι στηρίζουσι τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, διὰ τῶν ἀγαθῶν πράξεων αὐτῶν. Καθὰ οἱ κακοὶ ἐξ ἐναντίας φθείρουσι τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, διὰ τῶν κακῶν πράξεων αὐτῶν, ὡς φησὶν ὁ Παῦλος: Ἀτιμάζεται ὁ Θεὸς διὰ τῶν κακῶν πράξεων ὑμῶν. Καὶ πάλιν. Οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν Ναός ἐστι τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ φθείρων τὸν Ναὸν τοῦ Θεοῦ, φθερεῖ ὁ Θεὸς αὐτόν. Ὡς καὶ πάλιν. Οὔτε πόρνος, οὔτε κλέπτης, οὔτε λοίδορος (τελέσιν ὑβριστὴς καὶ ἐμπαίκτης) βασιλείαν Θεοῦ κληρονομήσουσιν. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. Λέγει γὰρ ὁ Ἰωάννης περὶ τῶν ἑπτὰ Στύλων. Ὁ νικῶν, ποιήσω αὐτὸν Στύλον. Τοῦτο δεῖ νοεῖν, ὅτι ὥσπερ οἱ Ἀπόστολοι πρώταθλοι ἦσαν: οὕτω καὶ περιτίθενται ἐν τῷ ἀριθμῷ, τελέσι πρῶτος χορὸς τῶν Ἀποστόλων ἐστίν, ὁ δεύτερος χορὸς τῶν Μαρτύρων, διὰ τὸ λέγειν τὸν Παῦλον πρὸς Φιλιππησίους κεφ. β. στοιχ. κθ. Καὶ τοὺς τοιούτους ἐντίμους ἔχετε, ὅτι διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ μέχρι Θανάτου ἤγγισε. Καὶ τούτου ἕνεκα λέγεται Στύλος δεύτερος. Τρίτος τῶν Προφητῶν, διὰ τὸ κηρύξαι καὶ προετοιμάσαι τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου, καὶ στηρίζεσθαι τοὺς Χριστιανοὺς διὰ τῶν Προφητῶν αὐτῶν. Τέταρτος Στύλος καλεῖται τῶν Ἱεραρχῶν, καὶ Ἱερέων, καὶ Ἱεροδιακόνων, διὰ

τὸ

deprompta Metaphora à domibus; qvod, qvemadmodum Columnarum beneficio domus: sic Sanctorum, Actionum bonarum exercitio deditorum, adminiculo, Ecclesia Dei stabilis consistat. Sicuti ex adverso impii malis suis actionibus Dei domum destruunt, secundũ effatum illud Pauli: Probro & ignominiâ afficitur ipse Deus, per improbas actiones vestras. Et rursus: An ignoratis, qvòd corpora vestra templũ Dei sunt, & templum Dei destruens destruetur à Deo vicissim. Alibi locorum qvoque ait: Nec Fornicator, nec Fur, nec Conviciator (h. e. contumeliosus & illusor) Regni Dei hæreditatem cernet. Sed regrediamur, unde digressi sumus. Inqvit enim de septem illis columnis Johannes: Qui vicerit, eum ego columnam efficiam, id qvod hoc modo intelligendum est. Quòd, sicuti primi in hâc militiâ milites fuêre Apostoli: ita etiam primo loco ponuntur. h. e. primus Chorus debetur Apostolis. Secundus Martyribus propter autoritatem dicti Paulini in Epistolâ ad Philippenses cap. 2. v. 29. Et tales omni honore dignos judicatote, qvia propter opus Christi morti vicini facti sunt. Et hanc ob causam secundæ Columnæ nomen obtinent. Tertius Chorus competit Prophetis, qvia horum ministerio Verbum Dei prædicatum viaque adventanti Domino præparata est, & eorundem vaticiniis Christiani qvoqve etiamnum confirmantur. Qvarta Columna est Præsulum & Sacerdotum, & Hierodiaconorum

§. VI. *Columnæ recensentur.*

τὸ ποιμαίνειν, καὶ βαπτίζειν, καὶ διδάσκειν τὸν λαὸν
τοῦ Θεοῦ, καὶ στηρίζειν αὐτὸν ἐν τῇ πίστει τοῦ Χριστοῦ. Πέμ-
πτος χορὸς τῶν Ὁμολογητῶν ἐστι, διὰ τὸ ὁμολογεῖν
τὸν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἐν φυλακαῖς καὶ ἐν τι-
μωρίαις, καὶ στηρίζεσθαι τοὺς Χριστιανοὺς διὰ τῆς ὁμολο-
γίας αὐτῶν. Ἕκτος χορὸς τῶν Παρθένων ἐστὶ διότι πολ-
λοὶ Ἀμαρτωλοὶ, καὶ κλέπται καὶ Λησταὶ, ὁρῶντες τοὺς
παρθενεύοντας, πῶς νηστεύουσι, πῶς ἀγρυπνοῦσι, πῶς
προσεύχονται, πῶς ζῶσι, μετ' ὀλίγης δαπάνης, σπεύ-
δουσι πολλοὶ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν κακῶν μετανοεῖν, ὥσπερ
ἐν τῇ Ἑλλάδι εὑρίσκεται πολλὰ Μοναστήρια, καὶ πολ-
λοὶ ἐκ τῶν προρρηθέντων κακῶν ἀνθρώπων, ὁρῶσι τοὺς
Μοναχοὺς ἐν τοῖς Μοναστηρίοις, καὶ ἐν τοῖς ἐρήμοις τό-
ποις, νηστεύοντας, ἀγρυπνοῦντας, προσευχομένους, καὶ
ἐλεοῦντας, μετανοοῦσι πολλοὶ, καὶ ἐξ ἐκείνων τῶν κακούρ-
γων, καὶ γίνονται Μοναχοὶ, καὶ ἀποθνήσκουσιν ἐν μετα-
νοίᾳ, καὶ σώζονται κακεῖνοι. Καὶ τούτου ἕνεκα καλεῖται
καὶ οὗτος ὁ χορὸς τῶν παρθένων, Στύλος τῆς Ἐκκλη-
σίας. Περὶ ὧν Μοναχῶν λέγει ὁ Ἰωάννης ἐν Ἀπο-
καλύψει κεφ. ιδ. Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ Ἀρνίον ἑστηκὸς
ἐπὶ τὸ ὄρος Σιὼν, καὶ μετ' αὐτοῦ ἑκατὸν τεσσαρά-
κοντα τέσσαρες χιλιάδες, καὶ τὰ ἑξῆς στιχ. δ. οὗτοί
εἰσιν, οἱ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθυσαν. Παρθέ-

νοι

rum, qvia Dei gregem paſcunt, baptiſant, docent, ac in Fide in Chriſtum confirmant. Quintum chorum tenent Confeſſores, qvia ſcilicet hi Chriſtum verum Deum in carceribus & afflictionibus confitentur, ſuâq; hâc Confesſionis conſtantia Chriſtianos alios confirmant. (D) Sextum Chorum Virgines ſibi vendicant, idqve hanc ob rationem, qvod improborum qvàm plurimi, ut Fures, Latrones, &c. viſis conſpectisqve Virginum harunce jejuniis, vigiliis, precibus, temperantiâ, frugalitateq; & ipſi peſſimis relictis moribus ad meliorem mentem novamque frugem ſeſe recipere non rarò allaborent. Cujus rei ſpecimen aliqvod in Græciâ videre licet. Cum enim ibidem loci multa reperiantur monaſteria, è prædictis malæ notæ hominibus non pauci, cernentes, Monachos in monaſteriis locisqve deſertis jejuniis vacare, ſomno parcere, orationibus incumbere, opera miſericordiæ exercere, ſæpiuſculè convertuntur, & ex illis flagitioſis hominibus qvidam Monachi facti, in ſeriâ pœnitentiâ ex hâc vitâ decedunt, æternumqve ſalvantur. Atqve hâc de causâ & hic Chorus, qvi Virgines continet, Eccleſiæ Columna nominatur. De qvibus Monachis ita in Apocalypſi ſua Johannes, cap. 14. v. 4. (E) Et vidi, & ecce agnus ſtabat in Monte Sionis, & cum illo centum quadraginta qvatuor millia, & quæ ſeqvuntur. Et commate qvarto: Hi ſunt, qui cum mulieribus non

§. VII. Sextus Chorus eſt Virginum & quam ob causam.

νοι γάρ εἰσιν, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκολουθοῦντες τῷ Ἀρνίῳ, ὅπου ἂν ὑπάγῃ, τουτέστιν, ἁπλῶς ζῶσιν οὗτοι οἱ Μοναχοὶ, ὡς ἀρνία ἄκακα καὶ ἀπαθῆ. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ λέγει· οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκολουθοῦντες τῷ Ἀρνίῳ, ὅπου ἂν ὑπάγῃ. Τουτέστι τὸ ἀπαθῶς καὶ ἁπλῶς ζῆν, σημαίνει τὸ ἀκολουθεῖν τῷ ἀρνίῳ. Ὁ ἕβδομος χορός ἐστι τῶν Δικαίων, τουτέστι, τῶν ἀγαθῶν κοσμικῶν ἀνθρώπων, ὅτι καὶ αὐτοὶ διὰ τὸ φρονίμως ζῆν, καὶ φιλοξενεῖν, καὶ ἐλεεῖν, πολλοὺς τῶν κακούργων ποιοῦσι σώζεσθαι, καὶ στηρίζουσι καὶ αὐτοὶ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τούτου ἕνεκα καλεῖται ὁ χορὸς αὐτῶν Στύλος ἕβδομος. Καὶ εἰ μὲν θέλομεν ποιεῖν, καὶ ὑπομένειν ταῦτα πάντα ὅταν συμβῇ, τότε φανώμεθα μιμηταὶ τοῦ Παύλου, καὶ στύλοι τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ.

Τῷ δὲ Θεῷ χάρις.

non

non ſunt contaminati, Virgines enim ſunt, ſeqventes agnum, quocunqve ierit, hoc eſt, ſimplicem vitam agunt hi Monachi malitiæ & iræ omnis expertem, agnorum ad inſtar. Et id innuere videtur, cum ait: Hi ſunt, qui adhærent agno, quocunqve præierit: h. e. ſequi agnum denotat ſine affectibus & ſimpliciter vivere. Septimus Chorus eſt Juſtorum (F) h. e. Secularium ſive Mundanorum; ſed proborum hominum; qvia & hi prudenter & circumſpectè inſtitutâ vitâ, hoſpitalitate & indigis ſuccurrendi promtitudine (G) plurimos ex peſſimorum horum numero ſalvos efficiunt. Quandoqvidem igitur & hi Eccleſiam ſtabiliunt, ipſi Chorum Septimum faciunt. Et ſiqvidem nos qvoqve præſtare perferreqve, cum acciderint, hæc voluerimus omnia, tum demum veros Pauli imitatores Eccleſiæqve columnas nos eſſe, liqvidò apparebit.

§. VIII. *Septimus Chorus eſt Juſtorum.*

Deo verò ſit gratia.

pla h. e. illustrium Virorum & Viraginum vitæ curricula & exitûs descripserunt, descriptosq; posteris reliqverunt. Illud autem dolendum qvam maximè, qvod non majori fide plurimi in hoc genere scriptionis versati fiut, conqverentibus de eo ipsis Pontificiis Scriptoribus, nominatim *Baronio* in *Martyrologio.* pag. 8. 6. Concordii Episcopi, *Melchiore Cano Episcopo Canariensi* in *Loc. Commun. Lib. XI. de Humanæ Historiæ Auctoritate Cap. VI. p. 540.* cujus hæc sunt verba: *Negare non possumus, viros aliqvando gravissimos in divorum præsertim prodigiis describendis sparsos Rumores & excepisse & scriptis etiam ad posteros retulisse.* Idem ibidem: *Non ego hic Libri illius Auctorem excuso, qui Speculum Exemplorum inscribitur: nec Historiæ etiam ejus, qvæ Legenda Aurea nominatur: in illo enim miraculorum monstra sapius, qvàm vera miracula legas. Hanc Homo scripsit, Ferrei Oris, Plumbei Cordis, Animi certè parùm Severi & Prudentis. Georgio Cassandro in opere* agente de S. Catharinâ. de S. Gregorio. *Georgio Wicelio in Hagiologio* & aliis. Et *Laurentius de Aponte* in *Cap. 7. Matth.* fol. 149. n. 13. *Multos æstimatos, scribit, & vocatos Sanctos audivi. qvos cum pertractassem, nec mediocriter spirituales probavi.* Veritati itaq; in laudandis Piis litandum, nec modus in laudibus Sanctorum excedendus; in qvo qvàm sæpissimè peccatur. Huc pertinet qvod *P. Valdero* Ordinis Augustinianorum, Archimandrita in Cœnob: Hispalens: in Festo Beatificationis S. Ignatii p. 55. 56. scribit: *Ignatium inscripto nomine suo chartæ, non panciora, qvàm olim Moses fecit, patrasse miracula.* Et observanda est laude digna Responsio *Bernhardi*; cum ut sanctus laudaretur. Epist: 7. *Qvia laudabilium ipse mihi conscius non sum, agnosco ignorantiæ: Tu enim vides in Facie, Deus in Corde.* In hunc censum nimiæ, imò in Deum ipsum injuriosæ laudis referri debet Canonisatio Sanctorum Pontificia, in qvâ, ut *Cornelius à Lapide in Eccles. cap. 44. p. 19.* scribit: Pontifex duo facit. Primò refert in Sanctorum catalogū, eumq; ut talem Ecclesiæ colendum proponit & sancit. Secundo, ejus festum, die, qvo obiit, & in cœlum transiit, toti Ecclesiæ celebrandū indicit. In nonnullis qvoqve officium die eâdem fieri præcipit. Plura qui de Canonisatione Sanctorū nosse desiderat, is evolvat Hospinianum de origine Festorū Christianorum cap: VI. fol. 19. 20. 21. 22.

§. X. *Vitæ Sanctorum non semper optimâ Fide sunt consignatæ.*

Nimiæ laudes Sanctorū.

§. XI. *Canonisatio Sanctorum in qvo consistat?*

Huc spectant Diptycha in Græcorum Ecclesiâ. De qvibus ita scribit *Goarus in Euchologio Not. 143. ad Missam Chrysostomi. p. 143.* (*τὰ δίπτυχα*) cur Gentianus Hervetus vir alioqvin in Græcis apprimè

Diptycha quid sint.

mè eruditus, διπτυχα interpretetur Corporalia, conjicere non possum. Libellos Ecclesiasticos vertit Meursius, ab se qvidem nunqvam lectos, alioqvin Tabulas fuisse comperisset. Sunt itaqve Δίπτυχα tabulæ duæ simul junctæ, eô pacto, qvo Moysi Tabulas depingimus, qvas ideò Augustino cap. 4. lib. 15. contra Faustum Manichæum Diptychum lapideum, appellare placuit. Tabularum verò usus sacer fuit, & prophanus. Sacer in Ecclesia; ut in earum una vivorum, mortuorum in altera nomina, sacrificii tempore recitanda, conscriberentur. Unde nec Meursius, nec barbaro ejus Lexico utentes audiendi, qvi sola Episcoporum nomina Tabulis fuisse consignata scripserunt. Licet enim Episcoporum nomina, in Diptychis relata, si probi forent & Orthodoxi; vel è sacris Tabulis sublata, si impii vel hæresi infecti comperirentur; vel tandem in Tabulas restituta, si recta fides & innocentia eorum post mortem probaretur, in Ecclesiæ historiis freqventissime legamus: quis inde tamen aliud, qvam præcipuum in Diptychis locum Episcopis assignatum, non aliis negatum fuisse, collegerit? primus autem eorum usus ad usqve Apostolorum tempora, vel proxime videtur revocandus: in B. Marci siqvidem Liturgia, & in B. Dionysii de Eccl. Hierar. cap. 4. illorum mentio celebrari incipit. Ἡ μυστικὴ τῶν ἱερῶν ἀνάῤῥησις γίνεται. Secreta fit sacrarum Tabularum recitatio. Qvo porrò tempore lectionem illorum abjecit Ecclesia Romana non constat: Alcuini tamen ætate adhuc viguisse, hæc ejus dicta testantur. Post illa verba qvibus dicitur in somno pacis, usus fuit antiqvorum sicut etiam hodie Romana agit Ecclesia ut statim recitarentur è Diptychis nomina defunctorum. Florus magister integro seculo Alcuino posterior (Caroli namque Calvi floruit) in expositione missæ, ejusdem usus testem se præstat iisdem verbis. Usus fuit antiqvorum (post verba memento Domine famulorum famularumq;) sicut etiam Romana agit Ecclesia, ut statim recitarentur ex Diptychis sive Tabulis nomina defunctorum atqve ita post lectionem nominum subjungerentur verba sequentia: Ipsis Domine, &c. Qvò porrò tempore in missâ legerentur constat: Qvo verò loco, & à quo, voce & oculis percurrerentur, declarat Oecumenica synodus qvinta: ad altare à Diacone fuisse lecta. Etsi namq; uno die de relatis in Diptycha priorum Synodorum Patribus certior volens fieri populus, publice in Ambone illa sibi legi freqventibus multi-

§. XII. *Qvo tempore Romana Ecclesia Diptychorũ lectionem rejecit.*

multiplicatisqve vocum clamoribus expetiſſet: Τὰ δίπτυχα ἐν τῷ ἄμβωνι. Diptycha in Ambone: ſeqventi tamen luce commodius populo ſatisfacturus Johannes Patriarcha. Λαβὼν τὰ δίπτυχα ἐκέλευσε ταγῆναι τὰς τέσσαρας συνόδους, καὶ τὰ ἑξῆς. Accipiens Diptycha juſſit ordinari qvatuor Synodus, & infrà: καὶ τὰ ὀνόματα τῶν τελευτησάντων & defunctorum nomina, & inferius adhuc τῷ καιρῷ τῶν διπτύχων μετὰ πολλῆς τῆς ἡσυχίας συνέδραμον &c. Tempore Diptychorum cucurrit omnis multitudo cum magno ſilentio circumcirca altare, & audiebant. Et cùm ſolæ lectæ fuiſſent à Diacono appellationes prædictarum ſanctarum quatuor Synodorum; & ſanctæ memoriæ Archiepiſcoporum Euphemii & Macedonii, & Leonis, voce magnâ univerſi clamaverunt. Gloria tibi Domine. Fuit etiam Tabularum uſus prophanus (ſed non ſub Diptychorum nomine,) quid enim tam prophanum, quàm in eis libidinoſi amoris argumenta deſcribere, de qvibus Juvenalis ſatyra. 9.

- - Et blandæ, aſſiduæ, denſæqve tabellæ
Sollicitent - - - - -

Amoris enim illæ ſigna erant, eoqve fine ad invicem complicatæ; qvamvis in tabularum binario (qvas ideo duplices vocat Ovidius) Augurium infelix ſibi timuerit lib. 1. Amor. Eleg. 2.

Ergo Ego vos rebus, *Duplices*, pro nomine ſenſi,
Auſpicii numerus non erat ipſe boni.

§. XIII. *Polyptycha quænam?*

Cæterum ut Diptycha in ſacris reperimus: ita quoqve Polyptycha, libros ſcilicet pluribus diſcretis foliis, tota eorum facie expanſa, ſe mutuò exoſculantibus, compactos: ad voluminum nimirum diſcrimen quorum folia extremitatibus aſſuta, circa lignum cylindricum volvebantur. De his polyptychis tum alibi, tum in 5. Synodo freqventer, ubi & membranæ croceæ & chartacei codices pro chartæ aut pergameni materia dicuntur: tum etiam apud Joannem Diaconum in vita S. Gregorii, ubi de Gelaſiano Polyptycho, libro videlicet, in quo officium Eccleſiaſticum digeſſit, fit mentio. Hactenus Goar. de Diptychis his in Græca Eccleſia uſitatis ſequentem in modum diſſerit *Leo Allatius in Lib. III. cap. XV. p. 1183. de Conſenſu Occid: & Orient: Eccleſiæ.* *Tria* ipſe Diptychorum Genera in Græcorum Eccleſiâ invenio.

§. XIV. *Diptychorum Ge-*

Primū Epiſcoporum; in quo Præſulum, qui illam Eccleſiā rexerant, nomina, ſi modò Sanctitatis ac Probitatis nomine inclaruiſſent, ad futuro-

ipsa & populus. Greg Lib. V. In Sacris Officiis, in Diptychis, Papæ simul cum aliis Patriarchis mentionem fieri. Id respexit Gregorius Pachymeres Hist. Lib. 5. Et hâc ratione proprio in loco, & Papæ commemoratio à Diacono fiebat, qui erat Gregorius, Summus Pontifex Apostolicæ Ecclesiæ, & Oecumenicus Papa. Sanctus Maximus in collectione cum Principibus in Secretario: Veruntamen, quid volumus per multa discurrere? Inter sacras oblationes supra Sanctam Mensam, post Pontifices & Sacerdotes, & Diaconos omnemqve sacratum ordinem, cum Laicis Imperatores memorantur, dicente, Diacono: Et eorum, qvi in Fide dormierunt Laicorum, Constantini, Constantis & cæterorum. Sic autem & vivorum memoriam facit Imperatorum post sacratos omnes. Viventium autem commemoratio eò fiebat, ut subditorum erga superiores obedientiam, & viventium in eàdem Fide ac mysteriis unionem & communionem indicarent. Theodorus Antidorum Episcopus, in expositione Missæ: Postea Acclamatio: Inprimis recordare Domine Archiepiscopi nostri, qvâ insinuatur subjectio ad superiores; & commemorato Pontifici communicat, qui offert in Fide, & traditionis Mysteriorum hæres est, & non novus quidam Mysta & Inventor eorum, qvæ offeruntur, Symbolorum. Ex Theodoro sua habuit, quisquis ille fuerit auctor de vitandis Hæreticis: Ab antiqvo tempore Dei Ecclesia in adytis commemorationem Pontificis, perfectam communionem esse, accepit: Scriptum siquidem est in expositione divinæ missæ. Commemorat celebrans Pontificis nomen, ostendens ad id, quod superius est, Subjectionem & Communionem mutuam in Fide cum eo, & in divinis mysteriis successionem. Romani itaqve Pontificis in missâ meminisse, nihil aliud fuerit, qvàm eum superiorem agnoscere & in rebus Fidei, mysteriorumqve traditione, aliisq; quæ ad Ecclesiam pertinent, unà cum eo sentire. Quid mirum itaqve, si Catholici similem commemorationem, studentibus atqve incitatis conatibus procurant, Schismatici vitant. Hi delinqvunt, & obedientiam abjiciunt; illi imperia præcipientis capessunt, & obsequentes animo figunt. In his libris à Presbytero vel Diacono nomina illuminatorum & susceptorum inscribi, tradidit Meursius, sed falsò Georgii Pachymeræ in Paraphrasi Dionysii de Ecclesiasticâ Hierarchiâ cap. II, loco deceptus: Post ejus capiti manum imponit, subditisqve sibi Sacerdo-

§. XVI.

cerdo-

cerdotibus Diaconisq; mandat, ut in Sacris Tabulis nomina referant; tam accedentis quàm susceptoris. Hæc autem existimo esse vivorum Diptycha. Hæ enim Tabulæ sive Libri, in qvibus illuminatorum nomina scribebantur, diversæ omninò erant à Diptychis viventium, in quibus vivorum nomina erant, & singulis ferè Missis recensebantur. Namq; ex illuminatis & susceptoribus, decursu temporis, plerisq; vitâ functis, non potuit ille liber vocari viventium, quemadmodum erant Diptycha, in quibus viventium nomina scripta, in Missarum officio à Diacono recitabantur. Et nota antiquissimam Ecclesiæ consvetudinem baptizatorum & susceptorum nomina in tabulis notari solita, quemadmodum & hodie in Ecclesiâ Catholicâ fit.

§. XVII. *Tertium Diptychorũ Genus, scil. Mortuorum*

Tertiũ Diptychorum Genus erat Mortuorũ. Eorum nempe omniũ, qui in Fide obdormierant, pro quibus Deum orabant: Adhuc precemur pro beatis & celebribus hujus Sancti Manasterii conditoribus, & pro omnibus, qui ante requieverunt, Patribus & Fratribus, hîc jacentibus, & ubique orthodoxis. Mortuorum tamen Nomina, non omnium, sed qvorum Sacerdos aut Diaconus volebat, recitabantur. Hâc itaq; in Ecclesiâ Græcorum ad hæc usqve tempora invalescente consvetudine &c. Hæc Allatius, accommodans etiã hanc de Diptychis Græcorum relationem ad asserendum suprematum Episcopi Romani in Ecclesiâ, ita scribens: *Romani Pontificis in Missâ meminisse nihil aliud est, quàm eum superiorem agnoscere,* id qvod sanè Græcæ Ecclesiæ nunqvam in mentem venit, utpote qvæ contra hanc superioritatem perpetuò pugnavit & adhuc pugnat.

§ XVIII. *Exempla Laudabilia excitant ad Virtutem.*

(B) *Cum Homines Martyrum Confessorumq; legunt vitas &c: confirmantur ad similes tentationum insultus Martyrum exemplo superandos.*) Hoc ipsum est, quod urget Apostolus Paulus. Hebr: 13. 7. *Memores estote Ducum vestrorum, qui locuti sunt vobis sermonem Dei: quorum imitamini Fidem, considerantes, qui fuerit exitus conversationũ ipsorum.* & cap. XII. v. 1. *Proinde nos quoque, quum tanta nos circumstet testium nubes, abjecto omni pondere, & peccato, ad nos circumcingendos proclivi, constanter propositum nobis stadium curramus, intuentes in Fidei Ducem ac Perfectorem Jesum, qui vice sibi propositi gaudii pertulit crucem, ignominiâ contemtâ, & ad dexteram throni Dei consedit.* Quem locum *Erasmus Roterodamus* perpulchrè ita παραφράζει: Cum

Hebr. XIIv. 7.

Erasmi Paraphras.

Cum igitur tantâ turbâ ac veluti nube sepiamur eorum, qui ferendis hujusmodi malis testati sunt, se toto pectore fidere promissis Dei, etiam in Veteri Testamento, nimirum horum exemplis animati, curemus & ipsi, ut abjecto onere sarcinâq; rerum corporalium & cupiditatum, qvæ remorantur onustum curis animum ab expetendis cœlestibus, excussoq; peccato, qvod nos undiq; complectebatur, rerum cœlestium spe inflammati, strenuè curramus in hoc nobis proposito certamine, nec ullis afflictionibus aut avocamentis retardemur ab instituto cursu, nusquam oculos dimoventes à Jesu Christo: qui ut nobis autor est hujus de Deo conceptæ Fiduciæ, ita qvod cœpit in nobis, consummabit. Consideremus, quâ viâ sit ingressus ille, & qvò pervenerit, cum innocenti liceret effugere mortem, & tam abesse ab omni cruciatu quàm aberat ab omni peccato: tamen contemtis hujus vitæ studiis, subiit mortem, & quò malum esset gravius accessione ignominiæ, subiit mortem crucis. Nam gloriosam mortē facilius perferunt homines. Quâ sit ingressus, videtis, nunc, quò tandem pervenit? Contemtu vitæ hujus assecutus est immortalitatem: contemtu ignominiæ apud homines assequutus est æternam gloriam in cœlis, ubi nunc assidet dexter magnifico throno Dei Patris. Ad hujus Gloriæ consortiū, qui per ignominiam variasq; dolorum afflictiones properetis, ne quando defatigemini fractis animis à cursu proposito, reputate vobiscum, quod Dux vester nescius omnis peccati, tamen ut nobis ostenderet exemplar veræ Tolerantiæ, tantum probrorum, tantum ignominiæ, tantumq; criminationum perpessus est, ut ad crucis usq; supplicium adigi sese passus sit. Ne vos abjiciatis animum, qui non immunes ab omnibus peccatis leviora patimini. Præstat millies mori, quàm in pristinam vitam relabi. Hæc Erasmus.

§. XIX. *Magna vis est Exemplorum.*

Magna enim vis est Exempli ad acuendam Virtutem. *Philo libro, quod omnis probus est liber,* scribit, qvod Miltiades Atheniensium Dux, contra Persas plurimos pugnaturus, socios convocarit, eisque gallos gallinaceos pertinacissimè de more inter se pugnantes ostenderit, ratus hoc spectaculum plus eos permoturum ad strenuè pugnandum, quàm exhortationem. Ita factum est. Socii enim cernentes gallos ad necem usq; pugnantes, alacriter & generosè correptis armis bellum susceperunt, inqve vulnera & mortes se conjecerunt. Si brutorum exempla id præstiterunt in Gentilibus, quid facient Sanctorum exempla in Christianis.

S. Gregorius in Præfat: Moral: cap. 10. Ut ſtellæ, inquit, noctem, ita Sancti nos illuminant, & Virtutum decorem oſtendunt. Ad oſtendendam innocentiam venit Abel: ad docendam actionis mundiciem venit Henoch: Ad inſinuandam longanimitatem Spei & Operis venit Noë: ad manifeſtandam obedientiam venit Abraham: ad inſinuandam laboris tolerantiam venit Jacob: ad oſtendendam manſvetudinem venit Moſes: ad oſtendendam inter flagella patientiam venit Job. Ecce quàm fulgentes in cœlo ſtellas cernimus, ut inoffenſo pede operis, iter noſtræ noctis ambulemus. Qvot Deus juſtos exhibuit, tot quaſi aſtra ſupra peccantium tenebras cœlum miſit.

Quemadmodum autem, qui Poëta vult evadere, legit Virgilium: qui Orator Ciceronem; qui Medicus Galenum; qui Philoſophus, Ariſtotelem: ita qui vult eſſe pius & ſanctus, legat vitas & exempla Piorum & Sanctorum. His aſtris mentem illuminet & accendat.

§. XX. *Filius Dei eſt Sapientia ſubſtantialis.* Prov. 9. v. 1.

(C) *Voce Sapientiæ indigitatur Filius Patris inviſibilis.)* Orthodoxè omninò Auctor Enchiridii noſtri interpretatur verba Salomonis cap. IX. v. 1 Non, ut *Socinus* apud D. noſtrum *Gerhardum in Exegeſi de Trinit: Myſter:* §. 129. de Sapientiâ Creatâ; ſed de Sapientiâ Increatâ, Subſtantiali, Deo Patri Coëſſentiali & Coæternâ, de æterno ſc. Patris Filio, confiteturqve & ipſius æternam Deitatem & veram Humanitatem. Ita etiam explicat cum aliis *Thomas Cartvvichtus.* Objicit qvidem Socinus, Numerum Pluralem חכמות Sapientiæ; & ideò per pluralitatem Numeri, pluralitatem Creaturarum putat eſſe intelligendam, ſed nota: Numerum Pluralem hoc loco notare excellentiam; ideò benè vertit Cartvvichtus: Summa Sapientia ædificavit domum ſuam, hæc inſuper addens: Priore parte Dei munificentia nobilisſimæ Fœminæ Perſonâ adumbratur, ſicut Matth. 22. ſub Regis Auguſtiſſ. effigie, ut intelligatur, magnum & laudatum qvid eſſe, qvod à tantâ Majeſtate & Celſitudine proficiſcatur. Simul etiam perſiſtit in ſimilitudine ſuperioris capitis, ubi dixit ſe oblectari filiis Hominum. Quod docet Sapientiam ſeu Dei filium extruxiſſe Palatium, ſeptem. i. e. Infinitis columnis impoſitum &c.

§. XXI. *Vera antiqvitas*

Et hæc eſt Catholicæ veræ Eccleſiæ Fides, Chriſtum verum Deum & verum Hominem confiteri, qvæ à Scripturâ & antiqvisſimis Patribus tùm Latinis, tùm Græcis conſtanter eſt aſſerta, & contra adver-

adversarios Χριστομάχους strenuè vindicata. Nos unum & alterum Testimonium è verâ antiqvitate adjiciemus.

Christum verum Deum, & verum hominem ese confessa.

Et initio qvidem Clementis Romani, cujus *Eusebius. Lib. V. Hist. Eccles. cap. VI.* cum elogio mentionem facit, qvod post Linum & Anacletum tertio loco ab Apostolis Pontificatum sortito ceperit, & beatos Apostolos oculis viderit, & cum illis de Fide communicarit, & Apostolorum prædicationem adhuc recenti memoriâ tenuerit, eorumq; traditiones propè in conspectu & ante oculos positas habuerit. Genuina hujus Clementis monumenta sunt ejus Epistolæ Circulares. Epiphan, Hæres. 20. & Hieron. Lib. 1. adversus Jovin. qvas periisse fatetur Baronius ad Ann. 102. 5. Unâ servatâ ad Corinthios (non illa secunda ad Corinth: qvæ circumfertur, hæc enim alium à Clemente (fortassis Cognominem) Clementem ipsâ styli facie prodit, non recepta in vetustate, auctore Eusebio. Lib. III. cap 12.) ab omnibus receptâ, qvam ex Personâ Ecclesiæ Romanæ ad Ecclesiam Corinthiorum exaravit, cum seditio non exigua inter fratres Corinthi excitata fuit. Qvem locum etiam laudat noster *Dn. Chemnitius in Exam. Conc. Trid. de Confirmat. p. 99.*

Clemens Romanus laudatur.

Epistola illa multis retrò seculis desiderata, nuper demum Anno M. DC. XXXIII è tenebris, qvibus altissimè per aliqvot annorum Centurias defossa jacuit, eruta, ignorata in Oriente post Photium, in Occidente post Hieronymum, inscio, ubi extet, teste Possev. in Apparat. p. 365. in apricum producta Oxonii in Angliâ à Patricio Junio Bibliothecario Regio, qvam Epistolam Cyrillus Lucaris, (de qvo in Epist. Dedicatoriâ & in notis ad eam nobis fuit concertatio) cùm ex Ægypto, ex Alexandriâ, sedem Patriarchalem Constantinopolin cum magnâ librorum manuscriptorum vetustissimorum multitudine transferret ad Regem Angliæ per Nobil. Dn. Thomam Rhoë Eqvitem Auratum & ad Imperatorem. Turc. Oratorem, misit. vide Præfat. dicti *Patricii Junii.* In hâc Epistolâ, qvam ipse *Dionysius Petavius in Præfat. Tom. II. Operis Theologicorum Dogmatum cap. 2.* laudat, tres Personæ Deitatis ita describuntur, ut appareat, nihil in iis creatum, & infra Deum numerari. Nam præter Deum Dominum omnium Conditorem, i. e. Patrem de Christo honorificentissimè loqvitur. Ut cum inter cætera sic scribit: Τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ ὁ Κύριος ἡμῶν Χριστὸς Ἰησοῦς οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ἀλα-

§ XXII. Cyrillus Lucaris Epistolam genuinam Clementis MSC. ex Ægypto protulit & Regi Angliæ transmisit.

Testimon. ex Clemente Rom. pro Trinitate & Deitate Filii.

ἀλαζονείας, i. e. *Sceptrum Majestatis Dei, Dominus noster Jesus Christus non venit in jactantiâ Superbiæ & Arrogantiæ, qvamvis potuerit; sed in humilitate, prout Spiritus S. de eo locutus est.* Hunc & Dominum vocari ab Esaiâ Prophetâ refert, & ipse passim vocat. p. 23. Εἰ γὰρ ὁ Κύριος οὕτως ἐταπεινοφρόνησε, τί ποιήσομεν ἡμεῖς οἱ ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐλθόντες, i. e. *Si Dominus ita humilis fuit, qvid faciemus nos, qui sub jugum gratiæ ipsius venimus.* Ubi Nomen ὁ Κύριος scribit Petavius, insignitum Articulo & simpliciter positum altius qviddam Humano fastigio sonat, de qvo vid. *Petav. Lib. 3. de Trinit. cap. 1. §. 12.* nec ad Creaturam convenit, uti neqve, qvod jugum gratiæ ipsius vocat. Et in Epistolæ Clausulâ. p. 76. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν. *Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum.* Item, qvod p. 20. Fideles vocat membra Christi. Et ex Epistolâ ad Hebræos magnificum de Christo elogium illud exscribit: Qvi cum sit ἀπαύγασμα τῆς μεγαλωσύνης, *Splendor Majestatis s. Magnificentiæ Patris, tantò major est Angelis, quantò Excellentius, qvàm illi, nomen sortitus est.* Quod nomen ostendit mox esse, qvòd Angeli ministri Dei, Christus autem Filius appelletur. &c. Qvem locum etiam allegat *D. Danhauverus in Dramate Sac. p. 280.*

§. XXIII. *Basilius M. allegat Testimon. Clementis.*

Basilius M. qvoqve libr. de Spiritu S. cap. XXIX. Tom. 2. p. 218. Huic Clementi juxta cum aliis hanc tribuit δοξολογίας formulam, qvæ insignis est τῆς ὁμοουσίου Τριάδος ὁμολόγησις. i. e. Trinitatis in æqvali Essentiâ Confessio: Τῷ Θεῷ πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων Ἀμήν. *Deo Patri & Filio & Domino nostro Jesu Christo unâ cum Spiritu S. Gloria & Potentia in Secula Seculorum. Amen.* Dionysius Petavius alterum allegat ex eodem cap. 29. Tom. 2. p. 218. ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ἀρχαϊκώτερον· ζῇ, φησὶν, ὁ Θεὸς, καὶ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον *Vivit Deus & Dominus Jesus Christus & Sp. S.* nec librum nominat, ubi ista scripsit, qvæ in Epistolâ ad Corinthios extare non memini. Hæc de Clemente, qvi fuit D. Pauli Discipulus, imò σύναθλος καὶ σύνεργος. Phil. 4. v. 3. apud *Hornejum in Repetit. Doctrinæ de Necessitate Bon. Oper. θ. 134.*

§. XXIV. *S. Ignatius.*

Id ipsum qvoqve testatur, *Ignatius Martyr*, qvi se Christum in carne vidisse post resurrectionem asseruit in Epistolâ ad Polycarpum, ut scribit *Hieronymus Libr. de Scriptor. cap. 26.* Licet hoc in Epistolâ,

qvæ

qvæ hodie extat, non habetur, qvem tenellum adhuc inter diſcipu-
los medium ſtatuit Chriſtus. Matth. 18 v. 2. ſi Nicephoro credimus;
qvique B. Johannis Evangeliſtæ Diſcipulus fuit, Καὶ (verba ſunt Theo-
doreti Dial. 1. Tom. 4. p. 33.) διὰ τῆς τοῦ μεγάλου Πέτρου δεξιᾶς τῆς
ἀρχιερωσύνης τὴν χάριν ἐδέξατο, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν Ἀντιοχέων ἰθύνας
τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο. i. e. Qui magni Petri dextra Pon-
tificatus gratiam accepit, & cum Antiochenſem rexiſſet Eccleſiam,
martyrii coronâ redimitus eſt. Paſſus eſt autem anno Trajani XI.
teſte Hieron. adeoq; Chriſti. CVIII. Ex hoc Ignatio unum atqve al-
terum ſolùm, ſed certum proferemus.

Ignat. Teſtim. pro Deitate Chriſti.

Et primo qvidem illud cum Petavio proferam, cui Veterum
Patrum conſenſus Germanitatis teſtimonium perhibet. Hoc eſt il-
lud, quod ab Athanaſio & Theodoreto profertur, paululum utro-
que diverſum: ut appareat, jam ex antiqvo Epiſtolarum iſtarum
exemplaria variaſſe. *Theodoretus* igitur ex Epiſtolâ Ignatii ad Epheſios
Dial. 1. pag. 34. Hæc verba refert. Εἷς ἰατρός ἐστι σαρκικὸς καὶ πνευμα-
τικὸς γεννητὸς ἐξ ἀγεννήτου ἐν ἀνθρώπῳ Θεός, ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀ-
ληθινὴ, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ Θεοῦ πρῶτον παθητὸς καὶ τότε ἀπαθὴς
Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν. i. e. *Unus eſt Medicus Carneus, & Spiri-
tualis, genitus ex ingenito, in homine Deus, in morte vera vita, & ex Ma-
ria, & ex Deo primùm patibilis, & tunc impatibilis Jeſus Chriſtus Domi-
nus noſter.*

§. XXV.

Athanaſius verò eadem verba paucis immutatis, Lib. de
Syn. p. 709. refert. Legit enim γεννητὸς καὶ ἀγέννητος, ut idem Chri-
ſtus *genitus*, ſive factus & creatus & *increatus* dicatur, ac factum il-
lum vocet propter carnem, ſiqvidem Chriſtus caro factus eſt: In-
creatum verò, qvoniam non eſt ex Operum & Creaturarum nu-
mero: ſed Filius ex Patre. Verba Athanaſii de Syn. p. 710. ita ſo-
nant, Ὅτι καὶ ὁ μακάριος Ἰγνάτιος ὀρθῶς ἔγραψε, γεννητὸν αὐτὸν
λέγων διὰ τὴν σάρκα. Ὁ γὰρ Χριστὸς σὰρξ ἐγένετο. Ἀγέννητον δὲ, ὅτι μὴ
τῶν ποιημάτων, καὶ γεννητῶν ἐστιν, ἀλλ' υἱὸς ἐκ πατρός. i. e. Ac non-
nullos poſt Ignatium Doctores ita ſcripſiſſe ait Athanaſius: Unum
Ingenitum, Pater, & unus qvi ex ipſo natus eſt, Germanus Fi-
lius, verus Fœtus, Verbum & Sapientia Patris. Verba Græca ſic
ſonant: Τινὲς δὲ οἱ τῶν μετὰ Ἰγνάτιον διδάσκαλοι, καὶ αὐτοὶ γρά-
φουσιν. Ἓν τὸ ἀγέννητον ὁ πατὴρ, καὶ εἷς ὁ ἐξ αὐτοῦ υἱὸς γνήσιος, γέν-
νημα

νημα ἀληθινὸν, λόγος, καὶ σοφία τοῦ πατρός. NB. Σοφία τοῦ πατρὸς, *Sapientia Patris*, est is ipse Titulus, qvo Auctor noster utitur.

§. XXVI. *Epistolæ Ignatii à Vossio editæ.*

Sed proferamus etiam ex qvàm plurimis unum saltem atqve alterum testimonium ex Epistolis ipsis, qvæ hodie extant, & inter genuinas & orthodoxas à Vedelio numerantur, (de Editione Vossianâ Epist. Ignatii ex Bibliothecâ Florentinâ, vide judicium *Allatii de Consensu Orient. & Occid. Ecclesiæ colum. 1407. §. 3. de Hebdom. Græc.* nec non Joh. *Dallæum de Scriptis, quæ sub Dionysii Areopagitæ & Ignatii Antiocheni nominibus circumferuntur. libr. secundo cap. 1, 2. & seqq.*)

Prius legitur in Epistolâ ad Magnesios p. 56. ubi Ignatius ita loqvitur: οἱ γὰρ θειότατοι Προφῆται κατὰ Ἰησοῦν Χριστὸν ἔζησαν διὰ τοῦτο καὶ ἐδιώχθησαν. Ἐμπνεόμενοι ὑπὸ τῆς χάριτος, εἰς τὸ πληροφορηθῆναι τοὺς ἀπειθοῦντας, ὅτι εἷς Θεός ἐστιν ὁ παντοκράτωρ ὁ φανερώσας ἑαυτὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὅς ἐστιν αὐτοῦ λόγος, οὐ ῥητὸς, ἀλλ' οὐσιώδης; οὐ γάρ ἐστι λαλιᾶς ἐνάρθρου φώνημα, ἀλλ' ἐνεργείας θεϊκῆς οὐσία γεννητὴ, ὃς πάντα κατευαρέστησε τῷ πέμψαντι αὐτόν. Versio horum verborum ita sonat: *Divinissimi namqve Prophetæ juxta Christum Jesum vixerunt, & ob hoc persecutionem passi sunt gratiâ inspirati, ut plenè erudirentur (certi redderentur) increduli, qvod unus Deus est omnipotens, qui seipsum manifestavit per Jesum Christum, filium suum, qvi est ipsius verbum non pronunciatum, sed Substantiale. Nec enim est articulati sermonis vox, sed divinæ efficaciæ genita Essentia, quæ omnia grata & placita reddidit (per omnia complacuit) ei, qui se miserat.*

§. XXVII

Et in Epistolâ ad Philadelphenses p. m. 94. Ἐπείπερ καὶ εἷς ἀγέννητος ὁ Θεὸς καὶ πατήρ: Καὶ εἷς μονογενὴς υἱὸς Θεοῦ, λόγος καὶ ἄνθρωπος, καὶ εἷς ὁ παράκλητος, πνεῦμα τῆς ἀληθείας. Versionem ex emend. Vedelii cum præced. hanc damus: *Quare & confisus charitati vestræ Deo dignæ, scribo ad vos moneoqve ut unâ Fide, unâ prædicatione, unâ Eucharistiâ utamini. Una enim est Caro Domini nostri Jesu Christi, unus illius Sangvis, qui pro nobis effusus est, unus item Panis omnibus confractus; & unus Calix, qui omnibus distributus est, &c. Qvandoqvidem & unus est ingenitus Deus & Pater, & unus unigenitus Filius Dei, Verbum & Homo, unus Paracletus Spiritus veritatis, & una prædicatio, Fides una* &c. Et pag. 98. ita scribit: Ἐάν τις λέγῃ μὲν ἕνα Θεὸν ὁμολογεῖ δὲ καὶ Χριστὸν Ἰησοῦν, ψιλὸν δὲ ἄνθρωπον εἶναι νομίζῃ τὸν κύριον οὐχὶ Θεὸν μονογενῆ καὶ σοφίαν καὶ λόγον Θεοῦ, ἀλλ' ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος αὐτὸν μόνον

μένον εἶναι νομίζῃ, ὁ τοιοῦτος ὄφις ἐστὶν ἀπάτης καὶ πλάνης, κηρύττων ἐπ' ἀπωλείᾳ ἀνθρώπων, καὶ ἔστιν ὁ τοιοῦτος πένης τὴν διάνοιαν, ὡς ἐπίκλην Ἐβίων. *Si quis dicat unum quidem esse Deum, & confiteatur Christum Jesum, sed eundem nudum esse hominem putet, non autem Deum unigenitum, Sapientiam & Verbum Dei, sed solâ illum animâ & corpore constare censet, hujusmodi serpens est: fraudem & errorem prædicans in exitium hominum, & est ejusmodi inops sensu, cognomento Ebion.*

Juvat qvoqve audire Polycarpum Episcopum Ecclesiæ Smyrnensis, eique teste Hieronymo, ab ipso Johanne Apostolo, cujus auditor fuit, præfectum B. Ignatii familiarem, qvi sub qvartâ, aliis qvintâ persecutione, qvæ secundum Alsted. circa Annum 168. sub Antonino Philosopho & L. Antonino Vero fuit, Martyrii coronam accepit: cujus scriptum qvidem nullum habemus (epistola enim ad Philippenses, qvæ circumfertur, est supposititia) habemus tamen insignem ejus precationem, qvam instante Martyrio ad Deum Optimum Maximum fudit, qvæ ap. Eusebium Lib. 4. cap. XIV. p. m. 3. lit. B. C. D. ita sonat: Ὁ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ εὐλογημένου παιδός σου Ἰησοῦ Χριστοῦ πατήρ, δι' οὗ τὴν περὶ σε ἐπίγνωσιν εἰλήφαμεν, ὁ θεὸς ἀγγέλων, καὶ δυνάμεων, καὶ πάσης τῆς κτίσεως, παντός τε τοῦ γένους τῶν δικαίων, οἳ ζῶσιν ἐνώπιόν σου, εὐλογῶ σε, ὅτι ἠξίωσάς με τῆς ἡμέρας καὶ ὥρας ταύτης, τοῦ λαβεῖν μέρος ἐν ἀριθμῷ τῶν μαρτύρων ἐν τῷ ποτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου, ψυχῆς τε καὶ σώματος, ἐν ἀφθαρσίᾳ πνεύματος ἁγίου, ἐν οἷς προσδεχθείην ἐνώπιόν σου σήμερον ἐν θυσίᾳ πίονι καὶ προσδεκτῇ, καθὼς προητοίμασας, προφανερώσας, καὶ πληρώσας ὁ ἀψευδὴς καὶ ἀληθινὸς θεός. Διὰ τοῦτο καὶ περὶ πάντων σε αἰνῶ, σε εὐλογῶ, σε δοξάζω, διὰ τοῦ αἰωνίου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀγαπητοῦ σου παιδός. Δι' οὗ σοι σὺν αὐτῷ ἐν πνεύματι ἁγίῳ δόξα, νῦν καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. *Pater Dilecti & Benedicti Filii tui Jesu Christi, per quem tui cognitionem accepimus, Deus Angelorum & Potestatum, Deus totius Creaturæ, & Justorum cujusque generis, qvi vivunt in conspectu tuo, tibi gratias ago, quod me hujus diei & horæ celebritate donasti, in quâ cùm in martyrū numero, tùm in calice passionis Christi tui, tormentorum particeps fiam, in resurrectionem vitæ æternæ, tam animæ quam corporis, per immortalem Sp. S. virtutem: inter quos quæso martyres, hodiè in conspectu tuo pro hostiâ pingui & accepta, admittar: sicut præparasti, præsignificasti & jam tandem complevisti, qvi Deus*

§. XXVIII. *Polycarpi ardens ad Deum precatio, & insignis confessio veræ Deitatis Filii Dei.*

Deus verus est, & omnis mendacii expers. Ac propterea præ cæteris omnibus te laudo, te benedico, te glorifico, per Jesum Christum dilectum tuum Filium Pontificem æternum, per qvem tibi cum eo in Spiritu Sancto gloria nunc, & in futura secula seculorum. Amen.

§. XXIX. Hæc in præsens annotasse sufficiat. Plura qvi in hanc rem ex Antiqvitate collecta legere desiderat, consulat è nostris D. *Joh. Gerhardum in Exegesi de Mysterio Trinit: D. Abrahamum Calovium in Disputatione de Fide Patrum ante concilium Nicenum. D. Heinricum Eckardum in Compendio Theologiæ Patrum.* Ex Pontificiis; *Dionysium Petavium in Præfat. Tom. II. Theologicorum Dogmatum*, ubi hanc materiam ex professo tractat. E Calvinianis, *Amandum Polanum in Symphoniâ Catholicâ.* Ego illud solum addo: In honorem hujus Sophiæ seu divini Logi extructum fuisse templum Constantinopolitanum, qvod postea Sultanus, capta Constantinopoli, in templum Jsmaelitanum per grandem injuriam convertit, teste Crusio in Turco-Græc.

(D) *Qvintum Chorum tenent Confessores.*) Confessores autem dicebantur in primitivâ Ecclesiâ, qvi in persecutionibus intrepidè Christum confitebantur, & etiam in cruciatibus ad abnegandum Christum immissis immoti persistebant, & supplicium capitis evaserant. *Cluverus in Apoc. Part. II. p. 90.*

§. XXX. *Qvid sunt 144000. Virgines?* (E) *De qvibus Virginibus ita in Apocalypsi suâ Johannes cap. 14. v. 4.*) Centum qvadraginta quatuor millia Virginum Autor explicat de Monachis, idē facit infrà cap. XXXVIII. in Qvæst. *An Deo se consecrare liceat?* Ubi probationis loco pro statu Monachali & Monachorum cœlibatu hunc locum Apocalypticum urget, & ad asserendum institutum suum explicat & applicat, nec non & cap. XXXIX. ideo necessarium est, nonnulla ad veram explicationem hujus dicti facientia annotare. Lyra qvidem itidem de 144000. monachis virginitatem professis, atqve occisis ab Agarenis in claustris Syriæ & Antiochiæ circa finem imperii Heraclii. Ribera qvoqve, rejectâ sententiâ Hieronymi, de convertendis è duodecim Tribubus extremo qvadriennio Antichristi explicat de Virginibus è Judæis & Gentibus simul convertendis sub Antichristo. Sed hoc est commentum ipsis Pontificiis ἀπροσδόκητον. Alii alias variantes explicationes proferunt. Simplicissima & verissima hæc est: describi hîc Christum, tanqvam verum Regem Sionis, cum adhærente exer-

te exercitu & piis cultoribus, etiam sub persecutione Antichristi, in pietate & verâ Fide constanter perseverantibus, qvales sunt fideles Doctores, Pastores, Clerici, Oves, Laici; verbo; omnium ordinum Martyres & Confessores, qvorum non exiguus fortè est numerus, sed numerosus exercitus 144000. Hos vocat Virgines, non sententiâ Joviniani, per non inqvinatos, non uxoratos & per Virgines, cœlibes, innuptas intelligendo, hæc enim sententia plurimis absurdis laborat: sed Augustini, qvi benè hoc ita interpretatur: *non polluerunt se mulieribus, h. e. renunciaverunt cupiditatibus carnalibus, nec adhæserunt idolis, diis alienis, hæresibus, erroribus, sceleribus: sed sunt Virgines Spirituales, qvorum Sponsus est Christus.* Et Ambrosius in Verba Apostoli. 2. Cor. 11. v. 2. *Preparavi vos uni viro, ut virginem puram sistam Christo. Virgines,* inqvit, *vult eos esse in Fide, qvales incontaminatos assignat Christo in die judicii Johannes in Apocalypsi: Hi sunt qvi cum mulieribus non sunt coinqvinati: Virgines enim sunt, hi seqvuntur, &c.* μετὰ γυναικῶν metaphoricè interpretatur *cum erroribus seu hæresibus. In mulieribus,* inqvit, *errorem significavit* qvia per *mulierem error cœpit. Sicut supra cap. 3. per Jezabelem mulierem intellexit Idololatriam, qvâ corrumpuntur mores, & Fidei Veritas.* Nam si mulieres intelligas, ut ideò putes Virgines dictas, qvia corpora sua incontaminata servaverant, excludis ab hâc gratiâ Sanctos, qvia omnes Apostoli exceptis Johanne & Paulo uxores habuerunt. Ambrosio accedit etiam *Ludov. ab Alcasar*, virginitatem metaphoricè de vitæ & doctrinæ integritate, & Virgines hoc loco eos omnes intelligens, qvi rerum creatarum inordinatâ affectione se non contaminant. Vide *D. Chytræum* in h. l. nec non *Johannis Cluveri Diluculum Apocal.* ut & D. *Parei Comment. in Apocal.*

§ XXXI. *Concertatio de verâ Explicatione loci Apocalyptici.*

Et hæc qvidem de hoc loco Johannitico in primâ editione meâ consignavi. Qvibus ut pauca jam nunc adjiciam, facit colloqvium super cum Jesuitâ de hâc meâ interpretatione institutum. Cum enim hoc anno 1665. in Nundinis nostris Dominicalibus in Bibliopolio Hollandico cum aliis nonnullis viris Honoratissimis etiam τῶν ἐν τέλει in perlustrandis libris recentioribus occupatus essem, è Jesuitarum societate nonnemo, qvem hactenus nondum videram, Græci sermonis non ignarus, in colloqvium mecum fortè fortunâ delapsus, ubi nomen meum audivit, indicavit, visum & lectum sibi esse libellum meum de Græcâ Ecclesiâ, ideoq; jam pridem & auctorem vi-

dere deſideraſſe: Habere ſe autem, qvod contra Interpretationem meam loci Apocalyptici è cap. XIV. de centum qvadraginta qvatuor millibus Virginum posſit proferre, proferebat itaqve illicò Argumentum Græcis verbis conceptum, cujus hæc erat ſumma:

Cujus Vocis ſignificatio eſt Prima, Propria, & Receptisſima, illa etiam hic retineri debet.

Atqvi Vocis Virginum Prima, Propria, & Receptisſima illa eſt, qvando per Virgines propriè dictas Virgines, etiam qvoad ſexum intelligo.

E. Etiam illa ſignificatio hîc obtineri debet, & per conſeqvens, Ego malè interpretatus ſum hunc locum, qvando eum de impropriè dictis Virginibus explicavi.

Reſpondi ego ad Majorem: Uniuscujusq; Vocis Primam, Propriam & Receptisſimam ſignificationem retinendam eſſe, ſed cæteris paribus, niſi ſc. Circumſtantiæ Textus diverſum ſvadeant: Jam autem Circumſtantias hujus loci Apocalyptici non permittere, ut de ſolis Virginibus qvoad ſexum explicetur, multa enim abſurda ſecum traheret hæc interpretatio; imò addebam, ſi explicatio de ſolis propriè dictis Virginibus etiam qvoad ſexum retinenda, ſeqvetur, Patres Jeſuitas non fore in illorum numero, qvi agnum ſeqvuntur, & Canticum novum in cœlis canunt, qvia non ſunt propriè dictæ Virgines, qvoad ſexum. Regerebat Jeſuita: Hæc eſſe Scommata: Reponebam ego: Non eſſe Scommata, ſed legitimam conſeqventiam. Concludebat tandem Jeſuita καλῶς & bene me hoc dictum expoſuiſſe in ſenſu Allegorico, ſed non in ſenſu proprio & Literali. Atqve hoc ipſo Finis colloqvio huic eſt impoſitus, & Jeſuita non ſine Voto Acceſſionis ad μίαν πίστιν, cui ego reciprocum meum pro agnitione μιᾶς ἀληθινῆς πίστεως, reponebam, diſceſſit.

XXXII Hoc hâc occaſione ad Illuſtrationem Loci Apocalyptici volui repetere; non poſſum autem, quin non inſimul addam Theologi Gallici *Danielis Chamieri* verba, qvibus ille hunc textum Apocalypticum in *Panſtratiâ Catholicâ* ὁμοψήφως planè interpretatus, & contra *Cardinalem Robertum Bellarminum* eſt tutatus. Ita autem ille *Tomo III. Lib. XX. cap. XVIII.* §. *XXI. XXII.* potisſimum §. *XXIII.* Qvartum Argumentum, qvo Bellarminus probare vult, continentiam eſſe in arbitrio poſitam, vel potius in poteſtate noſtrâ, hoc eſt: Continentes

tes ac cœlibes in Scripturis laudantur & præmiis afficiuntur. Nam Esa. 56. Eunuchis promittitur *Nomen melius, qvàm Filiis & Filiabus.* Apoc. 14. *Virgines cantant canticum novum, qvod nemo alius canere potest.* At nullum præmium, nullam laudem merentur opera, qvæ non sunt in nostrâ potestate; nec enim præmio afficiuntur, qui prophetant, qvi lingvis loqvuntur, qvi morbos curant, qui dæmones ejiciunt; qvia hæc solius Dei dona sunt. Igitur continentia non est solùm donum Dei; sed etiam libera Hominis Actio.

Respondeo. Primò concedi qvidem Antecedens, non de Virginibus Eunuchisq; absolutè; verùm de iis, qvi castrarint se propter Regnum cœlorum, sed non probari tamen illis locis ex Esaiâ & Apocalypsi. Nam in Esaiâ, Eunuchi non peculiariter illi designantur, qvi castrarunt se propter Regnum cœlorum; sed indefinitè Eunuchi. Ita Lyranus: *Eunuchus,* i. e. *Impotens ad Generandum,* qvi addit: *Veritas asseritur: videlicet, qvòd Eunuchus & Gentilis veniens ad Fidem tantum Bonum conseqvetur Gratiæ in præsenti, & Gloriæ in futuro, cæteris tamen paribus, qvantum recipiet Judæus natione & dotatus multâ prole.* Hæc Chamier, cum qvo velim conferas, qvæ collegit noster *Andreas Prücknerus, in h. loc.* Probandum est, ait ille, Adversario 1. Agere Prophetam de Eunuchis *voluntariis, & ex voto,* non verò de *coactis* i. e. *Naturâ,* vel *Arte* talibus. 2. Gloria illa non promittitur *singularis,* est enim *Salus Æterna.* Itaqve hanc Gloriam necesse est esse *communem omnibus Electis,* non *propriam Continentibus.* 3. Nomen illud æternum promittitur Eunuchis, non propter *Eunuchismum,* sed propter *Pietatem.* ut ex vers. 4, & 6. optimè diducunt Cyrillus & Procopius. 4. Propheta v. 3. *Advenas* & *Eunuchos* conjungit, sicut igitur conditio *Advenarum* non est meritum vitæ æternæ, ita nec *cœlibatus.* 5. Nulla fit Mentio alicujus *meriti,* sed *Doni.* Jam verò qvod donatur non meriti, sed Gratiæ est. Rom. 11 v. 6. At Bellarmini Logica meritum concludit ex dono. Vide reliqva.

§. XXXIII.

In Locum autem nostrum Apocalypticum *Chamier* ita commentatur: In Apocalypsi scribit similiter Virgines non ad Literam, qvi abstinuerunt mulieribus. Nam primùm ita definiunt, οἱ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν, qui cum mulieribus non fuêre inqvinati. Quæ Definitio non excludit eos, qvi usi sunt casto conjugio, i. e. teste Paulo κοίτῃ ἀμιάντῳ, cubili immaculato: Nam & Paulus *Virgines*

appellat promiscuè Fideles, 2. Cor. 11. Præparavi vos uni Viro, ut Virginem puram sistam, nempe Christo Jesu. Deinde describebantur: *Qui seqvuntur Agnum qvocunq; ierit, qvi emti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno*, qvæ omnia manifestè pertinent ad omnes fideles, tum etiam *Canticum illud novum, dicitur non posse cantari, nisi ab illis centum quadraginta qvatuor millibus, qvi emti sunt è terrâ.* Atqvi non soli cœlibes emti sunt è terra. Aretas: Ἡ τῶν ὑδάτων, καὶ τῶν βροντῶν, καὶ τῆς κιθάρας φωνὴ, τὸ διαπρύσιον δηλοῖ τῆς τῶν ἁγίων ὑμνῳδίας καὶ τῶν ἐμμελῶς αὐτῶν καὶ εὐήχου, καὶ συμφώνου ᾠδῆς, τῆς πᾶσαν περιεχούσης τὴν τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων ἐκκλησίαν, πρωτοτόκων πανήγυριν. i. e. *Aqvarum & Tonitruum & Citharæ sonus vehementiam significat Cantici Sanctorum, atqve eorum benè compositæ apteq; resonantis & concordis cantionis, quæ universam continet eorum, qvi in cœlis descripti sunt Primogeniti.* Eadem legas apud Andream.

§. XXXIV. Ambrosius ille, qvisqvis est, commentariis in hunc locum prolixus est, contendens, non de solis cœlibibus intelligendum. *Ista Centum quadraginta qvatuor millia, electos, qvi in cœlesti Gloriâ cum Domino lætantur, significant.* Post: *Hic magna obscuritas est, dicit, qvippe centum qvadraginta millia non fuisse coinqvinatos cum mulieribus, Virginesq; esse, & ideò Canticum novum cantare, qvod nemo potest dicere, nisi illi Soli. Scimus autem qvosdam ex Apostolis atqve Martyribus Uxores habuisse. Numqvid ii, qvi Virginitatem corporis servare studuerunt, laudes Deo decantant, & isti in laudibus Dei muti existunt maximè, cùm sciamus ex utroqve sexu, parvi Meriti Homines Virginitatem corporis usque ad mortem servasse, sicut sunt Infantes & Pueri, qvos Ætas Virginitatem amittere non permittit. Vidimus etiam qvosdam aliqvibus peccatis obnoxios, Virginitatem Corporis usque ad mortem servasse, qvos credimus per ignem purgatorium esse purgandos, ut in justorum numero quandoq; adscribi mereantur, nunqvid istos tales Apostolis & Martyribus, qvos uxores habuisse Scriptura non tacet, præferre audebimus, ut illud Canticum svavissimum Deo offerant, à qvo Petrus ejusq; similes alieni existant.* Post: *Si superficiem lectionis diligenter attendimus, inveniemus, non de solis Virginibus, sed de omnibus Sanctis Animabus hæc esse dicta.*

§. XXXV. Secundò respondeo, nulla opera, qvæ non sunt in nostra Potestate, laudem præmiumvé mereri; si intelliguntur, qvomodo nunc disputamus, non pendére ab Electione; falsum sumitur: Nam Fidei

magnum

magnum est præmium, qvæ tamen non est eo modo in potestate nostrâ. Atqve adeò falsum, qvi prophetant, qvi lingvis loqvuntur, qui morbos sanant, qui dæmonia pellunt, nullum referre præmium. Nam saltem, qvi plurimos docuerint, & in his Prophetæ sunt, lucebunt ut Stellæ in Firmamento. Enimverò, etsi ipsa Facultas, sive abstinendi, sive prophetandi non pendeat ab Electione nostrâ, tamen ejus Facultatis singuli Actûs fiunt à volentibus: atque ita, cum illa fuit data, hi sunt in potestate. Datur autem præmium his actibus, qvi hoc modo sunt in Potestate. Hæc Chamier dicto loco.

§. XXXVI. Is ipse loc. cit. cap. XXI. §. XCIII XCIV. seq. Eundem Textum seqventem in modum illustrat: Octavum, inquit, Bellarmini Argumentum est ex Apoc. XIV. *Nemo poterat dicere Canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia: hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: Virgines enim sunt, & seqvuntur Agnum quocunqve ierit.* Ex qvo apparet singulare præmium habere Virgines, qvandoquidem canunt Canticum, quod nulli alii Beatorum canere possunt. Atqvi cap. 15. cùm fuit jam iste ipse locus objectus, probatum est, *hos Virgines* (nam Virgines Joannis dixit Masculino Genere) intelligendos, non ad literam, qui abstinuissent prorsus à mulieribus, sed spiritualiter qvi credidissent in Christum. Id nunc repeto: sed miram Jesuitæ imposturam noto, *canere illos Canticum*, quod Beatorum alii nulli canere possint. Nam hoc profectò Bellarminus commentus est. Joannes dixit: *Neque quisquam poterat dicere Canticum illud, nisi illa centum quadraginta qvatuor millia, qui empti sunt à terra.* Viden' non separari a Beatis? Imò viden' describi non à Virginitate, sed à Redemtione? Atqve nos multò justius tuemur, contineri illo Numero omnes Beatos, ideoqve nullos beatos inqvinavisse se cum mulieribus, & qvia non omnes Beati continentes: ergo illud inqvinari cũ mulieribus, aliud esse, qvàm continentiam profiteri. At objicit Bellarminus: Joannem indicare paucos illos fuisse; puta *centum quadraginta quatuor millia*; cùm tamen cap. 7. Beatorum turba dicatur, qvam numerare nemo poterat. Secundò dicturum fuisse Joannem, qvi non coinqvinarunt se cum muliere, non cum mulieribus, si intellexisset de fornicatione Babylonicâ. Tertiò de veris Virginibus exposuisse Primasium, Bedam, Oecumenium, Gregorium III. Pastoralis curæ cap. 29. Augustinum de S. Virginitate cap. 27. Respondeo, & paucos & multos variâ ratione dici posse Fideles. Paucos

qvidem semper præ multitudine infidelium: qvorum numerus longè excedit: multos verò omnes, pro modo crescentis Ecclesiæ, qvæ à minimis initiis promovenda erat in immensum. Ut nihil obstet, qvò minus variis locis & numero comprehendantur, & innumerabiles dicantur, qvi in Christum crediderunt. Tum autem centum qvadraginta qvatuor millia satis magnus est numerus, ut maximè positus certus pro incerto infinitum designet: quando etiam ex Vulgari usu Græcorum Μύριοι decies mille, multò infra illum sic soleat usurpari. De Muliere, vel Mulieribus responsio premit duntaxat Centuriatores, qui Idololatriam dixerunt Meretricis Babylonicæ. Sed horum Autoritas præjudicare non potest iis, qvi latius omne genus Idololatriæ comprehendunt. Nam & verum est, non tantùm adscribi cœlis eos, qvi non polluerunt se Antichristiano scelere, sed etiam qvi abstinuerunt Idololatriis Ethnicis. Tum autem ipsius Idololatriæ Babylonicæ, qvid obstat, quò minus multæ sint species? Imò comprobavit eventus. Nam in Papismo non unum est Idolum, sed pro numero Domorum, ut ita dicam: ex qvibus suum qvisqve sibi elegit: Jesuitæ Ignatium; Cordigeri Franciscum, alii Dominicum, non pauci Brunonem; ut mittam alia Exempla. Viderint Patres: Nos existimamus tam absurdum esse figuratam Orationem literaliter interpretari, quàm literalem figurate. Et Joannem perpetuâ penè usum Allegoriâ, nemo potest negare. Hæc ille:

Vide etiam, si placet, qvæ ad Caput XXXIX. de hoc dicto annotavimus.

§. XXXVII. *Etiam Seculares multi apud Græcos & Moscos externè pietatē ostendunt singularē.*

Septimus Chorus est Justorum, h. e. Secularium, sed proborum Hominum.) Juvat hîc nonnulla annotare de Pietate Græcorum ita autem de eâ *Edvin Santes in Relatione de statu Religionis. cap. 42. p. 590.* Græci, qui aliàs naturâ superbi, arrogantes, intemperantes, astuti, fallaces, & in quavis Regiminis Formâ rebelles, & seditiosi, præsenti statu modesti, obedientes & pacifici redditi sunt, & in cultu divino longè ferventiores Pontificiis, ubi ubi etiam illi degant. Idem calculo suo approbat *Leo Allatius tractatu de libris & Rebus Ecclesiasticis Græcorum*, his verbis: qvod mireris, etiam homines seculo addicti, & mulieres, abstinentias, & Jejunia Monachis, & similis sortis hominibus, à Patribus præscripta ita amplectuntur, atqve iis obli-

obligantur, ut ab iis vel minimũ quidem ungvem recedere piaculum illis sit. Qvare in totâ Græciâ ferè Secularium Hominum ac Monachorum vitæ institutum, si uxores tantùm subtrahas, à qvibus Monachi ex præcepto abstinent, qvoad omnia unum idemqve est.

De Moscovitis & Ruthenis qvoqve hæc scribit *Adamus Olearius in Descriptione Itineris Persici*. p. 179. Qvando Ruthenus in alterius cujusqvam Domum aut Hypocaustum venit, primò omnium Deo suo Honorem exhibet, oratqve; postea demum Homines alloquitur. Intrat enim instar muti, neminem curans, licet decem, vel plures adsint præsentes. Primo ingressu circumspicit, annon imago aliqva adsit, qvæ ut plurimùm ponè mensam ad parietem pendet, aut in pinacotheca stat; si nullam illicò conspicit, quærit: Jest le Boch? Non adest Deus aliqvis? Visâ imagine, ter se coram illâ inclinat, consveta verba proferens: Gospodi pomilui; h: e Domine miserere mei. His peractis demum se ad præsentes homines convertit, eosqve salutat.

§. XXXVIII. Idem refert de Moscovitis liber Gallicus, cui Titulus *Les Estats Empires & Principautez du Monde par le Sieur D. T. V Y.* Multo curiosiores, ait, sunt in ceremoniis & negotiis ad religionem spectantibus, qvàm nos (sc: Pontificii): nunquam enim vel Monasterium aliqvod, vel Ecclesiam vel Crucem antiqvam, quibus omnes plateæ sunt repletæ, prætereunt, quin, si forte etiam equitent, ex eqvo in terram descendant, & sese incurvent, eundem ad modum, qvo pedes ambulantes formant simul figuram crucis, dicuntq;: Miloy Hospodi, Miloy Hospodi, Miloy Hospodi h. e. Kyrie Eleison, Kyrie Eleison, Kyrie Eleison Domine miserere nostri. Is ipse Pernsteinius (forte est Baro Herbersteinius, cujus verba nunc recensita sunt) dicit, qvòd illos, qvi sibi nomine Imperatoris Legatione apud Moscum fungenti, adjuncti erant viæ duces comitesqve, ubi Ecclesiam quandam attigere, in qvâ tum Missa celebrata est, nullis modis ad continuationem cœpti itineris potuerit permovere, sed Missam primùm audivére, idque prolapsi in genua terientes terram, vel vicinum locum fronte, inprimis in Elevatione Eucharistiæ. Si cum uxoribus consvetudinem habuerint, templum intrare non audent, sed extra illud se continent, donec laverint in balneo.

§. XXXIX. *Archontologia Cosmica pag. 463. col. b.* ita externam Pietatem etiam Secularium describit: in Monasteriis singulis diebus sub Auroram

tam celebratur Missa, cui soli viri intersunt, inveniasqve nonnullos, qvibus tantus devotionis fervor, ut per totam noctem in Templis commorentur cum Clericis, qvi per vices sibi succedentes, Psalmis eam continuisq; absumunt cantilenis.

Studium Moscovitarum erga Imagines.

Studium Moscovitarum erga Imagines describit *Archontologia Cosmica pag. 463.* seqventem in modum: Imagines depereunt, sic effusè amore ornant & veneratione eas perseqvuntur, qvas ideò habent in Templis suis innumeras, easqve pictas (sculptas vel fusas rarissimè videbis aut nullas: Olearius refert se unicam offendisse in qvodam Sacello Moscuæ) Sanctorum denatorum, ut dicunt; inprimis autem B. Mariæ, & S. Nicolai magni Russorum Patroni. Unusqvisqve suum Sanctum ibi habet, qvem etiam plerumqve ipse eò reponit, coram qvo devotissimè se incurvat, & preces suas peragit, Videbis in compitis viarum ad fores templorum &c. passim Russos devotos & orantes ante Crucis Signa suspensa.

Sed & in communibus negotiis suis ostendunt se multum esse deditos imagunculis: neqve enim pedem domo efferunt, aut ædes suas ingrediuntur, qvin se ter inclinent ante Crucifixi aut Virginis Matris imaginem, qvarum alteram habent in omnibus prope hypocaustis aut cubiculis suis, cum appenso lumine, ubi tamen non ipsum simulacrum, aut Divum qvempiam adorant, sed hæc verba dicunt: *Hospodii*, vel rectius, *Gospodi Pomilui, Domine miserere nostri.* Hoc facto demum colloqvuntur cum iis, qvi eas conventos voluerunt, aut eis valedicunt. Idem faciunt in mensâ, qvoties cibum capere volunt. Ornant imagines suas pro suis qvisqve opibus, unionibus & Gemmis, nullam autem venerantur nisi à Russo vel Græco Artifice pictam: Peregrino Latinæ Religionis non donant, nec vendunt ullas suarum, utpote indigno, qvi tale Sacrum habeat; & ignaro qvomodo satis honorare debeat. Metu etiam percelluntur magni alicujus Numinis, si aliqvid insoliti accidat circa imaginem, cujus rei exemplum narrabo. Anno M. DC. XLIII. Mense Junio, Moscuæ vetusta qvæpiam & valdè honorata imago colorem suum ultrò immutarat, rubicundiorem exhibens vultum qvàm anteà. Miraculum à Popis extemplò defertur ad Patriarcham & Welikinnesam seu Magnum Ducem: ominosum & calamitatis alicujus publicæ præsagum habetur ab omnibus ac proinde constituitur jejunium, & pœniten-

§. XL. Qvales imagines solùm apud Moscos sint in veneratione.

§. XLI. Metu percelluntur Mosci,

nitentiam statis diebus peragi oportere, qvo pœnas effugerent. Ipse Zaar vir valdè devotus multas profundit lacrymas cum suspiriis: convocat interim etiam omnes Ruthenicos pictores, eosq; sub Fide Osculi Crucis (qvod Juramenti Religione penè sanctius habent) interrogat, ut sibi dicant, utrum causam habeat hæc res naturalem & ordinariam, an miraculosam? Respondent unanimiter omnes, non esse miraculum aliqvod, sed materiâ coloris evanescente, vel deciduâ, qvâ incrustata fuerit imago, fundum ipsum apparere, qui in tabulâ ab artifice, uti manifestè ipsi deprehendunt, ruber sit positus ejusqve lineas nunc pellucere. Sic metus evanuit. Plura etiam contigêre exempla Fraudis, qvâ Popi credulæ plebi, & circa talia crepundia versanti imposuêre, eo fine, ut eò largiores nanciscerentur eleemosynas; sed dolo detecto aliqvoties puniti fuerunt. Evanidas planè vel ob vetustatem, vel ob cariem ligno exeso aliove modo inutiles redditas non abjiciunt, sed aut committunt aqvæ labenti, aut altè defodiunt in terram cœmiterii hortive alicujus.

qvando aliquid insoliti circa imaginem contingit.

§. XLII. *Hospitalitas Græcorum & Moscovitarum.*

(G) *Hospitalitate & Indigis succurrendi promtitudine.*) Idem confirmat *Johannes Faber de Relig. Moscovit. ad Ferdinandum Regem Roman. p. m. 181.* Neqve illud qvidem minori, qvàm reliqva, qvæ egregiè faciunt, loco habendum erit, qvod plurimùm commendatos habent pauperes, quibus quisqve pro suâ facultate, atque qvantum Evangelii Pietas consulit, exponit Eleemosynas, vestit, potat, pascit, hospites colligit, & reliqva agit hujusmodi, qvibus Filios Dei in vitâ provehere potest.

Olearius tamen Moscovitarum hospitalitatē non magnificè prædicat, pag. 173. hæc annotans: Prudentiores etiam Fidem suam per bona Opera, & Charitatem erga proximum efficacem demonstrare ostendereqve, valdè obscurè apparet. Bonis Operibus autem, qvæ Templis & Monasteriis largis eleemosynis præstant, plus justò tribuunt. Hæc Olearius.

Liberalitas Turcarum.

Turcarum Liberalitatem seqventibus hisce verbis laudat *Archontologia Cosmica* p. 688. b. Unum hoc in hâc Gente laude dignum est, qvòd liberales sint, & multum erogent Eleemosynarum in pauperes. Sed hoc faciunt sine ratione & discrimine, qvòd non minus erogant pecuniæ in alimoniam canum aliorumqve animalium, qvàm ipso-

rum hominum: Et tale qvidem est eorum in exercendâ misericordiâ judicium.

De Hospitalitate Græcorum in Monte Athos hæc habet *Archontologia Cosmicâ*: Hospitalitatis immemores minimè sunt: Si enim Peregrinus

ΚΕΦΑΛΗ. Α.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑΣΤΑΣΕΩΣ ΤΩΝ ΣΗΜΕΡΟΝ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΩΝ ΕΛΛΗΝΩΝ.

ΟΙ παλαιοὶ Ἕλληνες ἤκουσαν τοῦ Εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου, λέγοντος ἐν Ἀποκαλύψει, ἐν κεφαλ. ιγ. στοιχ. α. Καὶ εἶδον θηρίον ἀναβαῖνον ἐκ τῆς Θαλάσσης, καὶ ἐδόθη αὐτῷ πόλεμον ποιῆσαι μετὰ τῶν ἁγίων, καὶ νικῆσαι αὐτοὺς, καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία ἐπὶ πᾶσαν φυλὴν, καὶ γλῶσσαν, καὶ ἔθνος, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐν τῷ βίβλῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου, τοῦ ἐσφαγμένου ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. εἴ τις ἔχει οὖς ἀκουσάτω. Εἴ τις αἰχμαλωσίαν συνάγει, εἰς αἰχμαλωσίαν ὑπάγει, εἴ τις ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτενεῖ, δεῖ αὐτὸν ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτανθῆναι, καὶ τὰ ἑξῆς. Ταύτην τὴν προφητείαν καὶ ἑτέρας πολλῶν Ἁγίων ἀνδρῶν προφητείας τοιαύτας ἀκούσαντες, ὅταν εἶδον τοὺς Τούρκους, εἶπον· τὸ θηρίον. Καὶ οὐκ ἠθέλησαν μάχεσθαι μετὰ τοῦ Τούρκου οἱ Ἕλληνες. Μικρόν τι ἐν τῇ ἀρχῇ ἐμάχοντο, ὅμως

tegrinus aliquis negotiorum suorum ratione per hunc Montem Athon iter faciat, Calohieri cum hospitio exceptum, non cibo tantùm potuq; reficiunt, sed & omni Comitatis genere prosequvuntur, necquicqvam ab ipso eo nomine exigunt pecuniæ: Qvæ Liberalitas Famam eorum auget & Existimationem.

CAPUT I.

§. XLIII.

DE

HODIERNORUM GRÆCORUM STATU.

ANtiqviores Græci audivére qvondam Evangelistam Johannem in Apocalypsi cap. 13. v. 1. ita dicere: Et ecce vidi ascendentem è mari Bestiam, (A) & permissum ei est bellum gerere cum Sanctis, & vincere eos, & data est ei potestas in omnem tribū, & lingvam, & gentem, & adorabunt eam omnes, qui inhabitant terram, qvorum nomina non sunt scripta in Libro vitæ, Agni sc. ab origine mundi mactati. Si quis habet aures, audiat; qvi in captivitatem ducit, in captivitatem abit, qui gladio occidit, eum gladio qvoq; tolli necesse est, & qvæ sequntur. Hanc aliasq; talis notæ plurimas, Virorum Sanctorum, qvia cognoverant Prophetias, conspectis tantummodò Turcis, illicò exclamarunt: En Bestiam illam. Et hanc ob causam Græci ne quidem cum Turcis pugnare voluerunt. In principio quidem cum Turcâ bello contendére, (B) sed postcà

Apoc. 13. v. 1.

§. XLIV.

Per Bestiam illam intelligitur Turca

dere desiderasse: Habere se autem, qvod contra Interpretationem meam loci Apocalyptici è cap. XIV. de centum qvadraginta qvatuor millibus Virginum possit proferre, proferebat itaqve illicò Argumentum Græcis verbis conceptum, cujus hæc erat summa:

Cujus Vocis significatio est Prima, Propria, & Receptissima, illa etiam hic retineri debet.

Atqvi Vocis Virginum Prima, Propria, & Receptissima illa est, qvando per Virgines propriè dictas Virgines, etiam qvoad sexum intelligo.

E. Etiam illa significatio hic obtineri debet, & per conseqvens, Ego malè interpretatus sum hunc locum, qvando eum de impropriè dictis Virginibus explicavi.

Respondi ego ad Majorem: Uniuscujusq; Vocis Primam, Propriam & Receptissimam significationem retinendam esse, sed cæteris paribus, nisi sc. Circumstantiæ Textus diversum svadeant: Jam autem Circumstantias hujus loci Apocalyptici non permittere, ut de solis Virginibus qvoad sexum explicetur, multa enim absurda secum traheret hæc interpretatio; imò addebam, si explicatio de solis propriè dictis Virginibus etiam qvoad sexum retinenda, seqvetur, Patres Jesuitas non fore in illorum numero, qvi agnum seqvuntur, & Canticum novum in cœlis canunt, qvia non sunt propriè dictæ Virgines, qvoad sexum. Regerebat Jesuita: Hæc esse Scommata: Reponebam ego: Non esse Scommata, sed legitimam conseqventiam. Concludebat tandem Jesuita καλῶς & bene me hoc dictum exposuisse in sensu Allegorico, sed non in sensu proprio & Literali. Atqve hoc ipso Finis colloqvio huic est impositus, & Jesuita non sine Voto Accessionis ad μίαν πίστιν, cui ego reciprocum meum pro agnitione μιᾶς ἀληθινῆς πίστεως, reponebam, discessit.

§.XXXII Hoc hâc occasione ad Illustrationem Loci Apocalyptici volui repetere; non possum autem, quin non insimul addam Theologi Gallici *Danielis Chamieri* verba, qvibus ille hunc textum Apocalypticum in *Panstratiâ Catholicâ* ὁμοψήφως planè interpretatus, & contra *Cardinalem Robertum Bellarminum* est tutatus. Ita autem ille *Tomo III. Lib. XX. cap. XVIII.* §. *XXI. XXII.* potissimum §. *XXIII.* Qvartum Argumentum, qvo Bellarminus probare vult, continentiam esse in arbitrio positam, vel potius in potestate nostrâ, hoc est: Continen-

tes

tes ac cœlibes in Scripturis laudantur & præmiis afficiuntur. Nam Esa. 56. Eunuchis promittitur *Nomen melius, qvàm Filiis & Filiabus*. Apoc. 14. *Virgines cantant canticum novum, qvod nemo alius canere potest.* At nullum præmium, nullam laudem merentur opera, qvæ non sunt in nostrâ potestate; nec enim præmio afficiuntur, qvi prophetant, qvi lingvis loqvuntur, qvi morbos curant, qui dæmones ejiciunt; qvia hæc solius Dei dona sunt. Igitur, continentia non est solùm donum Dei; sed etiam libera Hominis Actio.

Respondeo. Primò concedi qvidem Antecedens, non de Virginibus Eunuchisq; absolutè; verùm de iis, qvi castrarint se propter Regnum cœlorum, sed non probari tamen illis locis ex Esaiâ & Apocalypsi. Nam in Esaiâ, Eunuchi non peculiariter illi designantur, qvi castrarunt se propter Regnum cœlorum; sed indefinitè Eunuchi. Ita Lyranus; *Eunuchus*, i. e. *Impotens ad Generandum*, qvi addit: *Veritas asseritur: videlicet, qvòd Eunuchus & Gentilis veniens ad Fidem tantum Bonum conseqvetur Gratiæ in præsenti, & Gloriæ in futuro, cæteris tamen paribus, qvantum recipiet Judæus natione & dotatus multâ prole.* Hæc Chamier, cum qvo velim conferas, qvæ collegit noster *Andreas Prücknerus, in h. loc.* Probandum est, ait ille, Adversario 1. Agere Prophetam de Eunuchis *voluntariis, & ex voto*, non verò de *coactis* i.e. *Naturâ*, vel *Arte* talibus. 2. Gloria illa non promittitur *singularis*, est enim *Salus Æterna*. Itaqve hanc Gloriam necesse est esse *communem omnibus Electis*, non *propriam Continentibus*. 3. Nomen illud æternum promittitur Eunuchis, non propter *Eunuchismum*, sed propter *Pietatem*. ut ex vers. 4. & 6. optimè diducunt Cyrillus & Procopius. 4. Propheta v. 3. *Advenas* & *Eunuchos* conjungit, sicut igitur conditio *Advenarum* non est meritum vitæ æternæ, ita nec *cœlibatus*. 5. Nulla fit Mentio alicujus *meriti*, sed *Doni*. Jam verò qvod donatur non meriti, sed Gratiæ est. Rom. 11 v. 6. At BellarminiLogica meritum concludit ex dono. Vide reliqva.

§. XXXIII.

In Locum autem nostrum Apocalypticum *Chamier* ita commentatur: In Apocalypsi scribit similiter Virgines non ad Literam, qvi abstinuerunt mulieribus. Nam primùm ita definiunt, οἱ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν, qui cum mulieribus non sunt inqvinati. Quæ Definitio non excludit eos, qvi usi sunt casto conjugio, i. e. teste Paulo κοίτῃ ἀμιάντῳ, cubili immaculato: Nam & Paulus *Virgines* appel-

agnum est præmium, qvæ tamen non est eo modo in potestate ostrâ. Atqve adeò falsum, qvi prophetant, qvi lingvis loqvuntur, ui morbos sanant, qui dæmonia pellunt, nullum referre præmi-m. Nam saltem, qvi plurimos docuerint, & in his Prophetæ sunt, cebunt ut Stellæ in Firmamento. Enimverò, etsi ipsa Facultas, sive stinendi, sive prophetandi non pendeat ab Electione nostrâ, tamen us Facultatis singuli Actûs fiunt à volentibus: atque ita, cum illa it data, hi sunt in potestate. Datur autem præmium his actibus, qvi c modo sunt in Potestate. Hæc Chamier dicto loco.

Is ipse loc. cit. cap. XXI. §. XCIII. XCIV. seq. Eundem Textum qventem in modum illustrat: Octavum, inquit, Bellarmini Argu-entum est ex Apoc. XIV. *Nemo poterat dicere Canticum, nisi illa tum quadraginta qvatuor millia: hi sunt, qui cum mulieribus non nt coinquinati: Virgines enim sunt, & seqvuntur Agnum quocunqve ie-*. Ex qvo apparet singulare præmium habere Virgines, qvando-idem canunt Canticum, quod nulli alii Beatorum canere possunt. qvi cap. 15. cùm fuit jam iste ipse locus objectus, probatum est, *s Virgines* (nam Virgines Joannis dixit Masculino Genere) intelli-ndos, non ad literam, qui abstinuissent prorsus à mulieribus, sed ritualiter qvi credidissent in Christum. Id nunc repeto: sed miram uitæ imposturam noto, *canere illos Canticum*, quod Beatorum alii lli canere possint. Nam hoc profectò Bellarminus commentus est. annes dixit: *Neque quisquam poterat dicere Canticum illud, nisi illa cen-m qvadraginta qvatuor millia, qui empti sunt à terra.* Viden' non sepa-a Beatis? Imò viden' describi non à Virginitate, sed à Redemtione? qve nos multò justius tuemur, contineri illo Numero omnes tos, ideoqve nullos beatos inqvinavisse se cum mulieribus, & qvia omnes Beati continentes: ergo illud inqvinari cũ mulieribus, aliud , qvàm continentiam profiteri. At objicit Bellarminus: Joan-m indicare paucos istos fuisse; puta *centum qvadraginta qvatuor lia*; cùm tamen cap. 7. Beatorum turba dicatur, qvam numera-nemo poterat. Secundò dicturum fuisse Joannem, qvi non coin-inarunt se cum muliere, non cum mulieribus, si intellexisset de rnicatione Babylonicâ. Tertiò de veris Virginibus exposuisse Pri-sium, Bedam, Oecumenium, Gregorium III. Pastoralis ræ cap. 29. Augustinum de S. Virginitate cap. 27. Re-ndeo, & paucos & multos variâ ratione dici posse Fideles. Paucos

§. XXXVI.

 qvidem

qvidem semper præ multitudine infidelium: qvorum numerus longè excedit: multos verò omnes, pro modo crescentis Ecclesiæ, qvæ à minimis initiis promovenda erat in immensum. Ut nihil obstet, qvò minus variis locis & numero comprehendantur, & innumerabiles dicantur, qvi in Christum crediderunt. Tum autem centum qvadraginta qvatuor millia satis magnus est numerus, ut maximè positus certus pro incerto infinitum designet: quando etiam ex Vulgari usu Græcorum Μύριοι decies mille, multò infra illum sic soleat usurpari. De Muliere, vel Mulieribus responsio premit duntaxat Centuriatores, qui Idololatriam dixerunt Meretricis Babylonicæ. Sed horum Autoritas præjudicare non potest iis, qvi latius omne genus Idololatriæ comprehendunt. Nam & verum est, non tantùm adscribi cœlis eos, qvi non polluerunt se Antichristiano scelere, sed etiam qvi abstinuerunt Idololatriis Ethnicis. Tum autem ipsius Idololatriæ Babylonicæ, qvid obstat, quò minus multæ sint species? Imò comprobavit eventus. Nam in Papismo non unum est Idolum, sed pro numero Domorum, ut ita dicam: ex qvibus suum qvisqve sibi elegit: Jesuitæ Ignatium; Cordigeri Franciscum, alii Dominicum, non pauci Brunonem; ut mittam alia Exempla. Viderint Patres: Nos existimamus tam absurdum esse figuratam Orationem literaliter interpretari, quàm literalem figuratè. Et Joannem perpetuâ penè usum Allegoriâ, nemo potest negare. Hæc ille:

Vide etiam, si placet, qvæ ad Caput XXXIX. de hoc dicto annotavimus.

§. XXXVII. *Etiam Seculares multi apud Græcos & Moscos externè pietatē ostendunt singularē.*

Septimus Chorus est Justorum, h. e. Secularium, sed proborum Hominum.) Juvat hîc nonnulla annotare de Pietate Græcorum ita autem de eâ *Edvin Santes in Relatione de statu Religionis. cap. 42. p. 590.* Græci, qui aliàs naturâ superbi, arrogantes, intemperantes, astuti, fallaces, & in quavis Regiminis Formâ rebelles, & seditiosi, præsenti statu modesti, obedientes & pacifici redditi sunt, & in cultu divino longè ferventiores Pontificiis, ubi ubi etiam illi degant. Idem calculo suo approbat *Leo Allatius tractatu de libris & Rebus Ecclesiasticis Græcorum*, his verbis: qvod mireris, etiam homines seculo addicti, & mulieres, abstinentias, & Jejunia Monachis, & similis sortis hominibus, à Patribus præscripta ita amplectuntur, atqve iis obli-

obligatur, ut ab iis vel minimũ quidem ungvem recedere piaculum is sit. Qvare in totâ Græciâ ferè Secularium Hominum ac Monachorum vitæ institutum, si uxores tantùm subtrahas, à qvibus Monachi ex præcepto abstinent, qvoad omnia unum idemqve est.

De Moscovitis & Ruthenis qvoqve hæc scribit *Adamus Olearius Descriptione Itineris Persici*. p. 179. Qvando Ruthenus in alterius cujusqvam Domum aut Hypocaustum venit, primò omnium Deo suo honorem exhibet, oratqve; postea demum Homines alloquitur. Itaqve enim instar muti, neminem curans, licet decem, vel plures adsint præsentes. Primo ingressu circumspicit, annon imago aliqva adsit, qvæ ut plurimùm ponè mensam ad parietem pendet, aut in pinacothecâ stat; si nullam illicò conspicit, quærit: Jest le Boch? Non adest Deus aliqvis? Visâ imagine, ter se coram illâ inclinat, consveta verba proferens: Gospodi pomilui; h. e. Domine miserere mei. His peractis demum se ad præsentes homines convertit, eosqve salutat.

§. XXXVIII. Idem refert de Moscovitis liber Gallicus, cui Titulus *Les Estats Empires & Principautez du Monde par le Sieur D. T. VT.* Multo curiosiores, ait, sunt in ceremoniis & negotiis ad religionem spectantibus, quàm nos (sc: Pontificii): nunquam enim vel Monasterium aliqvod, vel Ecclesiam vel Crucem antiqvam, quibus omnes plateæ sunt replete, prætereunt, quin, si fortè etiam equitent, ex eqvo in terram descendant, & sese incurvent, eundem ad modum, qvo pedes ambulantes formant simul figuram crucis, dicuntq;: Miloy Hospodi, Miloy Hospodi, Miloy Hospodi h. e. Kyrie Eleison, Kyrie Eleison, Kyrie Eleison Domine miserere nostri. Is ipse Pernsteinius (forte est Baro Herbersteinius, cujus verba nunc recensita sunt) dicit, qvòd illos, qvi sibi nomine Imperatoris Legatione apud Moscum fungenti, adjuncti erant viæ duces comitesqve, ubi Ecclesiam quandam attigere, in qvâ tum Missa celebrata est, nullis modis ad continuationem cœpti itineris potuerit permovere, sed Missam primùm audivére, idque prolapsi in genua tangentes terram, vel vicinum locum fronte, inprimis in Elevatione Eucharistiæ. Si cum uxoribus consvetudinem habuerint, templum intrare non audent, sed extra illud se continent, donec laverint in balneo.

§. XXXIX. *Archontologia Cosmica pag. 463. col. b.* ita externam Pietatem eorum Secularium describit: in Monasteriis singulis diebus sub Auroram

tam celebratur Missa, cui soli viri intersunt, inveniasqve nonnullos, qvibus tantus devotionis fervor, ut per totam noctem in Templis commorentur cum Clericis, qvi per vices sibi succedentes, Psalmis eam continuisq; absumunt cantilenis.

Studium Moscovitarum erga Imagines.

Studium Moscovitarum erga Imagines describit *Archontologia Cosmica pag. 463.* seqventem in modum: Imagines depereunt, sic effusè amore ornant & veneratione eas perseqvuntur, qvas ideò habent in Templis suis innumeras, easqve pictas (sculptas vel fusas rarissimè videbis aut nullas: Olearius refert se unicam offendisse in qvodam Sacello Moscuæ) Sanctorum denatorum, ut dicunt; inprimis autem B. Mariæ, & S. Nicolai magni Russorum Patroni. Unusqvisqve suum Sanctum ibi habet, qvem etiam plerumqve ipse eò reponit, coram qvo devotissimè se incurvat, & preces suas peragit, Videbis in compitis viarum ad fores templorum &c. passim Russos devotos & orantes ante Crucis Signa suspensa.

Sed & in communibus negotiis suis ostendunt se multum esse deditos imagunculis: neqve enim pedem domo efferunt, aut ædes suas ingrediuntur, qvin se ter inclinent ante Crucifixi aut Virginis Matris imaginem, qvarum alteram habent in omnibus prope hypocaustis aut cubiculis suis, cum appenso lumine, ubi tamen non ipsum simulacrum, aut Divum qvempiam adorant, sed hæc verba dicunt: *Hospodii*, vel rectius, *Gospodi Pomilui, Domine miserere nostri.* Hoc facto demum colloqvuntur cum iis, qvi eas conventos voluerunt, aut eis valedicunt. Idem faciunt in mensâ, qvoties cibum capere volunt. Ornant imagines suas pro suis qvisqve opibus, unionibus & Gemmis, nullam autem venerantur nisi à Russo vel Græco Artifice pictam: Peregrino Latinæ Religionis non donant, nec vendunt ullas suarum, utpote indigno, qvi tale Sacrum habeat; & ignaro qvomodo satis honorare debeat. Metu etiam percelluntur magni alicujus Numinis, si aliqvid insoliti accidat circa imaginem, cujus rei exemplum narrabo. Anno M. DC. XLIII. Mense Junio, Moscuæ vetusta qvæpiam & valdè honorata imago colorem suum ultrò immutarat, rubicundiorem exhibens vultum qvàm anteà. Miraculum à Popis extemplò defertur ad Patriarcham & Welikinnesam seu Magnum Ducem: ominosum & calamitatis alicujus publicæ præsagum habetur ab omnibus ac proinde constituitur jejunium, & pœniten-

§. XL. Qvales imagines solùm apud Moscos sint in veneratione.

§. XLI. Metu percelluntur Mosci.

nitentiam statis diebus peragi oportere, qvo pœnas effugerent. Ipse Zaar vir valdè devotus multas profundit lacrymas cum suspiriis: convocat interim etiam omnes Ruthenicos pictores, eosq; sub Fide Osculi Crucis (qvod Juramenti Religione penè sanctius habent) interrogat, ut sibi dicant, utrum causam habeat hæc res naturalem & ordinariam, an miraculosam? Respondent unanimiter omnes, non esse miraculum aliqvod, sed materiâ coloris evanescente, vel deciduâ, qvâ incrustata fuerit imago, fundum ipsum apparere, qui in tabulâ ab artifice, uti manifestè ipsi deprehendunt, ruber sit positus ejusqve lineas nunc pellucére. Sic metus evanuit. Plura etiam contigère exempla Fraudis, qvâ Popi credulæ plebi, & circa talia crepundia versanti imposuère, eo fine, ut eò largiores nanciscerentur eleemosynas; sed dolo detecto aliqvoties puniti fuerunt. Evanidas planè vel ob vetustatem, vel ob cariem ligno exeso aliove modo inutiles redditas non abjiciunt, sed aut committunt aqvæ labenti, aut altè defodiunt in terram cœmiterii hortive alicujus.

qvando aliquid insoliti circa imaginem contingit.

§. XLII. Hospitalitas Græcorum & Moscovitarum.

(G) *Hospitalitate & Indigis succurrendi promtitudine.*) Idem confirmat *Johannes Faber de Relig. Moscovit. ad Ferdinandum Regem Roman. p. m. 181.* Neqve illud qvidem minori, qvàm reliqva, qvæ egregiè faciunt, loco habendum erit, qvod plurimum commendatos habent pauperes, quibus quisqve pro suâ facultate, atque qvantum Evangelii Pietas consulit, exponit Eleemosynas, vestit, potat, pascit, hospites colligit, & reliqva agit hujusmodi, qvibus Filios Dei in vitâ provehere potest.

Olearius tamen Moscovitarum hospitalitatè non magnificè prædicat, pag. 173. hæc annotans: Prudentiores etiam Fidem suam per bona Opera, & Charitatem erga proximum efficacem demonstrare ostendereqve, valdè obscurè apparet. Bonis Operibus autem, qvæ Templis & Monasteriis largis eleemosynis præstant, plus justò tribuunt. Hæc Olearius.

Liberalitas Turcarum.

Turcarum Liberalitatem seqventibus hisce verbis laudat *Archontologia Cosmica* p. 688. b. Unum hoc in hâc Gente laude dignum est, qvod liberales sint, & multum erogent Eleemosynarum in pauperes. Sed hoc faciunt sine ratione & discrimine, qvod non minus erogant pecuniæ in alimoniam canum aliorumqve animalium, qvàm ipsorum

 rum

rum hominum: Et tale qvidem est eorum in exercendâ misericordiâ judicium.

De Hospitalitate Græcorum in Monte Athos hæc habet *Archontologia Cosmicâ*: Hospitalitatis immemores minimè sunt: Si enim Pe-
regrinus

ΚΕΦΑΛΗ. Α.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑΣΤΑΣΕΩΣ ΤΩΝ ΣΗΜΕΡΟΝ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΩΝ ΕΛΛΗΝΩΝ.

ΟΙ παλαιοὶ Ἕλληνες ἤκουσαν τοῦ Εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου, λέγοντος ἐν Ἀποκαλύψει, ἐν κεφαλ. ιγ. στοιχ. α. Καὶ εἶδον θηρίον ἀναβαῖνον ἐκ τῆς Θαλάσσης, καὶ ἐδόθη αὐτῷ πόλεμον ποιῆσαι μετὰ τῶν ἁγίων, καὶ νικῆσαι αὐτοὺς, καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία ἐπὶ πᾶσαν φυλὴν, καὶ γλῶσσαν, καὶ ἔθνος, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐν τῷ βίβλῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου, τοῦ ἐσφαγμένου ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. εἴ τις ἔχει οὖς ἀκουσάτω. Εἴ τις αἰχμαλωσίαν συνάγει, εἰς αἰχμαλωσίαν ὑπάγει, εἴ τις ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτενεῖ, δεῖ αὐτὸν ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτανθῆναι, καὶ τὰ ἑξῆς. Ταύτην τὴν προφητείαν καὶ ἑτέρας πολλῶν Ἁγίων ἀνδρῶν προφητείας τοιαύτας ἀκούσαντες, ὅταν εἶδον τοὺς Τούρκους, εἶπον· τὸ θηρίον. Καὶ οὐκ ἠθέλησαν μάχεσθαι μετὰ τοῦ Τούρκου οἱ Ἕλληνες. Μικρόν τι ἐν τῇ ἀρχῇ ἐμάχοντο, ὅμως

regrinus aliquis negotiorum suorum ratione per hunc Montem Athon iter faciat, Calohieri eum hospitio exceptum, non cibo tantùm potuq; reficiunt, sed & omni Comitatis genere prosequuntur, nec quicqvam ab ipso eo nomine exigunt pecuniæ: Qvæ Liberalitas Famam eorum auget & Existimationem.

CAPUT I.

§. XLIII.

DE

HODIERNORUM GRÆCORUM STATU.

ANtiqviores Græci audivére qvondam Evangelistam Johannem in Apocalypsi cap. 13. v. 1. ita dicere: Et ecce vidi ascendentem è mari Bestiam, (A) & permissum ei est bellum gerere cum Sanctis, & vincere eos, & data est ei potestas in omnem tribū, & lingvam, & gentem, & adorabunt eam omnes, qui inhabitant terram, qvorum nomina non sunt scripta in Libro vitæ, Agni sc. ab origine mundi mactati. Si quis habet aures, audiat; qvi in captivitatem ducit, in captivitatem abit, qui gladio occidit, eum gladio qvoq; tolli necesse est, & qvæ sequuntur. Hanc aliasq; talis notæ plurimas, Virorum Sanctorum, qvia cognoverant Prophetias, conspectis tantummodò Turcis, illicò exclamarunt: En Bestiam illam. Et hanc ob causam Græci ne quidem cum Turcis pugnare voluerunt. In principio quidem cum Turcâ bello contendére, (B) sed

Apoc. 13. v. 1.

§. XLIV.

Per Bestiam illam intelligitur Turca

ὅμως μετὰ ταῦτα παρεδόθησαν, καὶ τούτου ἕνεκα οὐκ ᾐχμαλωτίσθησαν. Ὁμοίως καὶ πάντα τὰ πράγματα αὐτῶν ἐκράτησαν μεθ᾽ ἑαυτῶν, ἀγοράσαντες πάντα ἀπὸ τοῦ βασιλέως τῶν Τούρκων. Ὁμοίως καὶ οἱ Μοναχοὶ ἐποίησαν, καὶ ἠγόρασαν τὰ Μοναστήρια, καὶ ἀγροὺς, καὶ οἴκους, καὶ ὅλα ἂν εἶχον πρότερον. Καὶ τούτου ἕνεκα ἕως τῆς σήμερον ἔχουσι πάντα τὰ παλαιὰ βιβλία αὐτῶν καὶ τοὺς νόμους τῶν Πατέρων, καὶ τηροῦσι, καὶ ζῶσι, καθὼς ἔζησαν οἱ παλαιοὶ Χριστιανοὶ, καὶ οἱ Μοναχοὶ, ἐν τοῖς χρόνοις τῶν χριστιανῶν Βασιλέων. Ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν.

ANNOTATA

§.XLV (A) Apoc. 13. v. 1. *Vidi ascendentē è mari bestiam.*) In proprio sensu hîc sermonem esse de Regno Papali Romano probat *Joannes Cluverus* in *Diluculo Apocalyptico.* Tom. 1. lib. 3. nec non M. *Johannes Dölingius* in *Antichristo* Τυμβογερόντι: lib. III. cap. 20. seqq. qvi conferendi una cum Præfatione B. Lutheri in Apoc. & Summariis Joh. Sauberti in h. l.

(B) *In principio qvidem cum Turcâ bello contendēre, sed postea statim se dedidêre.*) Hoc ipso argumento quoqve Græci Anno Christi 1536. maximam calamitatem & periculum præsentissimum declinarunt. Refertur enim in Historiâ Patriarchicâ *ap. Mart. Crusium in Turco-Græciâ, Hist. Eccl. lib. II. Num. XXI. in Descript. Patr. Hieremiæ*; Patriarchalem sedem tenente hoc ipso Hieremiâ, Turcos legem hanc exhibuisse: Quæcunqve Civitas, deditione recusatâ, vi expugnata esset: in ejus Civitatis nullâ Ecclesiâ Græ-

câ Sa

posteà statim se dedidere, & propterea in captivitatem abducti non sunt. Sicuti etiam omnes res suas per semetipsos administrant; nummis omnia à Turcarum Imperatore sibi comparantes. Sicuti & Monachi fecere, qvi Monasteria, agros, domos & qvæcunq; jam ante propria habuere, pecunia redemerunt. (C) Et propterea usqve in hodiernum diem possident omnia sua antiqva Scripta, & Leges Majorum habent, qvas servant; atqve ita vitam vetustioribus Christianis & Monachis, qvi temporibus Regum Christianorum vixerunt, instituunt omninò simillimam. Verùm revertamur ad Propositum.

Ad Caput I.

tâ Sacris operandum, imò nec Ecclesiam qvidem talem ullam ibi relinqvendam esse: sed dejiciendam & à fundamentis evertendam. Et ideò parati erant Turcæ certo die concurrere, & magnam Ecclesiam, cæteraque Urbis Constantinopolitanæ templa cuncta, ex tenore legis illius demoliri & evertere. Id qvod etiam Bassa Patriarchæ in Senatum Purpuratorum accedenti, his verbis indicavit: Patriarcha audi. Edictum exiit Regium, ne vobis Græcis, nec in hâc urbe, nec in aliis oppidis Regis, qvæ cæteri Reges majores ejus armatâ manu sui juris fecerunt, ulla Græca maneat Ecclesia. Dic ergò Sacerdotibus tuis: si habeant vestimenta in Ecclesiis vestris, qvæ vestro ordini propria sunt, & qvæ gestatis, eodemque modo libros, aut aliqvid aliud, ea inde tollantur, templaque vestra claudantur, quia de his faciemus, qvod in mandato Regii edicti habemus. In hoc maximo periculo Patriarcha, consilio Bassæ Tulphi, primi Vesiris, apud quem erat valdè acceptus, intimæqve admissionis, hoc ab Autore nostro indigitato argumento tutatus est Ecclesias Græcas, dixitque: Sultane mi, de aliis, quæ extra sunt, civitatibus nihil respondeo. Qvod verò

ad hanc urbem attinet: ajo, illo tempore, quo Rex Mechemeta oppugnatum eam venerat, deditionem esse factam urbis & voluntariam traditionem, tum ab Imperatore Constantino Palæologo, tum principibus viris, tum à populo. Verùm Patriarchæ verbis fides illicò habita non est, sed testes Musulmannos, qvi ante annos octuaginta quatuor huic oppugnationi Constantini interfuerant, adducere jussus est. Id qvod Patriarcha spatio viginti dierum se facturum recepit. Ex Adrianopoli igitur adduxit aliqvos seneciones, centesimum & secundum jam supergressos annum, qvorum barbæ albedine cum purâ nive æqvatæ conspiciebantur, oculi fluebant lachrymis circumrubentes, ceu caro. Manus & Pedes erant tremulæ præ longâ senectute, adeò ut senatum ipsum Purpuratorum in admirationem conjicerent. Hi examinati hoc de oppugnatione & secuta deditione edidere testimonium. Postquam cum Sultano & copiis huc venimus: ante urbem, tentoriis positis, consedimus: nec oppugnationem intulimus, donec classis & triremes è ponto Euxino descenderent. Ut autem appulerunt: Sultanus, legatis missis, ab Imperatore Romano poposcit: traderet sibi urbem ultrò; ut eum fratris loco duceret: ut ambo essent Domini & Reges; ut ei daret quicquid vellet: sive otium à negotiis publicis, sive oppida, sive alios proventûs & reditûs: ut felicitate unâ cum Familiâ Nobilibus suis frueretur. At Imperator & proceres ejus, nullo pacto postulationem Sultani accepêre. Unde totus irâ inflammatus, ac totum exercitum in armis esse jubet. Tunc oppugnationem ordimur: classis è mari, nos è terrâ, eamque tantâ vi & impetu, ut bombardarum & tormentorum manuariorum fumo, multitudinisque oppugnantium pulvere cœlum undique obtenderetur, ac dies in noctem vertisse videretur. Eo in prœlio desiderati sunt multi præstantissimi à parte Sultani viri. Beglerbejus Romaniæ seu Occidentis, Duces Janizarorum, Vexilliferi, Spachi, aliiqve permulti. Sed & nos vicissim ingentem Romanorum stragem, bombardis, tormentis & sagittarum nimbo edidimus: necnon etiam murorum urbis partem, & complures domos prostravimus. Tunc Romanus Imperator, visâ tantâ suorum clade, timuit, ne urbs quoqve caperetur, & ad occidionem Cives perducerentur. Itaque Legatos è Primoribus Palatii sui ad Regem nostrum misit: qui nomine Imperatoris sui, suppliciter cum eo de pace egerunt. Imperatorem, urbem dedi-

§. XLVI.

§. XLVII.

dediturum: daret invicem Rex ei. & Aulicis ejus tutum receptum & vitam tranqvillam, nec permitteret militi, sævire in cives, nec bona eorum diripere, nec captivos abducere: sed singulos in domibus suis manere fineret, bonâ pace fruentes: omnis coactionis & aliorum onerum immunes. Ibi Sultanus, auditâ Legatorum, nomine Imperatoris, oratione; conditionem Clementissimè, magno cum gaudio, accepit: & decretum eis, his verbis conceptum dedit. Ego Rex Mechemeta: hoc meo scripto clementiam, & gratiam declaro Regi Urbis Constantino Palæologo & Principibus ejus, me ipsorum rationibus ita provisurum ut eis præbeam, ipsique jure à me petant, omnia commoda: quæ ad vitam feliciter degendam sibi, ut Principibus viris dignum est, conducant. Ut habeant domicilia, vitam quietam, servos & servas. Quod ad reliqvum populum spectat: volo, ut omni exactione & onere soluti liberique sint: neque ab iis filios in Janizarorum ordinem abducam, nec ego, nec successores Regni mei, ullo unquam tempore: sed hoc meum consultum & sententia maneat firmiter, nec ullo modo labefactetur. Tradidit hoc decretum Sultanus manu suâ Legatis, ut id Regi Constantino afferrent. Ita hi humiliter reverentiâ Sultano exhibitâ, ad Imperatorem suum redierunt, eique scriptum hoc reddiderunt. Hic igitur, ut legit rescriptum Sultani: sanè quàm gavisus est. Proinde nullâ interpositâ morâ, claveis Urbis accepit: de Proceribus & populo, quos idoneos existimavit, sibi comites adjunxit: urbe egressus, ad tentorium ipsius Sultani perrexit & claves illi in manûs tradidit. Sultanus autem Imperatorem humaniter complexus, & osculatus, ad latus suum dextrum collocavit. Ita triduum & trinoctium jussu ejus in magnâ hilaritate festivitateque consumtum. Deinde Sultanum Imperator in Urbem introduxit, eique hanc tradidit. Hoc fuit Testimonium horum testium Adrianopolitanorum, qvo audito, Bassa ad Sultanum accessit, omniaque exposuit, annosamque testium senectutem indicavit. Quibus ille perceptis nihil magis admiratus est, & illicò Patriarchæ sufficienter cavit, eumqve decreto securum fecit: ne ullum ei periculum amplius creetur, nec molestia facesseretur, de hujusmodi negotio Ecclesiarum, quoad hic consistat mundus. Hæc l. c. p. 156. ad pag. 163. ubi etiam lege Gratiarum Actionem Græcorum pro hoc beneficio divino institutam, qvomodo etiam Patriarcha hic Hieremias monasteria magnificè restauraverit. &c.

§. XLVIII.

[Leven-

§. XLIX. *Levenclavius* quoque *Historiæ Turcicæ Germanicè* editæ *Parte II. p. 305.* deditionem Græcorum his verbis declarat. Nulla Urbs fuit in toto Constantinopolitano Regno, quæ non cum clavibus portarum & munitionum obviam Mechemetæ venisset, seq; ei, ut potentissimo Victori, cui ne quicquam resisti posset, spontè dedisset. Idem testatur *Chalcondylas*; qui etiam refert, eapse die & alterâ civitatem è Regione sitam claves misisse, atq; hoc pacto Imperatorem Turcicum unâ die duas civitates accepisse.

Græci omnia coguntur sub Turca pecuniâ redimere.

(C) *Sicut & Monachi quacunque jam ante habuêre propria, pecuniâ redemerunt.*) Id quomodo factum, querulus exposuit *Eugenius Episcopus* & *Sancti Montis Præpositus* Archiduci Carolo Epistolâ Anno 1569. die 20. Martii scripta hoc sono: Præterito quidem tempore, Dux Illustrissime, Magnus Turca, qui Constan-

ΚΕΦΑΛΗ. Β.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΦΟΡΟΥ.

Δίδωσι καὶ φόρον ἕκαστον ἄρσεν τῷ βασιλεῖ τῶν Τούρκων, αἱ δὲ γυναῖκες οὐδὲν διδόασι: Τουλέσιν εἰ μὲν ὦσιν ἐν ἑνὶ οἴκῳ πάντες ἄρσενες ἀπὸ εἰκοσαετῶν, καὶ ἄνω, διδόασιν ἓξ σολδία ἕκαστον ἄρσεν, ἐν τῷ ἐνιαυτῷ: Ἐὰν δὲ νέοι ὦσι, τουλέσιν, ἀπὸ πέντε καὶ δεκαέτου, μόνον τρία σολδία. Ἐὰν δὲ πλεῖον, τῶν πέντε καὶ δεκαετῶν, τέτταρα, ἢ πέντε, ἕως γένωνται εἰκοσαετικῶν. Θέλουσι δὲ τοῦτον τὸν φόρον διδόναι, ὅτι λέγει ὁ κύριος: Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις. Ἔχουσι γὰρ ἔθος οἱ ὄφεις τοιοῦτον, ὅταν τις ἐχθρὸς θέλῃ ἀποκτεῖναι τὸν ὄφιν, ὁ ὄφις φεύγει, ὅσον

Constantinopoli (permittente Deo) regnat, unâ cum urbibus ipsi subjectis proposuit edictum severum in toto imperio suo, ut reditus omnium Ecclesiarum & Monasteriorum vendantur, qvotqvot in ipsius Imperio inveniuntur. Hæc autem venditio tantùm usqve ad tertiam ipsius generationem durare debet. Post tertiam autem generationem venduntur rursus. Hoc cum faciat, malus animus ipsius cernitur, qvod minetur totalem deletionem sanctorum templorum, unâ cum Christianis, qui sub ipsius imperio habitant. Pervenerunt itaqve ad nos qvoqve hæ minæ & tristissima servitus. Idcircò qvinqve millia aureorum numeravimus. Cum autem non haberemus, omnes nostros reditûs & vasa sacra oppignoravimus, ut tantum colligeremus, & persolveremus, non sine detrimento, sed cum fœnore, sicut fœneratoribus usitatum est accipere quotannis usuras, donec sortem recipiant.

CAPUT II. DE TRIBUTO.

§. L.

TRibutum quoque Masculi (Fœminæ enim ab hoc onere exemtæ sunt) omnes Turcico Imperatori pendere coguntur. Cujus modus ita se habet: Qvod si in domo aliqvâ omnes masculi extiterint, cuncti, qui vigesimum sive attigerint, sive jam supergressi fuerint annum, singulis annis senos solidos solvunt. Sin verò ætate fuerint minores, h. e. quintum ultra decimum tantùm expleverint annum, tres solùm. Sin qvindecim annis majores, solidos qvatuor, vel qvinque numerant, donec ipsum vigesimum ætatis annum expleant. Placet autem illis hoc tributum solvere, quia dicit Dominus: Estote Prudentes sicut Serpentes. Serpentibus autem

Tributũ soli Masculi solvunt.

§. XLI. *Serpentũ Prudentia.*

ὅσον δύναται, καὶ εἰ μὲν δυνηθῇ κρυβῆναι ὅλος καλῶς ἔχει. Ἐὰν δὲ μὴ δυνηθῇ κρύψαι ὅλον τὸ σῶμα, τότε ζητεῖ μόνον κρύψαι τὴν κεφαλήν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα παραδίδωσι πρὸς τὸ κόπτεσθαι. Καὶ ὅταν ὁ ἐχθρὸς παρέλθῃ, τότε ἡ κεφαλὴ τοῦ ὄφεως ἐξέρχεται μόνη, κεχωρισμένη ἀπὸ τῶν μερῶν τοῦ σώματος, καὶ περιπατεῖ ἄνευ σώματος, καὶ πορεύεται πρὸς τινα χόρτον, ὃν αὐτὴ οἶδε, καὶ λαμβάνει τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῆς τὸν χόρτον, καὶ οὕτως ἔρχεται πρὸς τὸ λοιπὸν κεκομμένον σῶμα, καὶ ἀλείφει τὸ κεκομμένον μέρος τοῦ σώματος αὐτῆς σὺν τῷ χόρτῳ, καὶ ἔπειτα στρέφει τὸ κεκομμένον μέρος τῆς κεφαλῆς, καὶ συναρμόττει τῷ κεκομμένῳ μέρει, τῷ προτέρῳ ἀλειφθέντι τοῦ σώματος. Καὶ οὕτως ἰᾶται ἐκείνῳ τῷ κεκομμένῳ μέρει. Καὶ οὕτως ποιεῖ καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ μέρη τὰ κεκομμένα ἕως οὗ πάντα ἰαθῶσι, καὶ οὕτω τελείως ἀπέρχεται ὑγιής. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ οἱ Ἕλληνες λογίζονται, κεφαλὴν μὲν τὴν πίστιν, σῶμα δὲ τὰ χρήματα. Ἐὰν δὲ συμβῇ ἐχθρὸς ζητῶν θανατῶσαι αὐτοὺς θρησκείας ἕνεκα, τὸ δὲ αὐτοὶ διδόασι τὸ σῶμα, τουτέστι τὰ χρήματα περὶ τῆς θρησκείας, καὶ οὕτω φυλάττουσι τὴν θρησκείαν αὐτῶν, ὡς ὁ ὄφις τὴν ἑαυτοῦ κεφαλήν. Καὶ ὥσπερ ὁ ὄφις ἀναζωπυρεῖ ὅλον τὸ σῶμα, μετὰ τὴν ἀπέλευσιν τοῦ ἐχθροῦ· οὕτω καὶ ἡ πίστις ἐν τῇ δευ-

τέρα

autem in more positum est, ut hoste aliqvo mortem illis intentante, quanta possunt celeritate in fugam se conjiciant, & siquidem se totos in latebram aliquam abdere possunt, benè se res habet: Sin verò corpus integrum occultare neqveunt, hoc unicè agunt, ut caput sartum tectum lateat, corpore licet reliquo ictibus hostilibus exposito. Absente autē jam hoste, solum caput à reliqvis corporis partibus detruncatū prodit, & corpore suo destitutum hinc inde vagatur, certam aliqvam sibi benè notam herbam quærens, inventamque dentibus decerptam tenens, ad alias corporis sui partes revertitur; abscissamque corporis partem herbâ hâc inungens, capiti admovet, ac istâ ratione caput ante unctæ portioni adaptans, resectæque parti medelam adferens. Eundem in restantibus, resectis corporis partibus integritati pristinæ restituendis modum observat, qvoad omnes denuò conjunctæ, atque sic totus incolumitati restitutus integer abire valeat. Illud ipsum Græci qvoqve imitantur, Religionem Caput, Facultates verò & opes corpus suum existimantes. Qvod si igitur hostem aliqvem adventare contingat, qui eos cultus divini causâ quærit interficere, tum illi corpus, hoc est, aurum argentumque suum Religionis causa negligunt, eandemque ut caput suum Serpens, hoc modo inviolatam & liberam præstant. Et quemadmodum Serpens post hostis abitum, corpus jam exanime redditum ab

Græcorū Prudentia in conservanda Religione.

Ἱερὰ παρουσία ἀνιστᾶ, καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα. Μέμνηται καὶ τῆς Ἀποκαλύψεως τοῦ Ἰωάννου, λέγοντος ἐν κεφ. ζ. οὗτοί εἰσιν οἱ ἐρχόμενοι ἐκ τῆς θλίψεως τῆς μεγάλης, καὶ ἐπλάτυναν (l. ἔπλυναν) τὰς στολὰς αὐτῶν, καὶ ἐλεύκαναν τὰς στολὰς αὐτῶν ἐκ τῷ αἵματι τοῦ ἀρνίου.

Ἔτι διδόασι καὶ ἕτερον φόρον. Ὅταν στρατεύματα ἐξέρχεται πορευθῆναι εἰς τὸν πόλεμον, εἰώθασι διδόναι χρήματα ἕνεκα ἄρτου, ἢ κρέατος, πρὸς ζωοτροφίαν τῶν στρατιωτῶν. Τοῦτο δὲ τὸ δόσιμον οὐκ ἐπίσης δίδοται, ἀλλ᾽ ὡς τύχει τὰ στρατεύματα, τελέσι, ποτὲ μὲν μίαν μνᾶν, ποτὲ δὲ δέκα σολδία, ποτὲ δὲ καὶ πλεῖον τῶν δέκα σολδίων. Καὶ πάλιν οὐ πάντες οἱ οἶκοι διδόασιν ὁμοίως, ἐν τούτῳ τῷ φόρῳ ὥσπερ ἐν τῷ πρώτῳ φόρῳ, ὅτι ἐν ἐκείνῳ τῷ φόρῳ πλούσιοι καὶ πτωχοὶ τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν διδόασιν: Ἐν δὲ τούτῳ τῷ πλεονάζοντι φόρῳ, τὸ κατὰ δύναμιν διδόασι ἕκαστος. Ἔτι διδόασιν καὶ ἕτερον χρέος. Τουτέστιν, ὅταν βασιλικοὶ ἄνθρωποι στέλλονται συλλέγειν τοὺς φόρους τῶν Χριστιανῶν, ὅπου ἂν πορεύονται οἱ κατοικοῦντες Χριστιανοὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ὁδῷ, διδόασι τὰς τροφὰς τοῖς βασιλικοῖς ἀνδράσι. Καὶ ταῦτα περὶ τῶν φόρων.

interitu ad vitam revocat: ita qvoque propter Fidem in postremo adventu & Corpus & Anima à morte resurgit. Cujus rei Johannes in Apocalypsi cap. 7. mentionem facit, dicens: Hi sunt: qui venerunt è tribulationibus magnis, & dilataverunt (l. laverunt) stolas suas & sanguine Agni candefecerunt.

§. LII. *Aliud Tributū.*

Insuper etiam aliud solvunt vectigal Græci. Quando copiæ militares in bellum proficiscuntur, tum illi ad comparandum panem & carnem, h. e. commeatum militarem pecuniam illis erogare solent. Sumtus autem hi, qui in milites impenduntur, non semper sunt iidem & æqvales, sed pro numero militum & accrescunt, & decrescunt, i. e. interdum minam unam, aliqvando solidos decem, aliqvando & amplius solvunt. Prætereà non omnes domus, sicut in primo censu fiebat, æqvaliter pendunt. Ibi enim omnes capitibus censentur, & tum divites, tum pauperes eandem summam numerare coguntur, in hoc verò superaccedente tributo, qvantitatis facultatum cujusqve habetur ratio. Insuper etiam aliud debitum exsolvunt, h. e. qvando Ministri Imperatorii ad tributa Christianorum colligenda ablegantur, Christiani in illâ, per qvam tendunt, viâ habitantes, necessaria ipsis suppeditare coguntur. Et tantum de tributo.

Aliud Tributū.

AD CAPUT II.

§. LIII. *Census solo singularum ædiũ post captã Constantinopolin impositus.*

REferam hîc primò omnium aliqva de Censu solo singularum ædium post Constantinopolin captam imposito. De hoc *Johannes Leunclavius Historiæ Musulmannæ Turcorum lib. XV. Colum. 580. 581.* seqventem in modum commentatur: Statim atqve Constantinopolis in potestatem venisset Præfecti rerum Capitalium, sive Subbassæ munus, Suleimanibego Sultanes Muhametes dedit. Hic urbem cædibus exhaustam, & penè dirutam, novis incolis freqventem reddere cupiens & instaurare, in omnes Osmannæi Provincias imperii qvosdam mitti jussit, qvi publicè denunciarent universis, patére Constantinopolin omnibus, qvi qvidem eò venire, suumque domicilium illic constituere vellent. Hâc in omnes Regni partes divulgata famâ, qvibuscunqve libuit, urbis inhabitandæ potestas facta fuit, qvæ qvidem hâc viâ pristinam incolarum freqventiam paulatim recuperare cœpit. Missa deinde fuerunt etiam hinc inde ad judices & Subbassas mandata, qvæ homines qvarumvis Regionum tàm opulentos, qvàm pauperes migrare Constantinopolin juberent. Hoc etiam modo factum, ut eò mortalium major adhuc multitudo conflueret. Sed posteà, qvàm isti Advenæ Constantinopolin complessent, Solo singularum ædium Census impositus fuit, singulis annis solvendus. Eâ re populus ille novus maximoperè territus & offensus, Sultani ministros graviter inculpare cœpit: Itane vobis auctoribus domûs nostras in patriâ distraximus, & in exilium quasi spontaneum nos contulimus, ut hîc pro Gaurorum ædibus annuum censum pensitaremus? Hâccine de causâ nos hûc transtulistis? Simul ipsorum pars major, abductis secum Uxoribus & Liberis suis discessit. Erat inter alios Muhameti Proceres qvidam Cula Schakin, è paternis avitisqve ministris ei reliqvus, ætatis vir provectioris. Hic compellato Sultano: Pater, Avusq; tuus, inqvit, ô Felix Sultane, tot Regnis, tot urbibus occupatis, nullo tamen in loco solvendum soli nomine censum constituerunt; itaque nec te nova par est introducere gravamina. Motus hâc Schakinis oratione Sultanus Muhametes, Soli censum remisit. Hinc Constantinopolis incolarum multitudine rursus impleri cœpit, donec tandem Muhametes natione Græcus, Vezir Bassa factus est. Is enim denuò Sultanum Muhameten sedu-

In vacuã Constantinopolin incolæ undiq; advocantur.

Census solo ædium imponitur.

Populus querelatur

Sultanus cum gravitate compellatus, remittit censum

§. LIV. *Muha-*

seduxit, & lucri commodis illectum pepulit, ut iterum sibi proponeret, omninò Soli Censum ab incolis urbis exigendum. Quippe Muhametes hic Vezir Constantinopoli natus erat, & invidiâ motus ægrè tulerat, absque ullo Musulmannos onere domos Urbis suæ Patriæ possidére. Quamobrem soli census annuus ille, qvi adhuc Constantinopoli solvitur, ipso Sultanum seducente, tunc ædificiis Urbanis impositus fuit. Hæc Levenclavius.

metes Vezir, natione Græcus quod liberam possessionem Patriæ suæ Musulmannis invideret, iterū censum Sultano persvadet.

Sed quid dico ego de Censu ædificiis Urbanis imposito? Sequentibus temporibus longè major inventus & excogitatus est, adeò ut non sine stupore eum possis computare. Censum hunc stupendum diligenter nobis depinxit *Archontologia Cosmica Johannis Ludovici Godofredi & Guilielmi, Christophori Heinii, Part. I. p. 672. 673.* Ex quâ harum rerum curioso & avido Lectori sequentia damus.

Forum Rerum Venalium habetur tribus per Septimanam diebus: Mercurii, Jovis & Veneris. Spectantur circa hæc loca ultra bis mille officinæ interpolatoriæ, in usum eorum, qui sumtu vili velint laceras reficere vestes, neqve vectigal tam vilium rerum tam est exiguum, quin ærario Principis inferat XI. millia Ceqvinorum, XL. millia Librarum; noverunt enim vel ex re minimâ Turcæ tributum exigere.

Census Mercibus, Tabernis Macellis, &c. impositus.

Tabernæ Mercatorum & Institorum in hâc Urbe tam multæ sunt, ut numerum XL. millium excedere credantur. Distingvuntur autem in certa loca, secundum diversitatem mercium, qvæ prostant, habetque unumqvodque opificii genus suam sibi assignatam plateam, semper habitâ ratione commodi publici. Aurifices, Gemmarii & qui telas vendunt aureas, in peculiari loco suas habent officinas atque tabernas, qui locus sigillatim dicitur à Turcis *Basstan*: cætera loca appellantur *Bazares*. Est autem locus iste, in quo tam pretiosæ res venduntur, cinctus firmis muris, sex pedes latis, habetque qvatuor portas duplices, per quas patet ingressus velut in exiguum quoddam, sed probe munitum oppidum. Est in foro hoc opulentissimo porticus, habens XXIV. columnas, quæ fornicem sustinent, in qvâ sunt plurimæ tabernæ minores, unaqvæque sex pedes longa, lata qvatuor: hic prostant preciosæ illæ merces expositæ omnium obtutui in parvis mensis sive abacis, & perstringunt splendore suo spectantium oculos.

Forum Scrutarium & Tributum illi impositū.

Multitudo Tabernarum Institorum.

Tabernæ Aurificū muro cinctæ.

Præter

§. LV. *Locus ubi Homines venduntur, & quomodo id fiat?*

Præter Forum istud Aurificum, quod à Turcis *Bajstan* vocari diximus, est aliud minus, cinctum & ipsum muris, qvi XVI. sustinentur fornicibus: in hoc venduntur telæ sericæ: sed extra illud detestabilis ille locus, ubi venduntur homines Viri & Fœminæ, observato tamen certo discrimine. Alibi enim prostant ea mancipia, qvæ jam servire didicerunt, & aliquid opificii exercere noverunt: alibi ea, qvæ nihil horum sciunt. In hoc loco multò manifestius, qvàm in superioribus apparet formidabilis Turcarum tyrannis, quâ in detestabilem servitutem abducuntur ii, quos Dominator Mundi creavit liberos. Adsunt Mercatores, & excutiunt merces illas, ita ut nuda prostantium inspiciant corpora, cujuscunqve sint generis aut sexûs, satisne omnia sint sana, ita ut non parcant curiosè intueri eas partes, quas naturalis verecundia vult occultari. Mulieres & Puellæ, qvæ præ cæteris elegantiores sunt, ferè majori venduntur pretio, aliquando ut succumbant horrido & deformi Æthiopi: Qvæ sunt deformiores parvo emuntur, ut ad res turpes & obscœnas & impura præstanda servitia adhibeantur, ut illustribus aut alioquin opulentis mulieribus Turcicis præstò sint quoties ad deponendum ventris onus loca secretiora petunt.

§. LVI. *Nutrices qvoq; venduntur.*

De miseriis, quas cæteri miseri homines, qui ad hunc modum emptitiam servire coguntur servitutem, sustinent, malim alios scribere, cum hæc sit tristissima pars totius hujus materiæ. Qvis enim sine lachrymis atqve gemitibus videat tantum Christianorum numerum, qui omnes in catenis & compedibus ferreis exspectant quâvis morte acerbiorem servitutem? Alio loco venduntur nutrices sive lactantes mulieres, qvas Turcæ emunt ad nutritionem liberorum suorum: estqve in universum tantus hujus negotiationis fructus, ut Mangones & Plagiarii isti solvant qvotannis Magno Principi vectigalis nomine XVI. millia Zequinorum, qui constituunt LX.V. millia Librarum.

Tributũ quod plagiarii solvunt.

Tribut: Oenopolarum. *Onus Monetæ quid notet?* *Tribut. Piscator.*

Sunt & multa alia loca publica, ex qvibus loculos suos implent Quæstores & Publicani Turcici. Caupones enim atqve Oenopolæ, qvi Christianis & Judæis publicè vinum vendunt (aliquando & Turcis, sed in secreto) qvorum numerus accedit ad M. D. pendunt qvotannis XXXVI. Onera Monetæ, qvodqve Onus Monetæ autem valet M. DC. XXXIII. Zequinis. Qvi littus maris accolunt Piscatores, vectigal è piscibus persolvunt, qvod singulis annis XVIII. Onera Monetæ conficit.

Forum

Forum Frumentarium, ubi & legumina & Farina venditur, infert qvotannis in Ærarium XIV. Onera Monetæ.

Forum Frumentarium.

Mercatores qvi à Cairo Ægypti Constantinopoli suas vendunt merces inferunt in ærarium Principis Monetæ Onera XXIV.

§. LVII.

Magnum Portoriū.

Magnum Portorium, qvod exigitur ab omnis generis navibus onustis peregrinis mercibus ab Arce Callipolitanâ, usqve ad Arcem Maris Nigri, conficit C. LXXX. Onera Monetæ.

Magnum Macellū

Magnum Macellum, qvod est extra urbem, ubi mactantur oves & majores pecudes, qvæ deinde mactatæ & mundatæ in civitatem munditiei gratiâ importantur, solvit XXXII. Onera Monetæ.

Præfectus Laniónū pretiis carnibus sec. Leges debcestat nec re sub vita periculo gravissimo.

Serviunt hîc CC. Lanii, qvos Turcæ *Capsupleros* vocant, qvorum Præfectus & Magister *Capsa Bassa* dictus, operam dat, ut recentes carnes præstò sint semper; neminiq; permissum est sine ejus consensu bovem vel arietem mactare nisi sacrificii gratiâ. Quin & Judæi coguntur ab hoc ipso emere licentiam mactandi pecudes suo ritu. Quod si Capsa-Bassa iste convictus fuerit, avaritiâ suâ majus carnibus constituisse pretium qvàm per Leges licet, si furtum istud ad cognitionem magni Turcæ pervenerit, nemo eum crudelissimæ morti sua intercessione subtrahere potest. Vivus enim in qvatuor secatur partes, qvæ in macelli aditu locis publicis suffiguntur; ut exemplo sit cæteris. Hic tantæ severitatis metus hoc genus in officio continet, facitq;, ut publicum bonum privato emolumento præponant.

§ LVIII.

Vectigal Bobus ex Hungariâ adductis impositum.

Vectigal qvod Octobri & Novembri mensibus ex ingenti Boum Numero, qvi ex Hungariâ Constantinopolim venales aguntur, solvitur, ob magnitudinem suam supputari facilè non potest. Durantibus enim illis mensibus & magno foro boario, in qvo populo duntaxat, non verò Lanionibus emere licet, videntur nonnunqvam uno die Boum qvidem XXV. millia, Vervecum verò XL.

Tributū omnibus venditionibus impositum.

Dici prætereà non potest, qvantum ærarium Principis accipiat ex venditione Domuum, Navium, Scapharum majorum minorumque sive vela habeant, sive non, ubi centeni nummi binos persolvunt Qvæstoribus, qvod idem faciunt omnes merces mari adductæ; unde dici non potest, qvantum qvotannis redeat argenti.

Tributum Navigaturis impositũ. Vectigal qvod ii pendunt, qvi navigare volunt, contemnendum non est.

Si enim Turca sit, qvi navem conscendit, solvit asperum nummum unum; si Christianus, vel Judæus, duos.

Tributum Judæis impositum. Tributum, qvod soli Judæi, qvi Constantinopoli degunt, pendunt, constituit qvotannis XI. millia, CCC. Zeqvinos. Solvit autem unusqvisqve Judæus mas qvotannis Zeqvinum unum, qvanqvam multi in hoc genere à tributo illo liberi & immunes sint. Præter hoc tributum iidem Judæi donativum annuum Principi offerunt III. millium Zeqvinorum, pro confirmatione privilegiorum suorum, utqve illis liceat Rabbinum sive Caput Synagogæ habere, CC. verò Zeqvinos pro sepulturâ mortuorum.

§. LIX. Jam ad Censum seu Tributum, quod Christiani præcipuè pendunt, veniamus.

Tributum Christianis impositum. Græci Christiani, qvi ad unam Leucam circa Constantinopolim habitant, idem qvod Judæi solvere coguntur tributum, in singula capita Mascula singulos Zeqvinos: qvi conficiunt ultra XXXVIII. millia annua.

Pendunt iidem Græci XXV. millia Zeqvinorum qvotannis, ut ipsis habere liceat Patriarcham, utq; conservetur numerus Templorum qvæ ipsi passim habent. Sed & jus sepeliendi mortuos, constat iis plus qvam III. Zeqvinorum millibus.

Vectigal Puellare nupturientibus impositum. Sed & Vectigal Puellare dictum servit replendis Magni Turcæ loculis, qvod à puellis exigitur, qvæ nubere volunt, qvarum omnium exactus habetur Catalogus. Si virgo nupturiens sit Turcici generis, solvit duas tertias partes unius Zeqvini: si Judaica, Zeqvinum unum cum dimidio.

Quomodo aliqvi Exactionibus talibus sese subtrahant. Sunt autem Christiani Latini magnâ ex parte exemti à violentiâ & oppressionibus injustarum exactionum; dicunt enim se ex Familiâ aut Clientetâ, alicujus Legati sive Oratoris, Regis vel Principis exteri. Albanenses autem, Ragusini & Genuates ab omnibus oneribus hujusmodi liberi & immunes sunt.

§. LX. *Tributum Christianorũ quale.* De hoc Tributo *M. Crusius Turco-Græc: Lib. 7. pag. 487.* ita loqvitur: Tributi Nomine privati singuli ex Christianis & Judæis, Ducatum unum qvotannis pendunt: de singulis Filiis duodecim annorum aut plurium his etiam penditur. At multò plus qvotannis in conser-

vationem

vationem Regiæ Classis contribuendum est. His persolutis, cætera sua tutò possident: nisi qvid eis à violentis rapiatur: qvi tamen, licet Turcæ sint, puniuntur; si injustam vim intulisse cognoscantur. Et *David Chytræus in Orat:* pag. 14. qvando Christiani Græci Imperatoribus Turcicis de singulis Capitibus singulos aureos pendunt, & Facultates & Religio libera relinqvuntur.

Alius modus Turcicus emungendæ à Christianis pecuniæ.

Habent Turcæ & alios modos emungendi pecuniam à Christianis, de qvibus hunc in modum *Georgius Dousa in Epistolâ de Itinere suo Constantinopolitano. p. 32. 33.* Hæc una ratio est, (sc: largitio pecuniæ) Turcarum ingenia fera alioqui & intractabilia deliniendi. Ac nisi argento & muneribus flecterentur, Lestrygonas ac Cyclopas, ut puto, immanitate superarent. Sed & Monachi illorum, qvi vulgò tantùm non pro Divis habentur, nulli magis rei qvàm lucro inhiant. Certè vix fieri potest, ut Christianus qvispiam die Veneris, qvi eis, ut apud nos dies Solis, Festus est, in publicum prodeat, cui statim Monachus aliqvis rosam, tulipam, malum Citrinum vel Auratum non obtrudat, qvod Christianus nummo aliqvo duplo triplovè pluris valente rependere debet. Janizari (sic Prætoriani milites vocantur) Oratoribus plerumqve Christianis similes qvisqvilias non sine honoris exhibitione offerunt, pro qvibus interdum dexteram argento gravidam reportant: qvod qvidem illis minimè invidendum est, cum alioqvi fidelissimè Christianos opis indigos à petulantiâ Turcarum defendant. Unũ de multis fidelitatis à Janizaro mihi præstitæ exemplum accipe & ride.

§. LXI. *Turcicorum Monachorũ & Janizarorum philargyria.*

§. LXII. *Janizari Christianos a Turcarum petulantiâ defendunt.*

Cum aliqvando ad templum Sophiæ, præcedente Janizaro me conferrem, agaso quidem Turcicus equo sui Domini insidens, & plures equos pone se trahens ignarus mihi adesse Janizarum, qui aliquantò jam longiùs antecesserat, oram mei pilei Bre giaur, hoc est, vah Pagane, addito cum ludibrio qvodam tetigit. Ego istius injuriæ impatiens, statim meum Janizarum voco, mihi injuriam à pessimo illo agasone, qui jam securus equitabat, illatam conqveror. Janizarus hoc intellecto approperat: respicit agaso, ac sibi periculum imminere videns, equo suo calcar addit, & procul dubio evasisset, nisi lorum, qvo reliquos equos ductitabat, ei de manibus excidisset. Accurrit itaque Janizarus cum perticâ suâ arundineâ, Herculis clavæ non absimili, eamqve quantâ vi maximè potest aliqvoties non sine horrisono fremitu in caput agasonis impingit. Agaso interim plateam clamoribus imple-

implebat, omnia sibi ossa comminuta conqverens: & certè nisi po-pulus Janizari impetum aliqvo modo cohibuisset, agasonem ad mortem usque (ut mihi jurabat) mulctavisset. Ego postea pro illo beneficio Janizarum uvæ succo implevi; cujus qvidem dulcedine eò magis Turcæ attrahuntur, qvo minus illis vinum bibere permittitur. Hæc Dusa.

§. LXIII. Non possum intermittere, qvin hic inseram illa, qvæ propria experientia edoctus annotavit *Antonius Geuffræus, Eqves, militiæ Hierosolymitanæ in Aula Turcica & Ottomannici Imperii Descriptione Gallicè à se olim editâ lib. II. p. 73, 74. seqq. ad pag. 84.*

De Afflictione tàm Captivorum, qvàm sub Tributo viventium Christianorum.

Qvomodo Christiani in bello à Turcis capti distrahantur.

Suscipienti Turcarum Imperatori, adversus Christianos expeditionem inter reliqvos mercatores semper comes est ingens Turba mangonum & lanistarum, camelis insidentium: hi in spem mancipiorum longissimas catenas secum deferunt, in qvibus facilè qvinqvageni aut sexageni per seriem colligantur. Iidem qvoscunqve non absumit hostilis gladius, à prædatoribus emunt, qvod illis e a lege permissum est, si Principi decimas mancipiorum præstent, reliqvos ipsis vel in suum usum, vel ad nundinationem detinere fas est, nec ulla apud illos uberior aut freqventior mercatura, ut & olim apud Romanos fuit, qvi merces nullo vitio emptas, & in qvibus evictio timeri non debuit, res mancipi appellabant.

§. LXIV. *Qvibus functionibus Turcarum Imperator suos captivos destinet. Sarai.*

Senes & utriusqve sexûs juventutem, qvæ illi decimarum nomine obtigit, ita discernit, ut grandiorem ætatem ad agri culturam vendat, qvi tamen rarissimè capiuntur, rarò enim eis parcunt, qvos ætas multorum annorum parum vendibiles fecit. Puellas verò & Juvenes ad certum locum relegant, qvi ipsorum lingvâ *Sarai* vocatur, ut ibi certis artibus instruantur, qvò illis in posterum commodius utantur; ac primum id agitur, ut abnegatâ Christianâ fide circumcidantur. Jamqve eorum cæremoniis initiati, diligenter pensitatis per Physiognomiam lineamentis corporis, pro cujusqve indole, vel ad leges ejus gentis discendas, vel ad militiam destinantur, si major vis corporis qvam ingenii appareat, danturqve in stipendium qvotidianum duo vel tres *Asche* nummi, qvos Asperos vocant, qvi sexaginta

Asche.

ginta faciunt unum Coronatum: id ad cibarium & vestiarium sufficere arbitrantur, donec in expeditionem sit abeundum. Rudimentis militiæ ita imbuuntur, primum pro teneritudine virium datur levior arcus mox crescente robore & peritia, grandior ac gravior, donec bello sit idoneus. Adest magister severissimus exactor qvotidiani exercitii, qvotiescunqve à scopo errant, toties flagris cæduntur, atque isti ascribuntur ordini *Solachlarorum*, id est, Sagittariorum. Alii in hoc erudiuntur, ut Janitsaris cooptentur. Isti quoqve suos præceptores habent, qui illos ad quotidianam potuationem cogunt, bini inter se baculis decertant. Reliqui proh nefas! in qu bus major gratia formæ, ita abscinduntur, ut nihil virile in toto corpore appareat, gravissimo cum discrimine vitæ: quòd si evadant, non in aliud sunt incolumes quàm in obsequium sceleratissimæ libidinis, mox senescente pulchritudine, ad officia eunuchorum, ut matronas servent deputantur, aut custodiendis equis & mulis, aut culinæ ministeriis addicuntur.

§. LXV. Rudimenta militiæ.

Solachlari.

Castrantur aliqvi proh nefas!

Mulieres verò qvi luculentæ pulchritudinis sunt, eliguntur in Concubinas: mediocres dantur Matronis ad officia pedisseqvarum inter quæ adeò sunt nonnulla fœda ministeria, ut honestè dici non queant: coguntur enim illas seqvi cum vasculo aquæ, quando ad exonerandam alvum & perpurgandum eas partes egrediuntur. Aliæ ancillaribus operibus, ut textrinæ mancipantur. Nullis ex omnibus liberum est vel Christianam fidē reservare, aut spem libertatis, qvamdiu vivit, concipere.

§. LXVI. Qvomodo agatur cum puellis, & reliqvis mulieribus.

Hactenus quid Imperator Turcarum agat diximus; nunc quid privati isti: Cum primùm novitios adepti sunt, omnibus minis, promissis, blanditiis agunt, ut recens mancipium circumcisionem admittat id ubi fecerit, humaniùs aliquanto tractatur, cæterum spes redeundi in patriam planè abcissa est: conanti enim id, pœna incendii destinata est Hi quia firmiores creduntur, ac minus fugaces, à dominis ad ministeria castrensia assumuntur, libertas tum demum competit, ubi vel ipse annis inutilis potiùs rejicitur à domino, quàm dimittitur vel ubi dominus in bello inter pericula mortis libertatem legarit. Matrimonia illis quidem permissa sunt, sed liberi eorum pro arbitrio Domini distrahuntur quæ res sapientiores à nuptiis abhorrere facit. Alios, qui circumcisionem repudiant, immaniter tra-

Qvomodo reliqvi Turcæ cū mancipiis agant.

Circumcisio mancipiis spem in Patriam revertendi adimit.

ſtant: quam miſeriam per tredecim annos expertus ſum: nec ullis verbis conſeqvi poſſum, quid ſit calamitatis in hoc genere vitæ.

§. LXVII. *Quomodo agatur cum Chriſtianis artium Mechanicarum ignaris.*

Duriſſima illorum ſors eſt, qui artes Mechanicas non didicêre: eæ enim ſolæ ibi in honore ac pretio ſunt, quamobrem literati, ſacerdotes, nobiles homines, qui in otio vitam degerunt, ubi in horum manus venêre, omnium miſerrimè habentur. Mango enim in illos, utpote vix vendibiles, nullos ſumptus facere ſuſtinet, hi pedibus capitibusque intectis, ac plerumque majore parte corporis nudi inambulant: nullus enim novus cultus detritis veteribus veſtimentis ſuccedit, per nives, per ſaxa, æſtates & hyemes detrahuntur, nec finis donec vel moriantur, vel ſtultum dominum, qui malam mercem emat, inveniant, talis enim illorum eſt judicatio. Cæterum nemo omnium tam eſt felix, cujuscunq; vel conditionis, vel ætatis, vel artis, vel formæ, ut eum in itinere ægrotantem apud hoſpitem deponant. Primum cogitur flagris ire, id ſi non poteſt, jumento imponitur, ibidemque ſi ſedere nequeat, prono corpore alligatur, non aliter quàm ſarcina aliqua, aut mantica: morientem detractis veſtibus in proximam foveam aut vallem canibus & vulturibus objiciunt.

Status horũ miſerrimus ſi in itinere ægrotent.

§. LXVIII. *Quomodo recenter capti tractentur in itinere.*

Non ſolum perpetuæ catenæ concaptivos includunt, ſed manibus quoque in itinere manicas addunt: paſſus unus inter ſingulos interſtitii eſt, ne ſe mutuò conculcent: id ideo faciunt, ne à mancipiis lapidentur. Qvum enim ſinguli mangones ingentem numerum ducant, adeò, ut decem ſæpè quingentos homines concatenatos habeant, vim metuunt tantæ multitudinis, ſi ad jactum liberas manus haberent. Cæterum ubi nocti concedendum, vinculis quoqve pedes onerant, eosque ſupinos omni injuriæ aëris exponunt. Mulieribus verò humanior conditio eſt, quæ valent robore, pedibus incedunt: teneriores in jumentis vectantur: qvæ adeò infirmæ ſunt, ut jactationem jumenti non ferant, in corbibus tanquam anſeres geſtantur. Nox illis triſtior eſt, aut enim munitis locis includuntur, aut mangonum impuram libidinem pati coguntur. Auditurqve ingens ploratus per tenebras adoleſcentium utriusqve ſexus vim patientium, nec ſexennis aut ſeptennis ætas miſeros à tali fœditate defendit, adeo ſcelerata gens, & contra naturam & ante naturam libidine ſævit.

Fœminarũ conditio qvæ debilioris ætatis ſunt.

Turcarum libido & impudicitia.

Qvomodo Venalitii tractentur.

Ubi dies illuxit, in forum venales tanqvam Greges ovium, aut caprarum producuntur. Conveniunt Mercatores, ſtatuitur pretium: ſi pla-

si placet, mancipium, detractis vestibus futuri domini oculis exponitur, inspiciuntur omnia membra, tentantur, explorantur, nunquid vitii in juncturis aut articulis resideat Si displicet, rejicitur ad mangonē, toties id passurus, qvoties emp uriens aliqvis advenerit: si placet, abducitur ad gravem servitutem, ut vel arator vel pastor sit, ne duriora commemorem. Multa sunt ibi inaudita exempla miseriæ. Cæterum homines jugo copulatos aratrum ducere nonnunqvam vidi. Ancillæ arctissimè habentur in perpetuis laboribus, & extra conspectum virorū, & ne qvidem cum conservis ulla illis confabulatio permittitur. Si quis cū uxore & liberis captus fuerit, hunc libentissimè magnates emunt, & villis præficitur, ut curam vel arvorum, vel vinetorum, vel pascuorum agat, nati ex illis vernæ fiunt. Si in Christiana fide perseveraverint, statuitur certum tempus serviendi, qvo elapso liberi fiunt: filii tamen eorum nisi redimantur, in servitute manent, pro domini arbitrio, vel iisdem sedibus mansuri, vel aliò transferendi: nulli enim ibi sunt ascriptitii glebæ, qvibus certa sit sedes servitutis. Si cupiunt post adeptam libertatē in patriam redire, dantur diplomata commeatus. Verùm illis qvi nostram religionem abjurārunt, nec certū tempus est serviendi nec ullum jus in Patriam redeundi, spes libertatis solummodò pendet à Domini arbitrio, ubi tamen libertatem nacti fuerint, solvunt decimas, ut cæteri Turcæ, à reliqvis tamen oneribus, quibus Christiani premuntur, immunes sunt.

§. LXIX. *Ancillarum statua.*

Dura vita agricolarum, durius tamen agunt, qui ad pastoritias curas emuntur, vivendum illis in solitudine, perpetuò noctes & dies sub dio agendum: Dominus cum Uxore solus in Tentorio versatur, & præter tuendi gregis officia, penulas & tapetia succisivis horis facere coguntur. Singulis mensibus pascua mutant, de montibus in montes se transferentes. Qui humaniores sunt, dant aliquam mercedulam servis, qualem dimensam fuisse apud Romanos legimus, id in peculium cedit, qvod conservant, vel in viaticum, si in patriam post libertatem adeptam redire velint, vel ad alias necessitates vitæ. Cæterùm id non ubique fit, est autem illud miserum blandimentum servitutis, quo illos à consilio fugæ retrahunt. Illis autem, qui Christum abnegarunt, jamque recutiti sunt, quia certi sunt, quod non fugient, nihil tale indulgetur.

Captivorum Pastorū durissima conditio.

§ LXX. *Fuga capti-*

Facilior fuga illis, qui in Europa agunt, quàm qui in transmari-

nas

vorum ex Europâ.

nas regiones venduntur: his enim præter flumina nihil trajiciendum, qvæ facilè enantur; major difficultas in Hellesponto transmittendo. Qui autem fugam instituunt, tempore messis id soliti sunt facere, ut & facilius in segetibus lateant, & inde victum habeant: noctu autem fuga initur, per diem aut in sylvis, aut in paludibus, aut in segetibus sese abdunt, maluntque à lupis aliisqve bestiis devorari, qvàm ad veteres dominos retrahi.

Fuga ex Asiâ minore.

Qui verò ex Asiâ fugam moliuntur, Hellespontum petunt, inter Callipolim & arces illas olim Seston & Abydon, nunc autem *Bogaz Asar* dictas, id interpretari possumus, castella faucium maris, ibi enim mare angustissimum est. Hi secum deferunt securim & funes, ut & ligna cædant, & colligent, qvo inde ratem faciant ad trajectionem maris, nihil nisi salem secum deferentes, nocte raticulam inscendunt. Si venti & fortuna maris favet, tribus aut qvatuor horis traiiciunt, sin minus, aut pereunt in fluctibus, aut ad littora Asiæ rejiciuntur. Emenso mari montes petunt, Polumque, & Booten inspectantes ad Boream tendunt. In fame glandibus aut herbis sale conditis sese sustinent. Si plures societatem fugæ inierint, noctu opiliones invadunt, qvibus occisis, quicquid ibi alimenti invenerint, secum asportant, sæpè tamen & ipsi pereunt occisi ab opilionibus, vel ab eisdem capti, & pristino hero traditi, ad veterem servitutem rediguntur. Cæterùm longè plures pericula absumunt, qvàm incolumes evadunt: aut enim naufragiis, aut dentibus bestiarum, aut ferro inimicorum, aut postremò fame pereunt, cum longior erratio in fuga contigerit.

§. LXXI. *Pœna fugitivorum.*

Fugitivis multiplex pœna: alii enim suspensi pedibus dirissimè flagellantur: qui enim homicidium committunt, illis plantæ pedum in multos sulcos cultro rescinduntur, & recisis sal inspergitur: quibusdam furca ingens ferrea cum ferreo collari inseritur, qvam dies noctesqve in longum tempus gestant.

Incantatio Turcarum contra fugientes.

Habent quoddam genus incantationis, quo invitos retrahunt: Nomen servi in schedula scriptum suspenditur in tabernaculo, vel domicilio servi, deinde diris verbis & devotionibus illius caput impetunt: deinde fit vi dæmoniacâ, ut fugiens putet sibi in itinere vel Leones, vel Dracones incurrere, vel mare vel flumina contra se exundare, vel omnia tenebris nigrescere, iisque periculis repulsus ad herum redit.

Sacer-

Sacerdotum & Monachorum sub Turcæ Tributo viventium conditio.

Sacerdos & Monachus pesſimâ illic conditione ſunt, ut ſacrilegia & ſcandala Dei & hominum exiſtimantur. Nihil de Eccleſia accipiunt: feriatis diebus pauxillulum panis à mulierculis nonnullis porrigitur, cæteris diebus nihil datur. Ipſi lignationibus vivunt: nam mos eſt, ut ligna in ſylvis cædant, hisque dorſum Aſelli onerant, eâ cum merce per omnes plateas ambulant, ligna venalia proclamantes.

§. LXXII. Tributa Chriſtianorum.

Qvartas omnium fructuum dant Chriſtiani: & iſtiusmodi qvartatio non ſolùm ex proventibus agrorum & pecorum colligitur, ſed etiam Mechanici de ſuo qvæſtu quartas dependunt. Deinde eſt & aliud onus capitationis, quâ ſinguli qvotquot ſunt, in una familia ſingulos ducatos ſolvunt. Si Parentes ſolvere neqveunt, ad liberos ſuos in ſervitutem vendendos compelluntur. Alii in catenis vincti, oſtiatim obambulant ad ſtipem emendicandum: quòd ſi ne ita qvidem ſolvendo ſiant, perpetuis carceribus mancipantur. Jam cum omnia officia præſtiterint, adhuc ſemper jus eſt Turcæ optimum quemqve ex liberis deligere, qvem circumciſum ſummotumqve à conſpectu parentum in militiam alit, nec unqvam ad Parentes redit: & primùm, quia puer, facilè Chriſtum oblivione dediſcit, mox etiam parentes & conſangvineos, adeò ut ſi inter eos verſetur, neminem ſuorum agnoſcat. Nemo verbis id explicare poteſt, quibus lacrymis, gemitu, ſingultibusve, iſtiusmodi divulſio fiat. Pater filium, quem in cultum Chriſti educaverat, rapi videt ad militiam Satanæ, ut Chriſtum oppugnet: Filius abſtrahitur à Parentibus, perpetuò inter alieniſſimos victurus, qvicqvid charum eſt ſanguine, ſodalitate gratum, familiaritate amicum, relicturus: poſtmodum in eorum numero futurus, qvos Græci ἀπάτορας & ἀμήτορας vocare ſolent. Et hi qvanqvam magnoperè à fide Chriſtianâ degenerârunt, pleriqve tamen eorum, Evangelium Joannis pro amuleto certisſimo ſub axillis portant, videlicet: In principio erat Verbum, Græcè aut Arabicè ſcriptum totum usqve ad finem: qvi ſummoperè magnoqve cum deſiderio Chriſtianorum gladium expectant, ad vindicandum & liberandum Chriſtianos de afflictionibus & perſecutionibus eorum. Qvi quod hactenus contra eos non maturaverit, quicunqve ſunt in cauſa & quocunque animo id faciant, pesſimè profectò de Chriſtianâ Religione mereri videntur. Hactenus de Chriſtianorum captivorum afflictione.

ΚΕΦΑΛΗ. Γ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΕΚΑΤΙΣΜΟΥ ΤΩΝ ΠΑΙΔΩΝ.

Ο δεκατισμὸς τῶν παίδων οὕτως ἔχει. Ἐν τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ ὁ Τοῦρκος κατεκυρίευσε τῶν Ἑλλήνων, ἠρίθμησεν ἐν ἑκάστῃ πόλει τε καὶ χωρίῳ τοὺς οἴκους, καὶ ἐκέλευσεν ἀνατέτταρα ἔτη λαμβάνειν ἕνα παῖδα, ἀπὸ δέκα οἴκων, χάριν λόγου. Ἦσαν τότε ἐν μιᾷ πόλει ἑκατὸν οἶκοι, ἔλαβεν ἐκ δέκα δεκάδων οἴκων, ἕνα παῖδα ἐξ ἑκάστης δεκάδος, πάλιν μετὰ τέτταρα ἔτη ἔλαβον ἕτερα δέκα παιδία, ἐκ τοῦ δευτέρου οἴκου, τουτέστιν, ἐκ τοῦ ἑπομένου οἴκου, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ πρώτου οἴκου, ὅπου ἔλαβον περὶ τῶν τεσσάρων ἐτῶν. Καὶ οὕτω ἀνατέτταρα ἔτη λαμβάνουσιν, ἕως ἂν πληρωθῶσι δεκάκις ἑκατὸν οἶκοι. Καὶ τότε πάλιν ἄρχονται λαμβάνειν ἐκ τοῦ πρώτου οἴκου. Ἕως τοῦ ἐπιστρέψαι αὐτοὺς εἰς τὸν πρῶτον οἶκον παρέρχεται τεσσαράκοντα ἔτη. Καὶ μετὰ τεσσαράκοντα ἔτη πάλιν ἐπιστρέφουσιν εἰς τὸν πρῶτον οἶκον. Καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον ποιοῦσι, καὶ πρὸς τοὺς λοιποὺς οἴκους, καὶ χωρία, καὶ πόλεις. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος τρόπος Ἀδικίας πρὸς τὸ συλλέγειν τὰ παιδία. Τουτέστιν, ὅταν οἱ ἄρχοντες ἐξέρχονται παρὰ τοῦ βασιλέως πρὸς τὸ συλλέγειν τοὺς παῖδας, ἀπὸ τῆς τε-

ταγμένης

CAPUT III.

§. LXXIII.

DE DECIMATIONE LIBERORUM.

Decimatio liberorum.

DEcimatio Liberorum seqventem ad modum peragitur. (A) Cum olim Turca Græcos dominio suo subjecisset, omnes illicò in urbibus, & in pagis domos numerari curavit; jussitque, ut elapsò quovis quadriennio è domibus decem, unus puer auferretur. Exempli Gratiâ. Fuerunt tum fortè in civitate qvâdam centum domûs, accepit igitur è decem domuum decadibus, è qvâlibet decade unum puerum. Qvatuor aliis annis prætersapsis, è domo contiguâ, h.e. quæ primæ ordine succedit, non autem illa, qvæ ante annos qvatuor filium præbuit, alios decem pueros eripuerunt. Atqve sic per intervalla quatuor annorum decimas colligunt, quoad collectio è centum domibus decies conficiatur; qvo facto, denuò à primâ domo initium faciunt. Priusqvam autem ad illam, unde primò omnium decimatio fieri cœpta est, domum perveniant, qvadraginta annorum effluit tempus. Et hunc ipsum morem modumqve in omnibus domibus, pagis & urbibus observant.

§. LXXIV. *Alius injustitiæ processus.*

Datur etiam alius injustitiæ processus in colligendis pueris. Quando Præfecti ab Imperatore

ταγμένης Ἐπαρχίας, ἐξ ἧς ἔξεστιν αὐτοῖς συλλέγειν παῖδας: παρερχόμενοι τῆς ὁδοῦ ἔσω τῆς Ἐπαρχίας αὐτῶν, ὅσους ἂν παῖδας εὕρωσιν ἐν τῇ ὁδῷ, κρατοῦσιν ἔξω τοῦ δεκατισμοῦ, λέγοντες. Οὗτοι οἱ παῖδες θήραμα ἡμῶν εἰσί. Ἐὰν δὲ τύχωσί τινες παῖδες ἀναμεταξὺ τῶν ἀδίκως κρατηθέντων ἐκ τῶν ὀφειλομένων οἴκων τῶν μελλόντων δοῦναι παῖδα, τότε οὐδένα ἕτερον παῖδα θέλουσι λαμβάνειν ἐξ ἐκείνου τοῦ οἴκου, ἐκ τοῦ ὁποίου οἴκου ἦν ὁ παῖς ἐκεῖνος, διότι οὐκ ἔξεστιν ἐκείνοις δύο παῖδας λαμβάνειν ἐξ ἑνὸς οἴκου, ἐν τῷ αὐτῷ ἔτει. Καὶ τούτου ἕνεκα, ὅταν ἀκούσωσιν οἱ πατέρες τῶν παίδων, ὅτι ἔρχονται Ἄρχοντες συλλέγειν παῖδας, πρὸ τοῦ ἐλθεῖν τοὺς Ἄρχοντας κρύπτουσι τοὺς παῖδας αὐτῶν, οἱ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσιν, οἱ δὲ ἐν οἴκοις Μεγάλων Ἀρχόντων τῶν Τουρκῶν, (οἱ οἱ Ἄρχοντες τῶν Τουρκῶν εἰσὶ φίλοι τῶν Ἑλλήνων οἱ πλείονες,) καὶ οὕτω μετὰ ταῦτα διδόασι τοὺς παῖδας αὐτῶν. Ἐνίοτε δὲ φεύγουσι μόνοι οἱ παῖδες εἰς τὰ ὄρη, καὶ οἱ ἄρχοντες κρατοῦσιν ἢ τὴν Μητέρα τοῦ παιδὸς, ἢ τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τιμωροῦσιν ἐκείνους ἕως θανάτου. Καὶ ὅταν ἀκούσωσιν οἱ παῖδες, ὅτι τιμωροῦσι τοὺς γονεῖς αὐτῶν, αὐτοὶ οἱ παῖδες ἑκουσίως ἔρχονται, καὶ παραδίδονται. Ἐνίοτε δ' ἀποθνήσκουσιν οἱ γονεῖς τῶν παίδων ἐκ τῆς τιμωρίας, ἕνεκα τῶν παίδων αὐτῶν. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ περὶ τῶν Παίδων.

ad colligendum è designatâ sibi provinciâ pueros emittuntur, & intra provinciæ illius, in qva delectum facere ipsis permissum est, terminos iter faciunt, quoscunque in viâ pueros offenderint, rapiunt, in decimarum rationes illos neqvaqvam referentes, sed dicentes: Pueri hi præda nostra sunt. Qvòd si verò inter illos per vim in viâ injustè prehensos aliqvem ex illis ædibus, qvas filium extradere ordo tetigit, inveniri contingat, alium è domo illâ minimè deposcunt, eò, qvod domū aliqvam anno uno duobus orbare filiis prohibitum sit. Hanc ob causam qvando Parentes Præfectos illos delectui habendo destinatos adventare audiunt, anteqvam adsint, liberos suos, alii qvidem in montibus, alii verò in aulis Magnorum Turcicorum Dynastarum (hi enim plurimi cum Græcis fovent amicitias) abscondunt, posteà eosdem ad se inde recipientes. Non rarò etiam usu venit, ut filii ipsimet soli in montes confugiant, at tum hi loco Filii ipsum Patrem aut Matrem arripiunt, & illos ad mo[r]tem etiam usqve affligunt. Liberi verò, audientes, qvod Parentes ipsorum miserè cruciantur, ipsi sponte suâ accurrentes sese dedunt. Interdum etiam Parentes ex doloribus illis, qvos pro filiis sustinuére, exspirant. Et hactenus de Pueris.

§. LXXV. Qvomodo Parentes suos liberos abscondant.

ANNOTATA
AD CAPUT III.

§. LXXVI. *Decimationis Liberorum Origo.*

(A) **D**Ecimatio *Liberorum sequentem ad modum peragitur.*) Originem hujus Decimationis recenset *Chytraus in Oratione de Statu, &c. pag.* 14. Sed hoc tristissimum, quòd, ut olim Christiani Imperatores, ex singulis Græciæ Oppidis, certum numerum Liberorum, in quibus egregia indoles præ cæteris elucebat, delegerunt: qvos ad publica officia militiæ togatæ & bellicæ in Aulâ educari curârunt: ita Turci, occupato Græcorum Imperio idem jus eripiendi Patribusfamilias Liberos ingeniis eximiis præditos, usurpant: qui ad Turcicæ Religionis ritûs & ad militiam instituuntur. Veruntamen hos pecuniâ redimere à conquisitoribus sæpè parentibus licet. Reliqui cum virtutis specimen in bellis egregium præbent, ad summos dignitatis & honorum gradûs evehuntur. Et multos hæc exempla & gloria militaris, quæ in generosis naturis acerrimus stimulus est, ad Mahometicam Religionem invitant.

Prolixior Descriptio hujus Decimationis, & quibus usibus hi liberi impendantur.

Uberius autem & luculentius totum hunc processum describit *Mart. Crusius Turco-Græc. pag.* 193. 194. hoc verborum sono: Mittitur ex portâ seu Aulâ Imperatoria Centurio cum triginta Janizaris ad certam provinciam, cum edicto publico ad capiendos Christianos pueros. Protogeros urbis aut pagi (nobis Judex, Præfectus aut Prætor est) cives suos cum Filiis convocare cogitur. Ex his deligit Exactor formosos aut fortes, aut artifices alicujus rei, ut secum abducat. Qvi duos filios aut plures habet, unum dare cogitur. Si Filium celet aut is fugiat, parens tormentis subjicitur, donec sistat Filium. Multi Græci paupertate aut diffidentiâ, aut avaritiâ impulsi, omnes filios interdum præter unum, suâ sponte dant: ne eos alere cogantur: qvodve eos sibi suisqve, si emergant, usui fore sperant. Qvi lautioris fortunæ, aut animi honestioris sunt, filios suos L. aut LX. nonnunqvam C. Ducatis ab Exactoribus, ut plurimum suo lucro inhiantibus, redimunt. Hæc exactio periodum qvinquennalem habet. Infra Septennium pueros, illosque qui uxores habent, accipi non licet. Ex Asiâ autem & Europâ, capiuntur omni: præterqvam ex Ægyptiis, qvos inutile genus hominum dicunt: & ex Unga-

§. LXXVII. *Qvænam loca ab hac Decimatione excepta.*

Ungariâ & aliis qvibusdam civitatibus, certa sua privilegia & conditiones habentibus, & Constanti iopoli (qvia sedes Imperatoria) ac Pera Nauplioqve suas ob causas. Sed & aliqvot Bulgarorum millia excepta sunt. Pueri autem capti in tribus amplissimis domibus (unâ Constantinopoli, alterâ Peræ, tertiâ Adrianopoli) educantur donec Lingvam & Religionem Turcicam edocti, in Aulam Regis recipiantur. Qui verò præ reliquis placent, statim in aulam recepti vel cubicularii fiunt, vel in domo thesauri Regii, aut in penore aromatario degunt, Præceptoribus Lingvæ & Religionis utentes, ibi conclusi manent usqve ad XXV. aut amplius annum ætatis, donec tandem velut carcere emissi, civilibus & bellicis muneribus præficiuntur: in quibus gradatim ad summas ascendunt dignitates. Ex talibus Cubiculariis præsertim Beglerbegi (Provinciarum totarum Rectores) fiunt; quæ dignitas rarissimè natis Turcis contingit: Discunt præcipuè arcubus jaculari & cursu equestri contendere: sed collimatione bombardarum, nostris longè inferiores sunt. Exercitia militaria rariora hîc, quàm in Germaniâ, videntur. Ex reliquâ puerorum fece, opifices fiunt; artificibus commendati. Quidam Pistrino & Culinæ Regiæ inserviunt. Maxima pars viretis Regiis, (quæ circa Constantinopolin magno numero sunt) præficitur. Alii aliis operibus servilibus addicuntur: fiunt Coci, Lanii, Lapicidæ. Et hoc pessimum genus hominum est & Christianis infestissimum. Diaboli Aulici vocantur: quòd Christianos obvios præsertim peregrinos conviitiis proscindant, interdum & pulsent. Quorum magno numero ne Turcæ quidem sese opponere audent. Appellantur Azamoglani. Cum ante semestre, mense Aprili, Sultanus Murates in hortum qvendam, sinui vicinum, navigaret: horum quidam in cauponâ ad mare potantes, poculo per fenestram porrecto, acclamarunt: se in sanitatem ejus totum hoc ebibere velle. Missis à Sultano Ministris, illi jam diffugerant. Cauponi autem Græco, doliis pertusis, omne vinum effusum est. Nec multò post, Sultan omnibus Turcis vinum interdixit. Cum autem res ad manifestam seditionem spectare videretur: Aulicis vini usum rursus concessit: Gerlach. 26. Novembr. 1575. ad Rever. Jacobum Heerbrandum. Theolog. D. Azamoglan (inquit Geufræus) sunt pueri Tributarii: quæ vox dicitur significare innocentes, simplices, nihil scientes. Hæc Crusius d. l.

§. LXXVIII *Azamoglani qui?*

E duvin

Hoc Tributum animarum est Christianorum acerbissima afflictio.

Edvvin Santes hoc Tributum animarum p. 583. inter acerbissima Græcorum Christianorum παθήματα refert, quòd charissimi eorum Liberi à matrum mamillis abripiantur, & in abominandâ Mahometicâ idololatriâ enutriantur, postmodumque ita educati proprios Parentes, â quibus in hanc lucem editi, sæpè interficere, & eam religionem, in quâ nati & baptisati, quæque unica est salvifica, cogantur, quantum possunt, persequi.

§. LXXIX. *Quanto cum dolore Parentes Liberos Turcis permittant, Exempl: notab. de Kir Lucâ.*

Quantâ autem cum animi ægritudine & dolore Parentes Liberos suos dimittant, ex sequenti historiâ licet colligere. Notares, qui & Lontares & Chir Lucas i. e. primarius Regis Græcorum Judex cum audivisset captam esse urbem, cum nonnullis præcipuis in Turrim quandam Urbis concurrerunt, quasi hîc deliberaturi, an omnes fugâ sibi consulere deberent. Turris autem illa paulò post obsidione est circundata, & Notares tandem in confertâ hominum turbâ simul cum liberis in potestatem hostium venit. Quem Rex Turcarum cum Uxore & Liberis redemit, & cum eo collocutus, permisit ei, ut, ubi vellet, cum suis habitaret: mansit igitur Byzantii. Haud multò post, ubi est rumore allatum, Notaræ esse Filium natum annos circiter duodecim, unum de suis Pincernis misit petitum puerum. Notaras, postquam accepit ex Pincernâ Regis voluntatem, graviter irâ succensus est, sibique eam petitionem admodum periculosam & intolerandam fore judicabat, & sic compellavit Pincernam Regium:

§. LXXX *Mirabilis fortitudo & constantia Kir Lucæ Notaræ, Magni Ducis.*

O Pincerna, haud ferendum est, Regem mihi liberos velle eripere, cum nihil sit, quod crimini det, cum semel errorem remiserit. Sin autem id fixum ratumque sedet in animo Regis, quare non imperat, ut nos turpissimæ morti liberos nostros tradamus? Hæc loqvutus addidit, se nequaquam Filium Regi petenti daturum, cùm nullam in ipsum commiserit culpam. Pincernæ autem adhortanti & monenti, ne talia & diceret & faceret in Regem, quasi illicò periturus: non obtemperavit. Pincerna igitur reversus ad Regem, responsum quod â Notarâ acceperat exprompsit. Rex iratus, præcepit, ut Notaram cum liberis, quos secum haberet, continuò abducerent, & morti darent. Hos, quibus id negotii injunctum erat, cum advenissent, rogavit Notaras, ut primò Liberos in conspectu suo occiderent, & postremò in se hostili ferro ruerent. At Filii timentes mortem, precibus fatigabant Patrem, ut interfectoribus opes universas, quas in Italiâ haberet, pernumeraret,

ret. pernumeraret, ut ipsi perimerentur. Verùm pater Liberorum preces aversatus, jussit ut forti animo ad imminentem mortem irent. Hi quidem primò interfecti sunt. Posteà se necandum & ipse interfectoribus præbuit. His ita peractis, nec reliqvis Græcis pepercit Rex: verùm omnes, quotqvot liberati aderant Byzantii, ad supplicium extremum rapi jussit. Apparet Byzantii exitium miserabile superasse omnia, qvæ per universum Orbem contigisse scimus excidia. Hæc *Laonicus Chalcocondylas Lib. VIII. de Rebus Turcicis, Colum. 456.457.*

§. LXXXI. *Historia de eodem Duce Notara.*

De hoc *Kir Lucâ Leo Allatius in Opere de Consensu Eccl. Occid. & Orient. Lib. III. cap. 4. pag. 956. 959.* seqventia annotavit: Exciso Byzantio, & tot nobilibus contra Fidem datam à Turcâ uno judicio jugulatis, constans ac firmus in avitâ Religione conservandâ Lucæ Notaræ Magni Ducis animus manifesto modo deprehensus est; qvi quòd Regi Turcarum poscenti filium, duodecim annos natum, constantissimè denegaverat, ut Laonicus Lib. VIII. tradit, Georgius Phranza, & Leonardus Chiensis, eò qvòd non fuerit Imperatori Constantino auctor Pacis à Turcâ petendæ, vel urbis dedendæ cujus culpam in Perenses & Venetos ille conferebat, nec non simultates & mendacia, Regem præcepisse, ut in Xerolopho, ipso inspectante, duo ejusdem filii capite plecterentur, de quibus Imperatorem oraverat, ut alterum Contostauli, alterum magni Logothetæ dignitate exornaret; deinde & ipsi cervices præciderentur. In Notaram verò, cum quo simultates exercuerat Phranza, minus æqvum se gerit. Quomodo enim Christum prodere in animo habuerat, qui seipsum, Liberos, & omnia sua, pro Christo morti devoverat? Filii timentes mortem, precibus fatigabant patrem, ut opes universas, quas in Italiâ habebat, interfectoribus traderet, ne ipsi interimerentur. Quare veritus Pater, ne pro vitâ tutandâ Mahumetismum amplecterentur, rogavit, ut primò liberos in conspectu suo occiderent, & postremò in se hostili ferro ruerent. *Johannes Moschus* in Epitaphio habito de hoc magno Duce Notarâ, unum tantùm trepidasse narrat. Cùm verò Carnifex, jam præsens præceptum Tyranni barbari exequi vellet, manuq; gestaret ensem, promtusque esset ad eundem simul & filios interimendum, gaudebat, gestiebatque præ lætitiâ, quòd pro caducâ istâ ac menstruâ, æternam vitam ac stabilem esse victurus. Ut verò unum ex illis, uti par erat, animo commoveri & cor

§ LXXXII. *Quantus amor Christianæ Religionis in hoc Notara.*

Pathetica Oratio Magni Ducis Notaræ ad filios Turcæ gladio interficiendos.

corpore perhorrescere vidit, ad carnificem conversus. O Generosissimam illam Animam! O constantem nimis cogitationem, & infinitarum laudum atque admirationum dignam! Contine te paululum, inquit, ad trementem autem, motuque mentis aliquo exalbescentem Filium: Ubinam est, ajebat, Carissime, Patris Reverentia? Ubi Amor, atque Benevolentia? Ubi tot promissa, quæ mihi sæpius feceras, si opus fuisset, te vitam pro me promtè positurum? Ubi Charitas? Quonam in loco ponis Testimonium eorum, qui hæc audierunt? Annè homines tantùm ea vidisse putas, Deum verò ignorare, nec à te promissa, quæ mihi sæpè pollicitus es, exposcere, tremendi ejusdem adventûs Die? Ubi Patria, Fili? Ubi generis splendor? Ubi Græcorum Imperium? Ubi morum concinnitas & Gravitas & Libertas? Annon vides omnia excidisse? Animo itaque virili præsentiq; ut sis para, & cogitationem constantem ac generosam, & tibi debitam assumens, mortem contemnito. Propè est universorum Dominus donis opimis remunerabitur, si, quæ mihi promiseras, complebis. Hæc dicens, & animum juvenis constantem atqve imperterritum efficiens: His, ait carnifici, prius trucidatis, posteà in me quoque similia patra. O divinum ac magnificum illum animum! O magnanimitatem! O Liberorum Amorem! O Paternam Dispositionem! Malebat filios videre mortuos, quàm vivos relinqvere, ne quid illi contra Pietatem aggrederentur; timens, ut apparet, ne de eorum curâ etiam in Fine vitæ aliquid remitteret. Igitur primum eo vidente, liberis obtruncatis: Gloria tibi, Domine Christe Rex, præ gaudio gestiens dixit, & extensis manibus, non absque lacrymis: Accipe meam, dicebat, animam, & concede mihi magnam tuam misericordiam, & tuorum bonorum hæredem fac, & beatæ illius vitæ participem. Tum carnifici innuens, beatum Finem assecutus est. Tantum animi in hoc homine fuit. Nomina filiorum obtruncatorum, ut tradunt, fuére, Isaacius & Joannes. Puerum verò Jacobum, ajunt, frustrà deprecante Patre, fuisse sævo Tyranno reservatum. Historia Politica Constantinopolitana natu minimum Isaacum vocat, quem tradit aufugisse, & Romæ posteà visum cum sorore. Magni autem Ducis Filios in conspectu ipsius jugularunt. Uni tantùm, qui natu minimus erat nomine Isaacio, pepercerunt; qvi in castrum Regium trusus, non multò post inde aufugiens, nuspiam appa-

§. LXXXIII *Ipse Notaras tandem magna constantia & pietate mortem tolerat.*

Unus filius, uti aliqvi volunt, Turcæ est servatus.

apparuit. Posteà fama sparsa fuit, Romæ conspectum esse; quo in loco etiam soror ejus erat, quam Pater ante expugnationem urbis, magnis cum opibus in Italiam miserat. Duo alii ejusdem Filii, cum obsideretur urbs, in pugnâ ceciderunt. Filia Anna ad Italos missa, Anno cIↄ ccccxcix, Venetiis adhuc vivebat, cujus hortatu Etymologicum magnum editum est. Hæc Leo Allatius. Cui adjungere lubet Robertum Creugthon, qui in *Dedicatione veræ Historiæ Unionis non veræ inter Græcos & Latinos sive Concilii Florentini* fol. (f) fac. B. & (f) 2. hunc Magnum Ducem ita depingit:

§. LXXXIV

Et quanquam non tàm verum nomen, quàm inanem præeminentiæ titulum, ab hâc compaternitate noster Gregorius reportaverit, nobis tamen, qvantus fuerit hic decor, expedit scire, & qvis hic M. Dux, quem Monachus Cucullatus in baptisterio ulnis extulerit: Nihil enim ab istius seculi scriptoribus proditum est memoriæ, quod nostræ curiositatis inquisitioni quodammodo non inservit: Et qui Crusium cum nostro componet, eundem inveniet hunc Magnum Ducem in Crusio, quem noster Dominum Notarium Seqvestrum, & Cantacuzeni collegam toties cum laude summâ prædicat: Et quem fortasse reversus ex Italiâ Imperator, ampliori titulo Magni Ducis locupletavit, si qvis Magistratus, ordinem Seqvestrorum & autoritatem excederet: Cùm in eâdem juris dicundi potentiâ apud Imperatorem Seqvestros valere constet, qvâ Crucigeros apud Patriarcham: Et licet noster in hâc historiâ, nec Notarium, nec Cantacuzenum, verbis tumentibus magnificè deaurârit, cùm & ipse utriqve par esset officio, aut major, & rerum pondera narrare, qvàm scripta superfluis infercire affectaret, Notarius tamen dùm vixit, famam prorsus excellentem, à gestis in Reip. salutem obtinuit, & moriens illustre exemplum magnanimitatis, si qvis alter in eâ urbe calamitosâ civis, posteritati reliqvit: Hic est ille procerum primarius Dominus Lucas Notarius, qvem Byzantini Curlucam, Κυρ voce curtâ pro Κύριος ad Lucam, inter pronunciandum adnascente, & corruptiùs Gerlucam ac Leontarem vocant: Cujus è qvinqve liberis, cum Urbs caperetur, duo in pugnâ cecidêre, duo alii, qvando Pater redimere nollet, jussu Mahometæ ad mensam accumbentis, decollati sunt ante ora Patris, qvem ad idem supplicium Carnifices trementem traxerunt, & in multo lapsantem sangvine natorum, ut Princeps Poëta de Priamo

Seqvestri Dignitas.

§. LXXXV. *Commendatio Notaræ*

olim cecinit: qvintus impubis furtim se proripuit in Italiam, ad sororem, qvam habuit unicam Annam Notarenam, illuc antea à Patre emissam: Et qvæ annis qvadraginta superfuit expugnatæ Constantinopoli, nempe ad Christi 1499, qvo Etymologicon Mega primum prodiit excusum Venetiis, adhortante ut plurimùm Nobilissimâ Notarenâ, in gratiam studiosorum sermonis Græci, ut adscripta laciniæ ipsius Etymologici verba postrema attestantur, non sine voluptate perpendenda.

§. LXXXVI *Cui usui Turca Liberos Christian: impendat?*

Cui usui & qvibus studiis autem Imperator Turcicus Liberos Christianorum impendat? docet *Augerius Gislenius Busbeqvius in Consilio de Re militari contra Turcas instituenda* p. 348. 349. 350. his verbis: Mittit qvotannis Turcarum Princeps certos homines in diversas Provincias, qvi de Pueris, è Christianis hominibus natis, Tertium aut Quartum qvemqve legant. Horum puerorum gregibus Constantinopolim perductis, qui liberaliore sunt adspectu, aut ingenii majorem indolem præ se ferunt, ipsius Principis aut Bassarum, aut aliorum Satraparum domesticis usibus applicantur. Reliqui perducuntur in locum, in quem magna omnis generis hominum multitudo, præsertim rusticanorum confluxit. Hi de istis pueris ab eo, qvi ei negotio præest, qvos visum est, poscunt. Ille accepto nummo aureo puerum petenti tradit, prius nomine ejus, patriâ, & conditione pueri, item annis, signisqve, qvibus per omnem ætatem dignosci possit, in publicas tabulas relatis. Sic illi liberum est, sive Urbanus, sive Agrestis sit, puerum trans mare in Asiam, vel quocunqve terrarum velit, ubi domicilium habeat, abducere: Ubi assiduè, labore atqve opere eum ut mancipium exerceat. Puero cibaria præbentur, panis & aqva, & interdum loco obsonii pultis aliqvid, aut fructuum, aut Herbarum, vestitus suppeditatur, qvo se adversus Cœli injuriam tueri utcunqve possit. Ad hæc Disciplinâ & Religione Mahumetanâ instituitur, ita deliciarum nescius, procul à propinquorum blanditiis in virum robustum, & cuivis labori ferendo parem adolescit. Hic cum est opus, ab illo fiduciario hero reposcitur, & ad rem militarem traducitur, atqve ex hoc veluti seminario, diminutis Janizarorum legionibus, supplementum subrogatur. A d Janizaros rescriptus, primò meret menstruo stipendio, paulò plus minus, unius ducati cum dimidio. Id enim militi novitio & rudi, satis esse censent. Sed tamen

§. LXXXVII. *Janizari qvibus gradibus ascendant.*

men ne quid victûs necessitati desit, cum eâ decuriâ, in cujus contubernium adscitus est, gratis cibum capit, eâ conditione, ut in culinâ reliquoque ministerio ei decuriæ serviat. Sed eum rursus, qui est ejus decuriæ armorum peritissimus, præceptis militaribus erudit, quotidianaque exercitatione, arma scienter tractare docet: Ita robur, laboris patientiam, & usum armorum adeptus Tyro, nec dum tamen suis contubernalibus, honore neqve stipendio par, unam in solâ virtute, se illis æquandi spem habet: utpote, si militiæ, quæ prima se obtulerit, tale specimen sui dederit, ut dignus judicetur, qui Tyrocinio exemtus, honoris gradu & stipendii magnitudine, reliqvis Janizaris par habeatur. Quâ quidem spe pleriqve Tyrones impulsi, multa præclara audent, & fortitudine cum Veteranis certant: itaque ampliore honestantur stipendio, quod singulis mensibus octo ducatorum in Janizaro summum est. Quem tamen si virtus ac merita ad altiorem locum vocent, aut ordinibus inter suos ducendis præficitur, aut equitibus Prætorianis, qvos Spahias vocant, adscribitur. Qui supersunt ex iis pueris, quos supra dixi, Constantinopoli variis operibus exercentur. Itaque sæpè videas CC aut CCC purgare aream, amoliri rudera, ferre lapides aut ligna, aut alia onera. Otium nulli permissum, nec cui victus gratis constat. Hi similiter postquam adoleverunt, aut in terrestres, aut in maritimas copias transferuntur. Et qvi in Principis Aulam Servitiumqve lecti sunt, ferè evadunt in viros primarios, maximisque muneribus, ut cujusqve aut sors aut mores tulerunt, præponuntur. Ex his supremi Janizarorum Duces, Classium Præfecti, Bellerbegi atq; ipsi denique Bassæ Visirii, deliguntur. His etiam in matrimonium ipsius Principis Filiæ collocantur. Quibus me satis planum fecisse arbitror, qui sit ortus, delectus, Disciplina, atque educatio, istius toto terrarum orbe tantoperè formidati militis Turcici. Hæc Busbeqvius.

ΚΕΦΑΛΗ Δ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΗΣ ΤΟΥ ΠΑΣΧΑ.

Ἔχουσι μὲν οἱ Ἕλληνες τέσσαρας τεσσαρακοστὰς ἐν τῷ ἐνιαυτῷ. Ἡ πρώτη καλεῖται μεγάλη καὶ ἁγία Τεσσαρακοστὴ, τουτέστι, τεσσαράκοντα ὅλας ἡμέρας περὶ τοῦ πάσχα. Νηστεύουσι δὲ ἐν τῇ αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ Τεσσαρακοστῇ, ξηροφαγοῦντες, ἕνεκα τῆς σταυρώσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ δεκατισμοῦ τῆς ψυχῆς. Τουτέστιν, ὥσπερ οἱ ἄνθρωποι διδόασι δέκατον τῷ βασιλεῖ ἕνεκα τῆς περιουσίας αὐτῶν, οὕτως ἐπρόσταξεν ἡ ἁγία καὶ Οἰκουμενικὴ Σύνοδος πρώτη τῆς Νικαίας, νηστεύειν ἕνεκα τῆς ψυχῆς, μίαν ἡμέραν ἀνὰ δέκα ἡμέρας, ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ, περὶ τοῦ δεκατισμοῦ τῆς ψυχῆς πρὸς τὸν Θεόν. Τουτέστι Δέκατον τῆς ψυχῆς διδόναι τῷ Θεῷ, ὥσπερ ὧδε, Τριακόσιαι ἑξήκοντα πέντε ἡμέραι τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἀνὰ δέκα, μία ἡμέρα γίνονται Τριάκοντα ἓξ ἡμέραι, ὡς ἐν τούτῳ τῷ παραδείγματι·

365.
10. } 36. Τριάκοντα ἓξ ἡμέραι
10. γίνονται.

Πάλιν ἑπτὰ ἑβδομάδες ἀνὰ πέντε ἡμέρας, γίνονται τριάκοντα πέντε ἡμέραι. ὡς ὧδε. 7. ἑπτὰ ἑβδομάδες,

7. 5.

CAPUT IV.

§. LXXXVIII.

DE QVADRAGESIMA PASCHALI.

QVatuor Qvadragesimas singulis annis Græci observant. Prima vocatur magna sanctaqve Quadragesima. Hæc durat dies, qui Festum Paschatos proximè præcedunt, quadraginta Octo. Jejunium verò, quod Sancto hoc Quadragesimali tempore præstant, in eo consistit, quod arido victitent, & hoc propter Christi crucifixionem & animæ decimationem. Hoc est: Sicuti homines ex facultatum abundantia Regi suo decimas solvunt: sic quoqve primum, Sanctum & Universale Concilium Nicææ celebratum, decimationis animæ causa apud Deum, sancivit, ut per integrum annum, quovis decem dierum interstitio, unum diem jejuni, animæ causa transigeremus; hoc appellitant decimam animæ Deo offerre. Ita hoc loco. Trecenti sexaginta quinque dies annum absolvunt, detracto jam singulis decadibus die uno, remanent dies triginta sex, sicuti id ex adscripto Schemate patet:

Græci quatuor Quadragesimas annuatim observant.

Prima est magna Quadragesima.

Decimatio dierum anni.

365. } 10. } 36. Triginta sex dies 10. } faciunt.

Porrò septem septimanæ, singulæ per qvinq; dies definitæ, constituunt triginta quinque dies, sicuti

7. Septem

7.5. (35. Τελέσιν ἑπλάκις πέντε, γίνονται Τριάκοντα
πέντε.) Η δὲ μία ἡμέρα, εἴ τις λείπεται ἀπὸ τῶν
τριάκοντα ἓξ ἡμερῶν, οὐκ ἀριθμοῦσι, διότι τῇ ἡμέρᾳ τοῦ
εὐαγγελισμοῦ ἐσθίουσιν ἰχθύας, καὶ εὐωχοῦνται διὰ
τὴν χαρὰν τοῦ εὐαγγελισμοῦ. Καὶ τούτου ἕνεκα μένουσι
μόνον καθαραὶ τριάκοντα πέντε ἡμέραι ἀντὶ τοῦ Δεκα-
τισμοῦ τοῦ ἐνιαυτοῦ. Αἵτινες γίνονται ἑπλάκις πέντε, τριά-
κοντα πέντε ἡμέραι. ὅτι ἑπτὰ ἑβδομάδες περὶ τοῦ πά-
σχα νηστεύουσιν ἀναπέντε ἡμέρας ἐν ἑκάστῃ ἑβδομάδι,
Τελέσι, τῇ ἡμέρᾳ Σελήνης, τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Ἄρεως, τῇ
ἡμέρᾳ ἑρμοῦ, τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Διὸς, τῇ ἡμέρᾳ τῆς Ἀ-
φροδίτης. Τῇ δὲ ἡμέρᾳ τοῦ χρόνου, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ
Ἡλίου οὐ νηστεύουσιν, ὅτι ἐσθίουσιν ἔλαιον καὶ πίνουσιν
οἶνον, καὶ δὶς τῆς ἡμέρας ἐσθίουσι καὶ πίνουσι. Καὶ τού-
του ἕνεκα οὐ λέγονται Νηστεῖαι ἡμερῶν, ἀλλὰ κατά τι
μόνον. Τίνες δὲ τῶν κοσμικῶν ἐν ταύταις τῶν πέντε
ἡμέραισι τῆς ἑβδομάδος ἐσθίουσι ἔλαιον, πίνουσι καὶ
οἶνον, ὅτι οὐ μέλει ἐκείνοις περὶ τοῦ δεκατισμοῦ τῆς ψυ-
χῆς. Διαφέρει δὲ ἡ νηστεία τῶν Μοναχῶν ἀπὸ τῆς Νη-
στείας τῶν κοσμικῶν, ὅτι οἱ κοσμικοὶ δύνανται ἐνίοτε
ἐσθίειν ἔλαιον καὶ πίνειν οἶνον, ἐν ταύταις ταῖς πέντε ἡ-
μέραισι, καὶ συγγνώμην ἔχειν ἀπὸ τοῦ πνευματικοῦ,
ὅταν ἐξομολογεῖθῶσι τῷ πνευματικῷ κατ' εἶδος τὰς
ἁμαρ-

7. Septem hebdomadæ 7. 8, (35. hoc eſt, ſepties quinqve faciunt triginta quinqve.) Una autem illa dies, qvæ fortè è triginta ſex diebus ſuperfuerit, non venit in numerum. Cauſa eſt, qvia Evangeliſationis, ut vocant, die piſcibus veſcuntur, & convivia agitant, idque ob gaudium ſuper annunciato Evangelio. Atqve hinc triginta qvinqve dies ſolùm loco decimationis anni (A) puri remanent. Qui ſepties per qvinarium numerum multiplicati, proferunt triginta quinqve dies. Per ſeptem Paſchatos Feſtum proximè præcedentes Septimanas, & in qvâlibet Septimanâ dies quinqve, h. e. die Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis & Veneris jejunant. Diebus Saturni verò & Solis non tantùm non jejunant, ſed & edunt oleum & bibunt vinum, ac bis de die & edunt, & bibunt. Et hanc ob cauſam non dicuntur hæc jejunia, jejunia dierum, niſi quadantenus & certo reſpectu tantùm. Quin Seculares nonnulli etiam enumeratis hiſce qvinqve diebus edunt oleum & bibunt vinum, quia non ſunt ſoliciti de Decimatione animarum. Differentia tamen etiam aliqva in Monachorum & Secularium jejunio cernitur, eaque in eo ſita eſt, quòd Seculares in iſtis quinqve diebus poſſunt oleum edere & bibere vinum, veniam impetrantes à Confeſſario, cum in ſpecie peccata ſua Spirituali Patri confitentur.

§. LXXXIX *Quomodo jejunent.*

M Mona-

Monachis verò, quà olei, qvà vini usus his qvinque diebus nullatenus conceditur, quin quando confessionem suam edunt, ad hoc jejunium canone impelluntur, nisi si morbus, aut alia aliqva necessitas aliud efflagitet.

Ad Caput IV. V. & seqq.

Atqve ita & Græci & Latini in Decimatione fundamentum suæ Qvadragesimæ ponunt.

§. XCI. *Quid judicandum de hac Decimatione?*

Vin' autem scire, qvid de hoc fundamento statuendum & judicandum sit? Audi *Dan. Chamierum in Panstratiâ Cathol. lib. 19. cap. VII.* §. 49. p. 364. ita differentem.

Sexta ratio, inqvit, institutæ Qvadragesimæ à Bellarmino petitur à decimis totius vitæ ut qvasi decimæ consecrentur totius vitæ. Nã dierum totius anni decimã partem efficiunt dies triginta sex. Magnum nugamentũ, & ab ignobilibus autoribus Cassiano, Gregorio, Isidoro, Dorotheo: jam luxurantibus Ecclesiæ seculis in nugas, qvæ tandem veram Theologiam pessum dederunt. Sic lusum variè in numero, qvasi ex Euclidis demonstrationibus petenda ratio salutis esset. Paulò antiqvius alia subtilitas erat. Autor sermonis 157. in Augustini de Tempore, Tota hæc agit Ecclesia, & illa unitas, qvæ dicit in Psalmo: A finibus terræ ad te clamavi, dum anxiaretur cor meum. Unde jam nobis elucet, cur Qvadragesima instituta sit hujus humiliationis solennitas. Qvi enim à finibus terræ clamat, cùm anxiaretur cor ejus, à qvatuor orbis terræ partibus clamat, qvas freqventer etiam Scriptura commemorat oriente & occiduo, Aqvilone & Meridie. Unde qvater multiplicatis in decem, videmus qvadraginta compleri. Bonus ille Greg. homil 16. in Evangelia. Cur in abstinentiâ Qvadragenarius numerus custoditur, nisi qvia virtus Decalogi per libros qvatuor sancti Evangelii impletur? Denarius enim qvater ductus in qvadragenarium surgit, qvia tunc Decalogi mandata perficimus, cùm profectò qvatuor libros sancti Evangelii custodimus. Egregia subtilitas. Sed non sola. Alteram audi, in hoc mortali corpore ex qvatuor elemen-

Pathetica Oratio Magni Ducis Notaræ ad filios Turcæ gladio interficiendos.

corpore perhorrescere vidit, ad carnificem conversus. O Generosissimam illam Animam! O constantem nimis cogitationem, & infinitarum laudum atque admirationum dignam! Contine te paululum, inquit, ad trementem autem, motuque mentis aliquo exalbescentem Filium: Ubinam est, ajebat, Carissime, Patris Reverentia? Ubi Amor, atque Benevolentia? Ubi tot promissa, quæ mihi sæpius feceras, si opus fuisset, te vitam pro me promtè positurum? Ubi Charitas? Quonam in loco ponis Testimonium eorum, qui hæc audierunt? Anne homines tantùm ea vidisse putas, Deum verò ignorare, nec à te promissa, quæ mihi sæpè pollicitus es, exposcere, tremendi ejusdem adventûs Die? Ubi Patria, Fili? Ubi generis splendor? Ubi Græcorum Imperium? Ubi morum concinnitas & Gravitas & Libertas? Annon vides omnia excidisse? Animo itaque virili præsentiq; ut sis para, & cogitationem constantem ac generosam, & tibi debitam assumens, mortem contemnito. Propè est universorum Dominus donis opimis remunerabitur, si, quæ mihi promiseras, complebis. Hæc dicens, & animum juvenis constantem atqve imperterritum efficiens: His, ait carnifici, prius trucidatis, postea in me quoque similia patra. O divinum ac magnificum illum animum! O magnanimitatem! O Liberorum Amorem! O Paternam Dispositionem! Malebat filios vidére mortuos, quàm vivos relinqvere, ne quid illi contra Pietatem aggrederentur; timens, ut apparet, ne de eorum curâ etiam in Fine vitæ aliquid remitteret. Igitur primum eo vidente, liberis obtruncatis: Gloria tibi, Domine Christe Rex, præ gaudio gestiens dixit, & extensis manibus, non absque lacrymis: Accipe meam, dicebat, animam, & concede mihi magnam tuam misericordiam, & tuorum bonorum hæredem fac, & beatæ illius vitæ participem. Tum carnifici innuens, beatum Finem assecutus est. Tantum animi in hoc homine fuit. Nomina filiorum obtruncatorum, ut tradunt, fuére, Isaacius & Joannes. Puerum verò Jacobum, ajunt, frustrà deprecante Patre, fuisse sævo Tyranno reservatum. Historia Politica Constantinopolitana natu minimum Isaacum vocat, quem tradit aufugisse, & Romæ posteà visum cum sorore. Magni autem Ducis Filios in conspectu ipsius jugularunt. Uni tantùm, qui natu minimus erat nomine Isaacio, pepercerunt; qvi in castrum Regium trusus, non multò post inde aufugiens, nuspiam appa-

§.LXXXIII Ipse Notaras tandem magna constantia & pietate mortem tolerat.

Unus filius, uti aliqvi volunt, Turcæ est servatus.

apparuit. Posteà fama sparsa fuit, Romæ conspectum esse; quo in loco etiam soror ejus erat, quam Pater ante expugnationem urbis, magnis cum opibus in Italiam miserat. Duo alii ejusdem Filii, cum obsideretur urbs, in pugnâ ceciderunt. Filia Anna ad Italos missa, Anno cIↄ ccccxcix, Venetiis adhuc vivebat, cujus hortatu Etymologicum magnum editum est. Hæc Leo Allatius. Cui adjungere lubet Robertum Creugthon, qui in *Dedicatione veræ Historiæ Unionis non veræ inter Græcos & Latinos sive Concilii Florentini* fol. (f) fac. B. & (f) 2. hunc Magnum Ducem ita depingit:

§. LXXXIV

Et quanquam non tàm verum nomen, quàm inanem præeminentiæ titulum, ab hâc compaternitate noster Gregorius reportaverit, nobis tamen, qvantus fuerit hic decor, expedit scire, & qvis hic M. Dux, quem Monachus Cucullatus in baptisterio ulnis extulerit: Nihil enim ab istius seculi scriptoribus proditum est memoriæ, quod nostræ curiositatis inquisitioni quodammodo non inservit: Et qui Crusium cum nostro componet, eundem inveniet hunc Magnum Ducem in Crusio, quem noster Dominum Notarium Sequestrum, & Cantacuzeni collegam toties cum laude summâ prædicat: Et quem fortasse reversus ex Italiâ Imperator, ampliori titulo Magni Ducis locupletavit, si qvis Magistratus, ordinem Seqvestrorum & autoritatem excederet: Cùm in eâdem juris dicundi potentiâ apud Imperatorem Seqvestros valere constet, qvâ Crucigeros apud Patriarcham: Et licet noster in hâc historiâ, nec Notarium, nec Cantacuzenum, verbis tumentibus magnificè deaurârit, cùm & ipse utriqve par esset officio, aut major, & rerum pondera narrare, qvàm scripta superfluis infercire affectaret, Notarius tamen dùm vixit, famam prorsus excellentem, à gestis in Reip. salutem obtinuit, & moriens illustre exemplum magnanimitatis, si qvis alter in eâ urbe calamitosâ civis, posteritati reliquit: Hic est ille procerum primarius Dominus Lucas Notarius, qvem Byzantini Curlucam, Κυρ voce curtâ pro Κύριος ad Lucam, inter pronunciandum adnascente, & corruptiùs Gerlucam ac Leontarem vocant: Cujus è qvinqve liberis, cum Urbs caperetur, duo in pugnâ cecidêre, duo alii, qvando Pater redimere nollet, jussu Mahometæ ad mensam accumbentis, decollati sunt ante ora Patris, qvem ad idem supplicium Carnifices trementem traxerunt, & in multo lapsantem sangvine natorum, ut Princeps Poëta de Priamo

Seqvestri Dignitas.

§. LXXXV. *Commendatio Notarii*

men ne quid victûs necessitati desit, cum eâ decuriâ, in cujus contubernium adscitus est, gratis cibum capit, eâ conditione, ut in culinâ reliquoque ministerio ei decuriæ serviat. Sed eum rursus, qui est ejus decuriæ armorum peritissimus, præceptis militaribus erudit, quotidianâque exercitatione, arma scienter tractare docet: Ita robur, laboris patientiam, & usum armorum adeptus Tyro, nec dum tamen suis contubernalibus, honore neqve stipendio par, unam in solâ virtute, se illis æquandi spem habet: utpote, si militiæ, quæ prima se obtulerit, tale specimen sui dederit, ut dignus judicetur, qui Tyrocinio exemtus, honoris gradu & stipendii magnitudine, reliqvis Janizaris par habeatur. Quâ quidem spe pleriqve Tyrones impulsi, multa præclara audent, & fortitudine cum Veteranis certant: itaque ampliore honestantur stipendio, quod singulis mensibus octo ducatorum in Janizaro summum est. Quem tamen si virtus ac merita ad altiorem locum vocent, aut ordinibus inter suos ducendis præficitur, aut equitibus Prætorianis, qvos Spahias vocant, adscribitur. Qui supersunt ex iis pueris, quos supra dixi, Constantinopoli variis operibus exercentur. Itaque sæpè videas CC aut CCC purgare aream, amoliri rudera, ferre lapides aut ligna, aut alia onera. Otium nulli permissum, nec cui victus gratis constat. Hi similiter postquam adoleverunt, aut in terrestres, aut in maritimas copias transferuntur. Et qvi in Principis Aulam Servitiumqve lecti sunt, ferè evadunt in viros primarios, maximisque muneribus, ut cujusqve aut sors aut mores tulerunt, præponuntur. Ex his supremi Janizarorum Duces, Classium Præfecti, Bellerbegi atq; ipsi denique Bassæ Visirii, deliguntur. His etiam in matrimonium ipsius Principis Filiæ collocantur. Quibus me satis planum fecisse arbitror, qui sit ortus, delectus, Disciplina, atque educatio, istius toto terrarum orbe tantoperè formidati militis Turcici. Hæc Busbeqvius.

ΚΕΦΑΛΗ Δ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΗΣ ΤΟΥ ΠΑΣΧΑ.

Ἔχουσι μὲν οἱ Ἕλληνες τέσσαρας τεσσαρακοστὰς ἐν τῷ ἐνιαυτῷ. Ἡ πρώτη καλεῖται μεγάλη καὶ ἁγία Τεσσαρακοστή, τουτέστι, τεσσαράκοντα ὅλας ἡμέρας πρὸ τοῦ πάσχα. Νηστεύουσι δὲ ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ Τεσσαρακοστῇ, ξηροφαγοῦντες, ἕνεκα τῆς σταυρώσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ δεκατισμοῦ τῆς ψυχῆς. Τουτέστιν, ὥσπερ οἱ ἄνθρωποι διδόασι δέκατον τῷ βασιλεῖ ἕνεκα τῆς περιουσίας αὐτῶν, οὕτως ἐπρόσταξεν ἡ ἁγία καὶ Οἰκουμενικὴ Σύνοδος πρώτη τῆς Νικαίας, νηστεύειν ἕνεκα τῆς ψυχῆς, μίαν ἡμέραν ἀνὰ δέκα ἡμέρας, ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ, περὶ τοῦ δεκατισμοῦ τῆς ψυχῆς πρὸς τὸν Θεόν. Τουτέστι Δέκατον τῆς ψυχῆς δίδοναι τῷ Θεῷ, ὥσπερ ὧδε, Τριακόσιαι ἑξήκοντα πέντε ἡμέραι τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἀνὰ δέκα, μία ἡμέρα γίνονται Τριάκοντα ἓξ ἡμέραι, ὡς ἐν τούτῳ τῷ παραδείγματι·

{365. 10. 10.} 36. Τριάκοντα ἓξ ἡμέραι γίνονται.

Πάλιν ἑπτὰ ἑβδομάδες ἀνὰ πέντε ἡμέρας, γίνονται τριάκοντα πέντε ἡμέραι. ὡς ὧδε. 7. ἑπτὰ ἑβδομάδες,

7. 5.

CAPUT IV.

§. LXXXVIII.

DE QVADRAGESIMA PASCHALI.

QVatuor Qvadragesimas singulis annis Græci observant. Prima vocatur magna sanctaqve Quadragesima. Hæc durat dies, qui Festum Paschatos proximè præcedunt, quadraginta Octo. Jejunium verò, quod Sancto hoc Quadragesimali tempore præstant, in eo consistit, quod arido victitent, & hoc propter Christi crucifixionem & animæ decimationem. Hoc est: Sicuti homines ex facultatum abundantia Regi suo decimas solvunt; sic quoqve primum, Sanctum & Universale Concilium Nicææ celebratum, decimationis animæ causa apud Deum, sancivit, ut per integrum annum, quovis decem dierum interstitio, unum diem jejuni, animæ causa transigeremus; hoc appellitant decimam animæ Deo offerre. Ita hoc loco. Trecenti sexaginta quinque dies annum absolvunt, detracto jam singulis decadibus die uno, remanent dies triginta sex, sicuti id ex adscripto Schemate patet:

Græci quatuor Quadragesimas annuatim observant.

Prima est magna Quadragesima.

Decimatio dierum anni.

$$\left.\begin{array}{l}365.\\10.\\10.\end{array}\right\}\ 36.$$ Triginta sex dies faciunt.

Porrò septem septimanæ, singulæ per qvinq; dies definitæ, constituunt triginta quinque dies, sicuti

7.Septem

7. Septem hebdomadæ 7. 8, (35. hoc eſt, ſepties quinqve faciunt triginta quinqve.) Una autem illa dies, qvæ forte è triginta ſex diebus ſuperfuerit, non venit in numerum. Cauſa eſt, qvia Evangeliſationis, ut vocant, die piſcibus veſcuntur, & convivia agitant, idque ob gaudium ſuper annunciato Evangelio. Atqve hinc triginta qvinqve dies ſolùm loco decimationis anni (A) puri remanent. Qui ſepties per qvinarium numerum multiplicati, proferunt triginta quinqve dies. Per ſeptem Paſchatos Feſtum proximè præcedentes Septimanas, & in qvâlibet Septimanâ dies quinqve, h. e. die Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis & Veneris jejunant. Diebus Saturni verò & Solis non tantùm non jejunant, ſed & edunt oleum & bibunt vinum, ac bis de die & edunt, & bibunt. Et hanc ob cauſam non dicuntur hæc jejunia, jejunia dierum, niſi quadantenus & certo reſpectu tantùm. Quin Seculares nonnulli etiam enumeratis hiſce qvinqve diebus edunt oleum & bibunt vinum, quia non ſunt ſoliciti de Decimatione animarum. Differentia tamen etiam aliqva in Monachorum & Secularium jejunio cernitur, eaque in eo ſita eſt, quòd Seculares in iſtis quinqve diebus poſſunt oleum edere & bibere vinum, veniam impetrantes à Confeſſario, cum in ſpecie peccata ſua Spirituali Patri confitentur.

§. LXXXIX *Quomodo jejunent.*

Monachis verò, quà olei, qvà vini usus his qvinque diebus nullatenus conceditur, quin quando confessionem suam edunt, ad hoc jejunium canone impelluntur, nisi si morbus, aut alia aliqva necessitas aliud efflagitet.

AD CAPUT IV. V. & seqq.

Atqve ita & Græci & Latini in Decimatione fundamentum suæ Qvadragesimæ ponunt.

§. XCI. *Quid judicandum de hac Decimatione?*

Vin' autem scire, qvid de hoc fundamento statuendum & judicandum sit? Audi *Dan. Chamierum in Panstratiâ Cathol. lib. 19. cap. VII.* §. 49. p. 364. ita disserentem.

Sexta ratio, inqvit, institutæ Qvadragesimæ à Bellarmino petitur à decimis totius vitæ ut qvasi decimæ consecrentur totius vitæ. Nã dierum totius anni decimã partem efficiunt dies triginta sex. Magnum nugamentũ, & ab ignobilibus autoribus Cassiano, Gregorio, Isidoro, Dorotheo: jam luxurantibus Ecclesiæ seculis in nugas, qvæ tandem veram Theologiam pessum dederunt. Sic lusum variè in numero, qvasi ex Euclidis demonstrationibus petenda ratio salutis esset. Paulò antiqvius alia subtilitas erat. Autor sermonis 157. in Augustini de Tempore, Tota hæc agit Ecclesia, & illa unitas, qvæ dicit in Psalmo: A finibus terræ ad te clamavi, dum anxiaretur cor meum. Unde jam nobis elucet, cur Qvadragesima instituta sit hujus humiliationis solennitas. Qvi enim à finibus terræ clamat, cùm anxiaretur cor ejus, à qvatuor orbis terræ partibus clamat, qvas freqventer etiam Scriptura commemorat oriente & occiduo, Aqvilone & Meridie. Unde qvater multiplicatis in decem, videmus qvadraginta compleri. Bonus ille Greg. homil 16. in Evangelia. Cur in abstinentiâ Qvadragenarius numerus custoditur, nisi qvia virtus Decalogi per libros qvatuor sancti Evangelii impletur? Denarius enim qvater ductus in qvadragenarium surgit, qvia tunc Decalogi mandata perficimus, cùm profectò qvatuor libros sancti Evangelii custodimus. Egregia subtilitas. Sed non sola. Alteram audi, in hoc mortali corpore ex qvatuor elemen-

tis subsistimus, & per voluptates ejusdem corporis præceptis Dominicis contra imus. Præcepta autem Dominica per Decalogum sunt accepta: Quia ergo per carnis desideria Decalogi mandata contempsimus, dignum est, ut eandem carnem quater decies affligamus. Amalarius de officiis lib. 1 cap. 4. Quia & tempora annorum quadripartitis vicibus currunt, & mundus iste quatuor partibus terminatur: quadraginta autem quatuor habent decem. Porrò ipsa decem ab uno usque ad quatuor progrediente numero consummantur. Ivo Carnotensis sermone de Quadragesimâ. Quaternarium namque quasi per denarium multiplicamus, dum fragilitatem nostram ex qvatuor elementorum connexione, vel ex quatuor temporum varietate contractam ad laboriosam Decalogi disciplinam violenter inflectimus.

§. XCII. Sed quadragenarius numerus decimationi non conveniebat. Aptiores erant dies triginta sex. His Gregorius usus: sed παχυμερικῶς: sive Geometriæ haud admodum peritus, sive qvod, ut prætor, Ecclesiæ minima non curet, unde Durandus notat, Quadragesimam denominatã neglectis duobus, excurrentibus Ecclesia non curavit de duobus, inquit cap. 32. lib. 6. quæ minutias non attendit, sed summã numeri ponit, quamvis sit parum plus vel minus. Illiberaliter & malignè, numulariorum more, qui rotundandi numeri prætextu, suo sibi commodo minutias decidunt, non Arithmeticorum, qui assignandis non quadratorum numerorum lateribus malunt excessu peccare.

Verum, ut nôris, magno Dei bono natos Monachos, in eo totos, ut exacta cura quicquid est Deo juris servent & restituant: Cassianus & Dorotheus dies 36. semis numerant, ut decimatio sit perfecta. Omnium (inquit Cassianus c. 25. Collationis 21.) dierum numerus, quibus revolutis in orbem annus includitur, triginta sex semis dierum numero decimatur. In septem verò hebdomadibus, si dies Dominici & Sabbatha subtrahantur, quinque & triginta supersunt dies jejuniis deputati: sed adjectâ illâ vigiliarum die, qua usus in gallorum cantum illucente Dominicâ jejunium Sabbathi protelatur. non solum sex & triginta dierum numerus adimpletur, verùm etiam pro decimis quinque dierum, qui residui videbantur, si illud quod superest, adjectum noctis spatium supputetur, plenitudini totius summæ omninò non deerit. Eadem Dorotheo ratio, nisi noctem

non

non integram, sed dimidiatam computaret. Septem hebdomadæ absque Sabbathis & Dominicis triginta quinq; dies complent, quibus adjecto Sabbatho sancto, & mediâ parte noctis Dominicæ, splendidè crescit numerus dierum, & triginta sex cum dimidio computantur, quæ decima pars est, si rectè numeres trecentorum sexaginta quinque dierum anni: trecentorum enim dierum decima pars est triginta: sexagenarii verò numeri sex: quinquenarii autem dimidius dies. I. nunc, & negato abaci monastici ullum usum esse in Ecclesiâ.

§. XCIII. *Qua autoritate constat, Deo consecrandā esse totius vitæ decimā partem.*

Sed enim, unde conficitur? Quâ autoritate constat Deo consecrandam esse totius vitæ decimam partem? Quanquam si hoc ponatur, mirus inde scrupulus est, quare subtrahantur Sabbatha & Dominicæ? An quia hi dies non sint Deo consecrati? ne consecrandi quidem? Nam si sunt, perit τοῦ λογισμοῦ τὸ ἀκριβές: nec erit decimatio bona Quadragesimæ instituendæ ratio: non enim trecentum sexaginta quinque dierum, sed qvingentorum decimatio erit. Nam in septem hebdomadibus, septem sunt in dies. Itaque omnes quatuordecim: quibus si addas dies triginta sex jam confectos, fient omnes quinquaginta.

Sed hoc omisso, unde, inquam, constat, decimam tantùm vitæ partem Deo consecrandam? Non enim autoritate Scripturæ, sive veteris Testamenti, sive Novi. Hæc enim nos potiùs docet, totam vitam Deo deberi in solidum. Nyssenus dimidium deberi dicebat animæ. In principium Jejunii, μέρισόν μοι, inqvit anima, τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸν χρόνον· δὸς τοὺς ἓξ μῆνας τῷ κυβερνωμένῳ, καὶ τοὺς λοιποὺς τῷ κυβερνήτῃ, partire mihi anni tempus: Da sex menses ei, qvod gubernatur, & reliquos gubernanti. Decedendo tamen de hoc jure propter infirmitatem corporis: ἀφίημι τοὺς δέκα μῆνας τῷ σώματι, καὶ μικρόν τι προσχαριζέσθω τεσσαρακοστὴν ἀνύβριστον: Permitto decem corpori, exiguum quid mihi gratificetur, nempe Qvadragesimam solidam. Verum, qvæ ratio patitur, ei, cui totum debeas, partem duntaxat reddere, & quidem sive quintam, sive liberaliùs decimam. Potuit is, cui debetur debitum relaxare, ut factum in Sabbatho: sed debitori qvis permisit? Cassianus c. 29. scribit hunc Canonem: Profectò illis, qvi per totum anni spatium deliciis, vel negotiis secularibus implicantur,

§. XCIV

Ecclesiarum Principes statuisse, ut vel hac legali quodammodo necessitate constricti, his saltem diebus vacare Domino cogerentur, ac dierum vitæ suæ, qvos totos quasi fructus quosdam erant voraturi, vel decimas Domino donarent. Quo nihil potuit magis esse alienum à pietate Christianâ. Primum enim coactum, non autem voluntarium esse seqvitur hoc,quicquid est decimarum. Atqui nihil coactum Deo consecratum dici potest: hilarem enim datorem diligit Deus. Mera igitur hypocrisis, non ulla religio. Deniqve plena, ut prius, injuria: neqve enim jus fasqve est, cui totum debeas, eundem jubere contentum esse unâ duntaxat particulâ. Atqve adeò inter homines usuræ, quæ ut plurimùm decimæ erant, extra sortem sunt: at hæ ex ipsâ sorte, quod absurdum. Denique manifesta socordiæ hinc origo. Nam qui pro totâ vitâ, audiunt à se tantùm exigi decimam, quid nisi reliqvum quicquid est deliciis & negotiis secularibus securi indulgeant?

Sed inqviunt, lege Mosaicâ, universali populo generalis promulgata est præceptio, Decimas tuas & primitias offeres Domino Deo tuo. Itaqve qvi substantiarum, omniumque fructuum decimas offerre præcipimur, multò magis necesse est, ut ipsius quoque conversationis nostræ, & humani usus, operumque nostrorum decimas offeramus: quæ profectò in supputatione Quadragesimæ evidenter implentur. Verba sunt Cassiani: ratio etiam,puto,omnium, etsi non ita expresserint omnes. At sumit falsum juberi nos decimas offerre substantiarum, omniumqve fructuum. Primò enim id mandatum peculiare fuit Judæis,non commune Christianis. Neqve ipsis Judæis imperatæ omnium substantiarum: sed tantùm omnium fructuum. Deinde, unde sequentia? Debentur Deo decimæ omnium fructuum, ergò omnium actuum? Quasi eadem horum & illorum ratio esset. Atqvi ne apud Judæos quidem ita fuit: nunqvam enim dictum,exactam ab iis fuisse decimam actuum,aut decimam dierum. Hæc Chamier. Qvibus addere, si placet,potes,qvæ Joh. Dallæus de Jejuniis & Quadragesima lib. 3. cap. XI. p. 506. 507. 508. nec non cap. XIII. p. 555. 556. 557. & seq. de eadem materia doctissimè, ut solet, scripsit.

§.XCV. *Commendatio &*

2. Adjiciam hic secundò loco commendationem & descriptionem Magnæ Quadragesimæ ex *Euchologio P. Jacobi Goar*, qui pag. 207. seqventem in modum scribit: Magnum est Quadragesimæ Jejunium

nium apud Græcos, sive abstinentiæ rationem habeas, sive Tempus, quo se ad illud præparent, consideres, seu tandem illud cum reliquis per annum occurrentibus Jejuniis conferas. Septem hebdomedas jejunant, & duabus ad Magnam Qvadragesimam suscipiendam disponuntur. Dominica, qvæ nobis Septuagesimæ, illis προφωνὴ & προφωνήσιμος jejunium observandum προφωνεῖ, prævio tempore publicè indicit, totâqve seqventi hebdomada, etiam qvartâ & sextâ Feriâ, sicut & septuagesimam præcedentibus, carnes licitè permittit, Armeniorum Tetraditarum refellendo condemnandoqve errori, qvi Ninivitarum Jejunium hoc tempore imitantur, & aliud ab Ecclesiâ pariter rejectum assumunt, de qvibus latè *Balsamon. in Can. 69.* Apostolorum. Hebdomas itaqve illa ἀπόκρεω carnisprivii est, & alia seqvens, cum Sexagesimæ pariter Dominica τυροφάγος seu τυρινὴ, qvod carnibus sublatis adhuc ova & Lacticinia comedere liceat, de qvâ Triodium. Eam qvidem referunt Imperatorem Heraclium, cum prius carnes in eâ concederentur, abstinentiæ diebus aggregasse, & solius casei in eâ degustandi licentiam fecisse. Continuis qvippe sex annis cum Chosroë dimicans, Deo vovit, ut si adversus eum prævaleret, licentiam carnes in hâc hebdomadâ comedendi mutaret, eamqve mediam inter Jejunum & deliciosas epulas constitueret. Primâ itaqve die τυρινὴν Sexagesimam inseqvente, Jejunium asperius auspicantur, & ad usqve Paschatis celebritatem à piscibus & oleo, præterquam Annunciationis & Palmarum Festivitate, qvâcunqve ratione delibandis abstinent: sqvillis licet, ostreis, Cancris, polypodibus, sepiis, & aliis hujusmodi exsangvibus, quasi à piscium perfectorum naturâ alienis, & cruditate seu vilitate stomachum affligentibus, sicut & piscium ovis exsiccatis & sale ad solem conditis, minimè sibi temperandum putent. Oleum tamen Sabbatis & Dominicis, vinum hodiè toto illo tempore permittunt, (sed nec μονοφαγίαν, illis diebus observant, ceu abstinentiæ tantummodò non jejunio dicatis præterqvam Sabbatho magno propter 65. Apost. Canonem) qvamvis Monachi Ξηροφαγία & Ὑδροποσία contenti, Jejunium hoc qvadragesimale percurrant: qvod eqvidem, si cum aliis Jejuniis conferatur, magni nomen, præ illis sibi vendicare posse constabit. Unde & duarum hebdomadum adjectione, detractos, asperiori Jejunio Sabbathi & Dominicæ diei, compensatos esse

Descriptio magnæ Quadragesimæ

§. XCVI.

esse voluerunt antiqui Patres. Quamvis autem in honorem Apostolorum à Dominicâ post Pentecosten Sanctorum omnium celebritati addicta, ad diem Petro & Paulo consecratum, posterumque alium Apostolorum cunctorum solennitati communem, jejunium assumtum observent: brevissimum tamen est, & pro festivitatis Paschalis varietate incertum, nec tam grave, ut olei pisciumque comestionem secum ferat illicitam: Aliud item à primâ Augusti ad diem B. Virginis assumtioni celebrandæ dicatum, devotionis licet & affectûs erga illam demonstrandi gratiâ suscipiatur, non ita protrahitur tamen & ab ovis & caseo tantùm, non piscibus, non oleo interdicit. Jejunium tandem Christi natalitiis prævium, quamvis olim decimâ quintâ Novembris inceptum τεσσερακονθήμερον meruerit appellari: nunc tamen frigidior Græcorum devotio ad dies septem contraxit. Præ cæteris itaqve sanctum est & magnum qvadragesimæ Jejunium, ut iisdem asperius & diuturnum magis: omnium nihilò secius unus est finis, & qvasi præmium commune, spiritualis nimirum animæ refectio, Sacri Christi corporis & Sangvinis participatione, in sacræ mensæ convivio obtinendâ, ut namque qvater in anno jejunant: ita qvater cuncti Sacramento Evcharistiæ communicant, ter tantùm licet pœnitentibus qvibusdam (quodcunqve deinceps mysteriorum participes observarunt) præscribatur Juris Græci lib. 2. in Tomo unionis inter Constantinum Porphyrogenitum & ejus Socerum Romanum. De Jejuniorum istorum ratione & observantiâ videndus Zacharias Cretensis Marapharas dictus, opusculo ad Horologii calcem addito.

Ut quater in annó jejunant: ita quater etiā communicant

§ XCXII *Jejunium Moscovitarum & Ruthenorum. Primum Jejuniū.*

3. Accedo tertiò Jejunum Moscovitarum Ruthenorumqve, qvod *Olearius αὐτόπτης* & *Neugebaur* hoc sensu proposuere: Jejunium dicunt necessariam partem ipsorum Religionis, & medium Salutis, ideò etiam plures dies jejunant, quàm carnes comedunt. Præter Hebdomadarium Jejunium, ut die Mercurii & Veneris, observant etiam magnum Jejunium. Primum & primarium est, quod ab Esto Mihi ad Pascha sese extendit. In quo prima qvidem hebdomada, qvæ vocatur Serna seu Maslna h. e. Butyracea seu Caseacea, neqve Carnes, neque pisces; sed Butyrum, Lac & Ova comedunt, at potu se recreant, qvotidiè cerevisia, mulso & vino adusto sese ita ingurgitantes, ut nec mentis, nec sensus sint compotes. Seqventi Hebdomadâ autem temporantius vivunt, fructus hortenses, ut olera, cau-

cauliculos, raphanum, Fungos in cibum & potum secundarium, aqvamqve in potionem adhibentes. Sunt qvi diebus Dominicis & Sabbatho cibum sumunt, reliqvis diebus, nisi frustulo panis in meridie refecti, ab omni cibo abstinent. Reperiuntur etiam nonnulli, qui diebus Lunæ, Mercurii ac Veneris panis frusto cum aqvâ sumto acqviescunt. Intrant balnea, lavant, sudantque & antegressâ hebdomadâ licentius transactos dies perstrictius vivendi genus jam corrigunt, benedictionem à Papis exorantes. Reliqvo tempore, usqve ad Festum Paschatos, edunt pisces oleo tostos, & similia fricta. &c.

§. XCVIII. *Secundum Jejunium. Tertium Jejunium. Quartum Jejunium.*

Secundum Jejunium sumit initium post octavam Pentecostes, & finem in Festo Petri & Pauli. Et hoc appellant Jejunium Petrinum.

Tertium Jejunium D. Mariæ Virginis inchoant I. Augusti, & durat dies qvatuordecim, sc. ad Assumtionem B. Virginis.

Quartum Jejunium observant à 12. Nov. ad Natalitia. Hebdomadâ autem à Natalitiis ad Nov. Ann. omnes comedunt carnem, nec qvisquam abstinet, qui modò est solvendo. Et hoc Jejunium nominant jejunium Philippi, quòd initium ejus Jejunii contingat circa Festum Philippi, juxta eorum fastus. Quod si Fest. Petri & Pauli, Assumtionis item B. Virginis inciderit in Mercurii aut Veneris diem, tum nec eâ die carnibus vescuntur. Si verò in majori Qvadragesimali jejunio aliqvis solennis dies inciderit, eo piscibus victitant.

Durante Jejunio nemo, sive Clericus, sive Laicvs, consvetudine conjugali uti potest sub maximâ pœnâ. Præprimis autem Episcopi, & qvi in monasteriis degunt, jejunia strictissimè observant, nil comedentes, nisi panem, mel, potum vilem (qvass.) & aqvam. Horas simul accuratè observantes Canonicas cantando & orando, diu noctuqve.

§. XCIX.

Brevius hæc jejunia depingit *Archontologia Cosmica*, pag. 466. his verbis: Jejunium strictè observant non solum hebdomadarium diebus Mercurii & Veneris, sed & Magnum Anniversarium. I. Quadragesimale, ab omnibus abstinentes coctis cibariis, nisi fortè morbus aut imbecillitas diversum exigat, duratqve Jejunium istud ab Esto Mihi usque ad Pascha, quod Primâ quidem Septimanâ incipiunt abstinendo ab omni carne & pisce, interim Butyro, Lacte, & Ovis vescentes & Bacho strenuè litantes, postmodum autem solis oleribus & melle vivunt, Quass suum & aquam bibentes, usur-

 pant

pant etiam pisces in oleo coctos, cavoarios, pyrogos &c. II. Petrinum, qvod vocant, incipiens octiduò post Pentecosten & durans usqve ad Petri Pauli. III. Jacobinum Calendis Augusti, usque ad XIV. ejusdem diem. IV. Philippinum à die XII. Novembris usqve ad Festum Nativitatis Dominicæ. Durante Jejunio quilibet jubetur se continére à debito conjugali Neqve vero Princeps exemtum se putat ab observatione Religionum & ceremoniarum istarum omnium: quin cum tabulæ sive mensæ assidet, qvoties mutatur discus, aut levat poculum ad bibendum, aliquot cruces digitis pingit, nec sibi indulget, cùm jejunandum est, pulsatque fronte humum devotionis ergò non minus ac quisqvam è plebe.

§. C. Juvat his addere, qvæ de Jejuniis Moscovitarum habet *Johannes Faber de Relig. Moscov.* p. m. 178. 179. Confessus itaque, quò dignè particeps fieri possit tanti mysterii Corporis & Sangvinis Christi, prius per aliqvot dies corpus affligat oportet, & in servitutem usq; redigat carnem suam, reliquosque Pœnitentiæ fructus dignos in testimonium afflictæ conscientiæ peragat. Proin jejunium illud Quadragesimale à Christo & Apostolis nobis institutum prorsus affirmant, quo qvidem tempore, quoniam omnium procreantium, Veneri commodissimum est atqve pruritus acerbissimos, animantium cunctorum, non est, quod plus provocet, opus est summè ut Veteris illius Adæ insultus, perdomemus carnis abstinentiâ, qvæ certè abstinentia, apud hos quidem septem hebdomadis summâ diligentiâ perficitur, adeò ut hoc tempore in perpetuum nulli suorum hominum carnibus, ovis, caseo, & butyro vesci liceat. Præter hoc etiam à 10. die Novembris, ad Festum usque Nativitatis Salvatoris nostri Jesu Christi jejunant, habent & alias Hebdomadas continuas, quibus jejunant, ut in Junio ad Festum Petri & Pauli. Aliquot item Hebdomadas in Augusto ad Festum Assumtionis Mariæ, tum diem Veneris per universum annum, quidam & Mercurii. Votum proin fecerant octo ex

§. CI. *Jejunia quâ strictè apud Moscovitas observentur.* peregrinis illis, qui cum suâ Serenitate fuerunt, ut singulis hebdomadis tres dies ob esu carnium abstinerent, Lunæ sc. Mercurii & Veneris, id quod divinâ gratiâ hactenus observatum ajebat interpres. Tanta est autem illis harum constitutionum observantia, ut quocunqve Jejunio piaculum esset aliqvem carnibus vesci aut ovis Narrabant interim quoqve ex suis inveniri, qui, cum jejunia persolvunt, nihil qvod

unquam

unqvam visum sit vitâ fungi, neqve pisces ipsos ederent. Inveniri & alios, qui jejunio statutis diebus, neqve vinum, neque qvicquam aliud potuum bibant. Quâ re auditâ ita moti, ut mente ἐνθουσιασμῷ correpti, destituti videremur, quod admodum iniqvam esse nostrorum Christianorum cum illis, in rebus illis Christi Religionem concernentibus comparationem apparebat. Hæc Joh. Faber. In stricto hoc Jejunio Græcos superare & ipsos Pontificios, cujuscunque ii sint ordinis, testatur his verbis *Gisbertus Voetius Politiæ Ecclesiasticæ part. I. lib. II. Tract. IV. cap. I. p. 975. n. VIII* Græcorum jejunia stata & ordinaria, Papisticis longè plura sunt. Præter Mercurii & Veneris per totum annum (qvibusdam septimanis exceptis) qvatuor observant qvadragesimas: quarum *prima* est *paschalis*, & dicitur *magna sancta*, constans 48. diebus, qvi Pascha proximè præcedunt: quo toto tempore omnes arido victitant, *referente Christoph. Angelo in libello de statu & ritibus Ecclesiæ Græcæ cap. 4.* specialiter Monachi ξηροφαγία & ὑδροποσία (uti notat *Goar ad Euchologium pag. 207.*) ad qvalem rigorem Monachos Romanos nunquam contendisse memini, nec ullas regulas monachales de potu tale quid præcipere. *Secunda* est ante nativitatem Christi, diciturqve *qvadraginta dierum*: continet enim 40. dies nativitatem Christi præcedentes. *Tertia* est & dicitur *Petri & Pauli*, qvæ incipit primâ septimanâ post Pentecosten, & finitur 20. Junii h. e. in festo Petri & Pauli. *Qvarta*, quæ Deiparæ dicitur, & in honorem ejus servatur; incipit Kal. Augusti, & finitur 14. ejusdem mensis; quam proximè excipit *solenne & magnum Deiparæ festum*. Quomodo differat Quadragesima magna à reliqvis tribus, & qvomodo eam inchoent & transigant, explicatum vide à *Christoph. Angelo cap. 4-12.* De peculiaribus jejuniis Monachorum, deqve celebratione qvatuor Qvadragesimarum, *Idem cap. 34-37.* Confer jus orientale *tom. 1. lib. 5. p. 387.* ubi ægroto carnes, caseum, ova attingere non conceditur. Κἂν πνέῃ τὰ λοίσθια, id est, *licet extremam efflet animam.* Placet aliqva addere è *D. Mich. Siricii Prof. Th. Gisensis Disputat. de Moscovitica Religione*, Is p. 68. 69. post recensita qvatuor Moscov. jejunia, ita scribit: In Jejuniis autem hisce, carne & piscibus non vescuntur. Imò sunt, qui jejunii quadragesimalis diebus, Dominicis & Sabbathi tantùm cibum sumunt, reliquis diebus ab omni cibo abstinentes. Sunt item, qvi diebus *Solis, Martis, Jovis & Saturni*

§. CII.

Monachi Romani ad rigorem jejuniorum Græcorum nunquam contenderũt; nec Regulæ monachales de potu tale quid præcipiunt.

§. CIII.

turni cibum sumunt, reliqvis tribus qvoqve abstinent. Reperiuntur etiam plurimi, qui diebus *Lunæ, Mercurii* & *Veneris* panis frusto cum aqvâ sumto contenti sunt. vid. *Sigismundum ab Herberstein p.31.* cum cujus relatione consentiunt *Guagninus, Faber, Petreius, Olearius*, qui consuli possunt. *Monachis* autem cumprimis gravia sunt Jejunia, utpote, de quibus *Guagninus* tradit, qvod aqvâ fermentatâ cum frustulo panis semel in die sumptâ contenti esse cogantur. Id etiam de Jejuniis *Moscorum* tenendum est, illos, qvi aliàs tantâ cum rigiditate observant sua Jejunia, tamen nocte Jejunium antecedente binâ vel trinâ vice de lecto surgere, carne non ad satietatem, sed ad tædium stomachos ita distendere, ut dolores ingentes seqvi necessarium sit; quod & finitis Jejunii diebus fieri solet. vid. *Petrejum part. 6. Chron. Moscovit. p. 675.* Primâ qvoqve Jejunii quadragesimalis septimanâ, aqvâ adustâ, Medone & cerevisiâ adeò ingurgitatos invenies, ut mentem ebrietas vincat, unde lascivia, cædes & homicidia seqvi solent, uti autor est *Olearius part. 3. Itiner. Pers. cap. 29. pag. 309.* Et, si qvando obtingit, ut in Jejunii diebus incidat dies *festus Matthiæ Annunciationis Mariæ, Nicolai, Andreæ* &c. convivia instituunt, in quibus nihil carnis, sed pisces apponuntur, interim in illis viri & mulieres, Clerici & Laici vinum, Medonem & cerevisiam tàm largiter bibunt, ut, cum neqve pes neqve manus sciant suum facere officium, in plateas ubi perventum est, in terram insani incidant, ibiqve crapulam edormiscant, qvod sine peccato fieri posse sunt persvasi, dummodo à carne abstineant. vid. *Petrejum part. 6. Chronic. Moscov. pag. 674.*

Gravia jejunia Monachorum.

Moscov: nocte jejunium antecedente stomachos carne ad tædiū usq; distendunt.

§. CIV.

Clerici etiā ventri dediti, jejuniis tamen tanqvam insignibus virtutibus hypocriticè sese ostentant.

Fieri qvoqve interdum solet, ut, cùm deliciis suis parum detrahere soleant, etiam summæ autoritatis Clerici, Jejuniis tanqvam insignibus virtutibus hypocriticè sese ostentent. Juvat adscribere exemplum ex *Sigismundo ab Herberstein* ad Hypocriticum jejuniorum morem cognoscendum memorabile. *Metropolitæ Bartholomæo, qui ob violatam à Principe juramentum officio suo libens, porrecto Principi baculo, cesserat, successit Metropolita Daniel XXX ferre annos natus, homo corpore robusto atq; obeso, facie rubenti: qui ne ventri magis qvàm Jejuniis, vigiliis ac orationibus deditus videretur, quoties actum publicum esset celebraturus, sulphuris fumo tùm faciem, ut impallesceret, inficere, atq; ita pallore imbutus in publicum prodire solitus fuit.* vid. *Sigismund. ab Herberstein in Comment. rerum Moscov. p. 20.* Is ipse, D. Mich. Siricius,

ne

ac Pontificii ad consensum cum Græcis hoc in puncto Jejunii provocare possint, hæc annotat:

§. CV. *Papistæ non possunt provocare ad consensum Moscovitarum in puncto Jejunii.*

Ne autem *Papistæ*, ut sol & fieri, hîc de consensu Moscorum glorientur, (qvem tamen qvoad hypocrisin & Pharisaicam superstitionem hic magnum esse largimur,) notet adhuc *Lector amicus*, in materiâ de Jejunio à *Moscis* non leviter increpari *Pontificios*. Contra leges & statuta fieri, inqvit *Johannes Metropolita Russiæ, in literis ad P. R. apud Sigismundum ab Herberstein p. 22. 23. quod in Romanâ Ecclesiâ Jejunium Sabbathi observetur*, qvod contrariari dicit huic *Canoni Clementis*; *Si Ecclesiasticus inventus fuerit, qui die Dominico & Sabbatho jejunârit, præter Sabbathum magnum, degradetur; si autem secularis homo fuerit, excommunicetur.* 2. *Idem Metropolita Johannes* in Pontificiis valdè improbat, qvod de jejunio magnam septimanam abscindant, carnes comedant, ac propter carnium voracitatem homines alliciant, imò eos apertè hæreseos propter dissensum in jejunio accusat, p. 23. Plura, qvæ hîc referri possent, sileo, & memorem esse *Lectorem* rogo libertatis Christianæ, cujus *Apostolus* facit mentionem, & qvæ cum hoc legum ceremonialium & ab hominibus inventarum jugo consistere neqvaqvam potest. *Galat. 5. Ps. 1. Col. 3, v. 16, 17, 20, 21, 22, 23. 1. Timoth. 4. Ps. 12, 3, 4, 5. &c.* Hæc D. Mich. Siricius.

§. CVI.

De qvibus addimus, qvæ habet *Dn. D. Joh. Ernestus Gerhardus in Dissertat. Theol. de Moscovitar. Relig. Cap. XIII. §. 2.* Errant, inquit is, qui Bonorum operum Studium in confictis operibus, cujusmodi sunt cultûs Electitii, præcipuè positum censent. In hâc sententiâ cum Papicolis Moscovitæ videntur conspirare. Ut ut enim qvantum ad Jejunii tempora invicem dissentiant: Unde etiam Johann. Metropolita Russiæ in Ep. ad P. R. contrariari dicit Canoni Clementis, qvòd in Rom. Ecclesiâ Jejunium in Sabbatho quoqve observetur, item qvòd de Jejunio Magno Septimanam abscindant. Viciſſim Joh. *Sacranus Theol. Mag. & Cratov. Ecclesiæ quondam Canonicus in Elucid. c. 2. err. 27. in* Doctr. de Jejunio Moscovitarum aliqvot errores annotat.) in eo tamen pulchrè conveniunt, tùm qvòd plebem simpliciorem esurialibus feriis miserè torquent, tum qvòd exacto Jejunii tempore largiter resarciunt, quicqvid fortè stomacho ante fuit subtractum. De Romanensibus res notissima est. Adeò ut injurius propè in Pontificem R. esse Johannes quidam, Russiæ Metropolita videatur, qvando inter

alia illi objicit, qvòd nimiam in edendâ carne faciat suæ Professionis hominibus Licentiam, ac quòd propter carnium Voracitatem homines ad se alliciat. Huc spectat qvoqve calumnia illa Johannis Basilidis, Moscoviæ Ducis, qvando ad Rocytam Lutheranum in hæc erupit verba: Delectum ciborum & jejunia, corporis sanitatem animique Vigorem conservantia, velut in odium Ecclesiæ rejicitis & damnatis; cum è contra Dominus Vigilantiam & Abstinentiam tantoperè nobis commendarit. Cæterum uti jejunia rectè instituta minimè improbamus, ita è contrà ea, quæ vel opinione meriti suscipiuntur, vel quibus corpus nimium excruciatur, vel qvæ Jejunia mox Crapula excipit, rejicimus. Talia verò jejunia Moscovitarum ac Pontificiorum sunt. De Moscovitis claris idipsum verbis testatur *Odebornius*, qvando *in Ep. de Russorum Religione ad Chytræum* inter alia scribit: Feriis Esurialibus plebs miserè obnoxia est. Cumque totus jam præteriit annus, vix paucis diebus illis carnes comedere licuit. *In Vitâ Johannis Basilidis* scribit idem de Moscovitis: Feriis Esurialibus miserè sunt obnoxii. Cùm jejunant, usque ad Solis Occasum nec edere quicquam, neque bibere solent. Sequentibus tamen diebus turpi crapulâ & ingurgitatione abstinentiam benè compensant. Qvid qvòd etiam illâ nocte, qvæ Diem, qvo jejunare tenentur, præcedit, binâ vel ternâ etiam vice, de lecto surgere, ac carne se replere nonnulli soleant, qvò nempe eò minori cum tædio, sequentis diei molestiam perferre qveant. Qvam in rem consulatur *Petrejus part. 6. Chron. Moscov: pag. 675.* Ita nempe Curios simulant, & Bacchanalia vivunt. Illud verò palam fit, passimq; etiam more apud Moscovitas receptum, ut primâ Qvadragesimalis Jejunii Septimanâ, aqvâ adustâ, medone, cerevisiâ ita se ingurgitent, ut vix mentis amplius compotes nescio quæ scelera non committant, ceu refert *Olearius in Itinerario Pers:* pag. 309. Unde etiam patet, qvid statuendum de *Joh. Fabri Relatione* sit, qvi in tractatu de *Moscovitarum Religione* de iisdem prodit, qvòd apud illos Septem hebdomadis Abstinentia seu Jejunium summâ Diligentia perficiatur, adeò ut hoc tempore nulli suorũ hominum in perpetuum, ovis, caseo, & butyro vesci liceat. Dubito, num ovum ovo similius, qvàm Modus celebrandi Jejunium Qvadragesimale apud Moscovitas, itemque apud Pontificios; de qvorum Jejunio cottidiana loqvitur Experientia. Cæterum quid in Pontificio-

§. CVII. *Lutheranæ Ecclesiæ per calumniam imputatur, qvasi jejunia in odium Ecclesiæ rejiciat.*

§. CVIII.

officiorum (adeoque etiam in Moscovitarum Jejunio, ut qvi eosdem propè cum illis hic fovent errores) desideretur amplius, ac qvomodo etiam Jejunia sint instituenda, passim ostendit *B. Lutherus in Tomis Germanicis. Conf.* quoque in eandem rem *B. D. Hunnius de Apostasiâ Ecclesiæ Rom. §. 170. seqq. it. §. 423. seqq. B. D. Gerhardus C.C. Art. 25. cap. 2. §. 1. 2. 3. Hæc iste.*

§.CIX.

Sed quid judicandum de his jejuniis in Græcâ Ecclesiâ receptis. Receptáne & approbata fuerunt talia jejunia in veteri & orthodoxa Ecclesia Græcanica? Hoc docet fusissimè & longè doctissimè doctissimus noster *M. Chemnitius in Examine Concilii Tridentini part. IV à p. 87. ad p. 148,* qui omninò adeundus & legendus. Nos in gratiam Lectoris paucula excerpemus, ex qvibus discere licebit, qvis jejunia in Græcam Ecclesiam introduxerit, & qvomodo tandem ex libertate in necessitatem degeneraverint. Ita autem Chemnitius p. 135.

Qvomodo circa annum Domini 400 unà cum vitâ Monasticâ etiam leges jejuniorum, opinione necessitatis & meriti per Basilium, Epiphanium, & Ambrosium in Ecclesiam invehi cœperint: & de Aërii historiâ.

Quomodo leges jejuniorum circa annum Chr. 400. sub opinione necessitatis & meriti in Ecclesiam invehi cœperint.

Pergamus autē in contexendo ordine historiæ. Hactenus enim ostendimus, qvomodo post libera jejuniorum exercitia austerior in jejuniis & abstinentiâ ciborum disciplina, Monachorum primum collegia, opinione cultus & perfectionis, per modum constitutionum invaserit, sicut Eustachii historia ostendit. Et qvomodo Clericis disciplinam illam arripientibus & imitantibus idem permissum fuerit, sicut Ancyrana Synodus docet; Qvomodo etiam alii admiratione ejus disciplinæ, sine lege aliqvâ, privatis suis (ut ita dicam) devotionibus, instituta illa sectari, sed liberè, cœperint. Unde in consvetudinem, sed liberam, res abire cœpit, admixtâ sensim opinione aliqva necessitatis, sicut Spiridionis historia ostendit. Jam verò inseqventes historiæ monstrabunt, quomodo monastica illa instituta in genere omnibus imponi cœperint. *Primò*, per *viam exhortationis*, exaggeratis Jejunii meritis. *Deinde per modum legis*, & opinione necessitatis, *sub prætextu & titulo Apostolicæ traditionis.* Semper autem in memoriam revocetur, quod initio hujus loci diximus, vera Scripturæ Jejunia. si« ad veros juxta Scripturam fines, referantur, non reprehendi, sed « meritò laudari. De superstitiosis verò Jejuniorum legibus & opinio- « nibus jam disputamus, qvomodo illæ Ecclesiam invaserint. «

§.CX.

Superstitiosa tantum jejuniorum leges rejiciuntur.

Basi-

Monastica vita à diversis in diversas Regiones introducta & cum illa simul etiam jejunia.

Basilius circa annum Domini 360 Institutum Monachorum in Græciam introduxit. Monastica enim illa instituta primum in Ægypto, eo, sicut Philo ostendit, modo cœpta, in Syriam progressa sunt inde per Eustathium in Armeniam translata, postea verò per Basilium in Græciam, per Epiphanium in Cyprum, per Ambrosium in Italiam deducta fuerunt. Et simul cum Monachatu non parum etiam superstitionis in Jejuniis & delectu ciborum invectum fuit, sicut ostendimus.

Basilius igitur, cùm Monasticas Eustathii Constitutiones in Monasterio recepisset & servasset, Eustathii enim librum ἀσκητικὸν Basilius suo nomini adscribi non ægrè passus est, sicut Sozomeni narratio ostendit. Factus deinde Episcopus easdem observationes in genere universæ etiam Ecclesiæ proponere cœpit

Basilius primus tanquā generale Edictum proponit, quot diebus, quā diu & quorū ciborum abstinentia jejunandum.

§. CXI.

Cumqve anteà consvetudo jejunandi libera & dissimilis recepta fuisset, sicut ex Irenæo & Tertulliano ostendimus, Basilius tanquam generale edictum proponit, qvot diebus, quamdiu, & qvorum ciborum abstinentiâ, jejunandum sit. In primâ enim homiliâ de jejunio meminit consvetudinis, quod jejuniorum tempore carnes non ederint, à vino abstinuerint, & ante vesperam cibum non sumpserint. Secunda verò Homilia dicit: Alia Jejunia sponte suscipi; Paschale, verò, tanqvam κήρυγμα καὶ παράγγελμα publicum mandatum & edictum denunciari. Et tamen, quod notandum est, non quadraginta, sed quinque tantùm diebus Jejunium illud Basilius in eo loco circumscribit. Quia verò nondum Leges impositæ erant, Basilius multis & variis exhortationibus hoc agit. Et de veris finibus seu effectibus Jejunii, multa quidem præclarè secundum Scripturam dicit; sed sicut in hujusmodi declamatoriis materiis fieri solet, longius etiam, provehitur. Cùm enim contra crapulam & ebrietatem multa declamitasset, & animadverteret, illa omnia ad temperantiam posse referri, ut igitur edictum suum de Jejunio speciosiùs & laudabiliùs reddat, plura & grandiora Jejunio tribuit, qvàm vel Scriptura tradat, vel ejus analogia ferre possit, quæ nos sanè libenter commodè ad analogiam fidei interpretaremur, sed Pontificii hoc non admittunt. Dicit autem Basilius tàm vetus esse Jejunium, ut simul cum homine condito cœperit. Verbum enim illud (Non edetis de hoc ligno) Jejunii & abstinentiæ Legem esse. Et qvià Eva in ligno illo non jejunavit.

navit, Deo nobis per jejunium satisfaciendum esse. Et qvia ideò, quod Adam non jejunavit, nos è Paradiso exulamus, jejunandum igitur esse ut ad Paradisum per Jejunium revertamur. &c. Qvæ si conferantur ad ea, quæ supra ex Tertulliano Montanizante descripsimus, manifestum erit; cùm Scripturæ Phrases non sint, ex qvâ Scholâ prodierint. Sensu enim & verbis cum Montani traditionibus prorsus conveniunt.

§.CXII.

Et hoc diligenter observandum est, cùm ex consvetudine legem vellent facere, quomodo per Rhetoricas hyperbolas à Scripturæ simplicitate recessum, & ad ea, qvæ præcedentibus seculis damnata fuerunt, inclinatio rursum facta sit.

Veteres damnati errores in Ecclesiam inveheuntur.

Qvæ enim in Montano Ecclesia circa annum Domini 80. damnavit, ea circa annum 380. iisdem fermè verbis in Ecclesiam invehi cœperunt, sicut collatio manifestè ostendit. Supra autem ostendimus, diversum prorsus esse, abstinere à fructu à Deo prohibito, & jejunare, hoc est, à cibo licito ad tempus abstinere, nisi qvod posteà Jejunium falsò definierunt, esse abstinentiam à cibis per humanas traditiones prohibitis. Sed hæc in præcedentibus sunt explicata.

Epiphanius.

Epiphanius verò circa annum Domini 370. sub Valente & Valentiniano, cùm antè in Monasteriis Ægypti constitutus, ipse postea in Palæstinâ Monasterium exstruxisset, factus tandem Cypri Episcopus, non per viam exhortationis, sicut Basilius, sed disertis verbis, tanqvam legem generalem, & constitutionem necessariam, jejuniorum tempora, & delectum ciborum proponit, idqve sub nomine traditionis & constitutionis Apostolicæ. In compendiariâ enim doctrinâ dicit: Rituum, qui in Ecclesiâ usurpantur, qvosdam observari ἐκ προςάγματος ex præscripto, ex lege seu mandato, τὰ δὲ κατὰ ἀποδοχὴν προαιρέσεως. Quosdam vero liberâ seu voluntariâ electione susceptos esse, & sicut in præcedentibus inqvit, qvosdam ἀπ' ἰδίας νοὸς, ex privatis cogitationibus, sibi constituisse disciplinam & ritus cultus divini, quibus annumerat jejunia admiranda Et in fine dicit, quod cum reliquis etiam historiis consentit, servatum tunc fuisse jejunium qvartâ & sextâ feriâ usqve ad nonam horam: Illis enim diebus, sicut ipse dicit, celebrantur συνάξεις, hoc est, Ecclesiastici conventus, ad auditum & meditationem verbi, ad exercitia orationum & ad Cœnæ Dominicæ communionem, propter qvæ exercitia servabantur tunc jejunia. Item dicit, Ecclesiam tunc solitam servare Quadragesimam

Ritus in Ecclesia diversimode observantur.

§.CXIII.

in jejuniis ante ſex dies præcedentes Paſcha. Et alicubi per ſex illos dies Paſchæ ξηροφαγίαν pane ſcilicet, ſale & aqvâ, ſolitam perſeverare. Hoc verò ſingulare eſt, qvod Epiphanius addit νηστείας ταχθείσας jejunia qvartæ & ſextæ Feriæ ordinata ſtatuta & impoſita eſſe ab Apoſtolis. Cumqve ejus rationem de proditione & crucifixione Domini addidiſſet, inqvit, & tradiderunt illis diebus celebranda jejunia, ut impleretur hoc dictum: qvando auferetur ab ipſis Sponſus, tunc jejunabunt in illis diebus.

Et contra Aërium dicit, Apoſtos definiviſſe, præſcripſiſſe & ſtatuiſſe (utitur enim verbo ὁρίζεσθαι) qvartâ feriâ, & pro Sabbatho jejunandum eſſe. Item, Apoſtolos præcepiſſe ſeu edixiſſe (utitur enim verbo παραγγέλλειν) ut in ſex diebus ante Paſcha nil ſumeretur, niſi panis, ſal & aqva. Et allegat qvidem librum conſtitutionum Apoſtolicarum, ſed ſcriptum illud Apocryphum eſſe ſupra oſtendimus, nec ipſe hoc diſſimulat contra Audianos ſcribens, & ex Tertulliano manifeſtisſimè oſtendimus falſum eſſe, qvod Epiphanius dicit, Jejunium qvartæ & ſextæ Feriæ, traditionem, ſtatutum, præſcriptum & mandatum Apoſtolorum eſſe. Eccleſia enim circa annum Domini 180. Montaniſtis hoc oppoſuit, quod jejunatum tunc qvidem fuerit 5. & 6. feriâ, ſed paſſivè ex arbitrio, non ex imperio, nec ſub lege præcepti, ſicut verba ſupra adſcripſimus. Et Auguſtinus diſertè dicit, Apoſtolos non definiiſſe, quibus diebus jejunandum ſit, & qvibus non jejunandum, ſicut poſtea ex Socrate idem oſtendemus. Et Ambroſius in 14. caput ad Romanos dicit, humanas eſſe traditiones diverſas & diſſimiles Sunt qvidam, inqvit, qvi qvartâ feriâ carnem non edendam ſtatuerunt, ſunt qvi Sabbathis, ſunt iterum, qvi à Paſchâ usqve ad Pentecoſten edant. Ξηροφαγίαι vero adeò non ſunt Apoſtolorum traditio, præſcriptum, ſeu mandatum, ut circa annum Domini ducenteſimum Eccleſia eas refutarit, ideò qvod eſſet affectatum novi officii nomen, ſicut ſupra verba Eccleſiaſticorum ex Tertulliano deſcripſimus. Sed qvia in conſvetudinem tunc venerunt talia Jejunia. Epiphanius illis, qvæ paulò vetuſtiora videbantur, adſcripſit titulum traditionum & conſtitutionum Apoſtolicarum, abuſus ad hoc teſtimoniis & Apocryphis & ſuppoſititiis ſcriptis. Atqve ita, qvod in Montaniſtis vetus Eccleſia damnarat, hoc poſt annos ducentos Epiphanius tanqvam Apoſtolicam traditionem & con-

ξηροφαγίαι a veteri Eccleſia refutatæ.

§. CXIV.

& constitutionem proponere non veretur. Non itaqve leviter sinamus nobis imponi titulo traditionum Apostolicarum, sed semper regrediamur ad fontes. Sicut autem sæpè factum fuit, qvando argumenta firma & solida defuêrunt, quod hæreseos nomen tanqvam caput Gorgonis objectum fuit, sicut de damnatione Eustachii, qui Aërii collega fuit, Socrates lib. I. cap. 24. inqvit: Τοῦτο δὲ ἐπὶ πάντων εἰώθασι τῶν καθαιρουμένων ποιεῖν οἱ ἐπίσκοποι, κατηγοροῦντες μὲν, καὶ ἀσεβῆ λέγοντες, τὰς δὲ αἰτίας τῆς ἀσεβείας οὐ λέγουσι. Hoc, inqvit, Episcopi in omnibus, quos damnant, facere solent, ut eos accusent & impios pronuncient, causas verò & rationes impietatis non reddant. Ita Epiphanius ad stabiliendas leges suas de Jejuniis & delectu ciborum, arripit Aërium quendam, qvem verbis admodum contumeliosis hæreseos accusat & condemnat: Inter reliqva verò has causas recitat. Primò, qvod dixerit, Episcopum revera nihil differre à Presbytero, quod illo ipso Epiphanii tempore Hieronymus tanquam verum ex Paulo probavit, in epist. ad Oceanum, & in commentariis ad Titum. Deinde qvod Aërius leges de diebus Jejuniorum, & de ciborum delectu reprehenderit, quia enim Epiphanius leges illas probabat, & laudabat, statim igitur diversum sentientes hæreticos proclamabat &c. &c. &c.

Titulus traditionum Apostolicarũ nobis non debet imponere.

Deficientibus firmis rationibus, Hæresis tanquam caput Gorgonis objicitur.

Epiphanius Aërium malè perstringit.

§. CXV.

Subjungit Chemnitius statim Aërii historiã, quam vide suo loco.

Pergit deinde in materiâ ipsâ hunc in modum: In refutatione verò Epiphanii διατάξεις Apostolorum potissimùm allegat, sed quia illis non satis fidit, alibi enim fatetur, eas esse ἐν ἀμφιλέκτῳ, confugit itaque ad συμφωνίαν Ecclesiarum. Sed quomodo inde potest Legem facere, cùm ante ipsum Irenæus, & post ipsum Socrates testentur, dissimiles & liberas fuisse illas observationes? Et ipse Epiphanius in compendiariâ doctrinâ dissimiles & diversas observationes in cibis describit. Quidam, inquit, abstinent ab omnibus carnibus, quadrupedum, volatilium & piscium, ab ovis itidem & caseo. Quidam verò à solis quadrupedibus abstinent, volatilibus verò & reliquis vescuntur. Alii verò à volucribis abstinent, piscibus verò & ovis utuntur. Alii neqve ovis vescuntur, sed solis piscibus. Alii verò etiam à piscibus abstinent, caseo vero vescuntur. Alii neque caseum sumunt. Sunt præterea qui à pane abstinent, alii ab arborum fructibus, alii à cibis coctis, &c.

Aërius defenditur contra Epiphanium.

Symphonia Ecclesiarum in hoc puncto probari non potest.

Et moleſtè, quidem fert Epiphanius, quod Aërius noluerit λατρείαν, hoc eſt, cultum Dei in huiusmodi obſervationibus conſtituere, cùm Paulus expreſsè dicat: Roman 14. Regnum Dei non eſt eſca & potus, ſed Juſtitia, pax & gaudium in Spiritu Sancto, qui in his ſervit Chriſto, acceptus eſt Deo, & probatus hominibus. Et 1. Corinth. 10. Eſca non commendat nos Deo, 1 Tim. 4. Corporalis exercitatio ad modicum prodeſt, pietas verò ad omnia utilis eſt. Hæc Pauli teſtimonia certiora & tutiora ſunt, quàm Epiphanii præjudicia. Ita ergò, ſicut oſtendimus, Epiphanius, cum ad Monaſticas conſtitutiones aſſvefactus eſſet, fecit inde leges neceſſarias, communes & generales in ipsâ Eccleſiâ, de temporibus jejuniorum, & de ciborum diſcrimine. Eodem modo Ambroſius circa annum Domini 380, quoque unà cum Monaſticâ vitâ etiam leges jejuniorum in ſuam invexit Eccleſiam; quàm grandia enim præter, imò, niſi commodè intelligantur, contra Scripturam Jejunio tribuat, ſupra, cum de Patrum ſententiis ageremus, oſtendimus.

Epiphanius à Monaſticis conſtitutionibus leges neceſſarias fecit.

Ambroſius A. 380. una cum vita Monaſtica leges jejuniorum in ſuam Eccleſ. invexit.

De Quadrageſimæ verò Jejunio multi exſtant ſermones ſub Ambroſii nomine quos alii, quando ſententias inde citant, Maximo, alii Caſſiodoro, alii aliis tribuunt. Et in ſerm. 23. dicit, ideò quadraginta dierum numero jejunari, quia Chriſtus numerum illum jejunii conſecravit. Quotidianis igitur ſine intermiſſione jejuniis Quadrageſimam celebrandam, ita, ut ſi quisquam unam diem abſtinendo prætermiſit, totam Quadrageſimam violarit. Atqui Epiphanius Dominicam diem excipit. Et Chryſoſtomus dicit, duos cujusque ſeptimanæ dies in Quadrageſimâ à Jejuniis liberos eſſe. Non itaque univerſalis tunc fuit Ambroſii Lex. Imò non eſſe Ambroſii eam legem, inde patet. Nam lib. de Eliâ & Jejunio cap. 10. Ambroſius dicit, in Quadrageſimâ totis præter Sabbathum & Dominicam jejunatur diebus. Et tamen Serm. 25. dicit, non leve peccatum eſſe, & quidem apud conſcientiam, indictam à Domino fidelibus Quadrageſimam violare. Quia ſcriptum ſit, qui dicit ſe in Chriſto manere, debet, ſicut ille ambulavit, & ipſe ambulare. Sed quod ad numerum dierum Jejunii attinet. Irenæus & Socrates diſertè dicunt, falſum hoc eſſe, & Chryſoſtom. ſicut poſtea oſtendemus, expreſsè dicit, Chriſtum non præcepiſſe, ut Quadrageſimale ſuum Jejunium imitemur. Serm. verò 23. Ambroſii dicitur cauſam ſalutis noſtræ eſſe, ſi Quadrageſimam jejunemus. Et Serm. 34. Quisquis Chriſtianus conſecratam jeju-

§. CXVI. Diverſitas Sententiarũ

jejunando non impleverit Quadragesimam, prævaricationis & contumaciæ reus tenebitur, quod legem divinitus pro salute datam, prandendo ipse rescindit. Sicut enim reliqvo anno jejunare præmium est, ita in Qvadragesimâ non jejunare, peccatum est. Illa enim voluntaria sunt jejunia; ista necessaria: illa de arbitrio veniunt; ista de Lege, ad illa invitamur, ad ista compellimur. Observet autem Lector, quod sermones isti dicunt, Reliqua Jejunia in anno voluntaria esse, & ex arbitrio. Epiphanius verò dicit, Jejunium quartæ & sextæ feriæ per totum annum servandum esse, ex lege præcepti traditionis Apostolicæ. Et Pontificii jejunia quatuor temporum faciunt necessaria. Ita scilicet inter se consentiunt, qui extra Scripturam traditiones Apostolicas jactant, & inde leges faciunt. Et in illo ipso sermone Ambrosius fatetur, qvosdam in Quadragesimâ solitos prandere, quosdam alternis septimanis jejunare. Ergò lex illa Quadragesimæ tunc primùm introducebatur, qvam senes & aniculæ potissimùm amplectebantur, sicut ibidem inquit. Ut autem omnes ad eam suspiciendam permoveret, dicit Serm. 36. numerum illum Quadragenarium non esse terrenâ cogitatione inventum, sed cœlesti majestate præceptum, atque ideò, qui constitutum numerum uno die manducando præterit, non ut unius diei violatorem accusari, sed ut totius Quadragesimæ transgressorem argui, non enim tàm Sacerdotum, qvàm Dei præcepta esse Et Serm. 38. dicit, Quadragesimæ Jejunia indicta & præcepta Christi esse, qvæ vel ex toto, vel ex parte violare peccatum & sacrilegium sit. Serm. 37. Sed hæc, qvæ de Quadragesimæ jejunio sub Ambrosii nomine sparsa sunt, nec cum Scripturâ, nec cum Patrûm præcedentium testimoniis consentiunt. Et ex Chrysostomo & Socrate mox diversum ostendemus.

§. CXVII. *Chrysostomus reprehendit superstitiosas opiniones de jejunio in Græca Ecclesia.*

Pag: 143 Chemnitius ostendit, quomodo Chrysostomus in Græcâ Ecclesiâ circa annum Dn. 410 superstitiosas de jejunio opiniones reprehenderit, ita scribens: Sicut Augustinus in Latinâ Ecclesiâ, ita Chrysostomus eodem fermè tempore, circa annum Domini 410 in Græcâ Ecclesiâ superstitiosas quasdam de jejuniis opiniones ita reprehendit, ut ad Scripturæ normam disputationes illas revocaret. Alicubi sane de jejunio loqvens, declamatorium seculi sui stylum imitatur, sicut de ipsius hyperbolis in præcedentibus qvædam annotavimus. Sed cùm Epiphanius & Theophilus, Leges jejuniorum, opinione necessitatis & meriti nimiùm urgerent, Chrysostomus cœpit ἐπανορθώσεις quasdam imponere.

imponit ἐπανορθώσεις.

 Duos

Duos enim illos manifestos & habuit & expertus fuit adversarios. Et Chrysostomi quidem tempore per Quadragesimam, exceptis duobus hebdomadæ diebus, usque ad horam nonam jejunatum fuisse, & circa nonam horam, priusquam solveretur Jejunium, Ecclesiam ad auditum & meditationem verbi convenisse, ex homiliis ipsius in Genesin constat. Et homiliâ 1. & 2. dicit, tunc coqvorum discursus, pecudum mactationes, & carnium concisiones è medio tolli. Et homil. 6. ad Antiochenos dicit, lege jejunii vulgò tunc prohibita fuisse certa quædam nutrimenta & delibationem vini. Sed opinionem necessitatis, & alias qvasdam superstitiosas opiniones ipse liberè taxavit & reprehendit. Et qvia plerasque ipsius sententias supra adscripsimus, hoc loco tantùm capita eorum, quæ in vulgatis de Jejunio opinionibus, reprehendit, breviter notavimus.

Qvænam Chrysostomus in jejuniis reprehenderit.

1. quasi jejunium per se ex opere operato sit cultus Dei.

Primum igitur in valdè multis locis *opinionem* illam *reprehendit*, *quasi jejunium per se, ex opere operato, sit virtus & cultus Dei*: Aut qvasi ea, quæ & in Scripturâ, & à patribus jejunio tribuuntur, ad ipsam per se aut solam à cibis abstinentiam pertineant, cùm ad illos maximè fines, quibus Jejunium subvenire debet, respiciendum sit. In Genesin Homiliâ sextâ: Ne existimemus inediam usqve ad vesperam ad salutem nobis sufficere.

Deus enim Judæis per Prophetam dixit: Non mihi jejunastis Jejunium. Hæc dicit Dominus: Judicium justum judicate, misericordiam facite qvisque cum proximo suo &c Homiliâ 9. Lascivias carnis refrænemus, & verum probemus Jejunium. Jejunium âutem dico, abstinentiam à vitiis. Etenim abstinentia à cibis propter hoc recepta est, ut rigorem carnis refrænet, & tanqvam eqvum moderanti parere facit. Jejunantem autem oportet concupiscentias repellere & refrænare, ac bonis operibus studere: Hoc verum est Jejuninm, sicut & Isaias ex persona Dei loqvens dicit. &c.

Non igitur, ut plerique, existimemus definiri in hoc Jejunium, si ad vesperam usque impransi maneamus. Non hoc est, qvod quæritur, sed ut cum ciborum abstinentiâ, & à cæteris abstineatur, quæ nocere possunt, utque spiritualibus magis vacetur. Homiliâ 30. Jejunia, preces semper conjunctas esse opòrtet, tunc enim potissimum preces nostræ sobriæ sunt, tunc expeditior est mens nostra, non gravata, neqve pressa malo d. litiarum opere.

Ad

§. CXVIII.

Ad populum Antiochenum Homiliâ qvartâ: Sicut sunt quidam ciborum inter se abstinentiam æmulantes & mirabilem contentionem facientes, & hi quidem integros duos dies transigunt jejuni, hi verò non vini tantùm & olei, sed & omnis ferculi usum, à suâ mensâ rejicientes, pane & aquâ duntaxat utentes, Quadragesimam omnem expediunt. Sic & nos inter nos contendamus, ut juramentorum imbres destruamus. Hoc enim omni Jejunio utilius, hoc omni vitæ asperitate compendiosius, & studium qvod circa ciborum abstinentiam habemus, hoc circa juramentorum abstinentiam exhibeamus. Quoniam extremæ dementiæ crimen subimus, prohibita quidem contemnentes, circa indifferentia verò omne moventes studium, comedere enim non est inhibitum, jurare verò prohibitum est. Nos verò concessis abstinentes, prohibita audemus. Illustris & memorabilis est hæc Chrysostomi sententia, manifestè numerans abstinentiam ciborum inter adiaphora, & ostendens superstitionem, " neglectis utilioribus pietatis exercitiis, circa talia indifferentia magno studio & contentione occupari. Alias plures similes sententias ex Chrysostomo supra descripsimus, qvas hoc loco non visum fuit repetere.

Juramentorum imbres destruere omni jejunio utilius.

Superstitio est, neglectis utilioribus, circa indifferentia occupari.

Secundò, licet Jejunium Quadragesimæ, tempore Chrysostomi servatum fuerit, & ab ipso laudatum, dicit tamen à Christo non esse mandatum, ut Homil. 47. in Matthæum: Non dicit Jejunium suum esse imitandum, quamvis quadraginta illos dies posset proponere, sed discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Imò verò contrà inquit: Omne, quod apponitur vobis, comedite. Hæc dixi, non qvod Jejunium mihi non placeat, quod magnis soleo efferre laudibus, sed qvia doleo, si cæteris neglectis, satis ad salutem nobis Jejunium esse existimemus, qvod in choro virtutum certè extremum sortitur locum. Contra opinionem verò necessitatis, longâ oratione pugnat Chrysostomus, homil. in Genesin 10. Cùm enim qvidam, qvi Jejunia ferre non poterant, ideò in concionem, quæ circa vesperam habebatur, venire non auderent, inqvit, *sobrius auditor etiam pransus spirituali conventu dignus est, sicut supinus & deses, etiamsi jejunus permaneat, nihil inde utilitatis capiet.* Et hæc dico non ut Jejunii rigorem solvam, nam multùm laudo jejunantes, sed doceo, non turpe esse, eum, qui cibum antea accepit, adesse spirituali

2. Chrysostomus dicit, Jejun: Quadrag. à Christo non esse mandatum.

tua'i fermone, fed ignavo animo adeffe, affectionibus vexari, & carnis lafcivias non reprimere, non comedere malum eft? Abfit, fed gula damnofa eft, & impleri plus qvàm fatis. Et nihil mali eft vinum ad menfuram bibere, fed rationis judicium intemperantiâ fubvertere. Etenim dilecte, fi ob corporis imbecillitatem non potest jejunus diem producere, nullus, qui fapit, propter hoc te arguere potuerit. Neqve enim Jejunium & abftinentiam fimpliciter à nobis exigit Dominus, neqve hoc ipfum, ut jejuni huc usque permaneamus, fed ut à fecularibus operibus nos abdicantes, omne noftrum otium in fpiritualia collocemus, quod fi fobriâ mente vitam noftram inftituerimus, & cibos ita fumpferimus, ut tantum fatiemur, quantum ufus exigit, & vitam omnem in bonis operibus difpenfemus, jam nullo opus fuerit ex jejuniis adjumento. Sed qvia negligens eft humana natura, & de deliciis gaudet, ideò Deus hanc ex jejunio medicinam, excogitavit, ut delitiis fublatis, fecularium curam ad fpiritualia opera transferamus. Si igitur funt aliqui, qvos corporis infirmitas vetat jejunos & imprانfos permanere, eos laudo, qvod corporis infirmitatem curant, & pranfi plus exhibent ftudii in doctrinâ fpirituali. Sunt enim, funt profectò viæ, qvibus fiduciæ ad Deum januæ aperiri poffunt multò majores, qvàm ciborum abftinentia. Igitur qvi cibum accipit, & jejunare non valet, largiorem det Eleemofynam, ferventior fit in precibus, habeat alacritatem in audiendis divinis eloqviis, odium deponat. &c.

§. CXIX.

Qui hæc fecerit, verum jejunabit jejunium, qvod â nobis expofcit Dominus. Propterea enim hanc â cibis abftinentiam fieri præcipit, ut refrenantes carnis lafcivias, eam obedientem faciamus, adqve mandata Dei implenda feqvacem. Igitur qui jejunat, gratias agat Domino, qui vires ei tribuit ad ferendos jejunii labores. Et qui manducat, iterû gratias agat Deo, quia nihil ipfum offendere poteft, qvò minus animæ falutem agat, modo velit. Neqve enim comediffe confufionem nobis affert, fed malè egiffe. Et cum cibo, menfuræ noftræ congruo, utimur non opus eft, ut erubefcamus. Nam Dominus nos huic corpori conjunctos effe voluit, quod alioqui confiftere nequit, nifi cibo pafcatur, tantùm intemperantia non admittatur &c.

Cùm cibo, menfuræ cōgruo utimur, non eft ut erubefcamus.

Non judico opus effe Lectorem admonere, quam variæ & fuperftitiofæ de ciborum abftinentiâ opiniones hâc Chryfoftomi fententiâ

tiâ taxentur & refutentur, manifestum enim hoc est. Sed integram sẽtentiam ideò ad scripsi, ut consideratis disputationibus illis, quæ circa ea tempora magnâ contentione à multis, sicut ostendimus, agitatæ fuerunt, manifestè intelligi possit, superstitiones istas non generaliter ab omnibus fuisse vel probatas vel receptas, sed fuisse, qui opposita veræ Scripturæ sententia, pullulantibus superstitiosis opinionibus cõtradixerunt: Utqve Pontificiorum legibus tales sententiæ rectè opponi possent.

Superstitiones illæ non fuerũt communiter receptæ, sed à plurimis rejectæ.

Tertiò, Chrysostomus multis in locis *ostendit, effectus, qui jejunio tribui solent, non ad ipsum opus operatum jejunii, sed ad pœnitentiam & orationem, quibus jejunium subservire debet, referendos esse.* Ita homil. 3 ad Antiochenos, jejunium pietatis materia & magister est jejuniũ autem dico non hoc vulgare, sed accuratum, non tantùm ciborum abstinentiam, sed & peccatorũ. Non enim jejunii natura peccata eripere sufficit, nisi congruâ cum Lege fiat. Discamus igitur, quomodo jejunium celebrare debeamus, quoniam & Pharisæus ille jejunavit, & descendit fructibus jejunii inanis. Publicanus non jejunavit, & Pharisæum jejunantem præcessit non jejunans: ut discas, qvod Jejunii utilitas nulla sit, nisi & reliqva conseqvantur. Jejunaverunt Ninivitæ, & Dei misericordiam elicuerunt, jejunaverunt & Judæi, & culpati abierunt. Videamus igitur, qvomodo Ninivitæ jejunârint, & qvid tandem sit, qvod iram Dei solverit. Num Jejunium solum & saccus? non est dicendum, sed totius vitæ mutatio, ita enim Propheta inqvit. Et vidit Deus opera eorum. Qvalia opera? Qvod jejunarunt? Qvod saccum induerunt? Nihil horum, sed hæc omnia tacens, intulit: Qvoniam aversus est qvisqve in viis suis malis, cernis qvod non jejunium periculo eripuit, sed vitæ mutatio Deum barbaris placatum & benevolum reddidit. Hæc dico, non ut Jejunium contemnamus, sed ut Jejunium honoremus. Honor enim Jejunii non ciborum abstinentia est, sed peccatorum fuga. Itaqve ciborum abstinentia tantùm Jejunium definiens hic est, qui maximè ipsum vituperat. Idem lib. 1. de orando Deum inqvit: Ninivitæ deprecationis præsidio, plurimorum scelerum, qvibus divinam iram in se provocarant, remissionem acceperunt. Pœnitentiæ igitur & orationi effectus hosce Chrysostomus vult tribui, non operi operato Jejunii.

3. Chrysost. ostendit, effectus, qui jejunio tribui solent, non ad ipsum jejunium sed ad pœnitentiam & orat: quibus jejunium subservire debet, referendos esse.

§. CXX.

Quomodo porrò usqve ad annum Domini 450. libertas Christiana in usu

usu ciborum, à Cyrillo, Theodoreto, Prospero, Primasio & Socrate defensa fuerit. Ostendemus porrò jam breviter, qvomodo usqve ad annum Domini 450. libertas Christiana in usu ciborum defensa, & veri fines Jejuniorum monstrati fuerint.

Cyrillus disputat contra illos, qui putabant, ex mandato Legis stata jejuniorum tempora observanda.

Cyrillus igitur in Leviticum lib. 10. disputat contra illos qvi putabant, ex mandato Legis stata Jejuniorum tempora observanda. Et ponit prolixam sententiam, qvam supra sub Origenis nomine descripsimus (nam & illi hæc Commentaria in Leviticum tribuuntur) capita autem hæc sunt, quæ ipsius Cyrilli verbis annotabo. I. Humiliationem animæ debere perpetuam esse, & consistere in imitatione Christi, qui est humilis corde. II. Jejunium, juxta præceptum Evangelii, consistere in abstinentiâ à peccatis, in fide adeunte Christum Pontificem, & in renovatione. III. Jejunium externum seu corporale non consistere in delectu seu prohibitione qvorundam ciborum, sed in abstinentiâ Christianâ, qvæ sit continentia ventris & gutturis. IV. Finem Jejunii debere esse, ut ad exercitia spiritualia simus eò expeditiores. V. Opinionem necessitatis contra Pharisæos à Christo ipso refutatam esse. Matth. 9. Non enim miscenda esse indumenta nova, & pannos veteres. VI. Usitata jejuniorum tempora servanda, non observantiæ superstitione, sed in Christianâ libertate, virtute continentiæ. Integra sententia supra in Origine descripta est, quam brevitatis gratiâ nolui hoc loco rursus adscribere.

Qvomodo caro tractanda, ne adversus Spiritum

Idem Cyrillus lib. 9. in Leviticum: Scitis certamen esse carni adversus Spiritum. Quod si carnem freqventi mollitie, adjugi deliciarum fluxu foveatis, necessariò adversus Spiritum insolescet, & fortior illa efficietur, cogetque eum suis vitiis obedire. Si verò nutrimenta Spiritûs adhibeas, divinam scilicet lectionem, sermonem doctrinæ, & orationes assiduas, connvalescet ille, & carnem coget suis legibus obsequi. Qvod quia non facitis, nolite conqueri de infirmitate carnis, tu carnem adversus Spiritum armas, cùm eam carnibus reples, vino nimio inundas, omni mollitie palpas, & ad illecebras nutris.

Lib. 2. contra Julianum, cum Julianus Christianis objecisset vitam dissolutam, eò quod citra debitum vescerentur, & nihil vitarent, quod edi potest: Respondet Cyrillus: Græci in hoc potissimum pietatis virtutem constituunt, & in omni virtute præditum arbitran-

strantur eum, qui à cibis quibusdam abstinuerit. At cur sanctificationis modum in illis ponunt? Certè sanctissimus & impollutus, quod nos polluere posset, fecit nihil. Cur enim cibus inficeret, vel quam maculam inureret iis, qui illius sunt participes? Vitanda autem sunt ea, per quæ contaminantur, ut sunt peccata, quæ, qui nihil faciunt, contaminantur etiam dum parum edunt, & ab eduliis quibusdam cavent, atque ita Jovem colere volunt.

In delectu ciborum Sanctitatẽ constituere stultum, Cyrillus.

§. CXXI.

Ibidẽ l. 7. Julianus imponebat Christianis, quod indifferens apud ipsos esset edere carnes. Cyrillus verò respondet: Leges puniunt improbos. In quos verò animadvertunt? Numquid in crudeles, adulteros, deceptores? Etiam vel in eos, qui liberè pisces & carnes attingunt, siquidem in hoc præscriptum esset tempus aliquod? Et postea scimus, sola peccata eos, qui illis laborant, coinquinare. Ita nullum vitamus edulium ut immundum, corporales verò voluptates moderatione compescimus, & aculeum petulantioris carnis hebetantes, parcè victitare consuevimus, & omninò in deliciis esse inter optima non ponimus. Julianus autem nos saltatoribus & publicanis comparat, Christianæ religionis libertatem ignorans. Nos autem memores sumus eorum, quæ Paulus scribit: Cibus non commendat nos Deo, neque, si edamus, meliores sumus, neque si non edamus, deteriores. Item: Omnis cibus bonus &c. Et quod Christus dicit: Quod ingreditur in os, non coïnquinat hominem &c. Et paulò post, plurimi quidem apud nos fuerunt summâ bonitate conspicui, qui ad eam pervenêre continentiam, & ita seipsos castigârunt, ut etiam iis, quæ ad vitam utilissima sunt, strenuè abstinere voluerint, nempe pane & oleo, & herbis & leguminibus, ventris necessitatem placarunt, usi purâ aquâ: & rejectaneus quidem apud ipsos cibus nullus fuit. Abstinuerunt autem à nonnullis, mentis ad deteriora propensionem revocantes, & carnis lasciviam compescentes, ut mentis oculum magis subtilem haberent &c.

Indifferens cibus carnium apud Christianos. Non constitutum tempus carnibus vel piscibus.

Libertas Christianorũ in cibis.

Abstinentia quorundam privata.

Finis abstinentiæ.

In ordine autem hujus historiæ præcipuè observandum est, quod ingruentes superstitiosas opiniones alii aliis plenius & nervosius refutarunt. Monachorum enim singularis abstinentia in magnâ tunc cœperat admiratione esse, sicut Theodoretus in vitis Patrum scribit: Marcianum quendam, qui singulis diebus usque ad vesperam jejunabat, & vesperi tantùm panem, cumque ad mensuram,

Exempla singularis abstinentiæ apud Theodoretum.

quar-

quartam scilicet partem libræ sumebat: Avitum verò scribit per triduum semper sine cibo mansisse: Sabinum nec pane nec obsonio usum, sed tantùm farinâ aquâ madefactâ, quam semel in totum mensem parabat, nec prius sumebat, quàm sitim contraxisset: Macedonium non pane, nec leguminibus usum, sed hordeo madefacto: Simeonem verò totam semper hebdomadam jejunum mansisse. &c. In illis ergò singularibus abstinentiæ exemplis Cyrillus hoc probat, si fiat eo fine, ut carnis petulantia compescatur, & mens ad spiritualia magis excitetur. Si verò in tali ciborum delectu constituatur pietas, sanctitas, & cultus Dei, hoc Cyrillus, sicut ostendimus, reprehendit ex loco Pauli 1. Corinth. 10.

Cyrilli judicium de talibus exemplis §. CXXII.

Theodoretus verò tantum opinioni necessitatis contradicit, & libertatem defendit, eamque usque ad illa tempora servatam fuisse ostendit. Explicans enim illud Pauli Rom. 14. Unusquisqve in suo sensu abundet, inquit: Non de divinis decretis hoc dicit. Ibi enim valet illud: Qui aliud evangelizaverat, anathema sit: Sed de solis cibis unius cujusqve sententiæ potestatem dedit. Hæc enim consvetudo in hodiernum usque diem mansit in Ecclesiis. Et hic qvidem abstinentiam amplectitur, ille verò omnibus esculentis absque ullo scrupulo vescitur, & nec hic illum judicat, nec ille alterum reprehendit.

Nota, qualis libertas in cibis Theodoreti tempore.

Et in Epitome divinorum dogmatum, cap. περὶ ἐγκρατείας de abstinentiâ, ita scribit: Abstinentiam à vino atqve esu carnium & reliquam (ἐγκράτειαν) continentiam, non similiter atque hæretici amplectitur Ecclesia. Illi enim (νομοθετοῦσι) lege cavent aut jubent, ab iis tanquam abominandis abstinere. Ecclesia verò (οὐδὲν περὶ τούτων νενομοθέτηκεν) nullam legem de illis condidit, vel nihil per modum Legis de illis constituit, non enim (ἀπαγορεύει) prohibet seu interdicit eorum sumptionem seu participationem. Et propterea alii quidem (νενομισμένων ἡδέων ἀδεῶς ἀπολαύουσι) cibis suavibus & jucundis, à verbo Dei permissis seu concessis, liberè, securè & absq; ullo scrupulo fruuntur, alii verò abstinent. Nullus autem, qui rectè sapit, manducantem condemnat. Nam & abstinentia & sumptio sunt in potestate sententiæ seu voluntatis cujusqve &c. Et allegatis sententiis Pauli, Rom. 14. 1. Cor. 10. 1. Tim. 4. addit, tantùm abfuit, ut divinus ille vir carnibus vesci prohiberet. Nam & Christus ipse carnem

Nondum fuerunt leges de ciborum delectu.

carnem agni cum discipulis suis manducavit, & convivis vinum per miraculum præbuit. Hæc Theodoretus. Et observetur, quod leges de delectu seu discrimine ciborum, cum opinione necessitatis, licet à multis rogari & spargi cœpissent, tamen circa annum 440. nondum fuerint vel receptæ vel probatæ, sicut sententia hæc Theodoreti manifestè ostendit. Et Cyrillus addit, non fuisse tunc tempus aliquod hisce rebus præscriptum lib. 7. contra Julianum.

Primasius ignorat leges jejuniorum.

Eodem modo Primasius, Augustini discipulus, in cap. 14. ad Rom. dicit: De jejunio non est Lex posita, sed quomodo unusqvisque vel potest, vel vult.

§. CXXIII.

Annus 440. adhuc ignoravit leges de ciborum delectu.

Socrates Historicus de jejunio.

Socrates verò Ecclesiasticæ historiæ scriptor prolixâ narratione ostendit, adhuc circa annum Domini 440. & de tempore jejunii, & de modo seu formâ abstinentiæ fuisse diversas & liberas observationes in Ecclesiis. Et disertè dicit, licet illis temporibus jactarentur traditiones Apostolorum de Jejuniis, neminem tamen potuisse ostendere scriptum aliquod mandatum, sed Apostolos tales ritus & observationes cujusque sententiæ & arbitrio liberas reliquisse. Unde rectissimè colligitur, qvo locô habenda sint illa, quæ sub Apostolorum nomine, titulo canonum & constitutionum scripta nunc circumferuntur, quæque de legibus jejuniorum scriptis vetustiorum Patrum admixta sunt. Ecclesia enim circa annum 440. illas leges non agnovit.

Quadragesima Diversitas.

Locus autem Socratis l. 5. cap. 22 sic habet: Qui in eâdem fide consentiunt, in ritibus seu ceremoniis inter se discrepant. Ut jejunia ante Pascha ab aliis aliter observari inveniuntur. Nam qui Romæ sunt, tres septimanas ante Pascha, Sabatho & Dominicâ exceptis, jejunant: Græci verò Illyrici & Alexandrini, ante sex septimanas jejunium, qvod ante Pascha fit, jejunant, Qvadragesimam appellantes. Præter hos alii septem septimanis ante festum initium jejunandi faciunt, & qvamvis solos quindecim dies ex certis intervallis jejunent, nihilominus tamen & ipsi tempus illud Qvadragesimam vocant. Et mirandum est, cum de numero dierum discrepent, qvomodo tamen omnes tempus illud Qvadragesimam appellent. Et rationem appellationis allii aliam (ἐχερπλογοῦντες) à seipsis excogitatam reddunt. Nec de numero dierū solum discrepant, sed & abstinentiam ciborum non similem seu eandem servant.

Rationes excogitatæ.

Alii

Abstinentiæ diversitas.

Alii enim omninò ab animatis abstinent, alii inter animantia solos pisces comedunt. Alii cum piscibus volucres etiam manducant, quia ex aquis utraqve sint orta. Alii à baccis & ovis abstinent. Alii arido pane solo vescuntur. Alii ne illo quidem. Sunt qui ad horam nonā usqve jejunaverint, indifferenter utuntur cibis. Et aliâ ratione apud alias gentes jejunatur, cujus rei infinitæ sunt causæ. Et qvoniam de hac re nemo potest ostendere (ἔγγραφον παράγγελμα) scriptum aliqvod mandatum, perspicuum est, qvod Apostoli liberam potestatem hac in re cujusqve sententiæ & arbitrio permiserunt (τῇ ἑκάστου γνώμῃ καὶ προαιρέσει ἐπέτρεψαι.) ut qvisqve nec metu, nec ex necessitate quod bonum sit, ageret. Eadem Sozomenus etiam repetit lib. 7. cap. 19. Prosperi verò sententiæ de Jejunio ideò diligentiùs sunt observandæ, ejus enim tempore Leo Pontifex legis jejuniorum cum opinione necessitatis & meritorum, magnâ contentione urgere cœpit, sicut supra qvasdam ipsius sententias adscripsimus. Prosper itaqve contra opinionem operis operati opposuit Scripturæ sententiam de veris jejunii finibus, ut de vitâ contemplativâ lib. 2. cap. 17. A cibis concessis se continere, abstinentia quidem est, sed carnalis & imperfecta. Ea autem spiritualis & perfecta censenda est abstinentia, qvæ abstinentem tàm ab illecebris carnalium voluptatum, qvàm à peccatis omnibus facit alienum. Et cap. 22. Membra sua, qvæ sunt supra terram, mortificant, quando insolens corpus jejuniorum continuatione castigant, quando intra necessarium modum, suum temperant appetitum, certi, qvod nec delitiæ qvælibet, si absqve desiderio percipiantur, officiunt, & viles cibi plerumqve abstinentiæ profectum, si appetenter accipiantur, impediunt. Unde datur intelligi, quod veraciter abstinentes, escarum non naturas, sed concupiscentias damnent. Quia autem non solùm à qvalitate, sed etiam à quantitate ciborum cupiunt abstinere, nihil aliud student, qvàm ut appetitus suos non expleant, sed comprimant. &c. cap. 23 Cæterum si à qvadrupedibus abstinentes, altilibus, vel aliis avibus pretiosis, vel piscibus perfruantur, non mihi videntur resecare voluptates, sed mutare, nec pro abstinentiâ, sed pro delitiis communes ac viles carnes abjicere, quo delicatioribus possint suas voluptates explere cùm non aliqvarum carnium nobis naturæ damnandæ sint, sed carnales concupiscentiæ fugiendæ. Et spiritualis abstinentia non aliqvorum cibo-

Nullum extat mandatum scriptum.

Liberæ observationes.

Leo Pontifex leges jejunii cum opinione necessit. & meritor. cœpit urgere.

Prosper ei sit contrarium.

Abstinentia vera.

Finis jejuniorum.

Delicata jejunia.

§. CXXIV.

Prosper contra delectum ciborum.

ciborum usum, sed desiderium svadeat compescendum, cap. 24. Verumtamen sic abstinere vel jejunare debemus, ut non nos jejunandi vel abstinendi necessitati subdamus, cùm sine abstinentia quemlibet hominum catholicum caritas sola perficiat, & omnis abstinentia, aut perdat sine adjunctione charitatis, aut pereat. Quia ergò abstinere aut jejunare etiam hæretici possunt, corpora sua panis & aquæ perceptione afficientes, non pro magno ducamus, qvando ab illis, qvæ ipsi quoqve rejiciunt, abstinemus, sed quando abstinentiam nostram fides commendat charitasq; consummat. Ipsis verò catholicis Christianis, qui sive non valendo, sive nolendo abstinere, omnia usui nostro concessa, cum gratiarum actione percipiunt, non nos propter abstinentiam præferamus, ne fortè plus virtutum habeant illi, unde nobis abstinentibus jure præferantur. Quocirca si volumus abstinentiam nostram, jejuniaque nostra perficere, ab omnibus vitiis discedamus. Quia tunc nobis proderit, qvod corpora nostra, vel certè corporum incentiva, rigore districtioris abstinentiæ castigamus, si carnalibus desideriis absoluti, sanctis virtutibus floreamus. Hæ observationes historicæ jucundæ profectò & utiles sunt, monstrantes, quomodo pullulantibus superstitiosis opinionibus de Jejunio Deus subinde testes aliqvos veritatis excitavit, qui superstitiones reprehenderunt & refutârunt, ac simul doctrinam & exercitia veri jejunii ad fontes & fundamenta Scripturæ reducere conati fuêrunt, alii aliis vel nervosiùs & vehementiùs, vel modestiùs, & langvidiùs, ut ita in historiâ conspiciatur, perpetuum quasi certamen superstitionis & veræ pietatis. Quando enim vel ex vulgo vel ex Patribus quidam inclinationem aliquam ad superstitiones faciebant, opposuit Deus alios, qui exorbitationes illas corrigere, & ad regiam Scripturæ Canonicæ viam reducere conati fuerunt, sicut hactenus in hac de Jejunio historiâ ostendimus.

Contra necessitatem jejuniorum.

Libertas abstinentiæ.

Finis jejunii

Capita hujus Historiæ.

§. CXXV.

Qvomodo ab anno Domini 460. cùm non essent, qui contradicerent, superstitiosæ leges & opiniones de jejuniis per Pontificum & Conciliorum decreta cumulatæ sint, donec Scholastica Theologia inde exstructa est. Hactenus igitur usque ad annum Domini 450. ostendimus, quod leges jejuniorum in opinionibus necessitatis & meritorum, sæpiùs qvidem & variè tentatæ, semper autem repressæ & refutatæ fuerint. Singu-

lis enim illis temporibus semper fuerunt, qui monstratâ veri verbi Dei de Jejuniis sententiâ superstitionibus contradixerunt, & libertatem Christianam defenderunt. Ab hoc vero tempore, extinctis Ecclesiæ luminaribus, cùm vix inveniretur aliquis, qui libertatis & veritatis patrocinium contra superstitiosas leges suscipere vel posset, vel auderet, cumulatæ illæ, & per Romanorum Pontificum rescripta, per posteriorum Conciliorum decreta,& per Monachorum constitutiones, stabilitæ sunt, ita ut maxima pars cultûs in illis observationibus consumeretur, qvæ & mandatis Dei præferebantur, & meritum gratiæ & remissionis peccatorum, cum contumeliâ Christi sibi vendicabant, sicut ex scholasticâ Theologiâ, qvæ inde enata est, supra ostendimus. Seqventium igitur temporum historiam ex Leonis sermonibus, & ex illis, qvi postea leges & constitutiones illas in decretis collegêrunt, breviter perstringemus.

Inclinatio ad superstitiosas leges & opiniones

Leo de Jejuniis qvatuor temporum.

κακοζηλία Veteris Testamenti.

Leo itaqve, qvem magnum vocant, circa annum Domini 460. solemnia jejunia qvater in anno publicè indixit & mandavit, Jejunium scilicet Qvadragesimæ, Pentecostes, septimi mensis & decimi, de illorum enim temporum Jejuniis exstant multi sermones Leonis. Et de jejunio quidem septimi mensis & decimi non dissimulat, ex sinistrâ æmulatione Judaicarum observationum Zachar. 8. illa sumpta esse. Dicit enim sermone quarto de jejunio septimi mensis. Qvando vos ad qvædam, qvæ in V. T. instituta fuerunt, cohortamur, non Judaicæ observantiæ jugo vos subdimus, licet enim in temporibus conveniat, non tamen concordat moribus. Sed hæc elusio non solvit argumentum de abrogatione observationum veteris Testamenti Galat. 4. & Col. 2. Et Chrysostomus explicans locum Pauli Galat. 4. annotat, Paulum ideò dixisse (in parte diei festi) ut ostenderet, se arguere eos, qui etiamsi non per omnia, sed tantùm in parte aliquâ, observationes V. T. conscientiis in Novo T. imponere volebant. Qvadragesimæ verò & Pentecostes Jejunia Leo dicit Apostolorum traditione, de Paracleti magisterio instituta. Sed hactenus liquidò ostendimus, falsum hoc esse, nisi quis Montanici Paracleti magisterium & disciplinam, cui Leonis leges de jejuniis non malè conveniunt, intelligat. Leo autem ut suis persvaderet, legale hoc Jugum suscipere, tribuit Jejunio reconciliationem & propitiationem Dei, culparum redemptionem & peccatorum remissionem, sicut in præcedenti-

Chrysostomus de parte diei festi.

Paracletus.

Leo de meritis jejunii.

dentibus tales Leonis sententias adscripsimus. In illis verò mensibus jejunarunt quartâ & sextâ feriâ, Sabbatho verò ad vigilias convenerunt. Hoc enim Leo semper repetit. Qvartâ & sextiâ fariâ jejunem9, Sabbatho verò apud beatum Petrum pariter vigilemus.

§. CXXVI.

Jejunia trium temporum, postea quatuor.

In hisce verò humanarum traditionum sive constitutionibus, sive observationibus, non inutile erit ostendere, fuisse magnas diversitates, qvæ sæpiùs mutatæ, variatæ & cumulatæ fuerunt, donec tandem in leges rigidissimas evaserunt. Apud Gratianum distinct. 76. traditur antea ter in anno Jejunia celebrata, postea vero facta inde qvatuor temporum Jejunia. Elibertinum Concilium cap. 23. statuit singulis mensibus, excepto Julio & Augusto, talia Jejunia celebranda. Rabanus de institutione Clericorum lib. 2. cap. 24. dicit, quatuor illis temporibus Sabbathis specialia Jejunia fuisse constituta, in Mense Martio primo Sabbatho, in Junio secundo Sabbatho, in Septembri tertio Sabbatho, in Decembri qvarto Sabbatho, ante quæ Sabbatha feriâ qvartâ & sextâ legitima jejunia præcesserint. Addit autem, qvod memorabile est, causam & originem illorum jejuniorum hanc fuisse, quod Gelasius constituerit, illis diebus ordinationes Presbyterorum & Diaconorum debere fieri. Cumq; primùm in ordinationibus, exemplo Apostolorum Actor. 13. & 14. propter preces ardentiores adhiberentur jejunia: Postea factum est inde opus operatum & Lex generalis etiam cùm non celebrarentur ordinationes. Idem Rabanus cap. 17. inter Jejunium & stationem ita distingvit, ut Jejunium sit abstinentia cujuslibet diei, non per Legem, sed secundum propriam voluntatem. Statio verò sit observatio statutorum dierum vel temporum, ut qvartæ & sextæ feriæ, Jejunium ex vetere lege præceptū juxta dictum: Jejunio bis in Sabbatho, id est, quartâ & sextâ Sabbathi. Qværso autem Lectorem, ut hanc rationem benè consideret & expendat. Burchardus lib. 13. ex Aurelianensi Concilio citat constitutionem de triduano jejunio rogationum ante festum Ascensionis. Ex Moguntinensi verò citat constitutionem, ut Litania major, à cunctis Christianis, uno die scilicet septimo Calendas Majas, cum Jejunio observaretur. Ex Gregorio Magno describit, Quadragesimam ideò observandam, ut sit persolutio decimarum totius anni. Ex Aurelianensi Concilio describit constitutionem de Jejunio vigiliarum in festivitatibus sanctorum. Nocturni enim conventus in sanctorum festivitatibus, mutati postea sunt in pridiana jejunia, & præceden-

Singulorum mensium jejunia.

Jejunia quatuor temporum unde? Nota.

Discrimen inter Jejuniū & Stationē.

Jejunium Rogationū.

Jejunium Vigiliarum.

tis diei mansit appellatio Vigiliarum. Et cap. 2. tradit in Moguntinensi Synodo constitutum, ut diebus jejuniorum, horâ nonâ cum Litaniis ad Missarum solennia convenirent. Cap. 12. dicit, in Quadragesimâ non nonâ horâ, sed post vespertinum officium manducandū.

Missa circa tempus vespertinum in jejuniis.

Nota de jejunio Sabbathi.

Gratianus de consecrat. dist. 3. citat constitutionem Innocentii, quod omninò singulis Sabbathis sit jejunandum. Quam legem Augustinus prolixâ disputatione ad Consulanum refutat. Et sexta universalis Synodus Can. 55. Romanorum observationem, quod per Quadragesimam Sabbathis jejunabant, reprehendit & improbat. Gratianus verò de consecrat distinct. 5. citat constitutionem Gregorii Septimi, ut diebus Sabbathi omnes Christiani à carnium esu abstineant. Monachis verò in perpetuum prohibuit esum carnium dist. 4. sub Gregorii Magni nomine in Quadragesimâ prohibet usum lacticiniorum & ovorum, sed sexta Synodus circa annum 690. fatetur Canone 56. in Armeniâ & in aliis locis, qvosdam in Quadragesimâ Sabbathis & Dominicis, ova & caseum comedisse, qvod Canone illo tunc prohibebatur. Accessit etiam vulgi superstitio, sicut Nicephorus lib. 17. cap. 32. hoc exemplum describit, cùm Constantinopoli in magnâ rerum inopiâ, Imperator Justinianus, ex Christianâ libertate in Quadragesimâ jussisset carnes venales proponi, populus eas nec emebat nec vendebat. Paulus Diaconus addit, venditores carnium à vulgò interfectos.

Prohibitio Lacticiniorum.

Exemplum superstitionis vulgi.

§.CXXVII.

Porrò varia & mirabilia superstitiosæ & prodigiosæ abstinentiæ illorum temporum exempla, sive facta exstant, quæ omnia hùc referre non est animus. Superstitio enim semel admissa, in infinitas se vertit formas, ut tandem, ubi consistat, non inveniat, adeò, ut tres quadragesimæ à Hieronymo in Montanistis antea publice damnatæ, postea singularis pietatis titulum sibi vendicarint, sicut Beda in historiâ Anglicâ celebrat Monachum qvendam Ecbrechtum, qui tres in anno qvadragesimas cum suis observârit, unum ante Pascha, alterum ante Pentecosten, tertium ante natalem Domini. Et alium celebrat Episcopum, qui duas ex illis celebrandas constituerit.

Tres Quadragesimæ.

Opiniones verò de meritis Jejunii, unà cum constitutionibus seu legibus, subinde magis magisque cumulatæ sunt, sicut supra annotavimus. Bernhardum sentire, qvod Jejunium sit satisfactio pro peccatis, pro quo ea, quæ commisimus, condonentur, & peccata remittantur.

Bernhardus de meritis ejunii.

tantur. Item Jejunium obtinere veniam, promereri gratiam & redimere æterna supplicia. Gratianus dist. 12. qvæst. 2. dicit, Jejunia viventium, esse defunctorum auxilia. Sed non opus est in posterioribus illis seculis, singulorum vel temporum vel authorum, sive constitutiones & leges de temporibus jejuniorum & cibis, sive opiniones de meritis jejuniorum, ordine & prolixè percensere. Scholastici enim Doctores illa omnia in suis summis complexi sunt. Et quia supra peculiari loco Scholasticorum doctrinam de Jejunio exposuimus, ut hoc loco eam repetere non sit opus: Finem igitur jam faciam, & historicam hanc de Jejunio commemorationem concludam, remittens Lectorem ad ea, qvæ supra ex Scholasticis & aliis Pontificiis scriptoribus annotavimus. Atqve hæc è Magno nostri Martino Chemnitio elegisse impræsentiarum sufficiat. Plura qui desiderat, adeat alios Theologos. *D. Gisbertus Voetius in lib. de Politica Ecclesiastica Part. I. lib. II. Tract. 4. cap. 2.* p. 978. laudat præprimis Theologum Reformat. Gallicanum *Dalleum* his verbis: *Jactatam Quadragesimæ Antiquitatem plenissimè refutavit Dalleus lib. de Jejuniis & Quadragesima Anno 1654. Qui idem in scripto Gallico nuperrimè* An. 1662. *contra Jesuitam Adamum & Apostatam Cottibus edito Part. I. cap. 26. 27. 14. rationibus probat, Quadragesimam Papisticam Ecclesiæ trium priorum seculorum fuisse incognitam.* Et paulo post, adductis præcipuis Pontificiis Scriptoribus pro Pontificio Jejunio depugnantibus, Voëtius tandem ita concludit: *Sed Panaceam adversus omnia illa suppeditat Dalleus in Scriptis modo laudatis.*

Gratianus.

Scholasticorum doctrina de Jejunio.

§. CXXVIII.

Non possum autem intermittere, quin hic adscribam judicium *D. Georgii Calixti*, quod de Pontificiorum jejunio formavit *in oratione de Jejunio*, his conceptum verbis: Nunc autem Pontificiorum jejunia paulò accuratiùs considerabimus, ut qvid boni malive habeant, & qvantum cum veris primævæ Ecclesiæ usitatis jejuniis conveniant, cognoscatur. Primo itaqve notum est, jejuniis apud illos destinatam esse singulis septimanis *feriam sextam & septimam*, qvibus alicubi accedit *feria qvarta*. Cumprimis celebre est apud eos *jejunium Quadragesimæ*, quod Festum Paschatis antecedit. Item *Jejunia qvatuor temporum*, ut vocant, & *jejunia in diebus profestis*. Hi quidem stati dies Jejuniorum apud ipsos, in quibus nihil est, qvod reprehendi mereatur, si observentur, non quidem quasi absolutâ necessitate jejunia eò sint alligata, verùm ut ex veteri & laudabili consvetudine, per

tis diei mansit appellatio Vigiliarum. Et cap. 2. tradit in Moguntinensi Synodo constitutum, ut diebus jejuniorum, horâ nonâ cum Litaniis ad Missarum solennia convenirent. Cap. 12. dicit, in Quadragesimâ non nonâ horâ, sed post vespertinum officium manducandū.

Missa circa tempus vespertinum in jejuniis.

Gratianus de consecrat. dist. 3. citat constitutionem Innocentii, quod omninò singulis Sabbathis sit jejunandum. Quam legem Augustinus prolixâ disputatione ad Consulanum refutat. Et sexta universalis Synodus Can. 55. Romanorum observationem, quod per Qvadragesimam Sabbathis jejunabant, reprehendit & improbat. Gratianus verò de consecrat distinct. 5. citat constitutionem Gregorii Septimi, ut diebus Sabbathi omnes Christiani à carnium esu abstineant. Monachis verò in perpetuum prohibuit esum carnium dist. 4. sub Gregorii Magni nomine in Qvadragesimâ prohibet usum lacticiniorum & ovorum, sed sexta Synodus circa annum 680. fatetur Canone 56. in Armeniâ & in aliis locis, qvosdam in Quadragesimâ Sabbathis & Dominicis, ova & caseum comedisse, qvod Canone illo tunc prohibebatur. Accessit etiam vulgi superstitio, sicut Nicephorus lib 17. cap. 32. hoc exemplum describit, cùm Constantinopoli in magnâ rerum inopiâ. Imperator Justinianus, ex Christianâ libertate in Quadragesimâ jussisset carnes venales proponi, populus eas nec emebat nec vendebat. Paulus Diaconus addit, venditores carnium à vulgò interfectos.

Nota de jejunio Sabbathi.

Prohibitio Lacticiniorum.

Exemplum superstitionis vulgi.

§. CXXVII.

Porrò varia & mirabilia superstitiosæ & prodigiosæ abstinentiæ illorum temporum exempla, sive facta exstant, quæ omnia hùc referre non est animus. Superstitio enim semel admissa, in infinitas se vertit formas, ut tandem, ubi consistat, non inveniat, adeò, ut tres quadragesimæ à Hieronymo in Montanistis antea publice damnatæ, postea singularis pietatis titulum sibi vendicarint, sicut Beda in historiâ Anglicâ celebrat Monachum qvendam Ecbrechtum, qui tres in anno qvadragesimas cum suis observârit, unum ante Pascha, alterum ante Pentecosten, tertium ante natalem Domini. Et alium celebrat Episcopum, qui duas ex illis celebrandas constituerit.

Tres Quadragesimæ.

Opiniones verò de meritis Jejunii, una cum constitutionibus seu legibus, subinde magis magisque cumulatæ sunt, sicut supra annotavimus. Bernhardum sentire, qvod Jejunium sit satisfactio pro peccatis, pro quo ea, quæ commisimus, condonentur, & peccata remittantur.

Bernhardus de meritis jejunii.

tantur. Item Jejunium obtinere veniam, promereri gratiam & redimere æterna supplicia. Gratianus dist. 12. quæst. 2. dicit, Jejunia viventium, esse defunctorum auxilia. Sed non opus est in posterioribus illis seculis, singulorum vel temporum vel authorum, sive constitutiones & leges de temporibus jejuniorum & cibis, sive opiniones de meritis jejuniorum, ordine & prolixè percensere. Scholastici enim Doctores illa omnia in suis summis complexi sunt. Et quia supra peculiari loco Scholasticorum doctrinam de Jejunio exposuimus, ut hoc loco eam repetere non sit opus: Finem igitur jam faciam, & historicam hanc de Jejunio commemorationem concludam, remittens Lectorem ad ea, qvæ supra ex Scholasticis & aliis Pontificiis scriptoribus annotavimus. Atqve hæc è Magno nostri Martino Chemnitio elegisse impræsentiarum sufficiat. Plura qui desiderat, adeat alios Theologos. *D. Gisbertus Voëtius in lib. de Politica Ecclesiastica Part. I. lib. II. Tract. 4. cap. 2.* p. 978. laudat præprimis Theologum Reformat. Gallicanum *Dallæum* his verbis: *Jactatam Quadragesimæ Antiquitatem plenissimè refutavit Dallæus lib. de Jejuniis & Quadragesima Anno 1654. Qui idem in scripto Gallico nuperrimè* An. *1662. contra Jesuitam Adamum & Apostatam Cottibus edito Part. I. cap. 26. 27. 14. rationibus probat, Quadragesimam Papisticam Ecclesiæ trium priorum seculorum fuisse incognitam.* Et paulo post, adductis præcipuis Pontificiis Scriptoribus pro Pontificio Jejunio depugnantibus, Voëtius tandem ita concludit: *Sed Panaceam adversus omnia illa suppeditat Dallæus in Scriptis modo laudatis.*

Gratianus.

Scholasticorum doctrina de Jejunio.

§. CXXVIII.

Non possum autem intermittere, quin hic adscribam judicium *D. Georgii Calixti*, quod de Pontificiorum jejunio formavit *in oratione de Jejunio*, his conceptum verbis: Nunc autem Pontificiorum jejunia paulò accuratiùs considerabimus, ut qvid boni malive habeant, & qvantum cum veris primævæ Ecclesiæ usitatis jejuniis conveniant, cognoscatur. Primo itaqve notum est, jejuniis apud illos destinatam esse singulis septimanis *feriam sextam & septimam*, qvibus alicubi accedit *feria qvarta*. Cumprimis celebre est apud eos *jejunium Quadragesimæ*, quod Festum Paschatis antecedit. Item *Jejunia qvatuor temporum*, ut vocant, & *jejunia in diebus profestis*. Hi quidem stati dies Jejuniorum apud ipsos, in quibus nihil est, qvod reprehendi mereatur, si observentur, non quidem quasi absolutâ necessitate jejuniæ eò sint alligata, verùm ut ex veteri & laudabili consvetudine, per

 quam

quam multa ad decorum & ordinem facientia in Ecclesiam, salvâ tamen libertate Christianâ, introducta sunt, qvæ facilè convelli non debent. Neque vero inficias ire possumus, *jejunia quartæ & sextæ feriarum, item Quadragesima esse antiqvissima:* ab Apostolis verò, ut adversariorum nonnulli volunt, præcepta aut instituta esse negamus. Simile quid animadvertere licet in nostris Ecclesiis, quod dies attinet, quibus præter dominicos, ut certis feriis septimanæ & aliis festivitatibus, Christo sive & Apostolorum, memoriæ dicatis, convenimus & sacra tractamus: nempe, neque Christi neque Apostolorum autoritate, sed antiqua tantum consvetudine, hi dies sacris destinati sunt. Et confirmatum id est autoritate magistratus, quod nos religiosè, nullo nostræ libertatis detrimento, observamus. Quod qui reprehenderet, temerarius esset, neque opinor, impunè ferret.

§. CXXIX. *Jejunia quartæ & sextæ feriæ, item quadragesimæ sunt antiquissima, nō tamen ab Apostolis instituta.*

Non sine causa hæc jejunia antiquitus instituta.

Porrò non sine causa hæc tempora antiquitùs jejuniis destinata videntur. Certè *sexta feria* is septimanæ dies est, qvo Servator noster acerbam mortem in cruce pertulit, cum itaqve diem præ cæteris tantæ rei contemplationi & piis precibus dare, atqve eos in fines abstinere cibo, conveniens fuerit ob sanctum institutum. Par ratio *qvadragesimæ*: tunc enim id anni tempus appropinqvat, qvo per mortem filii Dei nobis nostra parta est redemtio. Verùm jam fortè secundum hanc circumstantiam reprehensione carent Pontificii: idem tamen, si ipsam eorum formam sive modum jejunandi spectes, dici non poterit. Nihil dicam de eo, qvod multi inter eos pii homines faciunt, qvos non dubiū est, jejunia peragere, ut oportet, & cibo integros dies abstinere. De communi consvetudine & praxi Romanæ Ecclesiæ, & qvid secundū illam liceat vel nō liceat, quæstio est. Qvod privatim nonnulli faciunt, hoc nihil ad nostram controversiam. Ex eo, qvod vulgò fit, & communi jure licet, judicium de jejuniis Pontificiorum faciamus. *Jejuniū apud Pontificios formaliter* est vesci piscibus, & aliis qvibuscunqve, modo ab animantibus terrestribus, volatilibusqve desumpta non fuerint, & bibere vinum, sive quicunque ad manus venerit, potum. Auditum admissi risum teneatis, amici! Res tamen ita se habet, & secundum leges Ecclesiæ Romanæ jejunavit, quicunqve carnibus, qvas diximus abstinuit, etiamsi piscium optimorum, qvantum usus fuerit, comederit, & generosissimum vinum biberit, additis lautitiis, exquisitis fructibus conditis, ficubus, amygdalis & similibus. Ita, inqvam, præce-

Si forma & modus jejunii Pontificii spectetur; probari non potest.

§. CXXX. *Jejunium apud Pontificios formaliter quid sit?*

pto

pto Ecclesiæ Romanæ de jejunio satisfit & si pœnæ loco jejuniū à confessariis injungitur, itidem eodem modo satisfit, nisi expresse aliter mandatum fuerit. *Antiqvitus qvidem non solvebatur jejunium ante horā nonam, qvæ nobis est tertia pomeridiana*, atqve ita tempus sumendi cibi aliqvot horas ultra solitum differebatur, ut verum jejunium dici posset: sed fortè, qvod molestum esset & speciem veri jejunii referret, id hodie non fit, neqve ut fiat præceptum est. Ut tamen strenuè jejunare & præterito prandio sive non sumto corpus suum castigare videantur, vespertinum officium ante meridiem canunt, & conseqventem meridiem pro vespere habent, adeoqve tum cœnant, vesperâ vero non cœnant, quia mensam mappâ non sternunt, comeduntqve fructûs conditos & confectiones, & bibunt vinum. Atqve ita *Clericis, Prælatis Monachis* jejunium constituitur. Æqvum enim, eos majore servitute corpus affligere, & exemplo aliis præire. Cùm ante qvinqvenniū (anno CIↃ IↃCXII.) Collegium Jesuitarum Aquisgrani diripiebatur à furente plebe, inventa est talium rerum magna copia, sustinendo jejunio Qvadragesimæ, qvod tum forte præ foribus erat, apparata, ut vulgus Aquisgranense in Imperium Alcinoi se incidisse existimaverit. Cæterùm *Vulgus* & prandet & cœnat horis consvetis, & nihilo tamen minus Ecclesiæ Jejunium præcipienti satisfit, quia abstinetur à carnibus, ovis & lacticiniis. Quod si quis, cui forte aliud paratu facilè non est, famem suam particulâ carnis fumo furatæ sedaret; illicò peccatum mortale commisit, idqve confiteri cogitur, & pœnitentiam sive multam eo nomine impositam sustinere. Quod si qvis verò præstantissimis piscibus optimè conditis & præparatis ad satietatem usqve vescatur, & generosissimum vinum bibat, is neqve peccat, neque cuipiam confitetur, sed ut bonus Catholicus, laudem jejunii, juxta præceptum Ecclesiæ servati, reportat.

§. CXXXI. *Jejunium Pontificiorū modo descriptum nunc examinatur.*

Atqve hæc *est publica praxis Romanæ Ecclesiæ*. Nihil ob invidiam additum aut auctum, qvod nemo diversæ partis diffitebitur. Hoc nunc Jejunium paulò examinemus. Ut autem diximus, *Jejunium verum* etiam verbis Servatoris atque exemplis commendatum, *omnimoda est à cibo abstinentia*. Atqvi hoc Pontificium Jejunium tantùm abest, ut sit à cibo omnimoda abstinentia, ut cibum ad saturitatem temporibus alioquin consvetis admittat. Non igitur est verum & in sacris commendatum Jejunium. Quod si pro se allegent

præ cæteris ſpectant, *imminutionem ſcilicet laſciviæ carnis*. Neqve enim hîc muti ſunt, ſed declamare docti, *per alimentum, quod è terreſtribus & volatilibus foveri humorem & calorem, atque ita pabulum ſuppeditari laſciviæ*. Qvaſi verò lardo rancido augeatur humor, & intendatur calor, & excitetur libido magis, quam optimis piſcibus & aromatibus & præſtantiſsimo vino? At ſtatuta Pontificia illis interdicunt, iſta omnia admittunt. Sciunt naturæ rerum periti, nihil magis facere ad calefaciendum ſangvinem, & irritandam proinde libidinem, qvam generoſum vinum & aromata. Eodem faciunt è fructibus amygdalæ, avellanæ, pineæ, caſtaneæ; item phaſeoli, fabæ, oriza, & iſtis omnibus Pontificii, cùm jejunant, utuntur affatim, ut videri qveant, certa tempora, quæ jejuniorum vocant, iis, quas diximus, epulis & lautitiis deſtinaſſe. Hoc ſi fuerit libidini pabulum ſubtraxiſſe & laſciviæ reſtitiſſe, etiam vitavit ignem Empedocles, cum in crateres ardentis Ætnæ inſiluit.

Cæterum præter hoſce, qvos veri jejunii fines nos eſſe admittimus, & à Pontificio jejunio minimè attingi hactenus demonſtravimus, alium finem ſuis jejuniis illi affingunt, & hoc figmento ea, etſi alioqvin rectè haberent, ſibiqve conſtarent, adeò contaminant, ut nihil poſſit eſſe contaminatius. Docent enim, ſe ſuis jejuniis mereri, Deo pro peccatis ſatisfacere. Verum hoc loco id indicare ſufficiat. Refutatione tam abſurdæ opinionis ſuperſedebimus, qvod alibi non minus jejuniis, qvàm univerſis hominum operibus vim meriti & ſatisfactionis detraxerimus. Rerum ſeries & ordo nunc poſtularet, ut ex hiſtoriâ ſubjungerentur, qvæ & qvalia Eccleſiæ primorum ſeculorum jejunia fuerint. Sed veſtrâ, Auditores, patientiâ abuti non debeo. Hoc tamen dico, *conſtare ex antiquitate, jejunia primitùs à Chriſtianis ſtudiosè & accuratè frequentata fuiſſe: interim nullis certis diebus ſimpliciter alligata, ſed obſervata liberè. Delectum verò ciborum nullum fuiſſe, aut certè talem, qui maxime eſſet ſerius, pius & affligendo corpori idoneus, & cum tamen ipſum liberum, & in cujusq. arbitrio poſitum*. Qvod Canon, qvem vocant Apoſtolorum, LXIII. jubet, ut *qvi ex Clero quadrageſimam, aut quartam feriam, aut paraſceven non jejunavit: deponatur; Sin Laicus ſit, communione privetur*. Item Conſtitutiones ſub nomine Clementis l. V. 19. (vid. qvoqve lib. III. c. 24.) præcipiunt, *ut ſex dierum ante paſcha Jejunium inſtituatur; in eſum adhibita*

§. CXXXVI. *Qvæ & qvalia primorū ſeculorū jejunia fuerunt ap. Chriſtianos.*

hibito pane, sale & oleribus, & aquâ in potu. Hæc non ab ipsis Pontificiis servantur, & convenit inter omnes, qvibus gustus est eruditæ pietatis, cum constitutiones, tum Canones istos esse Apocryphos & suppositios. Omninò si genuini essent, verè non dixisset Augustinus, ut supra allegavimus: *Quibus diebus oporteat jejunare, præcepto Domini vel Apostolorum non invenio definitum.* Quid enim canon? quid Διαλογή, (διαταγή fortè) si vim præcepti non habet? Telesphoro, qui secundo seculo sub Antonino Romæ Ecclesiæ præfuit, decretum (distinct: IV c. 4. statuimus) tribuitur, qvo statuitur: *septem hebdomadas plenas ante pascha omnes clerici à carne jejunent.* Atqve Pontificum primi secundique seculi, ac fere etiam tertii scripta, sive quæ sub eorum nominibus scripta circumferuntur, esse omnia adulterina & à planis atqve impostoribus profecta fatetur Cardinalis Cusan. l. III. Conc. Catech. 2. Verum hoc ipso seculo exorti sunt ENCRATITÆ; autore Tatiano, qui, ut nuptias condemnarunt, sic carnem quoqve abominati sunt, sive, ut ex Irenæo citat Eusebius (lib. IV. c. penult.) τῶν λεγομένων παρ' αὐτοῖς ἐμψύχων ἀποχὴν εἰσηγήσαντο, *ab animantibus*, qvæ ipsi ἔμψυχα vocant *abstinendum docent*: A qvorum sententia alieni esse noluerunt, qui postea prodière, MANICHÆI & PRISCILLIANISTÆ, utriqve enim carnes tanqvam immundas, & per se malas, sed cum TERTULLIANO dicere possunt: *abstinemus ab iis, qvæ non rejicimus, sed differimus.* Si tamen nonnullorum dicta consideres, parum à Manichæismo abesse videntur. Quærit *Durandus in Rationali. l. VI. c. 7. Cum pisces,* inqvit, *sint caro, qvare hoc tempore non comeduntur?* Respondet: *Deus non maledixit aqvis, terræ, verò maledixit in operibus hominum, inde est, quod omne genus carnis, quod in terra versatur, tam qvadrupedium, qvam aves in jejuniis non licet comedere.* Hæc ille. Sed unius aut paucorum dicta communi totius Ecclesiæ causæ præjudicium creare non debent. Interim si ad II. seculum redeamus, testatur Irenæus in Epistola ad Lectorem Romanum, *jejuniorum tempora adeoq; ipsius Quadragesimæ libera fuisse tunc & indifferentia.* EUSEBIUS. l. V. c. 24. Neque inqvit, de *solo die Paschæ est dubitatio, sed de ratione jejunii. Quidam enim unum diem sibi jejunandum esse existimant, quidam verò duos, quidam etiam plures, alii 40. horas, diurnas & nocturnas, atq; ita diem suum metiuntur.* SOCRATES de suo tempore (sub finem seculi IV.) idem testatur, nempe, *Quadragesimam*

§. CXXXVII. *Quibus diebus jejunandum, præcepto Domini vel Apostolorum non est definitum*

§. CXXXVIII. *Durandi Responsum, cur pisces hoc tempore non comedantur, cum sint caro?*

nam apud diversos diversam, & delectum ciborum liberum ac sine certâ lege in cujusq; arbitrio positum. Verba ejus sunt l. V. Hist. c. 21. *Jejuniorum,* inquit, *rationem, quæ ante Pascha fiunt, aliter ab aliis observari facile invenitur. Nam qui sunt Romæ, tres septimanas ante Pascha, Sabbatho & Dominico exceptis simul jejunant. Qui autem in Illyria & Græcia, ante sex septimanas jejunia, quæ ante Pascha fiunt, ordiuntur; Paulo autem* post: *Alii inter animantia pisces solos comedunt; alii cum piscibus volucres etiam manducant, alii à fructibus duro integumento involutis & ab ovis*

ΚΕΦΑΛΗ'. Ι.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΗΣ, ΤΗΣ ΧΡΙΣΤΟΥ ΓΕΝΝΗΣΕΩΣ.

Ἡ δὲ δευτέρα τεσσαρακοστὴ καλεῖται τεσσαρακονταήμερος, ὅτι τεσσαράκοντα ἡμέρας νηστεύουσι, πρὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ· νηστεύουσι μὲν ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις. Πρῶτον μὲν τιμῆς ἕνεκα τοῦ Χριστοῦ· δεύτερον δὲ, διὰ τὸ νηστεῦσαι τὸν μώϋσιν τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ τότε κατηξιώθη λαλῆσαι μετὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ πλάκας λαβεῖν. Πρὸς τύπωσιν ἡμῶν· ἐκεῖ μὲν ὁ μώϋσῆς, ἐνήστευσε τεσσαράκοντα ἡμέρας λαλῆσαι τῷ θεῷ, καὶ πλάκας λαβεῖν· ἡμεῖς δὲ ὧδε, νηστεύομεν τοσαύτας ἡμέρας, ἵνα Χριστὸν γεννηθέντα διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ἀπαντήσωμεν, ὡς οἱ μάγοι μετὰ δώρων, καὶ ὡς οἱ ποιμένες ἐλάλησαν μετ' Ἀγγέλων, καὶ στρατιὰν ἀγγέ-

ovis temperant; alii arido pane solùm vescuntur; alii ne illo quidem: sunt qui, cum ad horam nonam jejunaverunt, variis ciborum generibus utuntur: Aliâ ratione apud alias gentes jejunatur. Ejus rei causæ infinitæ propè sunt. Ac nemo quoniam de eo præceptum literatum potest ostendere literarum monumentis proditum, perspicuum est, Apostolos liberam potestatem in eodem cujusq; menti & arbitrio permisisse. Hæc Calixtus. vide *de jejuniis Commentariola, quæ Dn. D. Henricus Höpffnerus, & Dn. D. Georgius Calixtus, compluribus abhinc annis elaborarunt. Hannoveræ, An.1655.*

Caput V.
DE SECUNDA QVADRAGESIMA CIRCA TEMPUS NATIVITATIS CHRISTI.

§.cxxxix. Descriptio secundi jejunii.

Secunda Qvadragesima dicitur qvadraginta dierum Qvadragesima, quia ipsos qvadraginta dies Christi Nativitatem præcedentes jejunant. Jejunant autem his diebus, primò Christum hoc modo honore aliqvo afficiendi & venerandi gratiâ; Secundò, quia Moses qvadraginta diebus jejunus perduravit, & his finitis dignus habitus est, qui ad colloquium cum Deo sociandum admitteretur & Tabulas acciperet; exemplo eopse nobis ad imitãdum proposito. Et tum quidem ideò Moses per quadraginta dies à cibo abstinuit, ut cum Deo loqui & Tabulas de manu Dei accipere posset. Nos verò hoc tempore ideò cibo potuq; vacui tot dies transigimus, ut, Christo propter peccata nostra in vitam hanc edito, ad exemplum Magorum suis cũ donis venientium ita occurramus, & (quemadmo-

ἀγγέλων ἠξιώθησαν εἰδεῖν, καὶ Χριστὸν προσκυνῆσαι, ἡμεῖς δὲ ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ νηστεύοντες, καὶ δουλαγωγούμενοι τὸ Σῶμα, Χριστῷ προσκυνήσωμεν.

ΚΕΦΑΛΗ Ζ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΡΙΤΗΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΗΣ ΠΕΤΡΟΥ ΚΑΙ ΠΑΥΛΟΥ.

Η τρίτη καλεῖται τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου, ἄρχεται δὲ αὐτὴ ἡ Τεσσαρακοστὴ μετὰ τὴν Πεντηκοστὴν μίαν ἑβδομάδα, καὶ κρατεῖ ἕως τῶν εἴκοσι ἐννέα ἡμερῶν τοῦ Ἰουνίου μηνὸς, Τουτέστιν, ἕως τῆς ἑορτῆς τοῦ Πέτρου καὶ Παύλου.

AD CAPUT

§. CXLI. *Festum Pentecostes. It. Festum Petri & Pauli.*) Quandoqvidem in hoc capite mentio injicitur Festorum, lubet qvædam de Festis Græcorum & Ruthenorum hic apponere. Et qvidem:

I. De Festis ipsis.
II. De Festorum certis temporibus.
III. De Sanctis illis, quos illi ut Sanctos colunt.
IV. De Modo & Ratione celebrandi Festa.

Festa apud Græcos varia. I. De Festis & illorum varietate ita scribit noster Christophorus Angelus infra cap. 46. *Græci qvolibet anno triginta sex celebrant festa. Duodecim sunt summa & solemnissima, utpote qvæ Christo & Virgini sunt dedicata, reliqva verò viginti qvatuor in honorem Præcursoris S.S. Apostolorum & magnorum Martyrum instituta sunt.* Paulo fusius hanc materiam

dum Paſtoribus cum Angelis ſermonem habere, numeroſi eorundẽ exercitus contemplatione gaudere, Chriſtumqve ipſum adorare datum eſt; ſic & nos effuſis per confeſſionem peccatis noſtris jejunando, corpusqve noſtrum domantes Chriſto jejuni advolvamur.

CAPUT VI.
DE TERTIA QVADRAGESIMA PETRI ET PAULI.

§. CXL. *Deſcriptio tertii jejunii.*

Tertia Qvadrageſima eſt Divorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quæ primâ poſt Feſtum Pentecoſtes ſeptimanâ initium, Finem verò die vigeſimâ nonâ Junii, h. e. in Feſto Petri & Pauli ſortitur.

VI.

teriam perſequitur *Jacobus Goar in Rituali* pag 12. §. 5. In tres Claſſes Feſta diſtribuunt Græci, in Δεσποτικά, quæ Chriſti Domini ſunt, Θεομητορικά, qvæ Dei Matris, καὶ τῶν Ἁγίων, qvæ Sanctorum ſunt Propr ia. Glycas ſex diebus cuncta Deum condidiſſe contemplatus, ſex etiam Feſtis ſeu potius Oeconomiæ ſuæ in carne myſteriis, cuncta renovaſſe arbitratus eſt. Part. IV. Annalium, ubi hoc ordine leguntur enumerata: Nativitas, Baptiſmus, Paſſio, Reſurrectio, Aſcenſio & Pentecoſtes. Verùm cum Transfigurationis dies ſolemnisſimus ſit Græcis; miror, cur hebdomadi Feſtorum diem unum detraxerit Glycas? Fidelius itaqve Dominica Feſta his verſibus alii recenſent:

> Τὸ χαῖρε, γέννα, Συμεὼν, καὶ Ἰορδάνης.
> Θαβώρων, Λάζαρος, τὰ Βαΐα, ξύλον,
> Ἔγερσις, Ἄρσις, Πνεῦμα.

Annunciatio, Nativitas, Præſentatio Chriſti in Simeonis ulnis, ejus Baptiſmus, Transfiguratio, Lazari Reſurrectio, Dies Palmarum, Crucifixio, Reſurrectio, Aſcenſio & Pentecoſte. Eadem porrò Dei Matris Feſta celebrat Eccleſia Orientalis, qvæ & Occidua, præterqvam Viſitationis, cujus eſt apud nos recentior inſtitutio.

§. CXLII. Addo, quæ habet Leo Allatius in Diſputatione de Dominicis & Hebdomadibus Recentiorum Græcorum §. 2. col. 1403. 1404. Advertendum eſt, dies Dominicas, qvæ Græcis Κυριακαὶ ſunt, multum diverſas eſſe à diebus Feſtis Dominicis, ſive mavis Herilibus, qvæ Græci Δεσποτικὰς ἑορτὰς vocant, ſeu Κυριακάς. Cum enim illi, dies Feſtos Domini ac Deiparæ, quibus nihil majus in ſolemnitatibus Eccleſiaſticis eſt, complectantur, hinc Dominicæ ſive Heriles, & à Chriſto, qui Κύριος eſt & Δεσπότης, & Deipara Δέσποινα, Dominus & Herus, & Domina nomen ſibi vendicarunt. Et primùm qvidem non omnes Virginis Solennitates in horum numero collocabantur, ſed eæ ſolummodò, qvæ Virginem ipſam & Chriſtum reſpicerent; ut eſt Purificatio vel Hypapante, Annunciatio: poſtmodum factum eſt, ut arbitrio hominum novæ qvoqve adderentur; ut ejusdem Nativitas, Mors, Conceptio: ideoque non eædem ſemper apud omnes numerantur, ſed variæ, modò plures, modò pauciores, ut aliàs annotabamus. Georgius Hamartolus, in Juſtiniano, ex Chryſoſtomo, ſeptem tantùm eſſe contendit, &c. vide Autorem. Tandem duodenario numero ſex nempe Virginis, & ſex Chriſti circumcluſæ ſunt. Et colligitur ex Nicolao Patriarchâ, carmine ad Anaſtaſium Abbatem Typico cap. III. Marco Monacho de Dubiis Typicis cap. LX. & LXI & aliis. Feſta hiſce temporibus ſunt, Annunciatio Virginis, Nativitas Chriſti, Purificatio Virginis, Epiphanis, Epiphania, Baptiſma Chriſti, qvando à Johanne in Jordane baptizatus eſt, Transfiguratio Domini, Reſurrectio Lazari, Feſta Palmarum, Ligni Sanctæ Crucis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Aſſumtionis Virginis.

§. CXLIII. *Certa tempora Feſtorum.* II. De Feſtorum certis temporibus hoc annotaſſe in præſens ſufficiat, qvod Alexander Gvvagninus, de Relig: Moſcovit: omniumqve Ruthenorum ſcribit: Rutheni ſecundum Calendarium ſuum, pluríma Feſta divorum, non his diebus, quibus Romani, celebrant. Trinitatis Feſtum celebrant Feriâ Secundâ Pentecoſtes, in Octavâ autem Pen-

Pentecostes, Festum omnium Sanctorum obeunt. Festum verò Corporis Christi more Romanæ Ecclesiæ non venerantur.

Quibus temporibus autem Græci sua Festa celebrent, potest cognosci ex *Tractatu Leonis Allatii de Dominicis & Hebdomadibus Recentiorum Græcorum*, præprimis col: 1475, 1476, 1477, 1478. & seqq. nec non Col. 1487. 1488. 1489. seqq.

De Sanctis S. Nicolao & aliis.

III. De SANCTIS autem Ruthenorum & Moscorũ ita Gvvagninus. p. 229. 230. Nicolaum S. inter cœteros Divos præcipue venerantur, eumqve divino ferè cultu prosequuntur, templaqve præcipua nomini ejus dicata erigunt, de cujus plurimis miraculis frequenter prædicant. Habent etiam in Catalogo Sanctorum Romanos quosdã Pontifices, quos inter Sanctos venerantur. Cæteros verò, qui post eorum Schisma fuerunt (qvando â Romanis disjuncti sunt) execrantur, & pro Hæreticis gravissimis eos habent, eosqve Schismaticos appellãt. In Septimo enim Generali Concilio, qvod sub Adriano Papâ celebratum est, conclusum esse dicunt, ut ea, qvæ in præcedentibus Synodis constituta conclusaqve fuerint, in posterum qvoqve solida, rata, acceptaqve & perpetua teneantur: nec posthâc cuiqvam sub gravi Anathematis poenâ aliud Concilium celebrare, aut accedere licere. In his autem Septem Conciliis, hos Pontifices Romanos fuisse constat, qvos Rutheni inter Sanctos venerantur, dignosqve Cathedrâ S. Petri dicunt. Ideo qvod secum sentirent, in primâ Synodo Papam Sylvestrũ, in Secundâ Damasum, in Tertiâ Celestinum, in Quartâ Leonem, in Quintâ Vigilium, in Sextâ Orphanium, in Septimâ Adrianum, omnia Concilia & Synodos post has septem prædictas Synodos celebrata, maledicta, perversa, & hæresi turpiter depravata esse dicunt. Erat quidam Metropolitanus Russiæ, Isidorus nomine, qui sedem suam in Kiovia retinebat, is ad Concilium Florentinum, qvod celebratum est sub Eugenio Papâ, venerat, ubi Ecclesias Ruthenicas, abjectis Græcorum ritibus, cum Ecclesiâ Romanâ univerat. Tandem in Russiam reversus cùm propositum suum, & rem jam conclusam Ruthenis proponeret, illosqve ex Verbo Dei ad Unitatem & concordiam Fidei instrueret, captus, omnibusqve bonis spoliatus in carcerem conjectus est. Hæc Gvvagninus. Idem dicit *Neugebaur, Moscov*: cap. 12. p. 85. Ex Archontologiâ Cosmicâ Part. I. p. 469. b. Sanctis (Mosci) multũ deferunt honoris, petentes ab iis, ut ad Deum pro se intercedant, inprimis

§. CXLIV. Græci septẽ Concilia tãtum orthodoxa agnoscunt.

primis

exemplum Danielis pane desiderabili, ut ipse ait, vino & carne abstinentis, responsum jam ante est, Danielem non dicere eo loco, se jejunasse. Quod si Jejunium vocatur, abusus vocabuli est & homonymia. Deinde abstinuit Daniel vino: at Pontificii minime abstinent. Denique abstinuit carnibus, non piscium minus, quam reliquorum animantium; nam & illi, ut monuimus, carnes sunt & dicuntur, & in illis non parvæ delitiæ esse possunt. At Pontificii totam rationem sui Jejunii in esu piscium constituunt. Manifestum igitur est ab exemplo non uno modo, sed pluribus Pontificios abire, neque id posse jure meritoque pro se allegare.

§.CXXXII. *Argumentũ firmissimum contra Pontificiorum jejunium.*

Secundo argumentor in hunc modum:

Cum quo præcepto & instituto jejunandi, quantum est ex ratione ipsius, stare potest saturitas, imò gula, luxus, lautitia, id ipsum futile, vanum & ludibrium.

At cum præcepto & instituto jejunandi Pontificio, quantum ex ratione ipsius, stare potest, non tantum saturitas, sed etiam luxus & gula.

Ergo præceptum & institutum jejunandi Pontificium est tale.

Major, probatione non indiget. Nam præ se ferre jejunium & nihilominus vesci ad saturitatem, imo lautitiis & delitiis operam dare, tantum est ludibrium, ut majus aliquod vix esse possit.

Minor, è dictis & experientia est manifesta. Præcipit Romana Ecclesia, ut abstineatur à carnibus, permittit interim pisces & vinum & aromata, & nullum non delitiarum genus, neque quantitatem imminuit, neque horam ultra solitum differt. Qui igitur tota Quadragesimâ lautissimis epulis & exequisitissimis delitiis, ut lubet vescitur, & vinum bibit meracissimum, modo carnibus abstineat, Jejunium tamen Pontificium servat, & contra ejus legem nihil quicquam committit, neque ulla expiatione indiget. Et hoc, ut dixi, satis patefacit experientia, neque ignoravit *Alanus*, de *planctu Naturæ* cum scripsit: *Hodie gulæ vitium profundius se porrigit in Dominos & Prælatos, qui salmones, lucios, caterosq; pisces æquipollente generositate insignes, variis decoctionum cruciant martyriis, balneantes officio sacri piperis, ut multiformem saporis gratiam consequantur. Alius ministrorum contundit, colat alius & conficit, substantiam vertit in accidens, naturam mutat in aërem, ut saturitas transeat in esuriem.* Notum è scriptoribus tum Græcis, tum Latinis, olim præcipuum gurgitum luxum in piscibus fuisse; inde est, quod Satyricus Juvenalis sat. v.

§.CXXXIII *Alani egregium monitum.*

Olim præcipuus gurgitum luxus fuit in piscibus.

Nullus

Nullus erit Domini, quem misit Corsica, vel quem
Tauromenitanæ rupes: quando omne peractum est,
Et jam defecit nostrum mare, dum gula sævit,
Retibus assiduis penitus scrutante macello
Proxima, nec patitur Tyrrhenum crescere piscem.
Et de insigni quodam gulæ ministro sat. IV.
- - - - *Circeis nata forent, an*
Lucrinum ad saxum Rutupinove edita fundo
Ostrea, callebat primo deprendere morsu:
Et semel aspecti littus dicebat Echini.

Hic hujusque similes ad modum moremque Pontificiorum splendidè jejunassent. Notum qvoqve est, sæpe *ipso tempore Quadragesimali à Prælatis Pontificiis luxuriosissima convivia institui.* Annon igitur verum est, cum Jejunio Pontificio stare posse saturitatem, gulam & luxum?

§. CXXXIV. *Veri jejunii Fines considerandi.*

Tertiò de jejuniis Pontificiis eò rectiùs judicabimus, quò attentiùs veri Jejunii fines consideraverimus. Jam antè satis superqve diximus, & ostendimus, Jejunia, ut sic, per se & propter se expetenda non esse, sed ob certos fines, *nempè ut tantò majore operâ de peccatis doleamus, veniam à Deo petamus, sanctis contemplationibus & precibus operam demus seriam, deniq, petulantiam carnis castigemus*, qvam videntur Pontificii præ cæteris attendere. Nunc itaqve si constet, Jejunium Pontificiorum ad hosce fines non conferri, omninò & vanum & futile & præter mentem Prophetarum & Apostolum introductum esse constabit. Sed vix ea res dubitationem admittit. Ridet Poëta Pers. sat. I. quando
- - - - *Inter pocula quærunt*
Romulidæ saturi, quid dia poemata narrent.

§. CXXXV. *Convertibilia sunt apud Pontificios jejunia & saturitas, esuries & satietas.*

Et certum est, saturitatem & pocula contemplationibus & precibus impedimento esse, adeoqve commendari Jejunia, quæ saturitatem & pocula procul abigant. Atqve uti hactenus ostensum est, jejunia Pontificia neutrum excludunt. *Convertibilia enim sunt apud Pontificios Jejunia & saturitas, esuries, & satietas.* Ejusmodi igitur Jejunia, legesqve de iis latæ suâ vi, ad fines, qvos commemoravimus, nihil planè conferunt, neqve magis illis profeceris, quàm si aqvam cribro haurias, vel reti ventos. Videamus eum finem, quem ipsi piæ

præ cæteris ſpectant, *imminutionem ſcilicet laſciviæ carnis.* Neqve enim hic muti ſunt, ſed declamare docti, *per alimentum, quod è terreſtribus & volatilibus foveri humorem & calorem, atque ita pabulum ſuppeditari laſciviæ.* Qvaſi verò lardo rancido augeatur humor,& intendatur calor, & excitetur libido magis,quam optimis piſcibus & aromatibus & præſtantisſimo vino? At ſtatuta Pontificia illis interdicunt, iſta omnia admittunt. Sciunt naturæ rerum periti, nihil magis facere ad calefaciendum ſangvinem, & irritandam proinde libidinem, qvam generoſum vinum & aromata. Eodem faciunt è fructibus amygdalæ, avellanæ, pineæ, caſtaneæ; item phaſeoli, fabæ, oriza,& iſtis omnibus Pontificii, cùm jejunant, utuntur affatim, ut videri qveant, certa tempora,quæ jejuniorum vocant, iis, quas diximus, epulis & lautitiis deſtinaſſe. Hoc ſi fuerit libidini pabulum ſubtraxiſſe & laſciviæ reſtitiſſe, etiam vitavit ignem Empedocles, cum in crateres ardentis Ætnæ inſiluit.

Cæterum præter hoſce, qvos veri jejunii fines nos eſſe admittimus, & à Pontificio jejunio minimè attingi hactenus demonſtravimus, alium finem ſuis jejuniis illi affingunt, & hoc figmento ea,etſi alioqvin rectè haberent, ſibiqve conſtarent, adeò contaminant, ut nihil poſſit eſſe contaminatius. Docent enim,ſe ſuis jejuniis mereri, Deo pro peccatis ſatisfacere. Verum hoc loco id indicare ſufficiat. Refutatione tam abſurdæ opinionis ſuperſedebimus, qvod alibi non minus jejuniis, qvàm univerſis hominum operibus vim meriti & ſatisfactionis detraxerimus. Rerum ſeries & ordo nunc poſtularet, ut ex hiſtoriâ ſubjungerentur, qvæ & qvalia Eccleſiæ primorum ſeculorum jejunia fuerint. Sed veſtrâ, Auditores, patientiâ abuti non debeo. Hoc tamen dico, *conſtare ex antiquitate, jejunia primitùs à Chriſtianis ſtudiosè & accuratè frequentata fuiſſe: interim nullis certis diebus ſimpliciter alligata, ſed obſervata liberè. Delectum verò ciborum nullum fuiſſe, aut certè talem, qui maximè eſſet ſerius, pius & affligendo corpori idoneus, & eum tamen ipſum liberum, & in cujusq. arbitrio poſitum.* Qvod Canon, qvem vocant Apoſtolorum, LXIII. jubet, ut *qvi ex Clero quadrageſimam, aut quartam feriam, aut paraſceven non jejunavit: deponatur: Sin Laicus ſit, communione privetur.* Item Conſtitutiones ſub nomine Clementis l. V. 19. (vid. qvoqve lib. III. c. 24.) præcipiunt, *ut ſex dierum ante paſcha Jejunium inſtituatur, in eſum adhibitis*

§. CXXXVI. *Qvæ & qvalia primorũ ſeculorũ jejunia fuerunt ap. Chriſtianos.*

hibito pane, sale & oleribus, & aquâ in potu. Hæc non ab ipsis Pontificiis servantur, & convenit inter omnes, qvibus gustus est eruditæ pietatis, cum constitutiones, tum Canones istos esse Apocryphos & suppositios. Omninò si genuini essent, verè non dixisset Augustinus, ut supra allegavimus: *Quibus diebus oporteat jejunare, præcepto Domini vel Apostolorum non invenio definitum.* Quid enim canon? quid Διαλογή; (διαταγή forte) si vim præcepti non habet? Tetesphoro, qui secundo seculo sub Antonino Romæ Ecclesiæ præfuit, decretum (distinct: IV c. 4. statuimus) tribuitur, qvo statuitur: *septem hebdomadas plenas ante pascha omnes clerici à carne jejunent.* Atqve Pontificum primi secundique seculi, ac fere etiam tertii scripta, sive quæ sub eorum nominibus scripta circumferuntur, esse omnia adulterina & à planis atque impostoribus profecta fatetur Cardinalis Cusan. l. III. Conc. Catech. 2. Verum hoc ipso seculo exorti sunt ENCRATITÆ; autore Tatiano, qui, ut nuptias condemnarunt, sic carnem quoqve abominati sunt, sive, ut ex Irenæo citat Eusebius (lib. IV. c. penult.) τῶν λεγομένων παρ' αὐτοῖς ἐμψύχων ἀποχὴν εἰσηγήσαντο, *ab animantibus,* qvæ ipse ἔμψυχα vocant *abstinendum docent:* A qvorum sententia alieni esse noluerunt, qui postea prodière, MANICHÆI & PRISCILLIANISTÆ, utriqve enim carnes tanqvam immundas, & per se malas, sed cum TERTULLIANO dicere possunt: *abstinemus ab iis, qvæ non rejicimus, sed differimus.* Si tamen nonnullorum dicta consideres, parum à Manichæismo abesse videntur. Quærit *Durandus in Rationali. l. VI. c. 7. Cum pisces,* inqvit, *sint caro, qvare hoc tempore non comeduntur?* Respondet: *Deus non maledixit aqvis, terræ, verò maledixit in operibus hominum, inde est, quod omne genus carnis, quod in terra versatur, tam qvadrupedium, qvam aves in jejuniis non licet comedere.* Hæc ille. Sed unius aut paucorum dicta communi totius Ecclesiæ causæ præjudicium creare non debent. Interim si ad II. seculum redeamus, testatur Irenæus in Epistola ad Lectorem Romanum, *jejuniorum tempora adeoq; ipsius Quadragesimæ libera fuisse tunc & indifferentia.* EUSEBIUS. l. V. c. 24. Neque inqvit, de *solo die Paschæ est dubitatio; sed de ratione jejuni. Quidam enim unum diem sibi jejunandum esse existimant, quidam verò duos, quidam etiam plures, alii 40. horas, diurnas & nocturnas, atq; ita diem suum metiuntur.* SOCRATES de suo tempore (sub finem seculi IV.) idem testatur, nempe, *Quadragesimam*

§. CXXXVII. *Quibus diebus jejunandum, præcepto Domini vel Apostolorum non est definitum*

§. CXXXVIII. *Durandi Responsum, cur pisces hoc tempore non comedantur, cum sint caro?*

ciam apud diversos diversam, & delectum ciborum liberum ac sine certâ lege in cujusq; arbitrio positum. Verba ejus sunt l. V. Hist. c. 21. Jejuniorum inquit, rationem, quæ ante Pascha fiunt, aliter ab aliis observari facile invenitur. Nam qui sunt Romæ, tres septimanas ante Pascha, Sabbatho & Dominico exceptis simul jejunant. Qui autem in Illyria & Græcia, ante sex septimanas jejunia, quæ ante Pascha fiunt, ordinntur, Paulo autem post: Alii inter animantia pisces solos comedunt; alii cum piscibus volucres etiam manducant, alii à fructibus duro integumento involutis & ab ovis

ΚΕΦΑΛΗ´. Ι.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΗΣ, ΤΗΣ ΧΡΙΣΤΟΥ ΓΕΝΝΗΣΕΩΣ.

Ἡ δὲ δευτέρα τεσσαρακοστὴ καλεῖται τεσσαρακονταήμερος, ὅτι τεσσαράκοντα ἡμέρας νηστεύουσι, περὶ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ· νηστεύουσι μὲν ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις. Πρῶτον μὲν τιμῆς ἕνεκα τοῦ Χριστοῦ· δεύτερον δὲ, διὰ τὸ νηστεῦσαι τὸν μώϋσιν τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ τότε κατηξιώθη λαλῆσαι μετὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ πλάκας λαβεῖν. Πρὸς τύπωσιν ἡμῶν· ἐκεῖ μὲν ὁ μωϋσῆς, ἐνήστευσε τεσσαράκοντα ἡμέρας λαλῆσαι τῷ θεῷ, καὶ πλάκας λαβεῖν· ἡμεῖς δὲ ὧδε, νηστεύομεν τοσαύτας ἡμέρας, ἵνα Χριστὸν γεννηθέντα διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ἀπαντήσωμεν, ὡς οἱ μάγοι μετὰ δώρων, καὶ ὡς οἱ ποιμένες ἐλάλησαν μετ᾽ Ἀγγέλων, καὶ στρατιὰν ἀγγέ-

ovis temperant; alii arido pane solùm vescuntur; alii ne illo quidem: sunt qui, cum ad horam nonam jejunaverunt, variis ciborum generibus utuntur: Aliâ ratione apud alias gentes jejunatur. Ejus rei causæ infinitæ prope sunt. Ac nemo quoniam de eo præceptum literatum potest ostendere literarum monumentis proditum, perspicuum est, Apostolos liberam potestatem in eodem cujusq; menti & arbitrio permisisse. Hæc Calixtus. vide *de jejuniis Commentariola, quæ Dn. D. Henricus Höpffnerus, & Dn. D. Georgius Calixtus, compluribus abhinc annis elaborarunt. Hannoveræ. An. 1655.*

Caput V.

DE SECUNDA QVADRAGESIMA CIRCA TEMPUS NATIVITATIS CHRISTI.

§. CXXXIX. *Descriptio secundi jejunii.*

SEcunda Qvadragesima dicitur qvadraginta dierum Qvadragesima, quia ipsos qvadraginta dies Christi Nativitatem præcedentes jejunant. Jejunant autem his diebus, primò Christum hoc modo honore aliqvo afficiendi & venerandi gratiâ; Secundò, quia Moses qvadraginta diebus jejunus perduravit, & his finitis dignus habitus est, qui ad colloquium cum Deo sociandum admitteretur & Tabulas acciperet; exemplo eopse nobis ad imitādum proposito. Et tum quidem ideò Moses per quadraginta dies à cibo abstinuit, ut cum Deo loqui & Tabulas de manu Dei accipere posset. Nos verò hoc tempore ideò cibo potuq; vacui tot dies transigimus, ut, Christo propter peccata nostra in vitam hanc edito, ad exemplum Magorum suis cũ donis venientium ita occurramus, & (quemadmo-

ἀγγέλων ἠξιώθησαν εἰδεῖν, καὶ Χριστὸν προσκυνῆσαι, ἡμεῖς δὲ ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ νηστεύοντες, καὶ δουλαγωγούμενοι τὸ Σῶμα, Χριστῷ προσκυνήσωμεν.

ΚΕΦΑΛΗ Ζ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΡΙΤΗΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΗΣ ΠΕΤΡΟΥ ΚΑΙ ΠΑΥΛΟΥ.

Η τρίτη καλεῖται τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου, ἄρχεται δὲ αὐτὴ ἡ Τεσσαρακοστὴ μετὰ τὴν Πεντεκοστὴν μίαν ἑβδομάδα, καὶ κρατεῖ ἕως τῶν εἴκοσι ἔννεα ἡμερῶν τοῦ Ἰουνίου μηνός, τουτέστιν, ἕως τῆς ἑορτῆς τοῦ Πέτρου καὶ Παύλου.

Ad Caput

§. CXLI. *Festum Pentecostes. It. Festum Petri & Pauli.*) Quandoqvidem in hoc capite mentio injicitur Festorum, lubet qvædam de Festis Græcorum & Ruthenorum hic apponere. Et qvidem:

I. De Festis ipsis.
II. De Festorum certis temporibus.
III. De Sanctis illis, quos illi ut Sanctos colunt.
IV. De Modo & Ratione celebrandi Festa.

Festa apud Græcos varia.

I. De Festis & illorum varietate ita scribit noster Christophorus Angelus infra cap. 46. *Græci qvolibet anno triginta sex celebrant festa. Duodecim sunt summa & solemnissima, utpote quæ Christo & Virgini sunt dedicata, reliqua verò viginti qvatuor in honorem Præcursoris S.S. Apostolorum & magnorum Martyrum instituta sunt.* Paulo fusius hanc ma-

dum Paſtoribus cum Angelis ſermonem habere, numeroſi eorundẽ exercitus contemplatione gaudere, Chriſtumqve ipſum adorare datum eſt; ſic & nos effuſis per confeſſionem peccatis noſtris jejunando, corpusqve noſtrum domantes Chriſto jejuni advolvamur.

Caput VI.

§. CXL. *Deſcriptio tertii jejunii.*

DE TERTIA QVADRAGESIMA PETRI ET PAULI.

TErtia Qvadrageſima eſt Divorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quæ primâ poſt Feſtum Pentecoſtes ſeptimanâ initium, Finem verò die vigeſimâ nonâ Junii, h. e. in Feſto Petri & Pauli ſortitur.

VI.

teriam perſequitur *Jacobus Goar in Rituali* pag 12. §. 5. In tres Claſſes Feſta diſtribuunt Græci, in Δεσποτικὰ, quæ Chriſti Domini ſunt, Θεομητορικα, qvæ Dei Matris, καὶ τῶν Ἁγίων, qvæ Sanctorum ſunt Propr ia. Glycas ſex diebus cuncta Deum condidiſſe contemplatus, ſex etiam Feſtis ſeu potius Oeconomiæ ſuæ in carne myſteriis, cuncta renovaſſe arbitratus eſt. Part. IV. Annalium, ubi hoc ordine leguntur enumerata: Nativitas, Baptiſmus, Paſſio, Reſurrectio, Aſcenſio & Pentecoſtes. Verùm cum Transfigurationis dies ſolemniſſimus ſit Græcis; miror, cur hebdomadi Feſtorum diem unum detraxerit Glycas? Fidelius itaqve Dominica Feſta his verſibus alii recenſent:

Τὸ χαῖρε, γεννᾶ, Συμεὼν, καὶ Ἰορδάνης.
Θαβώριον, Λάζαρος, τὰ Βαΐα, ξύλον,
Ἔγερσις, Ἄρσις, Πνεῦμα.

Annunciatio, Nativitas, Præſentatio Chriſti in Simeonis ulnis, ejus Baptiſmus, Transfiguratio, Lazari Reſurrectio, Dies Palmarum, Crucifixio, Reſurrectio, Aſcenſio & Pentecoſte. Eadem porrò DeiMatris Feſta celebrat Eccleſia Orientalis, qvæ & Occidua, præterqvam Viſitationis, cujus eſt apud nos recentior inſtitutio.

§. CXLII. Addo, quæ habet Leo Allatius in Diſputatione de Dominicis & Hebdomadibus Recentiorum Græcorum §. 2. col. 1403. 1404. Advertendum eſt, dies Dominicas, qvæ Græcis Κυριακαὶ ſunt, multum diverſas eſſe à diebus Feſtis Dominicis, ſive mavis Herilibus, qvæ Græci Δεσποτικὰς ἑορτὰς vocant, ſeu Κυριακάς. Cum enim illi, dies Feſtos Domini ac Deiparæ, quibus nihil majus in ſolemnitatibus Eccleſiaſticis eſt, complectantur, hinc Dominicæ ſive Heriles, & à Chriſto, qui Κύριος eſt & Δεσπότης, & Deipara Δέσποινα, Dominus & Herus, & Domina nomen ſibi vendicarunt. Et primùm qvidem non omnes Virginis Solennitates in horum numero collocabantur, ſed eæ ſolummodò, qvæ Virginem ipſam & Chriſtum reſpicerent; ut eſt Purificatio vel Hypapante, Annunciatio: poſtmodum factum eſt, ut arbitrio hominum novæ qvoqve adderentur; ut ejusdem Nativitas, Mors, Conceptio: ideoque non eædem ſemper apud omnes numerantur, ſed variæ, modò plures, modò pauciores, ut aliàs annotabamus, Georgius Hamartolus, in Juſtiniano, ex Chryſoſtomo, ſeptem tantùm eſſe contendit, &c. vide Autorem. Tandem duodenario numero ſex nempe Virginis, & ſex Chriſti circumcluſæ ſunt. Et colligitur ex Nicolao Patriarchâ, carmine ad Anaſtaſium Abbatem Typico cap. III. Marco Monacho de Dubiis Typicis cap. LX. & LXI & aliis. Feſta hiſce temporibus ſunt, Annunciatio Virginis, Nativitas Chriſti, Purificatio Virginis, Epiphanis, Epiphania, Baptiſma Chriſti, qvando à Johanne in Jordane baptizatus eſt, Transfiguratio Domini, Reſurrectio Lazari, Feſta Palmarum, Ligni Sanctæ Crucis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Aſſumtionis Virginis.

§. CXLIII. *Certa tempora Feſtorum.* II. De Feſtorum certis temporibus hoc annotaſſe in præſens ſufficiat, qvod Alexander Gvvagninus, de Relig: Moſcovit: omniumqve Ruthenorum ſcribit: Rutheni ſecundum Calendarium ſuum, plurima Feſta divorum, non his diebus, quibus Romani, celebrant. Trinitatis Feſtum celebrant Feriâ Secundâ Pentecoſtes, in Octavâ autem

Pen-

Pentecostes, Festum omnium Sanctorum obeunt. Festum verò Corporis Christi more Romanæ Ecclesiæ non venerantur.

Quibus temporibus autem Græci sua Festa celebrent, potest cognosci ex *Tractatu Leonis Allatii de Dominicis & Hebdomadibus Recentiorum Græcorum*; præprimis col: 1475, 1476, 1477, 1478. & seqq. nec non Col.; 1487. 1488. 1489. seqq.

De Sanctis S. Nicolao, & aliis.

III. De SANCTIS autem Ruthenorum & Moscorũ ita Gvvagninus. p. 229. 230. Nicolaum S. inter cœteros Divos præcipue venerantur, eumqve divino ferè cultu prosequuntur, templaqve præcipua nomini ejus dicata erigunt, de cujus plurimis miraculis frequenter prædicant. Habent etiam in Catalogo Sanctorum Romanos quosdã Pontifices, quos inter Sanctos venerantur. Cæteros verò, qui post eorum Schisma fuerunt (qvando à Romanis disjuncti sunt) execrantur, & pro Hæreticis gravissimis eos habent; eosqve Schismaticos appellãt. In Septimo enim Generali Concilio, qvod sub Adriano Papâ celebratum est, conclusum esse dicunt, ut ea, qvæ in præcedentibus Synodis constituta conclusaqve fuerint, in posterum qvoqve solida, rata, acceptaqve & perpetua teneantur: nec posthâc cuiqvam sub gravi Anathematis poenâ aliud Concilium celebrare, aut accedere licere. In his autem Septem Conciliis, hos Pontifices Romanos fuisse constat, qvos Rutheni inter Sanctos venerantur, dignosqve Cathedrâ S. Petri dicunt: Ideo qvod secum sentirent, in primâ Synodo Papam Sylvestrũ, in Secundâ Damasum, in Tertiâ Celestinum, in Quartâ Leonem, in Quintâ Vigilium, in Sextâ Orphanium, in Septimâ Adrianum, omnia Concilia & Synodos post has septem prædictas Synodos celebrata, maledicta, perversa, & hæresi turpiter depravata esse dicunt. Erat quidam Metropolitanus Russiæ, Isidorus nomine, qui sedem suam in Kiovia retinebat, is ad Concilium Florentinum, qvod celebratum est sub Eugenio Papâ, venerat, ubi Ecclesias Ruthenicas, abjectis Græcorum ritibus, cum Ecclesiâ Romanâ univerat. Tandem in Russiam reversus cùm propositum suum, & rem jam conclusam Ruthenis proponeret, illosqve ex Verbo Dei ad Unitatem & concordiam Fidei instrueret, captus, omnibusqve bonis spoliatus in carcerem conjectus est. Hæc Gvvagninus. Idem dicit *Neugebaur, Moscov:* cap. 12. p. 85. Ex Archontologiâ Cosmicâ Part. I. p. 469. b. Sanctis (Mosci) multũ deferunt honoris, petentes ab iis, ut ad Deum pro se intercedant, inprimis

§. CXLIV. Græci septẽ Concilia tãtum orthodoxa agnoscunt.

primis

primis autem ut Patronum venerantur S. Nicolaum, ut ab initio diximus. Eſt ſtatua ejus Divi in urbe Muſcoviâ, in quâ juſſu Magni Ducis ſingulis diebus manè in loco. ubi imago eſt, offertur magna vis panis carnium & aliarum rerum, qvæ poſtea diſtribuuntur inter Miniſtros Eccleſiæ, qvi aſſidui ſunt in officiis Sacris, dicentes Hymnos in Laudē Dei & orantes pro Salute Principis.

§. CXLV. *Græcorum* Ἁγιολατρεία & Ἀγγελολατρεία.

De Græcorum Ἁγιολατρεία, nec non Ἀγγελολατρεία h. e. Idololatrico cultu Sanctis defunctis & Angelis exhibito, hæc annotavit *D. Elias Veielius de Eccleſia Græcan.* p. 42. Ἁγιολατρεία & Ἀγγελολατρεία qvâ in Divino cultu Deo Collegas & Socios dant Sanctos & Angelos Jerem: Debentur porrò honores qvoqve Sanctis, à nobis & recipiendi ſunt, & offerri templis horum par eſt: hoc etiam Θεάνθρωπος hoc dicto ſignificavit: Qui vos recipit, me recipit, item: Invocatio propriè ſoli Deo competit; & primò ac maximè propriè ei convenit. Sed invocatio, quæ ad Sanctos fit, non propriè invocatio eſt, ſed per Accidēs (ſic dicendo) & per gratiam. Non enim Petrus aut Paulus exaudit invocatores ſuos; ſed illa gratia, qvam habent, ſecundum illud, quod Dominus dixit: Ero vobiſcum usque ad conſummationem, pag. ſeq. recitat Formulam Invocationis ad Sanctos directæ. Item Invocatione Sanctorum Dæmones abiguntur, morbi fugantur, tentationes tolluntur: & omninò hâc ratione, donatio illa bona, de quâ in S. Literis, ſupernè contingit per Angelos bonos, qui mox mittuntur invocantibus nomina ipſorum. Habet autem communia cum Pontificiis κρυπτοφύγετα. it. Qvi Sanctos non honorat, nec ipſum Dominum honorat. Exauditionem prætерea propter Sanctos petunt vid. Goar allat. huic

λειψανολατρεία *cultus Reliqviarū.*

cohæret λειψανολατρεία. Jerem. p. 243. Quin etiam ex illorum Sanctorum reliqviis, multifariam beneficia ſcaturire, nemo dubitare debet. Si enim è præduro ſaxo, aqva in ſolitudine effluxit: Si ex aſininâ mandibulâ Samſoni ſitienti aqva erupit: è martyrum reliqviis idem poſſe fieri incredibile ſit? Neqve tamen omnes præſtigiis & ludibriis reliqviarum nimis credere videmus apud Sguropul. Approbo interim judicium Allatii, & Pontificiis commendo, qvod narrationi Græcorum de conſervatâ inter alias reliqvias in Sacrario Palatii Conſtantinopolitano, particulâ, ex pane, quem Chriſtus Diſcipulis tradiderit, fermentata ſubdidit; ſed Fides hujusce narrationis ſit apud Autorem: Ἐγὼ γὰρ ὀ παχυπαθής. &c. Hæc Vejelius.

Placet

Placet hic subjungere verba D. Mich. Siricii, qvibus errorem Moscovitarum perstringit & refellit, quando in Nicolai & Sanctorum aliorum honorem aras & templa ædificant. Tertius, inqvit, Moscorum hic error est, quod in Nicolai aliorumqve Sanctorum honorem non sine superstitione & idololatria aras & templa ædificant. Ita enim expresse tradit Gvagninus in suo de Religione Moscovitarum tractatu pag. 129. *Nicolaum Sanctum inter cæteros divos præcipuè venerantur, eumq; divino ferè cultu prosequuntur. Templaq; præcipua nomini ejus dicata eriguns, de ejus plurimis miraculis freqventer prædicant.* Autor qvoqve Epistolæ ad D. Chytræum facit mentionem aræ in secretiori templi loco positæ, Sanctoque Nicolao dicatæ. Non autem improbandi essent simpliciter *Russi*, si erigerent templa, altaria, ipsi Deo, hujus etiam Sanctissimo Nomini ea dicarent, iisqve inderent Sanctorum nomina in eorum memoriam sine ullâ eorundem adoratione & veneratione religiosa; Ast cum templa & aras dedicent sanctis in eorum cultum & adorationem, ad qvos in necessitatibus suis sese recipiant patrocinium & tutelam eorum expetentes, non ferendus est hic error. Nam præterqvam qvod hæc invocatio sanctorum sit illicita & idololatrica, 1. ædes illæ sacræ ita constituuntur templa sanctorum, quibus illi præsint, cum tamen constet, in cœlo eos apud Deum versari 2. Ædificatio altarium propriè dictorum cum respectum habeat ad sacrificium, liceret qvoque hisce sanctis sacrificare, qvod Christiana religio non tolerat, & est contra Exod. 22. v. 20. 3. Liceret ipsis sanctis etiam peculiares constituere sacerdotes, quod itidem est contra Scripturam S. & praxin Christianam. 4. Sic sanctorum quoqve nos essemus templa, sicuti Dei, in cujus honorem & cultum templa ædificantur, nos templa esse fatemur. Hanc rationem suo tempore urget Hipponensis Præsul. l. de ver. relig. cap. 55. Quare honoramus eos (sanctos) charitate, non servitute, nec eis templa construimus. Nolunt enim se sic honorari à nobis, qvia nos ipsos cum boni simus, templa summi Dei esse noverunt. Accedit 5. Orthodoxa antiquitas, qvæ templa & altaria non nisi soli dicavit Deo, unde etiam antiqvitus κυριακὰ dictæ fuerunt. Sic Eusebius in orat. de laudib. Constant. & Sozomen. lib. 2. Hist. Eccles. c. 2. faciunt mentionem templorum pulcherrimorum, Constantini operâ & curâ ædificatorum, sed uterqve addit, uni omnium Deo atqve

§. CXLVI. *Moscov. in Nicolai & aliorū Sanctorum honorem aras ædificant.*

§. CXLVII *Consensus Orthodoxæ Antiquitatis.*

S uni-

universarum rerum Domino consecrata & dedicata fuisse. Qvo facit Basilii dictum epist. 141. ad Neo Cæsar: Omne templum, Dei templum est, & hæc Cyrilli Alexandrini è l. 13. Thesaur. c. 1. Non dicitur qui Deus non est, in templo habitare, nec de corpore nudi hominis dictum id in scriptura quispiam unqvam inveniet. Ambrosius quoqve lib. 3. de Spirit. S. c. 11. Deus templum habet, Creatura templum non habet verum. Unde & ab Augustino in Paganis hic error tanqvam idololatricus rejectus fuit. libr. 22. de Civ. Dei. cap. 10. Diis, inqvit, suis & templa ædificaverunt, & statuerunt aras, & sacerdotes instituerunt & sacrificia fecerunt. Nos autem Martyribus nostris non templa sicut Diis, sed memorias sicut hominibus mortuis; quorum apud Deum vivunt spiritus, fabricamus. Nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus martyribus, sed uni Deo & Martyrum & nostro sacrificium immolamus. Nota qvoqve, quæ habet lib. 1. contra Maximin. Arian. cap. 11. Nonne, inqvit, si templum alicui sancto excellentissimo de ligno & lapidibus faceremus, anathematizaremur à veritate Christi & ab Ecclesiâ Dei, qvoniam Creaturæ exhiberemus eam servitutẽ, quæ uni tantùm debetur Deo. Idem idola & Deastros Gentilibus objicit ob exstructionem altarium serm. 6. de verb. Dom. illi, inqvit, qvod numen habeant & pro numine accipiant illam statuam, ara testatur, qvid illic faciet ara, si illud non habetur pro numine? Nemo mihi dicat, non est Deus. Jam dixi. Utinam sic ipsi norint hoc, quomodo novimus omnes nos. Sed qvid habeant, pro quâ re habeant, qvid illi faciant, ara illa testatur. Plura testimonia antiquitatis *vid. ap. D. Heilbrunn.* Im UnCatholische Pabstthumb *art 11. cap. 4. p. 184. 185. Mornæũ. de sacrificio Missæ. pag. 361. 362. 363. 364. 365. 379. 380. Forbes. à Corse. Instruct. Hist. Theolog. lib. 7. c. 1. §. 14. & c. c. 2. §. 13. 14. 15.*

§. CXLVIII *Quo modo Græci Dominicis & aliis Festis diebus feriantur.*

IV. *De modo & ratione, quâ Festa & Ferias celebrant,* ita noster Chr. Ang. infra cap. 46. *His festis Græci splendida convivia instruunt. & aliqvando etiam in pago quinq; quin sex. Horum qvodvis Sacerdos invisere, & appositis benedictionem impertiri tenetur. Leo autem Allatius libr. de Dominic: & Hebdomad. Recentiorum Græcorum §. 4. col. 1408.* de eodem argumento ita disserit: Constantinus, Leo Magnus Imperator post Marcianum statuit, ut Dominicis diebus otium servaretur ab omnibus, nec quicqvam operis in illis fieret, sed venerabiles essent, ut legitur in collectan. Theodori Lectoris lib. 1. Lex etiam habetur

in

in codice Justinianeo: Omnes judices urbanæque plebes, & cunctarum artium officium, venerabili die Solis qviescant. Leo postea Imperator, Novell. LIV. decernit, ipsos qvoque agricolas die Dominicâ debere otiari; & post Leonem Manuel Imperator, Edicto de hâc re edito, mense Martio, indictione XIV. ANNO Mundi VI. M. DC. LXXIV, qui est Chr. CIↃ CLXI. Neqve propterea argumentari qvis possit; ante hos Imperatores hoc eodem die non fuisse feriatum, cùm id expressè sanciatur ante hos omnes Concilii Laodiceni Canone XXIX. Diem Dominicum præferentes otiari, si modò possint, ut Christiani. Illud, si possint, non arbitrium Christianorum respicit; nempe si velint, ferientur, cùm id omninò exeqvi debeant; sed necessitatem & impotentiam, nempe id agant, dummodò necessitas aliud non cogat. Necessitas enim, ut vulgò dicitur, legem non habet. Quare Balsamon. Si enim propter inopiam, vel aliqvam aliam necessitatem, etiam die Dominico fuerit quis operatus, prajudicium ei non afferatur. Et Constantinus opera rustica, in qvorum morâ vel procrastinatione periculum esset, excepit L. 3. de Feriis: Ruri positi, agrorum culturæ libenter licenterqve inserviant: quoniam freqventer evenit, ut non aptius alio die frumenta sulcis, aut vineæ scrobibus mandentur. Harmenopolus in Enchiridio: Die Dominico cæterisque Festis diebus, tam judices qvàm reliqvi qviescant, solis exemtis agricolis. Et his iisdem temporibus Græci omnes severè admodum Legem observant, & ab omni opere, à Vesperis Sabbathi præcedentis ad subseqventem Feriam (sic enim illi alias qvoqve Ferias tractant) abstinent, & Ecclesias freqventant: Absolutis tamen officiis vespertinis, ludis, choreis, compotationibus, aliisque animi ac corporis relaxationibus recreantur. Et ut diem celebriorem reddant, neque genibus flexis adorant, neqve jejunant; ex Can. XX. Nicæno, & Epistolâ Nili Monachi nondum editâ ad Ursacium Ecdicum: die Dominico stantes oramus, Futuri ævi figurantes stabilitatem, aliis diebus genua flectimus, lapsum innuentes humani generis per peccatum, cum à genu flexione surgimus, à Christo nobis omnibus donatam resurrectionem indicamus, die Dominico absolutam. Vide hâc eâdem de re Auctorem Qvæstionum ad Orthodoxos, qvæ Justino tribuuntur, Quæst. CXV. Tertullianum de coron. Milit. cap. 3. Hieronymum adversus Luciferianos & alios.

§. CXLIX.

Cur Græci modò stantes, modò flexis genibus orent?

§. CL.

Moscov. alii in Festis peractis sacris, comessantur, alii laborant.

De Moscis ita *Alexander Gvvagninus in Descript: Moscov. p.* 129. Viri præstantiores peractis Sacris ebrietate & comessationibus festos dies consumunt. Cives artificesque divinis peragendis interesse solent, qvibus peractis laboribus domesticis, cæterisque negotiis incumbunt dicentes: Feriari & à labore abstinére, Dominorum esse.

Et *Neugebaurius Moscoviæ cap. 12. p. 85.* Festos dies viri præstantiores sacris peractis, cultu corporis, epulis atque ebrietate colunt. Vulgus plerumqve laborat, feriari enim & à labore abstinére, Dominorum esse præ se ferunt. Civis & Mechanici sacris intersunt, quibus finitis, ad laborem redeunt, sanctius putantes, labori incumbere, qvàm bibendo, ludendo ac id generis rebus aliis substantiam atque tempus inaniter perdere.

Ridiculo Lu-

Ridiculum lusum circa hoc Festum aliqvot hebdomadis ab omnibus

ΚΕΦΑΛΗ Ζ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΗΣ ΤΗΣ ΘΕΟΜΗΤΟΡΟΣ.

Ἡ δὲ τετάρτη νηστεία ἄρχεται ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας τοῦ Σεβαστοῦ, καὶ κρατεῖ, ἕως τῆς δεκάτης τετάρτης ἡμέρας τοῦ αὐτοῦ Μηνὸς Σεβαστοῦ. Ὅτι τῇ δεκάτῃ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἄγουσι μεγάλην ἑορτὴν τῆς Θεομήτορος, (A) διότι τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἡ Θεομήτωρ μετέστη ἀπὸ τῶν γηΐνων εἰς τὰ οὐράνια, ἀπὸ τῶν φθαρτῶν εἰς τὰ ἄφθαρτα, καὶ ἐπορεύθη πρὸς τὸν υἱὸν καὶ Θεὸν αὐτῆς, καὶ ἡμῶν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ Θεὸν ἡμῶν. Ἀμήν. Καὶ εἰς τιμὴν αὐτῆς νηστεύουσι δεκατέσσαρας ἡμέρας.

mnibus Moscis & Russis observari solitum refert *Neugebaur. 16. p. 101. 102.* Facta enim relatione, quam studiosè uxores mulieresq; domi sese contineant, adeò ut rarissimè etiam in templa, rarius etiam ad amicorum colloquia, nisi effœtæ jam sint, omnique suspicione careant, admittantur, scribit: certis tamen ac Festis Diebus animi gratiâ concedunt uxoribus ac filiabus, ut in pratis conveniant amœnis, ibique cuidam rotæ, instar Fortunæ insidentes, alternatim sursum ac deorsum moventur: aut alioqui funem in medii circuli modum duobus stipitibus appendunt, cui insidentes ac suspensæ, hinc inde impulsæ feruntur, moventurque; aut denique quibusdam ac certis cantilenis, manibus pedibusque plaudentes, capitibusqve sæpenumerò moventes se oblectant, vel manibus se invicem tenentes, ac simili modo canentes in gyrum ducunt. Eadem narrat qvoqve Olearius & hunc lusum eleganti picturâ ostendit.

sui apud Mosc: in Festo Petri & Pauli.

CAPUT VII.

§. CLI.

DE QVARTA QVADRAGESIMA CIRCA FESTUM DEIPARÆ.

QVartum jejunium Exordium sumit primâ Die Mensis Augusti, duratqve ad decimum quartum ejusdem Mensis. Die enim, quæ hanc excipit, decimâ qvintâ Solenne & magnum Deiparæ Festum celebratur, eò, qvod die eopse Deipara à terrenis ad cœlestia, à corruptibilibus ad incorruptibilia translata, ad Filium & Deum suum, uti & Dominum & Deum nostrum Jesum Christum commigravit. B. Amen. Et in honorem hujus Matris dies Qvatuordecim jejunium servamus.

AD CAPUT VII.

§. CLII. *Festum Deiparæ.*

(A) F*Estum Deiparæ.*) Magna enim est (scribit *Joh. Faber de Moscis* p. 147.) illis reverentia virginis Mariæ, crebris qvidem Orationibus veluti Christi Mater pro intercessione apud Filium rogatur. Verè enim ea putatur, cum Θεοτόκος sit, quæ pro nobis in terris plurima possit à Filio conseqvi. Festa itaqve ejus Annunciationis, Purificationis, Nativitatis, Assumtionis & qvotquot denique inciderint, orationibus, Missis, tùm tectis tùm decantatis celebrare pro communi ritu Ecclesiæ solent Græci.

De hâc Græcorum Μαριολατρεία seu Idololatrico cultu Mariæ exhibito hæc habet D. Elias Veielius in Differt: de Eccles: Græcan: p. 42.

Vide Nihusii Programma IIdum adjunctum Concordiæ Nationum Christianarum per Asiam &c. pag. 273.

Præcipuè dominatur apud Græcos Mariolatria, qvam nuper integro tractatu (qui inscribitur *Pietas Mariana Græcorum*) ex XX. Divinorum officiorum Tomis, è quibus XII. priores vocantur Menæa, ad miraculum pœnè (verba sunt Auctoris) in hoc negotio facundis, ut Græci ab Eruditis ὑπερφιλοθεοτόκοι nuncupentur, divulgavit Sim: Wagnereccius Jesuita, tenui operæ pretio. Jerem: Mediatores verò facimus, cum Sanctos omnes, tum eximiè Matrem Domini. Sic in ordine Sacri, ministerii submissâ voce Sacerdos murmurat: Deipara super omnes Sancta, salva nos. ibid: Conservatio Politiæ & Principis ab eâ flagitatur. Eidem particulam corporis Christi consecratam, qvam apellant προσφορὰν & σφραγῖδα, offerunt in Sacrificio Missatico, quē morem vel ritum exponit Goar.

§. CLIII. *Græci Mariæ offerunt προσφορὰν in officio Missatico.*

Istiusmodi autem sacrorum rituum in immensum multiplicatio, operosus ille & tantùm non scenicus apparatus, plures non tantùm in Latinam, sed in Græcanicam qvoqve Ecclesiam invexit errores & superstitiones, quibus utraque mordicus hodienum inhæret. Factum certè est, ut multi hunc apud Græcos morem animadvertentes, imputarint illis grandem errorem, qvasi sub illâ particulâ, qvæ Virginis esse dicitur, corpus B. Mariæ contineri crederent. Ex ejusdem Goar. Nota de Elevatione Panis, παναγία sanctissima, nuncupati, digna sunt, quæ hîc conspiciantur sequentia: Voce Παναγίας Dei matrē nuncupant: solent autem ex Græcis devotiores, gratiis post sumptum cibum

cibum actis παναγίαν frustulum panis Triangulare, aliàs ὕψωμα, eò qvod elevetur, dictum, extremis utriusqve manûs duobus primis digitis in altum tollere. E cætu autem selectus qvidam prodit, fragmentumqve panis, capitis incurvatione, & thuris suffumigatione præmissâ, acceptum à Deiparæ Jmagine, attollit: Thure mox omnibus suffumigatis, παναγίαν, bucellam, Laudes Deiparæ concinentes, inter se dividunt, & pariter è communi poculo ejus nomine benedicto, cuncti seriatim delibant. Joh. Zygomala ægrotus pro Restitione Sanitatis Epigrammate aliquo S. Mariæ supplicat; Allatius verò Somnium suum, & qvomodo ope Virginis Sanitatem puer adhuc recuperarit, narrat: de Græc: opin. 5. Juxta id forsan qvod in Offic: 5. Olei, ægrotus ad Mariam solam recurrit. Conf.: ibid: hymnum, ubi inter alia hæc reperiuntur: Te solam spem possidemu s, &c: nisi enim protegas, pro nobis interpellans, qvis nos tantis periculis eriperet? Qvis Liberos hucusqve conservasset, it: in Offic: Agentis animam, de reliqvo ad qvem vociferabor? Qvis doloris mei planctum, & suspiria cordis excipiet, nisi tu illibata Virgo, Christianorum & peccatorum omnium Fiducia? p. 855. In officio communis Supplicationis, ad unam Virginē preces dirigũtur, vix ac ne vix quidem intergressâ mentione Dei p. 871. habetur Confessio Peccatorum D. Mariæ facta; in ejusdem assumtæ honorem celebratur Jejunium, add. omninò de Mariâ Hodogetriâ ejusqve imagine, à S. Lucâ depictâ Maria Nicopæa: itemq; de Festo depositæ vestis Deiparæ in templo Blachernensi, nec non depositæ Zonæ, Codin. & Gretserus. Quomodo Moscovitæ Mariam imò & ejus imaginem idololatricè colant, docet & benè refellit *D. Michael Siricius in Disp. de Relig. Moscov. pag. 49. seqq. his Verbis*:

§. CLIV. *Mariæ adscribunt Recuperationē sanitatis. &c*

§. CLV. *Moscovitarum error, qvo Mariā & ejus imaginem idololatricè colunt, proponitur & refellitur.*

Secundus error est, quòd statuant, *Imagine Mariæ pictâ, à S. Lucâ conservari in Moscoviâ integram Christianitatem*, quæ sunt verba Magni Moscoviæ Ducis pag. 129. Quo etiam pertinet, quod *S. Nicolaum Deum faciant tutelarem*, & qvòd reliqvis imaginibus tribuant magnam vim, quâ de re videatur Olearius part. III. Itinerarii Persici, p. 296. Non autem inquiram, quid de Veritate Picturæ à S. Lucâ factæ fabulentur, quam meritò multi non contemnendis rationibus in dubium vocant; & certè taceri non debet, Bellarminum post altum 600. annorum silentium non potuisse aliud nisi Theodori Lectoris proferre

proferre testimonium, cujus tempore omnia fabulosis commentis erant plena; illud 1. vellem mihi vel unico demonstrari Scripturæ oraculo, quod vel Sanctis demortuis, vel etiam Nicolao, vel etiam Imaginibus id muneris concessum sit. 2. Cùm Scriptura conservationem Christianismi & tutelam Christo tanqvam capiti, qvod solum Christus est, attribuat Eph. 1. v. 22. cap. 4. v. 15. Certè detrahit multum capitis nostri Excellentiæ, si, qvod ipsi soli Scriptura vendicat, etiam Sanctis & Imaginibus tribuatur. Cumqve etiam 3. Solus Christus sit unctus à Deo hunc in finem præ consortibus. Ps. 45. v. 8. Hebr. 1. v. 9. ut solus esset Redemtor, & Sanctificator, & Intercessor, & Rex noster, qvomodo non est absurdum, hanc Unctionis Gloriam ad Sanctos, hujus Unctionis non illo modo participes transferre Conf. Joh. 8. v 50. 4. Sancti in cœlis constituti ad nos non revertuntur, nostrarumqve rerum nullam habent specialem cognitionem & scientiam. Luc. 16. v. 26 Esa. 64. v. 16. Qvomodo ergo sint Dii tutelares nostri, qvorum Patrocinio conservemur? 5. Et annon Imago Mariæ est Res insensata, qvæ nec audit, nec videt, qvâ ratione ergò ab eâ ullum potest exspectari Patrocinium, qvomodo invocata promittet exauditionem, qvæ nec audit, nec sentit? Scriptura certè ridet & explodit eos Deastros, qvi clamorem invocantium non sentiunt. 1. Reg. 18. v. 27. Ps. 115. v. 6. Ps. 135. v. 16. 17. Esa. 44. v. 9. 10. Esa 45. v. 7. Discant 6. Moscovitæ, se non procul abesse à superstitione Ethnicâ, cum & Gentiles diversis Deastris suas attribuerint curas & Gubernationes. Sic apud Græcos Pallas, apud Ægyptios Osiris, apud Latinos Mars, apud Tyrios Hercules erant tutelares Dii. Hanc superstitionem cum per κακοζηλίαν qvandam imitarentur Judæi, ponentes in singulis Civitatibus imagines & statuas, tanqvam tutelares qvosdam Deos, per qvos ipsius Summi Dei sperabant auxilium, reprehensi graviter sunt. Jer. 2. v. 28. cap. 11. v. 13 *Secundum numerum Civitatum tuarum erant Dii tui, Juda?* 7. Absurditatem summam videant in eo, qvod imagines Moscorum expositæ qvoqve sint injuriis Latronum, Furum, Militum, Vermium, Avium, Felium, Ignis, Fumi, Temporis, qvomodo ergò qvis ab eis exspectet ullam sui Defensionem? Jer. 10. v 4. 5. Sap. 13. v. 15. 16. Baruch. 6. v. 9. 32. 56. 57. Unde etiam Idola dicuntur nihil esse in mundo. Ps. 96. v. 6. 1. Cor. 8. v. 4. non qvidem simpliciter & ratione materiali, sed secundum

§. CXLVI. *Dy Tutelares Ethnicorum.*

Idola nihil sunt in mundo.

cundum

cundum quid, & qvidem 1. *Ratione Formali*, qvia, cum notio & conceptus mentis de divino eorum honore sit vanissimus, nihil est, qvò iis tribuitur Divinitas. *Ratione* etiam 2. *Finali*, cùm nullam habeant Efficaciam, unde & Aug. Lib. 20. contra Faustum, cap. 1. dicit *illa ad salutem nihil esse, esse ἀνωφελῆ, quæ neque malefacere, neque benefacere possunt*. Et sic etiam dici solent מתים Mortui Psal. 106. v. 28. Huc quoque pertinet *experientia*, qvâ nec destituuntur Mosci, cùm constet, imagunculas illas sæpe esse furto, vi, fraude ablatas, cæsas, fractas. vid. verba *Lasizii* anteà citata; *Olearius* quoque *Part. 3. Itin. Persic. cap. 26.* testatur, imagines à militibus Svecici Ducis Jacobi de la Gardie in occupatione magnæ Novogardiæ esse Russis ereptas, quæ postea magno pretio iterum ab illis redemtæ sunt. pag. 296. tineis consumi & vetustate idem tradit, qvas consumtas tamen nec abjiciunt, nec igne consumunt, sed fluento imponunt, vel in cæmiterio sepeliunt. p. 298. idem p. 296. aliam recenset *Historiam*, qvâ vanitas Auxilii, quod ab imaginibus exspectatur, patere ad oculum potest. Cum anno 1611. Dux Svecicus *Jacobus de la Gardie* magnam expugnasset Novogardiam, orto incendio, Russus qvidam imagunculam Nicolai igni admovit, expetens & exspectans ignis exstinctionem: Qui videns frustra exspectari à mortuo, & à re nihili opem, tandem imaginem ipsam igni absumi facit, his additis verbis: *Si non vis juvare, teipsum exstinguendo juva.* Agnovit hoc ille, cujus idem mentionem facit p. 297. Spectatus & Dives in Russiâ Mercator, qui postquam se nihil ab imaginibus sperare posse subsidii dixerat, ipso facto hoc demonstravit, dum sumto strophiolo colorem deleri & igne cremari posse dixit, asservari autem imagines memoriæ causâ, sicuti asservari solet imago Herois, Principis & Regis. Sed, inquiunt, per imagines magna facta miracula, qvalia ab Idolis Gentium non perpetrantur, quis igitur hisce Divinitatem quandam inesse neget? Huc faciunt verba. Magni Moscoviæ Ducis seqventia apud Lasizium. p. 129. *Quod si commemorare liberet per divinas Imagines & illorum Cultores diversis temporibus facta miracula, morbos curatos, Dæmones ejectos; tempus me ob rerum multitudinem deficeret.* Qui & pag. 130. ita pergit: *Agedum profer, si potes, similia apud Idola facta miracula, iis hominum sanationibus, quæ accedunt ad imagines. At quid ego apud te canem non credentem de his pluribus agerem. Non licet Sancta dare canibus*

§. CLVI. *Historia.*

Objectio. Sed per imagines magna facta sunt miracula.

§. CLVII.
Refutatio hujus objectionis.
1.

nibus. Ast ô stultam & minimè sanctam Viri simplicitatem. Nam quis Theologiæ Orthodoxæ gnarus exinde colliget hoc dogma? Ergò imagines conservant Christianismum, Imagines sunt habendæ pro Diis tutelaribus, ab imaginibus expectandum ordinariè in Necessitatibus Auxilium. Cùm & Serpentis ænei adspectu & umbrâ Petri miraculosè sanarentur homines. Num. 21. v. 9. Act. 5. v. 15. nec tamen vel Religionem & Doctrinam veram conservabant, vel habebant pro Diis tutelaribus, vel ordinariè & semper exspectabatur ab his in Casibus Necessitatis, auxilium. Annon etiam 2. Scriptura clamat, miracula qvoqve patrari in Pseudo Prophetarum & AntiChristi cœtu, ut proinde solis miraculis verbo Dei destitutis non sit adhibenda Fides? vid. Deut. 13. v. 1. 2. 3. Matth. 24. v. 24. 2. Thess. 2. v. 9. Hîc ergò recordari oportet verborum Augustini è Tractat. 13. in Johann. Contra Mirabiliarios: *cautum me fecit Deus meus dicens, in novissimis temporibus exsurgent Pseudo Prophetæ facientes Signa & Portenta, ut in errorem inducant, si fieri potest, etiam electos: hæc prædixi vobis.* Ergò cautos nos fecit sponsus, qvia & miraculis decipi non debemus. Unde qvoqve 3. ostendent Moscovitæ hæc miracula esse vera, non ficta, non simulata, non fraudulenta, non apparentia tantùm? Quamvis enim magna sit Moscorum ruditas, imponere tamen fictis miraculis didicerunt Papæ, cujus Rei Exempla profert Olearius. pag. 296. Et deniqve 4. Veritati contrarium est, quòd apud Idololatras miracula fieri ad imagines prorsus negetur. Lasizii exempla sufficere sola possunt Falsitati refutandæ. Producit hic ex Ciceronis Action: sextâ in Verrem prodigia & signa per Simulachrum Cereris marmoreum apud Ennenses in Sicilia patrata, qvibus etiam Cicero vim Numenqve simulachri probat. *Prodigium* quoqve erat, *qvòd post factam Cæsaris cædem lachrymarentur & sudarent in templis ebu nea atque ærea simulachra,* ut extat apud Virgil. Lib. 1. Georg. Audiant igitur hîc Russi iterum *Augustinum,* qvi de *Unitate Eccles. cap. 16.* inqvit. Audiant quæ narrant Pagani de Templis & Divis suis mirabiliter, vel facta vel visa, & tamen Dii Gentium Dæmonia: Dominus autem cœlos fecit: Exaudiuntur multi, non solùm Christiani Catholici, sed & Pagani, & Judæi, & Hæretici variis erroribus & superstitionibus dediti, vel à spiritibus seductoribus Deo permittente, sive ab ipso Deo. Idem D Siricius

2.
Miracula etiam in Pseudo Prophetarum cœtu patrantur.

3.
Multa celebrata miracula sunt ficta miracula

4.
Miracula ad imagines apud Ethnicos.

§. CLVIII. *Mosci etiam B. Virgini mediatoris officium tribuunt.*

ricius & alium gravissimum errorem Moscovitarum circa Mariam his notat verbis: *Quintus*, inqvit, *error est, qvòd non contenti Christo Mediatore, etiam B. Mariæ Virgini hoc officium tribuant*, cùm Magnus Moscoviæ Dux apud Lasizium pag. 42. expresse dicat: *Nos per eam esse reconciliatos Deo, & per eam Adami inimicitias sublatas.* Eundem errorem pag. 130. hisce verbis repetit: *Ea* (Maria) *est Mediatrix Salutis hominum, ac per eam placatus est nobis Deus:* Ast hanc Gloriam Mediatorii Officii, nec ipsa Maria sibi vendicat, cujus humilitas nobis prædicatur. Luc. 1 v. 38. 48. Quæ & in Peccato Originis, non aliter, ac reliqui homines, communi naturæ ordine ab Adamo descendentes, nata est & concepta, hujusqve motûs peccaminosos in sese qvandoqve est experta. Rom. 3. v. 23. cap. 5. v. 12. Luc. 2. v. 43. Joh. 2. v. 4. Matth. 12. v. 46. *qvæ & ipsa Christo indigebat Redemtore & Mediatore.* Luc. 1. v. 47. *Quem unum & solum esse mediatorem Scriptura claris* affirmat verbis. 1. Tim. 2. v. 5. Qvi & *solus torcular calcavit.* Esa. 59. 16. c. 63. v. 3. Qui *solus Pacem inter Deum & Hominem fecit.* Rom. 5. v. 1. 2. Cor. 5. v. 19. Nec *poterat insuper ad Mediatorium Officiũ sufficere nudus Homo, qvalis Maria fuit.* Ps. 49 v. 8. 9. Repeto ergò hîc verba Epiphanii hæres. 79. Revera Virgo erat ipsa, Virgo & Honorata, sed non ad Adorationem nobis data, sed & ipsa adorans eum, qui ex carne genitus est.

Refutatio hujus erroris

§. CLIX. *Descriptio Assumptionis B. Virginis ex Haræo.*

(B) *Eò; qvòd eopse Deipara à Terrenis ad cœlestia commigravit.*) Hanc Assumtionem B. Mariæ seqventem in modum describit *Franciscus Haræus in Vitis Sanctorum ad diem* XV. *Augusti p. 601. 602.* Hodie Virgo immaculata, qvæ nullis terrenis inqvinata est affectibus, sed cœlestibus educata cogitationibus, non in terram reversa est, sed cum esset animatum cœlum, in cœlestibus tabernaculis collocatur. Ex qva enim omnibus vera vita manavit, qvomodo illa mortem gustaret? Sed cedit legi latæ ab eo, qvem genuit, & ut filia Veteris Adam, veterem sententiam subiit, (nam & ejus filius, qui est vita ipsa, eam non recusavit) ut autem Dei Viventis mater, ad illum ipsum digne assumitur.

In ejus dormitione omnes Apostoli simul convenerũt.

Siquidem ex antiqua accepimus traditione, quod tempore gloriosæ dormitationis beatæ Virginis, universi qvidam sancti Apostoli, qvi Orbem terræ ad salutem gentium percurrebant, momento temporis in sublime elati, convenerunt Hierosolymis; cumqve illic essent,

eis visio apparuit Angelica, & audita est psalmodia Cœlestium Potestatum, & sic cum divina gloria im manus Dei sanctam tradidit animam. Ejus autem Corpus, qvod Deum suscepit, ineffabili quadam ratione cum Angelica & Apostolica hymnodia elatum, in loculo fuit depositum Gethsemane, quo in loco Angelorum chorea & hymnodia mansit tres dies perpetuos. Post tres autem dies, Angelico cantu cessante, qui aderant Apostoli, cum unus Thomas, qui abfuerat, post tertium diem venisset, & quod Deum susceperat corpus adorare voluisset) loculum aperuerunt; Sed omni ex parte sacrum ejus corpus neqvaqvam invenire potuerunt. Cum ea autem tantum in venissent, in quibus erat compositum, & ineffabili, qui ex iis proficiscebatur, essēt odore repleti, loculum clauserunt, ejusqve mysterii obstupefacti miraculo, hoc solum cogitare potuerunt, qvod cui placuit ex Maria Virgine carnem sumere, & hominem fieri, & nasci, cum esset Deus Verbum, & Dominus gloriæ, quiqve post partum ejus, incorruptam servavit virginitatem, eidem etiam placuit, & ipsius, postqvam migravit, immaculatum corpus, incorruptum servatum, translatione honorare, ante communem & universalem resurrectionem.

Per tres dies mansit ad ejq sepulcrum hymnodia Angelica.

Aperto sacro tumulo corpus sacrum non invenitur.

Aderant tunc cum Apostolis sanctissimus Timotheus primus Episcopus Ephesiorū, & Dionysius Areopagita, sicut ipse testatur in iis, qvæ de B. Hierotheo, qui ipse qvoq; tunc aderat, scripsit ad dictum Timotheum, sic dicens: Nam etiam apud ipsos à Deo afflatos sacrorum Antistites, quando nos quoqve, ut nosti, & multi ex sanctis nostris fratribus, ad contuendum corpus, qvod vitæ principium dedit, & Deum suscepit, convenissemus (aderat autem Domini frater Jacobus, & Petrus, suprema & antiqvissima Theologorum summitas) & , viso sacro corpore, placuit omnibus, prout quisqve poterat, hymnis celebrare infinitam bonitatem divinarum virium. Hæc ille. Rursum D. Athanasius. Cæterum ô tu beatissima Virgo & mater; merito scilicet beatam te prædicant omnes Angelorum & Terrestrium Hierarchiæ; meritò & in cœlis benediceris, & in terris beata prædicaris. *Hæc Haræus. Martyrologium Romanum Gregorii XIII. Pont. Max. jussu editum &c. & Urbani VIII. auctoritate recognitum auctore Cæsare Baronio: Moguntinæ An. 1631. typis excusum*, non pauca de Assumptione sanctissimæ Dei Genetricis Mariæ ad diē XV. Augusti p. 501. congessit, ex quibus autem nihil nisi maximam incertitudinem

§. CLX. Martyrologium Romanum.

tudinem harum rerum licet cognoscere. De eadem celeberrima solennitate ait, non tantum Beda ac cæteri Latinorum hac die agunt, sed & Græci in *Menologio, & in noveli. Const. Emmanuel. Imp.* Mentio habetur de eadem in prædictis Actis S. Athanasiæ, de qua pridie actum est &c.

Quid certi, quæso, ex integra hac commentatione licet concludere, nisi Romanam Ecclesiam hoc Festum instituisse, & alium hanc, alium aliam & de assumptione & assumptionis die opinionem habuisse. Res ipsa nullo solido fundamento sive historiæ Biblicæ, sive Ecclesiasticæ stabilitur. O nimium ad superstitionem credulas hominum mentes!

Refutatio narrationis de Assumtione Mariæ Virginis.

Hanc materiam eruditè excussit *Andreas Rivetus in Apolologia pro Sanctiss. Virgine Maria l. 1. cap. XXI. p. 174. 175. 176. ad pag. 180.* Nos meritò paucula ex eo annotamus: Baronius ad annum Christi XLVIII. Sect. XII. sententiam communem agnoscit Ecclesiæ Catholicæ. *Catholica, inquit, Ecclesia nullam de Obitu Virginis dubitationem admittit.* Cur autem mortua sit, Augustinus perspicuè explicat concione 2. in Psal. 34. *Sic ergo peccatum Domini, quod factum est de peccato;* quia inde carnem assumsit: *De massa ipsa quæ mortem meruerat & peccato. Etenim ut celeriùs dicam,* (Lego *clarius,*) *Maria ex Adam mortua, propter peccatum Adæ. Adam mortuus est propter peccatum; & caro Domini ex Maria mortua est, propter delenda peccata.*

And. Riveti Apologia pro Sanctiss. Virgine.

Cùm igitur mortuam esse apud omnes in confesso sit: Attamen quo tempore & quo modo id acciderit, quia neque scriptura dicit, neque est ullus autor probatus inter veteres, qui id certo definiat: id etiam inter ea reponi debet, in quibus cum I. C. dicendum, *non liquet.* Miror Baronium, virum alioqui diligentem, & cui patebant exquisitæ Bibliothecæ, Eusebium bis terve citare, tanqvam definientem migrationis B. Virginis tempus, ex ejus Chronico, in quo hæc verba hodie leguntur: ad annum ab Abrahamo M. M. LXII. Christi XLVIII. *Maria Virgo, Jesu Christi Mater, ad filium in cœlum assumitur, ut quidam fuisse sibi revelatum scribunt.* Id autem notandum est, Eusebium in Historia Ecclesiastica, ubi de primis Ecclesiis agit, & Apostolorum peregrinationibus & commorationibus, B. Virginis nullibi meminisse; quod certè mirandum est, cum habuerit Historiam Hegesippi, qui inter primos, res Christianas literis consignavit. Quod vero

Eusebius in Histor. Eccles. B. Virginis nullibi meminit.

§. CL. *Moscov. alii in Festis per-a-tis sacris, comessantur, alii laborant.*

De Moscis ita *Alexander Gvvagninus in Descript: Moscov. p.* 129. Viri præstantiores peractis Sacris ebrietate & comessationibus festos dies consumunt. Cives artificesque divinis peragendis interesse solent, qvibus peractis laboribus domesticis, cæterisque negotiis incumbunt dicentes: Feriari & à labore abstinére, Dominorum esse.

Et *Neugebaurius Moscoviæ cap. 12. p. 85.* Festos dies viri præstantiores sacris peractis, cultu corporis, epulis atque ebrietate colunt. Vulgus plerumqve laborat, feriari enim & à labore abstinére, Dominorum esse præ se ferunt. Civis & Mechanici sacris intersunt, quibus finitis, ad laborem redeunt, sanctius putantes, labori incumbere, qvàm bibendo, ludendo ac id generis rebus aliis substantiam atque tempus inaniter perdere.

Ridicul. Lu-

Ridiculum lusum circa hoc Festum aliqvot hebdomadis ab omnibus

ΚΕΦΑΛΗ Ζ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΗΣ ΤΗΣ ΘΕΟΜΗΤΟΡΟΣ.

Η δὲ τετάρτη νηστεία ἄρχεται ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας τοῦ Σεβαστοῦ, καὶ κρατεῖ, ἕως τῆς δεκάτης τετάρτης ἡμέρας τοῦ αὐτοῦ Μηνὸς Σεβαστοῦ. Ὅτι τῇ δεκάτῃ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἄγουσι μεγάλην ἑορτὴν τῆς Θεομήτορος, (A) διότι τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἡ Θεομήτωρ μετέστη ἀπὸ τῶν γηΐνων εἰς τὰ οὐράνια, ἀπὸ τῶν φθαρτῶν εἰς τὰ ἄφθαρτα, καὶ ἐπορεύθη πρὸς τὸν υἱὸν καὶ Θεὸν αὐτῆς, καὶ ἡμῶν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ Θεὸν ἡμῶν. Ἀμήν. Καὶ εἰς τιμὴν αὐτῆς Νηστεύουσι δεκατέσσαρας ἡμέρας.

omnibus Moscis & Russis observari solitum refert *Neugebaur. 16. p. 101. 102.* facta enim relatione, quàm studiosè uxores mulieresq; domi sese contineant, adeò ut rarissimè etiam in templa, rarius etiam ad amicorum colloquia, nisi effœtæ jam sint, omnique suspicione careant, admittantur, scribit: certis tamen ac Festis Diebus animi gratiâ concedunt uxoribus ac filiabus, ut in pratis conveniant amœnis, ibique cuidam rotæ, instar Fortunæ insidentes, alternatim sursum ac deorsum moventur: aut alioqui funem in medii circuli modum duobus stipitibus appendunt, cui insidentes ac suspensæ, hinc inde impulsæ feruntur, moventurque; aut denique quibusdam ac certis cantilenis, manibus pedibusque plaudentes, capitibusqve sæpenumerò moventes se oblectant, vel manibus se invicem tenentes, ac simili modo canentes in gyrum ducunt. Eadem narrat qvoqve Olearius & hunc lusum eleganti picturâ ostendit.

lus apud Mosc. in Festo Petri & Pauli.

CAPUT VII.

§. CLI.

DE QVARTA QVADRAGESIMA CIRCA FESTUM DEIPARÆ.

QVartum jejunium Exordium sumit primâ Die Mensis Augusti, duratqve ad decimum quartum ejusdem Mensis. Die enim, quæ hanc excipit, decimâ qvintâ Solenne & magnum Deiparæ Festum celebratur, eò, qvod die eopse Deipara à terrenis ad cœlestia, à corruptibilibus ad incorruptibilia translata, ad Filium & Deum suum, uti & Dominum & Deum nostrum Jesum Christum commigravit. B. Amen. Et in honorem hujus Matris dies Qvatuordecim jejunium servamus.

cibum a Ꝺis παναγίαν frustulum panis Triangulare, aliàs ὕψωμα, eò qvod elevetur, dictum, extremis utriusqve manûs duobus primis digitis in altum tollere. E cætu autem selectus qvidam prodit, fragmentumqve panis, capitis incurvatione, & thuris suffumigatione præmissâ, acceptum à Deiparæ Jmagine, attollit: Thure mox omnibus suffumigatis, παναγίαν, bucellam, Laudes Deiparæ concinentes, inter se dividunt, & pariter è communi poculo ejus nomine benedicto, cuncti seriatim delibant. Joh. Zygomala ægrotus pro Restitione Sanitatis Epigrammate aliquo S. Mariæ supplicat; Allatius verò Somnium suum, & qvomodo ope Virginis Sanitatem puer adhuc recuperarit, narrat: de Græc: opin. 5. Juxta id forsan qvod in Offic: s. Olei, ægrotus ad Mariam solam recurrit. Conf.: ibid: hymnum, ubi inter alia hæc reperiuntur: Te solam spem possidemu s, &c: nisi enim protegas, pro nobis interpellans, qvis nos tantis periculis eriperet? Qvis Liberos hucusqve conservasset, it: in Offic: Agentis animam, de reliqvo ad qvem vociferabor? Qvis doloris mei planctum, & suspiria cordis excipiet, nisi tu illibata Virgo, Christianorum & peccatorum omnium Fiducia? p. 855. In officio communis Supplicationis, ad unam Virginẽ preces dirigũtur, vix ac ne vix quidem intergressâ mentione Dei p. 871. habetur Confessio Peccatorum D. Mariæ facta; in ejusdem assumtæ honorem celebratur Jejunium, add. omninò de Mariâ Hodogetriâ ejusqve imagine, à S. Lucâ depictâ Maria Nicopæa: itemq; de Festo depositæ vestis Deiparæ in templo Blachernensi, nec non depositæ Zonæ Codin. & Gretserus. Quomodo Moscovitæ Mariam imò & ejus imaginem idololatricè colant, docet & benè refellit *D. Michael Siricius in Disp. de Relig. Moscov. pag. 49. seqq. his Verbis:*

§. CLIV. Mariæ adscribunt Recuperationẽ sanitatis. &c

§. CLV. Moscovitarum error, qvo Mariã & ejus imaginem idololatricè colunt, proponitur & refellitur.

Secundus error est, quòd statuant, *Imagine Mariæ pictâ, à S. Lucâ conservari in Moscoviâ integram Christianitatem*, quæ sunt verba Magni Moscoviæ Ducis pag. 129. Quo etiam pertinet, quod *S. Nicolaum Deum faciant tutelarem*, & qvòd reliqvis imaginibus tribuant magnam vim, quâ de re videatur Olearius part. III. Itinerarii Persici, p. 296. Non autem inquiram, qu d de Veritate Picturæ à S. Lucâ factæ fabulentur, quam meritò multi non contemnendis rationibus in dubium vocant; & certè taceri non debet, Bellarminum post altum 600. annorum silentium non potuisse aliud nisi Theodori Lectoris proferre

proferre testimonium, cujus tempore omnia fabulosis commentis erant plena; illud 1. vellem mihi vel unico demonstrari Scripturæ oraculo, quod vel Sanctis demortuis, vel etiam Nicolao, vel etiam Imaginibus id muneris concessum sit. 2. Cùm Scriptura conservationem Christianismi & tutelam Christo tanqvam capiti, qvod solum Christus est, attribuat. Eph. 1. v. 11. cap. 4. v. 15. Certè detrahit multum capitis nostri Excellentiæ, si, qvod ipsi soli Scriptura vendicat, etiam Sanctis & Imaginibus tribuatur. Cumqve etiam 3. Solus Christus sit unctus à Deo hunc in finem præ consortibus. Ps. 45. v. 8. Hebr. 1. v. 9. ut solus esset Redemtor, & Sanctificator, & Intercessor, & Rex noster, qvomodo non est absurdum, hanc Unctionis Gloriam ad Sanctos, hujus Unctionis non illo modo participes transferre Conf. Joh. 8. v. 50. 4. Sancti in cœlis constituti ad nos non revertuntur, nostrarumqve rerum nullam habent specialem cognitionem & scientiam. Luc. 16. v. 26. Esa. 64. v, 16. Qvomodo ergo sint Dii tutelares nostri, qvorum Patrocinio conservemur? 5. Et annon Imago Mariæ est Res insensata, qvæ nec audit, nec videt, qvâ ratione ergò ab eâ ullum potest exspectari Patrocinium, qvomodo invocata promittet exauditionem, qvæ nec audit, nec sentit? Scriptura certè ridet & explodit eos Deastros, qvi clamorem invocantium non sentiunt. 1. Reg. 18. v. 27. Ps. 115. v. 6. Ps. 135. v. 16. 17. Esa. 44. v. 9. 10. Esa. 45. v. 7. Discant 6. Moscovitæ, se non procul abesse à superstitione Ethnicâ, cum & Gentiles diversis Deastris suas attribuerint curas & Gubernationes. Sic apud Græcos Pallas, apud Ægyptios Osiris, apud Latinos Mars, apud Tyrios Hercules erant tutelares Dii. Hanc superstitionem cum per κακοζηλίαν qvandam imitarentur Judæi, ponentes in singulis Civitatibus imagines & statuas, tanqvam tutelares qvosdam Deos, per qvos ipsius Summi Dei sperabant auxilium, reprehensi graviter sunt. Jer. 2. v. 28. cap. 11. v. 13. *Secundum numerum Civitatum tuarum erant Dii tui, Juda?* 7. Absurditatem summam videant in eo, qvod imagines Moscorum expositæ qvoqve sint injuriis Latronum, Furum, Militum, Vermium, Avium, Felium, Ignis, Fumi, Temporis, qvomodo ergò qvis ab eis exspectet ullam sui Defensionem? Jer. 10. v. 4. 5. Sap. 13. v. 15. 16. Baruch. 6. v. 9. 32. 56. 57. Unde etiam Idola dicuntur nihil esse in mundo. Ps. 96. v. 6. 1. Cor. 8. v. 4. non qvidem simpliciter & ratione materiali, sed secundum

§. CXLVI. *Dii Tutelares Ethnicorum.*

Idola nihil sunt in mundo.

cundum quid, & qvidem 1. *Ratione Formali*, qvia, cum notio & conceptus mentis de divino eorum honore sit vanissimus, nihil est, qvò illis tribuitur Divinitas. *Ratione* etiam 2. *Finali*, cùm nullam habeant Efficaciam, unde & Aug. Lib. 20. contra Faustum, cap. 1. dicit *illa ad salutem nihil esse, esse* [illegible], *quæ neque malefacere, neque benefacere possunt*. Et sic etiam dici solent מתים Mortui. Psal. 106. v. 28. Huc quoque pertinet *experientia*, qvâ nec destituuntur Mosci, cùm constet, imagunculas illas sæpe esse furto, vi, fraude ablatas, cæsas, fractas. vid. verba *Lasizii* anteà citata; *Olearius* quoque *Part. 3. Itin. Persic. cap. 26.* testatur, imagines à militibus Svecici Ducis Jacobi de la Gardie in occupatione magnæ Novogardiæ esse Russis ereptas, quæ postea magno pretio iterum ab illis redemtæ sunt. pag. 296. tineis consumi & vetustate idem tradit, qvas consumtas tamen nec abjiciunt, nec igne consumunt, sed fluento imponunt, vel in cæmiterio sepeliunt. p. 298. idem p. 296. aliam recenset *Historiam*, qvâ vanitas Auxilii, quod ab imaginibus exspectatur, patere ad oculum potest. Cum anno 1611. Dux Svecicus *Jacobus de la Gardie* magnam expugnasset Novogardiam, orto incendio, Russus qvidam imagunculam Nicolai igni admovit, expetens & exspectans ignis exstinctionem: Qui videns frustra exspectari à mortuo, & à re nihili opem, tandem imaginem ipsam igni absumi facit, his additis verbis: *Si non vis juvare, teipsum exstinguendò juva.* Agnovit hoc ille, cujus idem mentionem facit p. 297. Spectatus & Dives in Russiâ Mercator, qui postquam se nihil ab imaginibus sperare posse subsidii dixerat, ipso facto hoc demonstravit, dum sumto strophiolo colorem deleri & igne cremari posse dixit, asservari autem imagines memoriæ causâ, sicuti asservari solet Imago Herois, Principis & Regis. Sed, inquiunt, per imagines magna facta miracula, qvalia ab Idolis Gentium non perpetrantur, quis igitur hisce Divinitatem quandam inesse neget? Huc faciunt verba. Magni Moscoviæ Ducis seqventia apud Lasizium. p. 129. *Quod si commemorare luberet per divinas Imagines & illorum Cultores diversis temporibus facta miracula, morbos curatos, Dæmones ejectos; tempus me ob rerum multitudinem deficeret.* Qui & pag. 130. ita pergit: *Agedum profer, si potes, similia apud Idola facta miracula, iis hominum sanationibus, quæ accedunt ad imagines. At quid ego apud te canem non credentem de his pluribus agerem. Non licet Sancta dare canibus.*

§. CLVI.
Historia.

Objectio.
Sed per imagines magna facta sunt miracula.

§. CLVII.
Refutatio hujus objectionis.
1.

nibus. Ast ô stultam & minimè sanctam Viri simplicitatem. Nam quis Theologiæ Orthodoxæ gnarus exinde colliget hoc dogma? Ergò imagines conservant Christianismum, Imagines sunt habendæ pro Diis tutelaribus, ab imaginibus expectandum ordinariè in Necessitatibus Auxilium. Cùm & Serpentis ænei adspectu & umbrâ Petri miraculosè sanarentur homines. Num. 21. v. 9. Act. 5. v. 15. nec tamen vel Religionem & Doctrinam veram conservabant, vel habebant pro Diis tutelaribus, vel ordinariè & semper exspectabatur ab his in Casibus Necessitatis, auxilium. Annon etiam 2. Scriptura clamat, miracula qvoqve patrari in Pseudo Prophetarum & AntiChristi cœtu, ut proinde solis miraculis verbo Dei destitutis non sit adhibenda Fides? vid. Deut. 13. v. 1. 2. 3. Matth. 24. v. 24. 2. Theff. 2. v. 9. Hic ergò recordari oportet verborum Augustini è Tractat. 13. in Johann. Contra Mirabiliarios: *cautum me fecit Deus meus dicens, in novissimis temporibus exsurgent Pseudo Prophetæ facientes Signa & Portenta, ut in errorem inducant, si fieri potest, etiam electos: hæc prædixi vobis.* Ergò cautos nos fecit sponsus, qvia & miraculis decipi non debemus. Unde qvoqve 3. ostendent Moscovitæ hæc miracula esse vera, non ficta, non simulata, non fraudulenta, non apparentia tantùm? Quamvis enim magna sit Moscorum ruditas, imponere tamen fictis miraculis didicerunt Papæ, cujus Rei Exempla profert Olearius. pag. 296. Et deniqve 4. Veritati contrarium est, quòd apud Idololatras miracula fieri ad imagines prorsus negetur. Lasizii exempla sufficere sola possunt Falsitati refutandæ. Producit hic ex Ciceronis Action: sextâ in Verrem prodigia & signa per Simulachrum Cereris marmoreum apud Ennenses in Sicilia patrata, qvibus etiam Cicero vim Numenqve simulachri probat. *Prodigium* quoqve erat, *qvòd post factam Cæsaris cædem lachrymarentur & sudarent in templis ebu nea atque ærea simulachra,* ut extat apud Virgil. Lib. 1. Georg. Audiant igitur hic Russi iterum *Augustinum,* qvi de *Unitate Eccles. cap. 16.* inqvit. Audiant quæ narrant Pagani de Templis & Divis suis mirabiliter, vel facta vel visa, & tamen Dii Gentium Dæmonia: Dominus autem cœlos fecit: Exaudiuntur multi, non solùm Christiani Catholici, sed & Pagani, & Judæi, & Hæretici variis erroribus & superstitionibus dediti, vel à spiritibus seductoribus Deo permittente, sive ab ipso Deo. Idem D. Siricius

2.
Miracula etiam in Pseudo Prophetarum cœtu patrantur.

3.
Multa celebrata miracula sunt ficta miracula

4.
Miracula ad imagines apud Ethnicos.

ricius & alium gravissimum errorem Moscovitarum circa Mariam his notat verbis: *Quintus,* inqvit, *error est, qvòd non contenti Christo Mediatore, etiam B. Mariæ Virgini hoc officium tribuant,* cùm Magnus Moscoviæ Dux apud Lasizium pag. 42. expressè dicat: *Nos per eam esse reconciliatos Deo, & per eam Adami inimicitias sublatas.* Eundem errorem pag. 130. hisce verbis repetit: *Ea* (Maria) *est Mediatrix Salutis hominum, ac per eam placatus est nobis Deus:* Ast hanc Gloriam Mediatorii Officii, nec ipsa Maria sibi vendicat, cujus humilitas nobis prædicatur, Luc. 1. v. 38. 48. Quæ & in Peccato Originis, non aliter, ac reliqui homines, communi naturæ ordine ab Adamo descendentes, nata est & concepta, hujusqve motûs peccaminosos in sese qvandoqve est experta. Rom. 3. v. 23. cap. 5. v. 12. Luc. 2. v. 43. Joh. 2. v. 4. Matth. 12. v. 46. *qvæ & ipsa Christo indigebat Redemtore & Mediatore,* Luc. 1. v. 47. *Quem unum & solum esse mediatorem Scriptura claris* affirmat verbis. 1. Tim. 2. v. 5. Qvi & *solus torcular calcavit,* Esa 59. 16. c. 63. v. 3. Qui *solus Pacem inter Deum & Hominem fecit.* Rom. 5. v. 1. 2. Cor. 5. v. 19. Nec *poterat insuper ad Mediatorium Officiũ sufficere nudus Homo, qvalis Maria fuit.* Psf. 49. v. 8. 9. Repeto ergò hîc verba Epiphanii hæres. 79. Revera Virgo erat ipsa, Virgo & Honorata, sed non ad Adorationem nobis data, sed & ipsa adorans eum, qui ex carne genitus est.

§. CLVIII. *Mosci etiam B. Virgini mediatoris officium tribuunt.* *Refutatio hujus erroris*

(B) *Eò, qvod eopse Deipara à Terrenis ad cœlestia commigravit.*) Hanc Assumtionem B. Mariæ seqventem in modum describit *Franciscus Hareus in Vitis Sanctorum ad diem* xv. *Augusti p. 601. 602.* Hodie Virgo immaculata, qvæ nullis terrenis inqvinata est affectibus, sed cœlestibus educata cogitationibus, non in terram reversa est, sed cum esset animatum cœlum, in cœlestibus tabernaculis collocatur. Ex qva enim omnibus vera vita manavit, qvomodo illa mortem gustaret? Sed cedit legi latæ ab eo, qvem genuit. & ut filia Veteris Adam, veterem sententiam subiit, (nam & ejus filius, qui est vita ipsa, eam non recusavit) ut autem Dei Viventis mater, ad illum ipsum digne assumitur.

§. CLIX. *Descriptio Assumptionis B. Virginis ex Hareo.*

Siquidem ex antiqua accepimus traditione, quod tempore gloriosæ dormitationis beatæ Virginis, universi qvidam sancti Apostoli, qvi Orbem terræ ad salutem gentium percurrebant, momento temporis in sublime elati, convenerunt Hierosolymis: cumqve illic essent,

In ejus dormitione omnes Apostoli simul convenerint.

eis visio apparuit Angelica, & audita est psalmodia Cœlestium Potestatum, & sic cum divina gloria im manus Dei sanctam tradidit animam. Ejus autem Corpus, qvod Deum suscepit, ineffabili quadam ratione cum Angelica & Apostolica hymnodia elatum, in loculo fuit depositum Gethsemane, quo in loco Angelorum chorea & hymnodia mansit tres dies perpetuos. Post tres autem dies, Angelico cantu cessante, qui aderant Apostoli, (cum unus Thomas, qui abfuerat, post tertium diem venisset, & quod Deum susceperat corpus adorare voluisset) loculum aperuerunt; Sed omni ex parte sacrum ejus corpus neqvaqvam invenire potuerunt. Cum ea autem tantum in venissent, in quibus erat compositum, & ineffabili, qui ex iis proficiscebatur, essēt odore repleti, loculum clauserunt, ejusqve mysterii obstupefacti miraculo, hoc solum cogitare potuerunt, qvod cui placuit ex Maria Virgine carnem sumere, & hominem fieri, & nasci, cum esset Deus Verbum, & Dominus gloriæ, quiqve post partum ejus, incorruptam servavit virginitatem, eidem etiam placuit, & ipsius, postqvam migravit, immaculatum corpus, incorruptum servatum, translatione honorare, ante communem & universalem resurrectionem.

Per tres dies mansit ad ejus sepulcrum hymnodia Angelica.

Aperto sacro tumulo corpus sacrum non invenitur.

Aderant tunc cum Apostolis sanctissimus Timotheus primus Episcopus Ephesiorū, & Dionysius Areopagita, sicut ipse testatur in iis, qvæ de B. Hierotheo, qui ipse qvoq; tunc aderat, scripsit ad dictum Timotheum, sic dicens: Nam etiam apud ipsos à Deo afflatos sacrorum Antistites, quando nos quoqve, ut nosti, & multi ex sanctis nostris fratribus, ad contuendum corpus, qvod vitæ principium dedit, & Deum suscepit, convenissemus (aderat autem Domini frater Jacobus, & Petrus, suprema & antiqvissima Theologorum summitas) &, viso sacro corpore, placuit omnibus, prout quisqve poterat, hymnis celebrare infinitam bonitatem divinarum virium. Hæc ille. Rursum D. Athanasius. Cæterum ô tu beatissima Virgo & mater; merito scilicet beatam te prædicant omnes Angelorum & Terrestrium Hierarchiæ; meritò & in cœlis benedìceris, & in terris beata prædicaris. *Hæc Haræus. Martyrologium Romanum Gregorii XIII. Pont. Max. jussu editum &c. & Urbani VIII. authoritate recognitum auctore Cæsare Baronio, Moguntiæ An. 1631. typis excusum*, non pauca de Assumptione sanctissimæ Dei Genetricis Mariæ ad diē XV. Augusti p. 501. congessit, ex quibus autem nihil nisi maximam incertitudinem

§. CLX.

Martyrologium Romanum.

tudinem harum rerum licet cognoscere. De eadem celeberrima solennitate ait, non tantum Beda ac cæteri Latinorum hac die agunt, sed & Græci in *Menologio, & in novell. Const. Emmanuel. Imp.* Mentio habetur de eadem in prædictis Actis S. Athanasiæ, de qva pridie actum est &c.

Quid certi, qvæso, ex integra hac commentatione licet concludere, nisi Romanam Ecclesiam hoc Festum instituisse, & alium hanc, alium aliam & de assumptione & assumptionis die opinionem habuisse. Res ipsa nullo solido fundamento sive historiæ Biblicæ, sive Ecclesiasticæ stabilitur. O nimium ad superstitionem credulas hominum mentes!

Refutatio narrationis de Assumtione Mariæ Virginis.

Hanc materiam erudite excussit *Andreas Rivetus in Apologia pro Sanctiss. Virgine Maria l. 1. cap. XXI. p. 174. 175. 176. ad pag. 180.* Nos merito paucula ex eo annotamus: Baronius ad annum Christi XLVIII Sect. XII. sententiam communem agnoscit Ecclesiæ Catholicæ: *Catholica,* inquit, *Ecclesia nullam de Obitu Virginis dubitationem admittit.* Cur autem mortua sit, Augustinus perspicue explicat concione 2. in Psal. 34. *Sic ergo peccatum Domini, quod factum est de peccato;* quia inde carnem assumsit: *De massa ipsa quæ mortem meruerat & peccato. Etenim ut celerius dicam,* (Lego *clarius,*) *Maria ex Adam mortua, propter peccatum Adæ. Adam mortuus est propter peccatum; & caro Domini ex Maria mortua est, propter delenda peccata.*

And. Riveti Apologia pro Sanctiss. Virgine.

Cum igitur mortuam esse apud omnes in confesso sit: Attamen quo tempore & quo modo id acciderit, quia neque scriptura dicit, neque est ullus autor probatus inter veteres, qui id certo definiat: id etiam inter ea reponi debet, in qvibus cum I. C. dicendum, *non liquet.* Miror Baronium, virum alioqui diligentem, & cui patebant exqvisitæ Bibliothecæ, Eusebium bis terve citare, tanqvam definientem migrationis B. Virginis tempus, ex ejus Chronico, in quo hæc Verba hodie leguntur: ad annum ab Abrahamo M. M. LXII. Christi XLVIII. *Maria Virgo, Jesu Christi Mater, ad filium in cœlum assumitur, ut qvidam fuisse sibi revelatum scribunt.* Id autem notandum est, Eusebium in Historia Ecclesiastica, ubi de primis Ecclesiis agit, & Apostolorum peregrinationibus & commorationibus, B. Virginis nullibi meminisse; quod certe mirandum est, cum habuerit Historiam Hegesippi, qvi inter primos, res Christianas literis consignavit. Quod ve-

Eusebius in Histor. Eccles. B. Virginis nullibi meminit.

Chronicis libris sæpe adduntur ea, quæ primis autoribus non venere in mentem.

20. Chronic. Euseb. à Pontaco editum Burdini in notis ad p. 559. Mariæ obitt.

21. Chronici Euseb. à Miræo editum, ad annum Christi. 48.

22. Svarez m. 3. Tom. 2. q. 37. art. 4. disp. 21. sect. 1 §. CLXI.

Gloriæ obitus B. Virginis nihil derogatur.

25. Psal. 116. Hebr. ult. 15. 12. 15.

26. 2. Cor. 5. v. 1.

27. 2. Tim. 2. v. 11.

rò spectat *Chronicum*, noverunt tyrones, in talibus libris, ubi spatia relinqvuntur, progressu temporis addi & interseri multa, quæ nunqvam authoribus primis venerunt in mentem. In editione Scaligeri vel in Græcis, vel Latinis, hæc verba non comparent *Arnaldus Pontacius Episcopus Vazatensis*, qui (20) Chronici illius exemplaria diligenter cum manuscriptis contulit, ingenuè agnoscit, verba citata, de assumptione Mariæ, non extare in viginti & pluribus manuscriptis exemplaribus, *& meritò delenda, si vera sit Epiphanii & Cedreni opinio, obiisse, anno ætatis suæ* LXXII. vel LXIII. vel LVII. vel LVIII. vel LIX. Nam ita variant scriptores. Addit, nihil certi esse ex priscis autoribus de tempore & modo obitus ipsius. (21.) Aubertus Miræus Canonicus Bruxellensis, qvi Chronicon Eusebii edidit, hæc verba ad annum Christi XLVIII. omisit tanquam spuria. Et (22.) Svarez, *adnotationem illam videri potius ab aliqvo additam, qvam ab Eusebio scriptam, qui nunqvam hujusmodi incertis revelationibus uti solet.* Injuriam ergo facit Eusebio Baronius, quem dicit, historicam veritatem incertorum hominum revelationi commisisse, ubi Eusebio tribuit qvæ neqve ille, neque Hieronymus, qui Eusebium vertit, nunqvam scripserunt. Ejusdem sive ignorantiæ, seu fraudis reus est *Iodocus Coccius*, qui in sua farragine, ubi agit de assumptione B. Virginis in primo ordine Patrum Græcorum, Eusebium ponit, tanqvam id asserentem. Vide sequentia ap. Rivet.

Notetur autem verus Status Controversiæ. Qvæstio non agitatur, an sit B. Virginis gloriæ derogatum ex inopia & obscuritate scriptorum veterum? Satis enim multa sunt in perspicuis Evangelistarum scriptis, in quibus veræ ipsius gloriæ jubar effulget. Et qvamvis de ejus obitu & assumptione nihil expresse dicant: tamen. 25. *si preciosa sit in oculis Domini mors sanctorum ejus*; si 26. *scimus, nos, si terrestris hujus Domus nostræ tabernaculum dissolutum fuerit, ædificium ex Deo habituros, domicilium videlicet non manu factum, æternum in cælis*; Si 27. *qvi cum Christo mortui sunt, cum eo vivunt.* 28. Si *Beati sunt mortui, qui in Domino moriuntur*; Qvis nisi impius, de æterna sanctissimæ Christi matris beatitudine, dubitabit? quis negabit *pretiosam fuisse in oculis Domini mortem ejus*, & eam translatam fuisse à morte ad vitam, post depositionem terrestris sui tabernaculi? Si 29. Paulus certus fuit, *Christum sibi & in vita & in morte esse lucrum, si desideravit*

28. Apoc. 14. v. 13. 29. Philip. 1. v. 21. & 23.

vit migrare, & esse cum Christo; qvis id Beatissimæ Virgini, nisi hostes Christianismi, detrahet, qvod Christus ei in morte fuerit lucrum, qvod post migrationem, sit cum Christo beatissima. Nam, cum vera sit ejus prophetia, *Beatam me dicent omnes generationes*, qvis de ejus æternæ beatitudine ambiget non infidelis? Hæc igitur extra controversiam posita sunto.

Verus Status Controversiæ de B. Virginis Mariæ Assumptione.

Sed qværitur, An *traditiones* illæ, qvæ in Ecclesia Romana nunc sunt receptæ, & qvarum nihil habetur in scriptoribus Ecclesiasticis aliquot seculorum à Christi nativitate, de tempore, modo, loco mortis B. Virginis, ejusdem sepulchro vacuo reperto; ejus assumtione & Ascensione in cœlū, non in anima tantum, sed etiam in corpore, pro veris & indubitatis haberi debeant? ipse Baronius 30 distingvit inter ea, qvæ à diversis sunt conscripta, qvod nonnulla sint *erronea & prorsus rejecta; alia ut Apocrypha & delira, improbata, alia rursus, tum multorum scriptis, tum etiam pia fidelium traditione recepta*. De *erroneis* ergo & *deliris* nobis non laborandum, qvamvis inter hæc multa referat Baronius, qvæ à plerisq; Pontificiis scriptoribus, non minus commendentur, quam si totidem verbis in sacris scripturis legerentur. Qvotusqvisq; enim est eorum, qui *Marialia* & *Sermones de Virgine* scripserunt, qui non descripserint partem maximam libri de *transitu Virginis*, sub nomine Melitonis; Epistolæ sive tractatus, de Assumptione sub nomine Hieronymi, & similium quisqviliarum? Athanasii, Augustini, & aliorum veterum nomine Scripta de hæc materia, idem Baronius obelo transfigit, & tamen nullis aliis autoribus innititur ipse, præterqvam iis, qvi ex lacunis illis hauserunt, impingens ipse contra admonitionem, qvam ad nonnullos direxit, 31. *qui dum Apocrypha mordicus defendenda suscipiunt, nec id qvod conantur efficiunt, & veris, qvæ astruunt, fidem derogant.*

30 Ubi supr. sect. x.

31 Ubi supra sect. XIV

§. CLXII.

Nam, cum Nicephorus Callistus, & similes, quibus potissimum innititur, istiusmodi Apocryphis scriptis multum tribuerint, adeo ut eadē repetant, quæ inter delira Baronius enumerat: Idem tamen multis aliis autoribus utitur ad ea probanda, qvæ vera existimat, præterquam Nicephori, & eorum, qvorum ille, quem alibi planum agnoscit, ementitur nomina; præsertim Juvenalis Episcopi Hierosolymitani. *Jodocus Coccius*, qui omnia collegit, qvæ ad eam rem facere putabat, præter supposititia qvædam scripta, nullos autores citat ex qvinqve priori-

prioribus seculis, in qvibus assumptionis illius in corpore, mentio facta fuerit, præter eos qui ex istiusmodi Apocryphis hauserunt. Tota miraculi fides ab eo pendet, qvod B. Virginis sepulchrum, vacuum fuit repertum: unde conseqvi voluerunt, corpus illius resurrexisse & in cœlum fuisse assumptum. At fides tota illius sepulchri vacui, pendet à testimonio Juvenalis Episcopi Hierosolymitani, cujus tamen scripta non habentur, præterquam ea fragmenta, quæ fabulator Nicephorus suis narrationibus inseruit. Quem etiam fatetur Baronius, de eo sepulchro scripsisse, qvæ convenire non possunt cum Bedæ Testimonio de locis sanctis, ubi dicit, suo tempore sepulchrum illud vacuum fuisse visum, in eo loco, ubi diu latuerat, ruinis propinqvorum ædificiorum coopertum & obrutum, ita ut ad eum pateat descensus circiter graduum sexaginta. 32. Nicephorus tamen quasi sepulchrum fuisset portatile, scribit, Principes, nempe Marcianum & Pulcheriam, rogasse Juvenalem, *ut sanctum* cum tumulum, una cum sacris vestibus rectè obsignatum ad se mitteret, eumqve ita à Juvenale transmissum, in maximo qvod ab eis constructum est Blachernarum templo, piis consecrasse ac deposuisse manibus, proxime ad sacram divinamque mensam. Id jure miratur Baronius; sed cum nihil habeat, qvo mendacium excuset, mirabundus hæret.

32. Hist. l. 15. c. 14.

§. CLXII. *Pulcheria credidit, B. Virginis corpus in sepulchro jacere.*

Notandum est autem, Pulcheriam adhuc credidisse, B. Mariæ corpus in sepulchro jacere, cum una cum Imperatore Marciano, *magnopere operam daret, ut illud inveniret.* Vixit Marcianus circa annum Christi CCCCL. ac proinde Ecclesia per tot secula adhuc ignorabat assumptionem B. Mariæ in corpore. Et tempore Epiphanii ejus sepulchrum adhuc fuisse ignotum, asserit idem 33. Baronius, & ex eo redarguit mendacium Pseud-hieronymi, etiam ex Eusebio & aliis, qvi egerunt de locis sanctis, Constantini tempore repertis, & ædificiis illustratis, cum nullus eorum vel levem saltem de sepulchro Virginis fecerit mentionem. Quo etiam argumento, supposititiam esse Orationem seu homiliam, sub Athanasii nomine de Sancta Deipara: qvia occasione inventionis sepulchri illius vacui, *de ejus in cœlum cum corpore assumptione exhibitum est scribendi argumentum: antea autem nemo (quod repererim, ait Baronius,) ejusmodi scribendi genus attigit.* Quæ certe confessio magni est in ea re momenti. Nam si per quinqve fere secula nihil de illa assumtione in Ecclesia certum fuit, inde liquet,

Tempore Epiphanii B. Mariæ sepulchrum adhuc fuit ignotum.

NB. *Per quinq. secula nihil*

rem

rem non fuisse necessariam ad salutem; nec B. Virginem fuisse invocatam, tanqvam in cœlum non anima tantum, sed etiam in corpore assumptam. Notandum est autem, personatum illum *Juvenalem*, à Nicephoro in scenam adductum, qui antiqvissimam & verissimam traditionem prætendit, ex illa nobis ea deliria referre, qvæ ex Apocrypho libro de transitu Virginis Nicephorus transcribit: *instante Virginis obitu Apostolos ex ipsis terrarum Orbis finibus, ubi ad prædicationem ob eundam disperserant, sublimes in aere Hierosolymam venisse &c.* quæ ibi referuntur ut *Apocrypha ac deliria improbata. Proinde Baronium frustra distingvere ea, quæ Juvenalis, non ex scripto aliqvo commentario, sed potius ex antiqua & veneranda majorum traditione, se accepisse testatus est;* ab aliis quæ ex Apocryphis desumpsit. Quia in illa Oratione, qvam ad Imp. Marcianum & Pulcheriam fingit eum habuisse Nicephorus, nulla talis apparet distinctio, quin imo præfatur, se, quæcunqve dicit, ex *antiquissima & verissima traditione* referre; etiam potestatum divinarum cantum, adventum filii, spiritum matris in manus suas suscipientis, corpus elatum cum Angelica simul & Apostolica hymnodia, in tumulo qvodam è regione, Getsemane repositum, & toto triduo Angelos canentes carmina eo loco, in honorem S. genetricis Dei. Sepulchrū apertum Occasione absentis Thomæ, in qvo corpus repertum non fuerit, sed sepulchrales tantum fasciæ &c. Hæc omnia, inqvam, à traditione *certissimè* derivantur; Apocrypho videlicet, sub nomine Melitonis libro, ab ipso Baronio inter suppositítios rejecto.

de illa Assumptione certum fuit.

Personatus Juvenalis.

§. CLXIII.

Conclusio.

Afferit nihilominus *& profitetur, ipsam sanctissimam Dei genetricem, una cum sacratissimo illius corpore, quo impartita est Deo carnem in cœlum esse receptam,* quod dicit, *tam Græcorum quam Latinorum omnium (per paucis exceptis, qui eâ Epistolâ decepti sunt,) assertione & Romanæ Ecclesiæ usu recepto constare.* Sed Græci illi mendaces, & Latini eorum vestigia seqvuti omnes, iis temporibus vixerunt, qvibus invaluerat superstitio, & Apocrypha deliria seqvuti, recesserunt non tantum à scripturis, sed etiam à modestia veterum Patrum, qui de eo non inqvisiverunt, nec operæ pretium judicarunt. Proinde in hoc numero nulli comparent majorum gentium Patres, cum Græci, tùm Latini, qui prioribus quinque seculis scripserunt, id etiam fatente Baronio, & eos arcente, qui sub aliquorum ex iis nomine, voluerunt se insinuare. Unde seqvitur, novum esse dogma, quod non fuit ab initio, nec multis

Græci mendaces & Latini eorum vestigia secuti, iis temporibus vixerunt, quibus invaluerat superstitio.

Nulli majorum gentiū Patres, sive

tis seculis post initia. Nec propterea negamus Deum id potuisse, quâ de re quæstio non movetur; sed an id voluerit & fecerit quæritur: quod ex testimonio veteris Ecclesiæ cum probari non possit, inter ea *quæ firmiter & constanter sunt asserenda*, reponere non possumus. *Veritas est*, ait 34. Durandus Mimatensis,) *quod primo assumpta est in anima; Utrum autem corpus in terra remansit, incertum habetur, & melius est piè dubitare, quàm aliquid circa hoc temerè definire.* Vixit Durandus, sub finem duodecimi seculi.

Græci sive Latini è prioribus quinq; seculis Assumptionē Mariæ referunt.

34. Rational. lib. 7. c. 24. initio.

§. CLXIV. *Festum Assumptionis Mariæ.*

Idem *Rivetus* lib. II. Cap. XIII. p. 345, 346. de *Festo Assumptionis Mariæ* hæc habet: Restat Festum Assumptionis, quod celebratur XV. Augusti, quod est apud Mariolatras omnium maximum, & dicitur per excellentiam *dies Dominæ*, ut ait 31. Baronius. De ejus origine & prima institutione nihil certi afferunt. Græci non sunt usi nomine *assumptionis*, nec Græco, quod id significaret, sed κοιμήσεως, dormitionis; quia ut vidimus, nihil certi habuerunt de assumptione in corpore. *Usuardus & Ado* (inquit Baronius) *cum hac die celebrari dicant genetricis dormitionem, de Ecclesiæ judicio verba hæc subdunt. Plus eligit sobrietas Ecclesiæ cum pietate nescire, quam aliquid frivolum & Apocryphum inde tenendo docere.* Hæc illi. Sed quæ secuta est Ecclesia, hujus sobrietatis limites transgressa, eas lectiones ex variis autoribus in illius festi officio recitari curat, quæ rem in dubio non relinqvunt: Et quamvis id apertè non definierit, quod fuerit in cœlum cum corpore assumpta; vix tamen ullus est inter Pontificios, qui de eo dubitantem ferat, de quo 32. antea satis fusè diximus. Unum hic adjicimus ex 33. Hautino Jesuita, cùm die assumptionis, sanctimoniales canerent, *Quæ est ista, quæ ascendit?* &c. Continuò auditas fuisse cœlestium Symphoniacorum voces &c. *Sed cum unus Mariæ filius, ac divinus*

31. In Martyrol. ad diem XV. August.

Græci sunt usi voce κοιμήσεως, dormitionis, non assumptionis.

32. supra c. 22.

33. Hautinus Angeli custodis. pag. 150.

ΚΕΦΑΛΗ. Η.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΤΩΝ ΤΡΕΙΩΝ ΝΗΣΤΕΙΩΝ.

Διαφέρουσι δὲ αἱ δύο νηστεῖαι ἀπὸ τῆς μεγάλης Τεσσαρακοστῆς, ὅτι ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ τῆς Χριστοῦ

vinus sponsus, unius illius decora comprehendat, quænam ipsa esset, admirantibus chorantis, respondit altâ sanoraq; voce. Ista est speciosa inter filias Jerusalem. Ita ipse quoq; cum Angelis, triumphalia matris præconia anniversaria ritu instaurabat. Quis post hæc dubitabit divinum esse Festum, quod ipse Filius Dei anniversaria vice celebrat, si Deo placet?

§. CXLV. De Festi hujus antiquitate nihil audet ipse Baronius determinare: In Galliis fuisse receptum apparere circa tempora 34. Caroli Magni, ex ejusdem capitulari, conjicit. Verba sunt, *De assumptione sanctæ Mariæ interrogandum, relinquimus.* Agebat de Festis in anno celebrandis, & post enumeratos dies alios festos sexdecim in anno; postremum illum relinqvit in dubio; quod argumento est, de eo nihil tum fuisse definitum. Postea tamen in iisdem capitularibus tàm Caroli, qvàm Ludovici; festum illud sine exceptione cum reliquis recensetur; unde non malè colligitur, quod initio dubium erat & liberum, tandem in legem transiisse; Sed post annos octingentos à Christi nativitate, idqve sub Ludovico pio Coroli filio. Qvicquid sit, ex iis quæ hactenus dicta sunt, *constat, primis & melioribus Ecclesiæ temporibus nulla festa fuisse Mariæ dicata. Institutum illud respectu superiorum temporum novum esse; nullo Apostolorum vel decreto, vel exemplo munitum. Meras hominum adinventiones esse, quæ superstitione invalescente paulatim sunt multiplicatæ, & alio prorsus fine & animo, à posteris celebratæ, quam à majoribus fuerant introductæ.* Unde autem mos inoleverit, die assumptionis, deferendi in templa *fasciculos herbarum*, ut per consecrationem sacerdotis, vires acqvirant fugandi Cacodæmonas; spectra, Veneficia, arcendi fulmina & alia noxia, dicant qui norunt. Hoc fieri à mulieribus narrat 35. Witikindus; qvo autem jure, aut mandato id faciant, id nobis invidit & posteritati.

34. Capit. Caroli M. l. 1. c. 163.

Conclusio de Festis B. Mariæ, qvod primis & melioribus temporibus nulla fuerūt.

35. In Computa Eccles.

CAPUT VIII.
DE DIFFERENTIA TRIUM ISTORUM JEJUNIORUM

DIfferentia inter hæc Jejunia & Magnam Qvadragesimam in eo est, qvod in Qvadragesimâ

Nativitatis Christi & Apostolorum Petri & Pauli, non solum pisces; sed etiam iteratâ vice de Die, In Qvadragesimâ Virginis verò bis qvidem de die, at pisces neqvaqvam comedere liceat.

Caput IX.

DE RATIONE INCHOANDI JEJUNIUM MAGNÆ QVADRAGESIMÆ

§. CLXVIII.

Jejunium hoc hunc ad modum auspicātur. Dominicâ Decimâ ante Dominicam Paschalem, hoc est, Nonâ, qvæ Festum præcedit Paschatos, Septimanâ. Vocatur ea Septimana, Septimana Prophonesimos, ut & Dominica Publicani & Pharisœi, (A) quia Evangelium, qvod de Publicano & Pharisœo agit, humilitatis addiscendæ causa ea ipsa Decima Dominica prælegitur; ut scilicet addiscant omnes de seipsis modestè & humiliter sentire, nec alios judicando, cum Pharisæo, qui Publicanum condemnavit, pœnamqve luit in supplicium incidant. Circa vesperam usqve ad diei alterius diluculum h. e. in ipsa Decima Dominica ante Pascha ejus generis cantiones cantant & voce magnâ, & simpliciter ut plurimum, & harmonicè, (B) ita ut omnium penetrent aures, hunc in sonum: Fugiamus superbiam Pharisœi & discamus humilitatem

Evangel. de Publicano.

καὶ Τελώνε μάθωμεν ταπείνωσιν, καὶ ἕτερα τοιαῦτα ὅμοια. Καὶ ἄρχονται ἐξομολογεῖσθαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, καὶ τὰς ἀδικίας τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν συγχωρεῖν, ἵνα ὦσι καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅταν ἄρχονται νηστεύειν.

AD CAPUT

§. CLXVIII *Dominica Prophonesimos & Publicani ac Pharisæi, & cur ita nominetur?*

(A) V*Ocatur ea Septimana, Septimana Prophonesimos, ut & Dominica Publicani & Pharisæi.*) De hâc *Allatius de Dominic. & Hebdom. Græc.* §. VIII. Col. 1414. Prima itaqve in Triodio Dominica est τ̃ Τελώνε, καὶ Φαρισαίε, Publicani & Pharisæi; sic dicta, qvòd eâ de jam dictis Parabola recitetur; & est decima septima Lucæ. Respondet hoc anno, quô scribimus clↃ. IↃcxLIII. nempe Dominicæ Tertiæ post Epiphaniam. Ea quoqve Προφωνήσιμ☉, Prophonesimus dicitur. Et eadem Sectione Col. 1414. 1415. Nominis causam reddit Nicephorus Callistus in Synaxario ejusdem Dominicæ: Et ante omnia Publicani & Pharisæi Parabolam proponunt, Hebdomadem Prophonesimos nominant. Qvemadmodum enim qui ad corporeos conflictûs progressuri sunt, à Ducibus de pugnæ tempore præmonentur, ut expurgatis Ensibus, illustratisqve, & reliquis omnibus probè præparatis, & sublato è medio, quòd impedimento esse potest, certamina alacriter ineant, & necessaria comparent; sæpè etiam ante pugnam ipsam, & sermones & Historias & Exempla ipsis enunciant, ad æmulationem eorum ingenia excitantes, & segnitiem, & timorem, & ignaviam, & si qvid aliud est, quod discrimen afferre potest, repellentes; sic & sancti Patres subsecuturam Jejunii contra Dæmones aciem præintonant, ut, si quis animabus nostris affectus anteà inhæserat, & rubiginem longo tempore contraxerat, eo expurgato, nec non, qvod nobis ex bonis deest, studio & diligentiâ comparantes, &, ut opus est, instructi ad Jejunii certamina promtè accedamus.

§. CLXIX. *De Cantu &*

(B) *Ἄδουσι ᾄσματα πάντα, Cantant, ejus Generis Cantiones*

Publicani: & ſimilia. Et peccata etiam ſua confiteri incipiunt, offenſarumqve inimicis ſuis gratiam faciunt, ut ita animo undiqvaqve defœcato & puro jejunii initium faciant.

IX.

tiones, magnâ voce & ſimpliciter & harmonicè.) Oda vel Cantio quid aliâs propriè ſit, & qvalis ejus ſtructura, docet ex *Zonarâ Goar in Euchologio, p. 434.* Canticum verò id dicitur, qvod Deo non per inſtrumenta canitur, ſed vivâ voce modulando cantatur: nihil enim aliud eſt, quàm Hymnus gratiis agendis & laudando Deo accommodatus. Sunt autem Cantica novem (in unoqvoqve Canone,) quia cœleſtis Hierarchiæ ac Hymnodicæ imaginem præferunt. Aliam qvoqve ob cauſam novem Cantica conſtituuntur, nimirùm ut Sanctiſſimam Trinitatem Symbolicè repræſentent, in cujus honorem jam olim à Patribus definita ſunt. Nam ſi ter TRIA dicas, utiqve numerum novenarium conficies, quem huic Hymno deſtinarunt, tanquam triplici Trinitate conſtantem, & ex tali Trinitate conflatum. Brevius & argutè magis dixit Arcudius ubi ſupra. Menſura Canticorum unius Canonis, aſcendit ad Novenarium, qui in numeris (ut harum rerum ajunt periti,) eſt omnium maximus. Nam deinceps ſeqvuntur Decades, Hecatontades, Chiliades, Myriades: qvæ ſimiliter progrediuntur ac Monades, reliqvi verò numeri ſecundum compoſitionem horum & repetitionem fiunt. Canon dicitur Terminus hujus menſuræ conſtans ex novem Canticis.

Cantionibus Græcorum.

§. CLXX. Origo cantionum in Eccleſia per choros.

Non injucunda qvoque eſt ejuſdem Goaris de Cantionum in Eccleſiâ origine obſervatio, qvam habet p. 28. & 29. Num. 12.

Laudes divinas per Choros in Eccleſiâ cantandi conſuetudinem à S. Ignatio Antiochiæ Epiſcopo, Tertio Apoſtoli Petri ſucceſſore, dimanâſſe affirmat Socrates. Lib. 6. cap. 8. Ὀπτασίαν εἶδεν ἀγγέλων διὰ τῶν ἀντιφώνων ὕμνων τὴν ἁγίαν τριάδα ὑμνούντων, καὶ τὸν τρόπον τοῦ ὁράματος τῇ ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ Ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν, ὅθεν καὶ ἐν πάσαις ταῖς Ἐκκλησίαις αὕτη ἡ παράδοσις ἐδόθη. Viſionem Angelorum

rum habuit hymnis Antiphonis Sanctam Trinitatem celebrantium, modumque hunc cantandi sibi in visione manifestatum, Ecclesiæ Antiochenæ tradidit, à qvâ in omnes Ecclesias deinceps, traditio temporis successu profluxit. Ibi porrò Ἀντίφωνα, hymnos alternâ vice decantatos vertit interpres. Verùm licet Antiphonis alternatio vocum non sit deneganda, propter ad inventos tamen Antiphonorum hymnos, omnem cantum per vices alternum, ab Ignatio traditum Ecclesiæ non facile crediderim. Species enim generis amplitudinem omnem secum non vehit. Certior igitur alia, & superioribus Ignatio temporibus mutuæ vocum alternationis in Choro repetenda est causa. Cumque etiam inter Essenos, Christianorum in Alexandriâ primitias, viguisse describat Philo de vita contempl. indubium est, ab Apostolis eorum institutoribus ad ipsos fuisse profectam: imò ab antiquis Hebræis mare rubrum sicco vestigio transfretantibus eam accepisse memorat, Γίνονται χορὸς εἷς ἐξ ἀμφοῖν, μίμημα τοῦ πάλαι συςάντος κατὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν. Unum Chorum faciunt promiscuum ad imitationem illius olim instituti in rubri sinus littore. Utrum itaqve hujusmodi divinas laudes alternandi usus, olim jam ab Apostolis institutus, Celestini primi jussu, circa Annum Christi 426. vel Chrysostomi ad Arianos æmulatione, vel Flaviani, Ambrosii, Diodorive Studio Ecclesiam pervagatus fuerit, sine solido, ut reor, quæritur argumento, quem superiori ætate jam receptum testatur Basilius ad Neocœs. Clericos, his verbis: Διχῇ διανεμηθέντες ἀντιψάλλουσιν ἀλλήλοις ἔπειτα πάλιν ἐπιτρέψαντες ἑνὶ κατάρχειν τοῦ μέλους, οἱ λοιποὶ ὑπηχοῦσιν. In duas partes divisi alternis succinentes vocibus psallunt: & aliqvando uni ex ipsis hoc muneris dato, ut qvod canendum est, ordiatur, succinunt reliqui. Communeq; Ægyptiis, Arabibus Mosopotamiis, & aliis cunctis, apud quos Psalmodiæ essent in pretio asserit Sanctus Doctor. Unde nullum facessere negotium adversum Suidæ Testimonium existimo, qui reciprocarum vocum in choris mutuum canendi ritum ad Constantii tempora reducendum esse arbitratur his verbis: Χορὸς ἐστὶ τὸ σύστημα τῶν ἐν ἐκκλησίαις ᾀδόντων: διῃρέθησαν δὲ οἱ χοροὶ τῶν ἐκκλησιῶν εἰς δύο μέρη ἐπὶ Κωνσταντίου τοῦ υἱοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ Φλαβιανοῦ ἐπισκόπου Ἀντιοχείας. διχῇ τοῖς Δαβιδικοῖς ᾄδοντες, ὥσπερ ἐν Ἀντιοχείᾳ πρῶτον ἀρξάμενον, εἰς πάντα πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατι.

Chorus

Chorus est conventus in Ecclesiâ canentum: divisi sunt verò in duas partes Ecclesiarum Chori sub Constantio Constantini M. Filio, & Flaviano Antiochiæ Episcopo: ex utrâque verò parte Psalmos Davidicos concinunt; quód quidem cùm Antiochiæ fieri inchoatum, ad extremos deinde terræ limites pervagatum est.

Idem & pag. 31. Num. 35. benè annotat, cur Græci sedes Cantoribus in Choro dispositas στασίδια vocent, & inqvit: Mirum, cur Græci sedes in Choro cantoribus dispositas, στασίδια à stando, & erecto corporis statu, quam à sedendo denominaverint. At cùm non nisi rarò in Ecclesiâ sedeant, sediliaqve memorata sint illis erecta, ut ferè continuò stantes perseverent, & χειρονομίᾳ manûs gesticulatione cantui moderando vacent: στασίδια ut stationis tenendæ auxilia, dum eorum fulcris accumbunt brachia, primitus sunt appellata. Aliam insuper hujus denominationis Chrysostomus rationem profert in 1. Tim. cap. 1. v. 5. cum enim Chorea sacra sit Fidelium Deum laudantium conventus, in qvo cuncti ἑστήκασι τὸ ἅγιον συστησάμενοι χορὸν, & locus unius cujusque choream agentis στάσις dicatur, quid mirum, si στασίδιον inde deductum, locum fidelium in choro, choreâqve sacrâ consistentium, significare promeruerit?

Cur sedes Cantoribus in choro disposita στασίδια vocentur.

§. CLXXII.

De Cantu Græcorum *Stephanus Gerlachius Generoso Dn. Davidi Ungnadio, Imperatoris Maximiliani II. ad Portam Ottomannicam Legato*, Concionum, & in itinere, & Constantinopoli habendarum causâ adjunctus, *ad Martinum Crusium in Epistolâ*, qvæ reperitur *apud Chytræum* l. d. pag. 100. & in *Turco-Græciâ* pag. 197. hæc habet: Cantus Figuralis apud Græcos non est: nisi quod cantores in Templis, variatâ, interdum voce, eum imitari conentur, & more utriculariorum nostrorum, alius vocem eodem sono tenet: alius Dra, Dra, fatatorium in modum canit. In Musicis libris notulas nostras non habent; sed certa qvædam signa (veluti [illegible]) ex qvibus vocem variare noverunt. Instrumentis Musicis non utuntur: nisi fortè Testitudine & Clavicordio, ii, qui ex Cypro, Chio, Cretâ, Corcyrâ, aliisque Italicæ imitationis locis veniunt. De Atheniensibus tamen testatur Theodosius Zygomala, qvod licet jam barbaros mores induerunt, memoriâ tamen valeant, & suavi voce præditi sint, & diversis cantilenis ac modulationibus, Sirenum more auditores demulceant. Qvos si Orpheus (qui feras & lapides cantu mulsis-

An Cantus figuralis sit apud Græcos

mulsisse dicitur) vel Methymneus Terpander, aut Marsyas (qui cum Apolline certavit) audivisset, naturâ artem superantes: obstupuissent, & tibias abjecissent, & calamos fregissent. De Moscis scribit

Joh.

ΚΕΦΑΛΗ. I.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝΝΑΤΗΣ ΚΥΡΙΑΚΗΣ ΠΡΟ ΤΟΥ ΠΑΣΧΑ.

Τῇ δὲ ἐπομένῃ κυριακῇ, ἥτις ἐστὶν ἐννάτη κυριακὴ πρὸ τοῦ πάσχα, καὶ Ἑβδομὰς ὀγδόη, καλεῖται αὕτη ἡ Κυριακὴ, Κυριακὴ τῆς δευτέρας παρουσίας καὶ Κρίσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Διότι ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀναγινώσκουσι τὸ Εὐαγγέλιον, τὸ λέγον. Τότε ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν Νεφελῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ τὴν Προφητείαν τοῦ Προφήτου Δανιὴλ, τὴν λέγουσαν. Ἰδοὺ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ παλαιὸς τῶν ἡμερῶν ἐκάθησε, καὶ βίβλοι ἀνεῴχθησαν εἰς κρίσιν, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἀναγινώσκουσιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ταῦτα τὰ ῥήματα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς προφητείας τοῦ Δανιὴλ φωνῇ ξηρᾷ καὶ μεγάλῃ ᾄδοντες, ὥστε πάντας ἀκούειν, καὶ πολλοὺς τρέμειν ἐκ τοῦ φόβου, διὰ τὸ πάντας ἀκούειν, ὅτι κρίσις καὶ ἀνταπόδοσις μέλλει γενέσθαι. Ὅμως καὶ ἐνωχοῦνται σφόδρα τῇ αὐτῇ κυριακῇ, καὶ ἐλεημοσύνας ποιοῦσι πολλὰς, καὶ τοὺς ἐχθροὺς συγ-

Joh. Faber. pag. 181. & *Neugeb.* cap. 14. Mosc: In organa verò illa Pipiniana, qvæ tamen nobis primò à Græciâ Pipino sc: à Constantino Græcorum Imperatore sunt missa, nullos omninò sumtûs faciunt, neqve hactenus usi.

Organa Pipiniana.

Caput X.

DE DOMINICA NONA, QVÆ FESTUM PASCHATOS PRÆCEDIT.

§. CLXXIII.

Dominica seqvens, qvæ est ante Festũ Paschale Domininica Nona, & Septimana Octava, vocatur Dominica Adventûs Secundi, & Judicii Domini nostri Jesu Christi. Ideò, quod die illa illud legant Evangelium, qvod hæc verba continet: Tunc videbitis Filium hominis venientem in nubibus, & qvæ sequuntur. Nec non Prophetiam Danielis dicentem: Ecce Throni positi sunt, & antiquus dierum consedit, libriqve ad judicium aperti sunt & qvæ sequuntur. Legunt autem hæc tum ipsius Christi, tum Danielis Prophetæ verba in Ecclesiâ, voce communi & magna, cantando, ita ut nemo nòn audiat; multi etiam contremiscant, impulsi timore, ex eo, qvod Judicium & retributionẽ futuram ex prælectis intelligant. Adhæc hâc ipsa Dominica crebrò convivia agitant, eleemosynas plurimas distribuunt, inimicis condonãt, amicitiæ vincula per inimicitias dissoluta iterum connectũt

Dominica Adventus secundi.

συγχωροῦσι, καὶ φιλίαν ποιοῦσι, μετὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν. Καὶ οὐδαμῶς θέλουσι καταχρίνειν, καὶ λοιδορεῖν μετὰ τὴν φιλίαν, οὔτε μνησικακεῖν ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ αὐτῶν, διὰ τὸ ἀκούειν τοῦ Παύλου, λέγοντος: οὔτε κλέπτης, οὔτε λοίδορος, καὶ τὰ ἑξῆς, Βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. Καλεῖται ἔτι αὕτη ἡ κυριακὴ καὶ Κρεοφαγοῦσα, ὅτι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀποκρεοῦσι τὸ κρέας, ὅτι τῇ ἐπαύριον, τουτέστιν, τῇ ἡμέρᾳ τῆς Σελήνης ἄρχονται νηστεύειν ἀπὸ τοῦ κρέατος μόνον, καὶ ἐσθίειν ὠὰ, καὶ Γάλα, καὶ τυρὸν, καὶ βούτυρον, καὶ ὅσα ἄλλα ἀλείμματα, ἃ παράγονται ἀπὸ κρέατος ὅλην τὴν ἑβδομάδα. Τῇ δὲ ἡμέρᾳ τοῦ Κρόνου, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Ἡλίου, ἥτις καλεῖται καὶ Κυριακὴ ὀγδόη περὶ τοῦ πάσχα, ἑβδομὰς δὲ ἑβδόμη περὶ τοῦ πάσχα. (a.)

(a. Sensus est in completus, videtur aliquid deesse. Impressum tamen exemplar non aliter se habet.)

ΚΕΦΑΛΗ ΙΑ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΓΔΟΗΣ ΚΥΡΙΑΚΗΣ ΚΑΙ ΕΒΔΟΜΑΔΟΣ ΕΒΔΟΜΗΣ ΠΡΟ ΤΟΥ ΠΑΣΧΑ.

Η Ὀγδόη Κυριακὴ περὶ τοῦ πάσχα καλεῖται Τυρινὴ, διὰ τὸ ἐσθίειν Τυρὸν καὶ ὠὰ, πᾶν ἀλείμμα, καὶ χαίρειν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ σφόδρα τοὺς Ἕλληνας, ὅτι τῇ ἐπαύριον ἡμέρᾳ, τουτέστιν, τῇ ἡμέρᾳ τῆς σελή-

νης

condemnare alios, conviciis post redintegratā amicitiam denuò incessere, injuriarum vel semel per omnem vitam meminisse, procul à se futurum asseverantes. Et id ob effatum Pauli: qvo neqve furem, neqve conviciatorem, nec reliqvos ibidem indicatos Regni Dei hæreditatem adituros edicit. Adde qvod Dominica hæc qvoqve à carnium esu nomen obtineat, qvia hâc ipsa die omnes carnes paratas consumunt, seqventi enim, h.e. die Lunæ ab ipsis carnibus, & qvidem solis abstinere incipiunt, ovis interim, lacte, caseis, butyro & similibus anctis sive aleimmatibus, qvæ à carne ortum habent, per integram hebdomadam victitantes. Die Saturni verò & Solis, qvæ etiam Dominica Octava, Septimana verò Septima ante Pascha vocatur.

Dominica κρεοφαγῦσα.

Caput XI.

§. CLXXIV

DE DOMINICA OCTAVA, ET SEPTIMANA SEPTIMA ANTE PASCHA.

Octava Dominica ante Pascha à Caseis nomen habet, eò qvod caseis, ovis & aliis hujus Generis unctis, sive alemmatibus vescantur. Lætantur verò hac ipsa die Græci supra modum, qvòd die seqventi, Lunæ dicta jejunium in choaturi sint. Ap-

Dom. Τυρινὴ seu à caseis dicta.

ντης ἄρχονται νηστεύειν. Καλεῖται δὲ αὕτη ἡμέρα καὶ ἐ-
ξορία τοῦ Ἀδὰμ διὰ τὸ ἀναγινώσκειν ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ
τὴν ἐξορίαν τοῦ Ἀδάμ. Τουτέστι πῶς ὁ Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα
ἔφαγον ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως, πῶς διὰ τὴν λαι-
μαργίαν ἐξορίσθησαν ἀπὸ τοῦ Παραδείσου, πῶς παρή-
κουσαν τὸ πρόσταγμα τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ἐδιώχ-
θησαν. Καὶ ὅτι μετὰ τὴν Ἐξορίαν ἐκάθισεν, ὁ Ἀδὰμ
κατ' ἔναντι τοῦ παραδείσου, καὶ ἔκλαιε, πῶς ἐπαλήθη διὰ
τὴν λαιμαργίαν, πῶς ἐγένετο δοῦλος τοῦ Διαβόλου διὰ
τὴν λαιμαργίαν, πῶς ὁ πρότερον βασιλεύς, νῦν δοῦ-
λος τοῦ Διαβόλου ἐχρημάτισε διὰ τὴν λαιμαργίαν, ὡς
ἑρμηνεύει ὁ Θεῖος Χρυσόστομος περὶ Νηστείας, καὶ ὁ
μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς Ἀσκητικοῖς αὐτοῦ. Πῶς ὁ
Ἰσαῦ διὰ μικροῦ ζωμοῦ προέδωκε τὰ πρωτεῖα. Πῶς οἱ
Ἑβραῖοι διὰ τὸ ἐπιθυμῆσαι κρέας φαγεῖν, ἔφαγον,
καὶ ἦλθεν ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἀπώλοντο δεκα-
τέσσαρες χιλιάδες ἐν μίᾳ ἡμέρᾳ ψυχικῶς καὶ σωμα-
τικῶς, διὰ τὴν ἐπιθυμίαν κρέατος, καὶ ἕτερα Μύρια το-
σαῦτα. Καὶ τούτου ἕνεκα ποιοῦσιν μεγάλας ἐλεημοσύ-
νας, καὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν συγχωροῦσιν, ὡς προείπο-
μεν, καὶ τὰ νῦν ποιοῦσιν, ἵνα ὦσι καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅ-
ταν ἄρχονται νηστεύειν.

ΠΕΡΙ

pellari qvoqve consvevit hic dies Relegatio Adami, quia eapse die Historia ejectionis Adami prælegitur, h. e. qvomodo Adam & Eva à fructu cognitionis sibi non temperando, ob gulæ incontinentiam Paradiso ejecti, & ob neglectum divinum mandatum in exilium missi sunt; qvomodo Adam post expulsionem, è regione Paradisi considens miseriam suam deploravit, qvomodo gulæ vitio seductus servus Sathanæ per intemperantiam factus, &, qui modò Rex erat, jam servus Diaboli per eam incontinentiam redditus sit. Sicuti hoc ad hunc modum explicat Divus Chrysostomus de Jejunio. Et Magnus Basilius in Asceticis suis. Quemadmodum Esau ob vile aliqvod pulmentum primogenituræ jus perdidit. Sicuti Israelitæ carnis comedendæ cupidine flagrantes ederunt quidem, at effervescente irâ divina, una die qvatuordecim millia, qvà animam, qvà corpus propter immoderatum carnis desiderium interierunt. His subjunguntur & alia hujus generis prope sexcenta. Qva causa etiam multas eleemosynas distribuunt, inimicis etiam suis offensas omnes remittentes, &, qvæ supra recitavimus, etiam hoc tempore observant, ut ita mundo corde jejunium auspicentur,

Relegatio Adami.

QVO-

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΩC ΑΡΧΟΝΤΑΙ ΝΗCΤΕΥΕΙΝ;

Ἄρχονται δὲ νηστεύειν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Σελήνης, τουτέστιν, ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς Ἑβδόμης ἑβδομάδος πρὸ τοῦ Πάσχα. Καὶ νηστεύουσι πέντε ἡμέρας, τουτέστιν, ἡμέρα Σελήνης, ἡμέρα Ἄρεος, τῇ ἡμέρᾳ Ἑρμοῦ, τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Διὸς, τῇ ἡμέρᾳ τῆς Ἀφροδίτης. Νηστεύουσι δὲ ξηροφαγοῦντες, τουτέστιν, ἐσθίουσι Κυάμους, λαθύμα μετὰ ὄξου, λάχανα καχλάζουσι μετὰ ὕδατος, καὶ ἐσθίουσι μετὰ ὄξου. Σταφίδ ς, σῦκα, μῆλα ξυρὰ, ἄπια ξηρὰ, κερασία ξηρὰ, καὶ Μέλι. Ταῦτα πάντα κοχλάζουσιν ὁμοῦ, καὶ ἐσθίουσι μετὰ τὸν καρπὸν, τὸν δὲ ζωμὸν πίνουσι ὡς οἶνον καὶ ἕτερα τοιαῦτα. Τῇ δὲ ἡμέρᾳ τοῦ Κρόνου, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Ἡλίου, ἥτις καλεῖται Κυριακὴ, ἐσθίουσιν ἔλαιον, πίνουσι καὶ οἶνον, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα διάγουσιν, ἕως τοῦ Πάσχα.

ΚΕΦΑΛΗ. ΙΒ.

ΠΕΡΙ ΤΕΤΡΑΔΩΝ ΚΑΙ ΠΑΡΑΤΚΥΕΩΝ (Α) ΟΛΟΥ ΤΟΥ ΕΝΙΑΥΤΟΥ.

Νηστεύουσι δὲ καὶ ἑτέρας δύο ἡμέρας ἐν ἑκάστῃ ἑβδομάδι ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ τουτέστιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ Ἑρμοῦ, καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Ἀφροδίτης. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Ἑρ-

μοῦ

QVOMODO JEJUNARE INCIPIANT.

EXordiuntur vero jejunia ſua die Lunæ, h.e. die prima hebdomadis Septimæ ante Paſcha. Jejunantqve dies qvinq; h. e. die Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris. Jejunium autem hoc conſiſtit in aridorum ciborum uſu, h.e. fabas, cicerculam cum aceto comedunt. Uvas paſſas, ficus, poma arida, pira ſiccata, ceraſa toſta, nec non mel. Qvæ omnia ſimul coquunt, ac fructum qvidem cibi, juſculum verò potûs loco adhibent, inſtar vini, & alia ſimiliter peragunt. Die Saturni verò & Solis, qvæ eſt dies Dominica, oleum edunt, & vinum bibunt, & hâc ratione per reliqvum usqve ad Feſtum Paſcha Tempus, ſingulis Septimanis victitant.

CAPUT XII.

§. CLXXV.

DE QVARTA FERIA ET SEXTA, PARASCEVE, TOTO ANNO JEJUNIO DICATA.

JEjunant ad hæc etiam aliis diebus duobus in quâlibet Septimanâ per totum annum, die Mercurii puta & Veneris, illâ quidem, quòd iſtac

μὲ νηστεύουσιν, ὅτι τὴν αὐτὴν ἡμέραν ὁ Ἰούδας ἔλαβε τὰ χρήματα, ἵνα παραδώσῃ τὸν Χριστὸν, καὶ συλλυπεῖται τῷ Χριστῷ διὰ τῆς νηστείας. Τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῆς Ἀφροδίτης, ὅτι τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἐσταυρώθη ὁ Χριστὸς, καὶ συλλυποῦνται τῷ Χριστῷ, διὰ τὸ λέγειν τὸν Χριστὸν, ὅταν ἀρθῇ ὁ Νυμφίος ἀπ' αὐτῶν, τότε νηστεύουσιν οἱ ἐμοὶ μαθηταί.

(A) Τετράδαι καὶ παρασκευῶν. Τετράδαι est vox Græco-Barbara notans quartam feriam. Dies Solis enim est prima feria, dies Lunæ secunda feria, dies Martis tertia feria, Dies Mercurii est quarta feria. Παρασκευὴ notat diem Veneris. Uti me docuit Græculus quidam, qui ex illis oris stipis colligendæ causa huc venerat. Idem postea legi apud Leonem Allat. de Consens. col. 1421. n. 10. ubi è Balsamone in Respons. hæc citat verba: ὑπέλεξέ μοι τὰς τετράδας καὶ τὰς παρασκευὰς τῆς ἀποκρέω. i. e. Excipe mihi ferias, quartam & sextam apocrei.

ΚΕΦΑΛΗ. ΙΓ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ ΟΛΟΥ ΕΝΙΑΥΤΟΥ.

ΓΕνομένης ἐν ταῖς Ἑορταῖς καὶ κυριακαῖς, ἐν ἑκάστῃ ἡμέρᾳ τοῦ Κρόνου καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς ἑορταῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ ὅλου, πρὸς ἑσπέραν εἰώθασιν οἱ Ἕλληνες πορεύεσθαι εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. Ὁμοίως πάντες οἱ Ἕλληνες καὶ γυναῖκες, καὶ παιδία ἐγείρονται τῷ πρωῒ, τελέσει τῇ δευτέρᾳ ὥρᾳ μετὰ τὸ μεσονύκτιον, ἐν ἑκάστῃ κυριακῇ καὶ ἑορτῇ πορεύεσθαι εἰς τὸν Ναὸν, καὶ ἐῶσιν ἕνα παῖδα, ἢ μίαν παιδίσκην πρὸς τὸ φυλάττειν τὸν οἶκον. Καὶ παραμένουσι ἐκεῖνοι ἐκεῖ ἕως πρωῒ, ᾄδοντες,

καὶ

die Judas, ut Christum proderet, pecuniam acceperit, & hoc jejunio testatum faciunt, Christi Passionibus & Afflictionibus sese maximè condolére. Die Veneris verò jejunant, quia eadem die Christus cruci affixus est, quo ipso se Christi causa tristitia affici ostendunt, juxta pronunciatum Christi: Cum Sponsus ab ipsis fuerit ablatus, tùm jejunabunt Discipuli mei.

CAPUT XIII.

DE ORATIONIBUS TOTIUS ANNI.

§. CLXXV.

MOre apud Græcos receptum est, ut diebus Festis, Dominicis, qvolibet die Saturni, & reliqvis per integrum annum festivitatibus, circa vesperam omnes Græci in Templum sese conferant. Similiter omnes Græci & Fæminæ etiam cum liberis suis summo mane, (A.) h. e. horâ post mediam noctem Secundâ, ad templum freqventandum singulis non solùm Dominicis, sed & Festis Diebus aliis surgunt, domi interim puero vel puellâ aliqva tantum ad custodiam Domus relictâ. Et perdurant illi in templo usqve ad Tempus matutinum, canentes hymnos; ortoqve Sole exeunt, ac domum se recipiunt,

καὶ ἀνατέλλοντος Ἡλίου ἐξέρχονται, καὶ πορεύονται εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν, κάθηνται ἄεργοι, καὶ οὔτε ἐσθίουσιν τὶ οὔτε πίνουσιν, ἕως ἐννάτης ὥρας ἀπὸ μεσονυκτίου. Τῇ δὲ ἐννάτῃ ὥρᾳ ὁ Ἱερεὺς προπορεύεται εἰς τὸν Ναόν.

AD CAPUT

§. CLXXVII. *Cur his horis Cantus & oratio observetur apud Græcos.*

(A) C*Irca vesperam summo mane* &c.) Rationes, ob quas his horis cantus & Oratio observetur apud Græcos profert liber ἀνθ[illegible] apud Crusium p. 195. has. Matutinus Cantus obitur: qvia 1. Omnis Christianus debet manè celebrare Christum. 2. Mulieres mane venerunt portantes aromata, ad ungendum Christum. 3. ipse Dominus summo manè resurrexit è sepulchro. Inter ὄρθρον & Ἑσπερινὸν, seu inter horam matutinam & vespertinam interveniunt aliæ horæ Canonicæ, qvibus canitur: Prima hora: qvia Principium diei est, & monstrat nobis illam lucem, quam Deus nobis donavit, educens nos è tenebris & in lucem æternæ vitæ ponens. Tertia, quia tunc Spiritus S. descendit in Apostolos, illuminans eos: & ipsi mutarunt lingvas suas, ut proficiscerentur ad prædicandum Evangelium toti terrarum orbi. Sexta, qvia tunc Christus in crucem sublatus fuit, in qua pependit usqve ad Nonam. Tunc Patri Spiritum suum tradidit. Nona, quia tunc exspiravit Dominus, ideò laudamus eum, quòd mortem sustinuit, ut nos miseros peccatores à morte, in quâ nos Diabolus detinebat, educeret. Apodipna, quasi Postcœnia canuntur, quia cubitum ituri sumus, ideò Deo Gratias agimus, petentes: ut nobis S. suum Spiritum mittat, qui nos à laqveis Diaboli custodiat, ne is nos ad libidinem suam supplantet. Deniq; Mediæ Noctis canticum: quia dixit Christus: Vigilate & orate, quia nescitis, qvâ horâ Dominus veniat. Rursus dicitur: Mediâ circiter nocte clamor factus est: Ecce Sponsus venit. Alias rationes collegit Gisb. Voëtius. Tom. III. Disp. Sel. p. 1058. 1059. quæ ibidem possunt legi.

§. CLXXVIII.

De Orationibus Ruthenorum & Moscovitarum *Johannes Faber de Relig. Moscovit.* p. m. 180. seqventia refert: Tuentur & alios Pœniten-

piunt; ubi nihil operantes, qvieti sedent, & ab omni cibo & potu usqve ad Nonam horam ab ipsa inde media nocte abstinent. Hâc autem hora audita, Sacerdos in templum præcedit.

IX.

tentiæ gradûs, qvibus Deum nobis reconciliari credunt. Ex qvibus & potissimus est Oratio, in quâ frequentandâ non facilè similes reperiri censeo. Omni enim diluculo cuncti eorum, toto corpore in pulverem ipsum prostrati, prolixas orationes & quotidianas ad Deum fundunt preces; & ferè absque omni temporis intercapedine orant. Quarum primum locum obtinet Oratio Dominica, dein cum Archangelo Gabriele, Diva Virgo salutatur. Dicunt & Fidei Professionem Symbolo quod Apostolorum esse, à Veteribus persuasi sunt, & nullus eorum est, qui non singulis diebus Litaniam persolvat. Qui verò ditiores sunt, è qvorum facultatibus est magnos pro iis sumptûs posse facere, Ruthenicis literis imbuti, libros Orationum sibi comparant, earum solùm tum quæ ab Ecclesiâ receptæ sunt, cujusmodi apud Oratores vidimus. Hæc Joh. Faber.

Orationes Moscovitarum.

Qvas precationes in specie fundant?

Olearius p. 177. de iisdem habet seqventia: Apud Moscovitas quoqve usitatum est, ter de die, potissimùm autem diebus Dominicis & Festis (Brasnikas vocant ea) in templa se conferre, primò ante ortum Solis (vocant Sasterina) circa meridiem, secundò, (Obeedini appellant qvod descendit à Polonico objad, significat prandium) & circa vesperam (nominant Weedscherini,) habet originem à Polonico Wiéczór vespera, Wiéczorem vesperi, Wié orny, vesper, ra, rum, ubi Sacerdos certa quædam capita è Bibliis, Evangelium interdum & Homiliam ex Chrysostomo, aliqvot Psalmos Davidis & Orationes prælegit, & pleno gutture cantat ad morem nobis receptorum Responsoriorum, & Antiphonarum, durante lectione & cantu Sacerdos sæpissimè interjungit solitam precationem, Gospedi pomilui, Domine miserere mei; quæ verba omnis populus crucis Figuram effingendo tribus vicibus repetit. Finitâ lectione & Cantu Sacerdos accedit ad altare, ac cum Diacono Missam celebrat. Interim populus stat, incar-

§. CLXXIX Qvoties & quo tempore templū freqventent?

incurvans se coram imaginibus: repetensque illud: Gospodi pomilui. Domine miserere mei.

Idem refert & *Archontol. Cosmica* p 463. 6. his verbis: Ter quotidie maximè in suis Prasniken sive Festis frequentant Templa. 1. Ante diluculum quod Sacrum vocant Safterina. 2. Meridie, quod Obeedni. 3 circa vesperam, quod Wedsiferni. (fortè Wedscherni) Sacerdos legit aliquot capita Biblica, Evangelium, Psalmos Davidicos hos versillos, & aliquot preces pleno gutture cantat, &c. In Monasteriis singulis diebus sub Auroram celebratur Missa, cui soli viri intersunt, juvenesque nonnulli, quibus tantus devotionis fervor, ut per totam noctem in Templis commorentur cum Clericis, qui per vices sibi succedentes, Psalmis eam continuisque absumunt Cantilenis.

§. CLXXX. *Hymnus Angelicus seu* Δοξολογία.

De Hymnis verò, quos in Ecclesiâ matutino tempore cantarunt Græci, *Jacobus Goar in Euchol. p. 58. Num. 58.* hæc habet: Δοξολογία μεγάλη. Hymnus Angelicus est, Gloria in Excelsis, à primâ voce & laudum serie in eo contentâ, Δοξολογία dictus. Est quoque δοξολογία, τριαδικὸς ὕμνος, Trinitatis Gloriam concinens; verum δοξολογία μικρὰ est, propter Sententiæ brevitatem, alius autem verbis pluribus abundans, μεγάλη δοξολογία vocatur. Ad laudes porrò hymnum

ΚΕΦΑΛΗ ΙΑ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΡΤΟΥ.

Καὶ ἑτοιμάζει τὰ ἀκόλουθα τῆς λειτουργίας, καὶ λαμβάνει ἕνα ἄρτον, ὃν γυνὴ, ἢ ἀνὴρ καθαρὸς ἐχθὲς ἐποίησεν, ἐκεῖνον τὸν ἄρτον, τελέσιν ὅστις ἄνθρωπος χθὲς οὐκ ἐμίγη μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ἢ γυναῖκα, ἥτις οὐκ ἐμίγη μετὰ τοῦ Ἀνδρὸς αὐτῆς, τελέσιν, ἐν τῇ νυκτὶ τοῦ Κρόνου ἢ ἄλλως ἀφ᾽ ἑσπέρας τῆς ἡμέρας τῆς Ἀφροδίτης, ἕως τοῦ πρωὶ τῆς ἡμέρας τοῦ Κρόνου οὐκ ἐμίγησαν πρὸς συνουσίαν, ἐκεῖνος ἢ ἐκείνη μάπτει

mnum hunc, in utrâque Ecclesiâ ab utroqve fuisse cantatum, ex Græcorum quidem parte manifestat Clemens infra citandus, qui etiam illum Εὐχὴν ἑωθινὴν vocat. & Athanasius de Virgin. adversus Finem: Πρὸς τὸν ὄρθρον ἢ τὸν ψαλμὸν τοῦτον λέγετε· Ὁ θεὸς, ὁ θεός μου πρός σε ὀρθρίζω. Ἐδίψωσέ σοι ἡ ψυχή μου. Διάψαλμα δέ. Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα τοῦ κυρίου τὸν κύριον. Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, ὑμνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, προσκυνοῦμέν σε, καὶ τὰ ἑξῆς. Matutino tempore hunc Psalmum dicite: Deus, Deus mi, ad te de luce vigilo Ubi diluculum fuerit: recitate hunc. Benedicite omnia opera Domini Dominum; hymnumque dicite: Gloria in Ecclesiis Deo, & in terrâ Pax, in hominibus bona Voluntas. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, & qvæ seqvuntur.

Ex Latinorum verò parte, is qvos Hugo Mernardus in Concordiâ Regularum S. Benedicti refert. Ex Athanasii autem verbis clarè liqvet, hujus hymni editionem Hilario Pictaviensi Episcopo, qvod quidam minus tutò affirmaverunt, nullatenus adscribendam: non enim Athanasii coætanei sui tempestate potuisset, ad omnium manus & per varias Regiones opus suum dispersisse, ut eum jam vulgo memoriâ tenerent mulierculæ.

CAPUT XIV.

DE PANE SACRO.

§.CLXXXI

ACqvæ ad Sacramenta conficienda pertinent, præparat, (A) panemq; accipit, qvem vir, vel mulier aliqva, modo purus idem, mundaqve eadam fuerit, (B) die antecedenti paravit, h. e quilibet homo, cui tantummodò die præcedenti cum uxore res non fuit, aut mulier, qvæ à congressu maritali abstinuit, h. e. quibus nec nocte, qvàm dies Saturni insecuta est, nec aliàs à vespera diei Veneris usqve

μάττει τὸν ἄλευρον, καὶ ποιοῦσι τὸν ἄρτον ἐκεῖνον ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κρόνου, ἢ ἄλλῃ ἡμέρᾳ, δεῖ γὰρ ἀεὶ καθαρὸν εἶναι ἐκεῖνον τὸν μέλλοντα ποιῆσαι τὸν ἄρτον ἐκεῖνον. Πρὸ τοῦ ψῆσαι τὸν ἄρτον ἐκεῖνον, σφραγίζουσι μετά τινος ξύλου γλυπτομένου μετὰ γραμμάτων λεγόντων. Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ. Καὶ τότε ψαίνουσι τὸν ἄρτον ἐκεῖνον ἐσφραγισμένον μετὰ τῶν γραμμάτων ἐκείνων, τῶν λεγόντων. Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ.

Σημαίνει δὲ οὗτος ὁ Ἄρτος τὴν Παρθένον, ὥσπερ ἡ παρθένος ἦν καθαρά, οὕτω καὶ ὁ Ἄρτος οὗτος δεῖ μάττεσθαι ἐκ καθαροῦ ἀνθρώπου. Καὶ τοῦτον τὸν καθαρὸν ἄρτον λαμβάνει ὁ Ἱερεὺς ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, καὶ εὐλογεῖ, καὶ λέγει εἰς μνήμην τῆς παναγίας καὶ ἀχράντου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἑτέρας εὐχὰς, καὶ ἀφιερεῖ τῇ παρθένῳ τὸν ἄρτον ἐκεῖνον, καὶ μετὰ ταῦτα ἔχει ὁ Ἱερεὺς μικρὸν λογχίδιον, εἰς τύπον τῆς λόγχης, ἣν ἐλόγχευσαν οἱ στρατιῶται τὸν Χριστὸν, καὶ λαμβάνει ὁ Ἱερεὺς τὸ λογχίδιον ἐκεῖνο, καὶ κόπτει τετράγωνον μέρος τί ἐκ τῆς ἐπιφανίας τοῦ ἄρτου, τοῦ συνέχοντος ἔσω τὰ γράμματα τὰ λέγοντα: Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ, εἰς τύπον τοῦ γεννηθέντος Χριστοῦ ἐκ τῆς παρθένου, καὶ ποιεῖ ἐξ ἐκείνου τοῦ ἄρτου τὴν εὐχαριστίαν, καὶ μετὰ τὴν Εὐχαριστίαν ὁ Ἱερεὺς ἢ ὁ Ἱεροδιάκονος κόπτει

εἰς

qve ad tempus matutinum diei Saturni, conjugialis intercessit cohabitatio. Iste, sive ista, subacta farina, panem illum Saturni aut alia qvacunque die conficit; qui enim panem illum parare vult, purus sit necesse est. Anteqvam verò panis ille excoqvatur, signaculum illi prius ligno aliqvo, cui literæ hæ insculptæ: Jesus Christus vincit, imprimunt; (C) postea demum panem istum, istis literis: Jesus Christus vincit, signatum, parant.

§. CLXXXII. Significat autem hîc Panis Virginem, qvemadmodum enim illa ab omni immunditie aliena fuit: sic qvoqve hic panis ab homine mundo pinsi debet. Et hunc purum panem manibus suis præhendit Sacerdos & benedicit, (D) in memoriam Sanctissimæ purissimæqve Deiparæ, Dominæ nostræ, alias etiam preces recitans, Virginique panem hunc consecrans. His peractis Sacerdos exiguam lanceolam, (E) qvæ figuram illius lanceæ, qva milites Christum vulneravere, exhibet, in promtu habet, eaqve admota qvadratam portiunculam è panis, verba hæc continentis, superficie: Jesus Christus vincit, in memoriam nati è Maria Virgine Christi, abscindit, ex eoqve Eucharistiam adornat. Confecta Eucharistia dividit (F) Sacerdos aut Hierodiaconus reliquam Panis, (de quo supra à nobis dictum, qvod sit corpus Virginis,) partem majorē in minora frusta & ea omnibus, tum qui de corpo-

εἰς μικρὰ μέρη τὸ λοιπὸν μεῖζον μέρος τοῦ ἄρτου, περὶ τοῦ ὁποίου ἄρτου προείπομεν, ὅτι ἐστὶ σῶμα τῆς παρθένου καὶ διὰ ἐκείνου τοῦ ἄρτου πᾶσι τοῖς μεταλαμβάνουσι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς τοῖς νηστεύουσιν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, (τουτέστι, τοῖς μηδὲν γευσαμένοις, μηδὲ πεποιηκόσι τι πρᾶγμα) δίδοσι. Καλοῦσι δὲ τὸν ἄρτον ἐκεῖνον ἀντίδωρον, ὅτι δίδωσιν ὁ Ἱερεὺς ἐκεῖνον τὸν ἄρτον πᾶσι τοῖς μεταλαμβάνουσι, καὶ μὴ μεταλαμβάνουσιν ὡς δῶρον Θεῖόν τι. Καὶ τότε ἐξέρχονται ἐκ τοῦ Ναοῦ καὶ πάλιν πρὸς ἑσπέραν συνάγονται εἰς τὰς προσευχάς, ὡς ἔθος ἐστὶν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ.

AD CAPUT

§. CLXXXII. *Quotnam Sacramenta Græca Ecclesia recipiat?*

(A) A*C quæ ad Sacramenta conficienda pertinent, præparat.* Quia Autor hic loci Sacramentorum mentionem facit, placet in Quæstionem hanc inqvirere: *Quotnam Sacramenta Græca Ecclesia recipiat?* I. De hâc Controversiâ seqventia annotavit D. *Vejelius, de Græcâ Ecclesi.* p. 38. 39. Error Græcorum est septenarius Sacramentorum numerus. *Jerem.* Sacramenta ritusque in hâc ipsâ Catholicâ rectè sentientium Christianorum Ecclesia sunt septem *Resp. II.* Qvod verò in Baptismis, qvorum mentionem facitis, Chrismatis mentio non fit: nolite mirari, Ecclesia enim Christi, gratia hujus proficiens, divinis dictis & fundamentis multa adinvenit, ornatu quodam vestiens. Non enim omnia Paulus scribit: sed quædam etiam Discipulus ejus Dionysius: & hos insecuti multi Doctores, etiamsi enim cæteris Sacramentis potiora sunt, & sine eis salus nullo modo contingit, Baptisma & Divina Cœna communis: attamen & reliqva, quæ cum his septenarium numerum implent, tradita sunt ab Ecclesiâ. *Resp. III. Hunc numerum importunius defendit, Non effugit autem Censuram Allatii, eò quod reliqua præter Baptismum & S. Cœnam*

p. 77. β. — p. 239. ς. — p. 368. — P.C. 17. 1.3.

nam

re Christi participarunt, tum qvi die illâ jejunio vacarunt, (h. e. qui nec os ulli escæ, potuive nec manûs operi ulli admovêre) distribuit. Nominant verò panem hunc Ἀντίδωρον (G) h. e. vicemunus. Qvoniam Sacerdos panem hunc omnibus & communicantibus & non communicantibus, ut donum aliqvod divinum, exhibet, Et tunc templo exeunt, vesperi verò, more ubiqve recepto ad preces rursus conveniunt.

Ἀντίδωρον.

XIV.

nam Sacramenta instituto Ecclesiæ tantùm assignat. Hinc Cyrill. qvoq, de his duobus tanqvam potissimis & Principalibus, unicè verba facit. Pro Jeremiæ verò distinctione faciunt illa, qvæ ver satissimus in Lectione P.P. J. Dallæus disputat, & præter alia observandum ducit: Hoc de Septenario Sacramentorum numero; non veterum; sed recentiorum tantùm Græcorum dogma esse. Et qvidem vir octavi Seculi, cum Christianam omnem Theologiam eo opere, qvod de Orthodoxá Fide eruditissimê conscripsit, complexus sit, ac veluti in locos suos distribuerit, septenariam illam τῶν μυστηρίων divisionem nullus tradidit, neq; diligentissimus ac doctissimus Goar ullum ejus Auctorem vel Testem edit Simeone Thessal. & Matthæo Blastari vetustiorem, quem utrumqve An. Dn. 1000. vixisse constat. Græci ergò vel mysterii vocem latè sumunt, vel certè errant & à P.P. Fide, & à suâ ipsorum Praxi discedunt; Latinorum aliqua fortasse æmulatio eas ad hunc Septenarium mysteriorum numerum, ne aliqvâ re illis inferiores viderentur, deduxit. Neque interim de nihilo est, qvod scriptores Rom. Atrocissimis Scriptis invicem decertant tum de confirmat: Pontificiâ, tum confirmatione & unctione Græcanicâ. Evolve Allatium contra suos strenuè defendentem, Græcos confirmationem & extremam unctionem neqvaqvam rejiceré. It. Goarem, confirmationis Sacramentum Græcis asserentem, extremam verò unctionem iisdem adimere hæsitantē p. 4:8. & prolixius adhuc de eodem argumento agen-

ad J. Uterb. p. 405. de Confirm.

p. 236. Not. in Euchol.

p. 367. *Græci moderni in hoc numero Sacramentorū à Veteribus discedunt.*

Jac. Sirmond. & Pet. Aurel. Abbas.

P. C. 3. 16.

Ad Euchol. p. 366. n. 21. 31.

 to agen-

In not. ad off. S. olei p. 431. β.

to agentem, qvi, etiamsi fateatur, *Græcos extremæ unctionis Sacramentum & ex indiscretâ ac promiscuâ Sacramentorum & Sacramentalium, susceptione Sacramenta violare, & superstituo nefandoq; cultu qvæq; prosequi,* de Arcudio tamen Græcos propter hujus Sacramenti abusum accusante, tale fert judicium: *mihi illud mirandum semper fuit, ut qvos concordes cum Latinis pollicetur, exhibere Græcos in Sacramentorum sensu eos levi occasione ad discordiam provocet.* Postea qve multis contra Arcudius agit. Subscribimus profecto Goari, nec dubitamus, Virum emunctæ naris idem de opere Allatiano sentire. Supra autem monuimus, Græcos, qvamlibet septem Sacramenta numerent, & hunc numerum Synodicè sub Cyr. Berrh. & Parth. ratum esse jubeant. Nihilo tamen secius in plurimis, iisque Substantialibus tam longè à Latinis dissentire, ut non sine tædio altercationes & conciliationes in Scriptis Arcudii, Allatii, Goaris, legas; quos ea propter optimo jure perstringit Dallæus. Hæc Vejelius.

Judicium Goaris de Arcudio.

Græca Ecclesia an consentiat cum Latina.

§. CLXXXIII. *Bell. ad consens. Græc. provocat, sed citra fundamentum.*

Quibus non possum non subjungere, quæ habet *D. Joachimus Hildebrandus, Academiæ Juliæ olim Professor* in Tractatu, *de veteris Ecclesiæ Arte benè Moriendi,* à p. 227. ad pag. 232. Deniqve Bellarminus ad Consensum Græcæ Ecclesiæ provocat, qvod (inqvit) ideò suum pondus habet, quia cùm constet, Græcos non accepisse suos ritûs à Rom. Ecclesiâ, præsertim ab annis plus Quingentis, qvibus à nobis separati fuerunt, certum est, ea, in qvibus convenimus, antiqviora esse Schismatibus. Extremam autem unctionem eos credere, inprimis probat ex Concilio Florentino, in qvo Græci Instructionem Armenorum receperunt, qvâ Extr. Unctio Sacramentis connumeratur; Dein ex Hieremiæ Patriarchæ Constantinopolit. Censuræ ad Aug. Confess, qvâ ponit Sacramenta septem, nec plura, nec pauciora; & tandem ex Neotericis Græcis scriptoribus, qvos & Leo Allatius in Tractatu de perpetuâ Confessione Ecclesiæ Orient. & Occident prolixè refert. Sed Resp. Autoritatem Ecclesiæ Græcæ, qvalis illa hodie est, vel postremis his Seculis esse cæpit, nos non magis, quàm Pontificios stringere, qui eâdem autoritate pressi excipiunt, Græcos in Schismate vivere, & à Fide Majorum in multis defecisse, certè judicio Græcorum se non submittunt. Quod qvis verò Juris statuit sibi, idem oportet, ut alteri concedat. Putat qvidem Bellarm., Consensum Græcæ Ecclesiæ cum Romanâ pondus habere, qvòd post Schisma formatum

intra

intra proxima (V.) Secula nihil sive dogmatum, sive Rituum à Latinis assumserint. Sed nullus dubito à Latinis dogmata multa & ritûs Pontificios in Græciam Seculo XIII. invectos, qvando auspice Heinrico Balduino Constantinopolin expugnarunt, & Impp. Græcis expulsis in Oriente per annos 55. Imperium Latinum fundarunt. Hoc intervallo, qvia Ecclesias Græcas Pontificiis Patriarchis, Episcopis Ministris regendas commiserunt, ecqvis dubitet, in Græciâ errores Pontificios sparsos, unde ejectis etiam Latinis Zizania quædam remanserunt? Itaque consensio illa dogmatum, si qvæ sit, non arguit, veteres Græcos cum hodiernis paria docuisse. Certè de Processione Sp. S. à Filio ipsi Pontificii non diffitentur, Græcos posteriores à verâ Progenitorum Doctrinâ aberrâsse. Nec mihi hactenus ullius Græci ante excisum à Latinis Imperium Orientale testimonium videre contigit, quo Extr. Unctio Sacramentis propriè dictis accenseatur.

Ritus Pontificii in Græciam invecti Seculo XIII.

Ante excisum à Latinis imperiū Orientale nullum vidit Autor testim. pro Sacramento unctionis.

§. CLXXXIV.

Ex Unione Florentinâ non potest judicari de dogmat. Græcæ Ecclesiæ.

Ex Unione Florentinâ, cujus literæ Anno 1439. scriptæ sunt, & subscriptæ, vanum est, dogmata Græcæ Ecclesiæ arbitrari, cum constet, Græcos in Concilio metu mali à Turcis imperio suo tùm imminentis, & spe auxilii à Latinis obtinendi ἑνωτικὸν vel Unitivum istud approbasse, domumqve reversos apud suos malè audisse, quod in talia cùm Latinis dogmata consensissent. Quid? Biennio post Græci omnes Unione Florentinâ rescissâ ad pristina dogmata ritûsque redierunt, teste Laonico Chalcondylâ in Hist. de Turcarum rebus gestis. Fama fert, Josephum Patriarcham Constantinopol. atque Unioni in Concilio subscripserat exspirasse, Chartâ confessionis manibus retentâ, teste Alstedio in Chronol. concil. Cæteros ab Allatio productos Græcos quod attinet, hi εὐχέλαιον (oleum benedictum,) ita enim unctionem infirmorum vocant,) statuunt esse ἕβδομον καὶ τελευταῖον μυστήριον, ἐπισφράγισμα πάσης τῆς πνευματικῆς ἰατρείας, ὠφελούμενον πρὸς ταῖς ἐσχάταις ἀνάγκαις ὑπὲρ τῶν ἐν ἀσθενείᾳ κατακειμένων, ἱερὰν τελετήν, τύπον θείου ἐλέους εἰς ἀπολύτρωσιν καὶ ἁγιασμὸν τοῖς ἀφ' ἁμαρτίας ἐπιστρέψουσιν, καὶ ὅτι ἐν τῇ τελευταίᾳ ὥρᾳ τοῦ ἀνθρώπου δίδοται εἰς ἐξάλειψιν τῶν ἁμαρτημάτων καὶ ἄφεσιν τῶν πλημμελημάτων, πολλάκις πρὸς ὑγείαν τοῦ σώματος κατὰ τὸ θεῖον Ἰάκωβον Ἀπόστολον. i. e. Septimum & ultimum Mysterium, (id vero Latini Sacramentum reddunt,) Sigillum omnis Spiritualis curationis, utile in extremis necessitatibus eorum, qui infirmi decumbunt; sacrum per-

Unctio an ap. Græcos pro Sacramento censeatur?

fectum, gerens imaginem divinæ Misericordiæ ad Redemtionem & Sanctificationem his, qui à Peccatis convertuntur, quod in ultima horâ datur ad Dimissionem Peccatorem & Remissionem Delictorũ, sæpè ad Sanitatem corporis, juxta divum Jacobum Apostolum: Talibus recentium Græcorum dictis contra nos pugnat. Leo lib. III: perpetuæ consensionis, cap. XVI. §. 6.

Leonis Allatii fides suspecta.

Sed L. Allatii Fides meritò hîc suspecta est, cum is à Græcis, penes quos natus fuerat, ad Latinos defecerit, hodieq; sinu Pontificis Romæ foveatur, quales transfugas multa sæpè iis, quos deserunt, affingere, quotidiana experientia confirmat. (2.) Græcè, qvos allegat, recentiores sunt, qvàm ut Majoribus suis, priscis Græcis, nedum veritati præjudicare possint. (3.) Loco Sacramenti, in Græco est Μυςήριον. At non omne Mysterium est Sacramentum. Incarnatio, Trinitas, Resurrectio, &c. Mysteria sunt, Sacramenta non sunt. Solenne porrò est Græcis Μυςήρια, Latinis Sacramenta, omnia Religionis arcana circa Fidem, Sacramenta κυρίως dicta, Mores ac ritûs, vel visibilia quævis signa rerum Invisibilium ὡς ἐν πλάτει vocare, quod accuratè pluribus ostendit Is: Causabonus Exercit: XVI. §. 43. ad Annal Baronii. Hoc sensu unctio infirmorum Mysterium forsan dici qveat, cum sit externum Signum Mysticæ Unctionis fidelium, & visibile τεκμήριον divinæ gratiæ, cujus Symbolum in sacris est oleum, atque hinc Græci eam σφραγῖδα τῆς πνδυματικῆς ἰατρείας, & τύπον Θείου ἐλέους appellant. [4.] Etsi asserant Græci, quos citat Allatius, dari εὐχέλαιον his, qui à peccatis convertuntur; h. e. pœnitentibus (quos Innocentius Papa negabat ungendos) ad Redemtionem & sanctificationem, & ad Dimissionem peccatorum, dubium nondum solvitur, de qvo cum Pontificiis controvertitur, an sc. ad significanda hæc, quod nos censemus, an ad conferenda, dona illa, qvod Pontificii affirmant, à Græcis præbeatur? Benè autem se habet, quod nobiscum fatentur Græci, Jacobum Apostolum de Unctione, quæ ad obtinendam corporis Sanitatem profuit, fuisse locutum. Id si ita sit, evidens est εὐχέλαιον Sacramentum à Christo per Apostolos in S. S. Literis institutum, gratiæque in Dei foro collativum non esse.

§. CLXXXV. *Unctio Græcorum &*

Nos si εὐχέλαιον Græcorum, & Extr: Unctionem Pontificiorum conferamus, nec qvoad Materiam, nec qvoad Formam, nec quoad alia, Græcos & Latinos hîc convenire palam fiet. Fatetur qvidem Jeremias

Latinorum plane differt.

Jeremias Patriarcha Cpolitanus. Anno. 1576 responso priore ad Theologos Tubingenses cap. VII. Græcos hodie Septem Mysteria, τελετὰς Sacramenta & ritûs ponere, è quibus sit ευχέλαιον, sed Metrophanes Critopulus, Patriarcha Alexandrinus in Epitome Confessionis Orientalis ad Acad: Juliam. cap. de Mysteriis tria tantum Sacramenta necessaria statuit, Baptismum, Eucharistiam, & Pœnitentiam, ita tamen ut plura, sed ὁμωνύμως dicta admittat, qvorum ultimam sit ευχέλαιον, Oleum Precum. Apud Latinos Materia extr: Unctionis est, Oleum Olivæ, sed Græci vinum Oleo miscent. Ita enim Metrophanes cap; περὶ τοῦ ευχελαίου: Proponitur in mensâ vasculum, in qvo Vinum & Oleum, quia hæc etiam parabolicus Samarites ei, qui in Latrones inciderat, attulit: ait enim infundens ei oleum & vinum, quæ Dei Gratiam Hilaritatis & jucunditatis Effectricem denotant. Latini non ungent ægrotos, nisi in extremis, sed Græci ægrotos qvosvis. Mysticus hic ritus sic se habet, scribit Critopulus, ægrotante qvopiam fidelium accersuntur ab ejus familiaribus, septem Presbyteri, possunt etiam pauciores esse atqve Septem. Ita ut ad unum usqve redigi qveant, si plures in promtu non sunt. Etsi possibile est, ut ægrotus in templū eat, ibi res Sacra peragitur, sin minus in ædibus ægroti. Et in fine cap: vocatur hoc oleum precum, non extrema unctio: nec enim extrema ægroti expectamus, & tum ad eum venimus, sed cum bonam adhuc spem sanitatis habemus; utimur hoc Sacramento, s. mystico, ritu, orantes Deum, ut illum sanet, & quantocyus à morbo liberet, adeo ut non semel tantum in vitâ, sed sæpius eo utamur sicut & medicamentis. Toties eo utimur, qvoties ægrotamus.

§. CLXXXVI.

Qvod Formam, Latini orant: Per istam Unctionem & Piissimam suam Misericordiam indulgeat tibi Dominus, quicquid per visum, &c: similiter in aliis membris; sed Græci longè aliâ prece utuntur: Pater Sancte, qvi in mundum misisti unigenitum tuum Filium, Dominum & Deum nostrum Jesum Christum, sanantem omnem morbum, & omnem infirmitatem curantem, ipse etiam nunc in nomine unigeniti Filii tui, Gratiâ & superventu Spiritûs tui sanctissimi sana Servum tuum N. & libera eum à morbo, qvo detinetur, & suscita illum ex lectulo molesto, ut sanus factus glorificet te Patrem, qui es sine Principio & ejusdem Principii Filium cum coæterno Spiritu tuo, unum in tribus Hypostasesi & unâ substantiâ, cui gloria, Honor & Potentia, nunc

nunc & usque in secula seculorum. Amen. Hæc Oratio, teste eodem Metrophane, septies super ægrotum in Ecclesiâ Græca profertur, sed tota ad corporis recuperandam valetudinem, non ad Remissionem Peccatorum, ut Latinorum illa, spectat. Unde patet, materia, Formâ ac Fine εὐχέλαιον Græcorum ab Extr. Unctione Latinorum differre; adeoque idem his & illis Sacramentum non esse.

Dicis: cum Ecclesia Græca & Latina morem ungendi infirmos sanctè observet, & hic mos ab Apostolis per tot secula sit traductus, quidni in nostris Ecclesiis fuerit circa ægrotos & moribundos retentus, saltem ad mysticam unctionem denotandam. Resp. Sicut hic ritus ob gratiam sanandi in Ecclesiâ cœpit, ita cum miraculorum donô pridem de jure cessat, nec ab Ecclesiâ aliter ac libera Ceremonia ritusq; indifferens frequentari potuit, atqve eâ ratione sine Peccato continuari forsan potuisset. Sed cum Pontificii Sacramentum à Christo conditum, par S. Eucharistiæ & Baptismo hinc formarent, vim remissionis peccatorum illi affingerent, efficax benè moriendi præsidium in eo ponerent, & Ecclesiam sub necessitate Salutis ad unguenta adstringerent, satius fuit, ritum ἀδιάφορον tot erroribus, ut sine præsenti animarum periculo retineri vix posset, obnoxium è medio tollere. Hæc D. Joach. Hildebrandus.

§. CLXXXVII. *Bellarminus pro Extrema Unctione adducit Græcorum recentiorum consensum.*

Addenda his sunt meritò, quæ de hac materia doctissimè scripsit *Joannes Dallæus in Disputatione de Confirmatione & Extrema Unctione*, impressa Genevæ Anno 1659.

Ita paulatim scribit Joh. Dallæus, duorum triumve seculorum spatio exortum, ac constitutum apud Latinos extremæ, ut vocant, unctionis sacramentum. Græcos recentiores objicit Bellarminus, qvos cum (inquit) constat, non accepisse suos ritus à Romanâ Ecclesiâ, præsertim ab annis plus quingentis, quibus à nobis separati fuerunt, certum est, ea, in quibus convenimus, esse antiqviora hæresibus & schismatibus, quæ postea nata sunt. Græcos autem extremam unctionem agnoscere pro vero Sacramento, patere ait ex *Concilio Florentino*, & *ex Hieremiâ Patriarchâ* Cpo & ex Simeone Thessalonicensi, Nicolaoque Cabasila, ac demum ex ipso totius gentis, id est, rituali libro. Ego verò respondeo, futilem esse hanc objectionem. Primò enim, etiamsi statuatur extremam unctionem Græcæ Latinæque Ecclesiarum schismate esse antiquiorem, non eo

Responsio ad hanc objectionem.

Chri-

fit tamen, ut id sacramentum, quod hinc concludit Bellarminus, vel à Christo institutum, vel à vetustissimâ Ecclesiâ, quæ quatuor primis Chistianismi seculis floruit, frequentatum fuerit. Multa enim à Græca pariter, & à Latinis jam ante exortum schisma recepta erant, quæ tamen neqve divinitus instituta fuisse, neqve apud primos Christianos obtinuisse scimus: qvalis est v. gr. imaginum cultus, sanctorum invocatio, qvadraginta dierum ante Pascha jejunium, & alia ejusdem farinæ non pauca. Sed neqve illa, qvæ connectit Bellarminus, necessariò inter se cohærent, ut in quibus utraqve gens nunc consentit, ea censenda sint schismate inter eos exorto, antiqviora. Qvidni enim utrisqve, licet alioqvi divisis, idem error placere potuerit? Idem est in utraque parte superstitionis ingenium, eædem, certè consimiles erroris causæ, eadem, quæ ad errorem invitent utrobiqve occurrunt, miraculosæ unctionis oleum tàm apud Græcos, qvàm apud Latinos vetus, & olei in sacris usus & Jacobi verba in speciem faventia, & mortis metus, & externi alicujus ritûs in illo articulo solatium (talibus enim præsidiis natura hominis impensè gaudet.) & sacerdotum denique ambitio ac cupiditas lucri. Hæc ex qvibus natus error, cùm Græcorum sint cum Latinis communia, non est mirandum, si ex iisdem utrobiqve causis idem apud utrosqve error exortus fuerit. Judæis Paganisque non melius olim, qvam nunc Græcis Latinisqve conveniebat. Et utrorumqve tamen peccata sæpè fuêre eadem, qvia scilicet etiam dissidentium similia sunt in multis ingenia paresqve causæ. Neque si peccant Trojani, eo fit, ut Trojanorum hostes peccati sint immunes. Nam ut scitè ait Poëta acutissimus:

Iliacos intra muros peccatur, & extra.

Homines inter se discordes in nulla re melius, quàm in errore conveniunt.

Nihil est in qvo homines, etiam cætera discordes, etiam inter se infensi infestiqve meliùs aut faciliùs conveniant, qvam in errore & peccato. Atqve hæc ad solvendum à Græcis recentioribus petitum argumentum satis sunt, cui nos multò efficaciùs opponimus veterem & recentem Æthiopum, Armeniorum, & Christianorum Sancti Thomi praxin, apud quos tota ista unctio planè ignota est: quod supra demonstravimus. Sed tamen anteqvam Bellarminum dimitto, libet qvosdam ejus erroris in iis, qvæ de Græcis attulit, annotare. Inprimis, quod ille nobis tàm confidenter narrat, Græcos in Florentinâ Synodo sine ullâ contradictione instructionem Armeniorum

§. CLXXXVIII

nunc & usque in secula seculorum. Amen. Hæc Oratio, teste eodem Metrophane, septies super ægrotum in Ecclesiâ Græca profertur, sed tota ad corporis recuperandam valetudinem, non ad Remissionem Peccatorum, ut Latinorum illa, spectat. Unde patet, materia, Formâ ac Fine εὐχελαίου Græcorum ab Extr. Unctione Latinorum differre; adeoque idem his & illis Sacramentum non esse.

Dicis: cum Ecclesia Græca & Latina morem ungendi infirmos sanctè observet, & hic mos ab Apostolis per tot secula sit traductus, quidni in nostris Ecclesiis fuerit circa ægrotos & moribundos retentus, saltem ad mysticam unctionem denotandam. Resp. Sicut hic ritus ob gratiam sanandi in Ecclesiâ cœpit, ita cum miraculorum donô pridem de jure cessat, nec ab Ecclesiâ aliter ac libera Ceremonia ritusq; indifferens frequentari potuit, atqve eâ ratione fine Peccato continuari forsan potuisset. Sed cum Pontificii Sacramentum à Christo conditum, par S. Eucharistiæ & Baptismo hinc formarent, vim remissionis peccatorum illi affingerent, efficax benè moriendi præsidium in eo ponerent, & Ecclesiam sub necessitate Salutis ad unguenta adstringerent, satius fuit, ritum ἀδιάφορον tot erroribus, ut sine præsenti animarum periculo retineri vix posset, obnoxium è medio tollere Hæc D. Joach. Hildebrandus.

§. CLXXXVII. Bellarminus pro Extrema Unctione adducit Græcorum recentiorum consensum.

Addenda his sunt meritò, quæ de hac materia doctissimè scripsit *Joannes Dallæus in Disputatione de Confirmatione & Extrema Unctione*, impressa Genevæ Anno 1659.

Ita paulatim scribit Joh. Dallæus, duorum triumve seculorum spatio exortum, ac constitutum apud Latinos extremæ, ut vocant, unctionis sacramentum. Græcos recentiores objicit Bellarminus, qvos cum (inquit) constat, non accepisse suos ritus à Romanâ Ecclesiâ, præsertim ab annis plus quingentis, quibus à nobis separati fuerunt, certum est, ea, in quibus convenimus, esse antiqviora hæresibus & schismatibus, quæ postea nata sunt. Græcos autem extremam unctionem agnoscere pro vero Sacramento, patere ait ex *Concilio Florentino*, & *ex Hieremiâ Patriarchâ* Cpo & ex Simeone Thessalonicensi, Nicolaoque Cabasila, ac demum ex ipso totius gentis, id est, rituali libro. Ego verò respondeo, futilem esse hanc objectionem. Primò enim, etiamsi statuatur extremam unctionem Græcæ Latinæque Ecclesiarum schismate esse antiquiorem, non eo

Responsio ad hanc objectionem.

Chri-

sit tamen, ut id sacramentum, quod hinc concludit Bellarminus, vel à Christo institutum, vel à vetustissimâ Ecclesiâ, quæ quatuor primis Christianismi seculis floruit, frequentatum fuerit. Multa enim à Græca pariter, & à Latinis jam ante exortum schisma recepta erant, quæ tamen neqve divinitus instituta fuisse, neque apud primos Christianos obtinuisse scimus: qvalis est v. gr. imaginum cultus, sanctorum invocatio, qvadraginta dierum ante Pascha jejunium, & alia ejusdem farinæ non pauca. Sed neqve illa, qvæ connectit Bellarminus, necessariò inter se cohærent, ut in quibus utraqve gens nunc consentit, ea censenda sint schismate inter eos exorto, antiqviora. Qvidni enim utrisqve, licet alioqvi divisis, idem error placere potuerit? Idem est in utraque parte superstitionis ingenium, eædem, certè consimiles erroris causæ, eadem, quæ ad errorem invitent utrobiqve occurrunt, miraculosæ unctionis oleum tàm apud Græcos, qvàm apud Latinos vetus, & olei in sacris usus & Jacobi verba in speciem faventia, & mortis metus, & externi alicujus ritûs in illo articulo solatium (talibus enim præsidiis natura hominis impensè gaudet.) & sacerdotum denique ambitio ac cupiditas lucri. Hæc ex qvibus natus error, cùm Græcorum sint cum Latinis communia, non est mirandum, si ex iisdem utrobiqve causis idem apud utrosqve error exortus fuerit. Judæis Paganisque non melius olim, qvam nunc Græcis Latinisqve conveniebat. Et utrorumqve tamen peccata sæpè fuêre eadem, qvia scilicet etiam dissidentium similia sunt in multis ingenia paresqve causæ. Neque si peccant Trojani, eo fit, ut Trojanorum hostes peccati sint immunes. Nam ut scitè ait Poëta acutissimus:

Homines inter se discordes in nulla re melius, quàm in errore conveniunt.

Iliacos intra muros peccatur, & extra.

Nihil est in qvo homines, etiam cætera discordes, etiam inter se infensi infestiqve meliùs aut faciliùs conveniant, qvam in errore & peccato. Atqve hæc ad solvendum à Græcis recentioribus petitum argumentum satis sunt, cui nos multò efficaciùs opponimus veterem & recentem Æthiopum, Armeniorum, & Christianorum Sancti Thomi praxin, apud quos tota ista unctio planè ignota est: quod supra demonstravimus. Sed tamen antequam Bellarminum dimitto, libet qvosdam ejus erroris in iis, qvæ de Græcis attulit, annotare. Inprimis, quod ille nobis tàm confidenter narrat, Græcos in Florentinâ Synodo sine ullâ contradictione instructionem Armeniorum

§. CLXXXVIII

recepisse, in qvâ inter Sacramenta numeratur extrema unctio, id, inqvam, vel impudens mendacium est, vel certè crassa spissaqve oscitantia. Quæso enim, unde hoc habet; certè ex ipsis illius Synodi actis constat Armeniorum instructionem non modo à Græcis non fuisse, (quod inverecundè affirmat Bellarminus;) incunctanter & sine ullâ contradictione receptam; sed ne iis quidem visam fuisse aut exhibitam. Instructio enim an. 1439. X. Cal. Decembr. data est. Græci verò cum suo Imperatore quatuor ante mensibus jam omnes Florentiâ discesserant, Julii mensis die partim 20., partim 21., qvo tempore recens Florentiam advenerant Armeniorum Legati; adeò ut ipsis Græcos abiturientes vix salutare licuerit; ipsâ illâ die, quâ Græci relictâ Florentiâ, Venetias profecti sunt; adeò ut eos jamdudum Constantinopoli fuisse verisimile sit, cùm Florentiæ ab Eugenio data est illa Armeniorum instructio. 2. Sed & illud quod ait Bellarminus, Græcos extremam unctionem agnoscere pro verô Sacramento, ambiguè ac vafrè dictum est. Vel enim significat hanc ipsam, qvæ apud Latinos nunc exercetur, unctionem apud Græcos in usu esse, & pro vero Sacramento haberi: vel aliqvam apud eos solennem esse unctionem, proq; Sacramento haberi, quæ tamen alia sit à Latinorum unctione. Si hoc intelligit, nihil concludit. Si illud, rem falsissimam ponit; ex quâ adeò nihil veri legitimè colligi potest. Itaque ne sibi adversarius de Græcorum consensu nimium placeat, utqve liqvidò cernatur, quàm vana sit hæc omnis ejus ratiocinatio, de aliptico recentiorum Græcorum instituto quid, qualeve id sit, nunc dicendum est paulò accuratiùs. Illud inprimis confiteor, quod Symeonis, & Nicolai & Hieremiæ, & Euchologii laudata à Bellarmino loca demonstrant, sacram ex oleo fidelium unctionem in usu nunc quoqve esse apud Græcos, eamqve cæteris Christianæ religionis mysteriis sive sacramentis accenseri. Eum ritum Euchologium & ipsi Græci vulgò ἅγιον ἔλαιον oleum sanctum; sed & εὐχέλαιον, id est, oleum cum oratione passim vocitant; ut & ex omnibus gentis recentioribus libris patet, & ab Arcudio, & à Goare fusè est explicatum. Hoc verò Græcorum εὐχέλαιον idem esse, quod exeuntium apud Latinos unctionem, pernego. Primò εὐχέλαιον Græci suum vel à septem Sacerdotibus, vel certè à non paucioribus quàm tribus ritè ministrari putant; Latini unum ad suam unctionem conferendam satis esse censent. Ac ne putes parum esse in numero

Armeniorũ instructionẽ à Græcis receptam fuisse falsum est.

§. CLXXXIX. De Græcorũ Extrema Unctione.

Græcorum εὐχέλαιον non est idem quod exeuntium apud Latinos Uncti.o.

mero diſcriminis, mira nobis de ſeptenario myſteria pandit Symeon Theſſalonicenſis, ægreqve patitur pauciores, quàm ſeptem miniſtros adhiberi. Extorqvet tamen ſumma ſicubi ſit miniſtrorum penuria, ut tribus ſit contentus, qvod & hunc ſcilicet numerum multa magnaqve myſteria conſolentur, quæ & ipſa quoqve Simeon recenſet. Cæterum rem totam concludens exſertè, inexorabiliter ſciſcit, ne pauciores ſint, qvàm tres. Ἔστωσαν μὲν ἑπτὰ ὡς ἔθος ἀρχαῖον· εἰ δ' ἀνάγκη, τὸ ἔλαττον τρεῖς, καὶ πάντα λεγέτωσαν, ὅσα παραδέδοται λέγεσθαι. Sint quidem ſeptem, ut veteris moris eſt, ſi verò neceſſitas fuerit, tres ſint ad minus, eaqve omnia dicant, quæcunqve dicenda eſſe traditum eſt. Quam regulam Græci ſic arctè nunc tenent, ut Conſtantinopoli ab officio deponantur Presbyteri, qvi vel ſinguli, vel etiam bini Euchelæum adminiſtraverint, ut eſt à Petro Arcudio traditum. Jam oleum ipſum ſacrum, qvod excepto Maldonato, & paucis ejusdem generis cerebroſis, Latini magno omnes conſenſu, ab Epiſcopo conſecratum tantâ neceſſitate reqvirunt, ut, ſi ab alio, puta, à Sacerdote benedicatur, unctionem, ſi qua ex eo fiat, ſacramentum eſſe negent, ipſum, inqvam, illud oleum, non alii ferè apud Græcos, quàm Presbyteri benedicunt. Imò oleum, qui miniſtraturi ſunt Sacerdotes, ipſi in re præſenti, non aliàs quàm ad uſum conſecrant. Latini contra non aliud, qvàm jam antea ab Epiſcopo benedictum, deferunt vel uſurpant. Mitto longam precum, lectionum, canticorumque farraginem, qvibus in hoc ſuo myſterio utuntur Græci, à Latinorum ritu diverſis. Hæc ſi qvis volet, in Euchologio fusè explicata legat. Sed & de iis, qui hoc oleo inungendi ſunt, multò etiam major Græcorum à Latinis diverſitas. Illi enim inprimis quiritantur, qvod hi non alios, qvàm homines moribundos ac in ſupremis ſitos, animamqve penè efflantes, in ungendos putant. Ἐνταῦθα (inquit Symeon Theſſal.) καὶ ἄλλη τις τῶν καινοτομούντων Λατίνων καταβάλλεται δόξα. ὅτι γὰρ φασὶ τὸ ἅγιον ἔλαιον οὐ χρὴ δίδοσθαι τοῖς ἐλπίδα κεκτημένοις ζωῆς, ἀλλὰ ἀποθνήσκουσι μόνως. Ἐπειδὴ ἁμαρτημάτων παρέχεται ἄφεσιν, ἀπεναντίας τοῖς ἀποστολικοῖς, οἷς ἐν ἅπασι καὶ ὧδε καὶ φρονοῦντες καὶ πράττοντες ῥήμασι. Τοῦ γὰρ θεαδέλφου βοῶντος, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ Κύριος, οὗτοι τοῖς μὴ ἐγειρομένοις παρέχειν τοῦτο φασιν. *Hic qvædam alia quoq; Latinorum res novas molientium deſtruitur ſententia. Hi enim aſſerunt, ſanctum oleum non ſpem vitæ aliqvam haben-*

1. Ratione numeri miniſtrantium.

§. CXC.

2. Diverſitas Græcorum à Latinis de iis, qui ungendi ſunt.

habentibus, sed solis moribundis tribuendum esse, quandoquidem remissionem praebet peccatorum, contra verba Apostolica, ut in omnibus aliis, ita etiam hac in re & sentientes & facientes. Cùm enim Dei frater (Jacobum dicit) clamet: Eriget eum Dominus, isti ajunt iis, qui non eriguntur, esse praebendum. En Græcorum cum Latinis tantoperè celebratam à Bellarmino concordiam! Mitto cætera: sanè acerbissima, Symeonis in Latinos hac de re dicta. Neqve ea moror, qvibus Arcudius Græculi hominis in suos Romanos libertatem compescere conatur. Satis est, qvod ex Symeone liqvet, Latinorum ritum solis exeuntibus suum illud oleum destinantium Græcos infensis animis, veluti Jacobæi decreti depravationem, aversari. Ipsi vero tantùm ab eo more absunt, ut suum εὐχέλαιον, non modò nullis ægrotantibus, sed ne sanis qvidem ac optimè valentibus invideant. Præter Græcos auctores, qvi benè multi apud Arcudium id affirmant, ipse qvin etiam testatur, cum esse hodiè usum non in uno aliqvo Græciæ angulo, sed ubiqve passim apud totam gentem, neqve in Græciâ modò, sed & prætereà in Russiâ Moscoviâqve universâ. Itaqve Euchologium non modò in privatorùm ædibus, ubi infirmi solent decumbere, sed & in Ecclesiâ administrandum εὐχέλαιον suum docet. Quin & Jacobus Goar auctor est, quotannis feriâ quintâ in Cœnâ (ut vocant) Domini publicam esse penè omnium apud Græcos unctionem. Eo enim die solere plerosqve omnes sese in Ecclesiâ oleo ab Episcopo benedicto ungendos offerre; Ipse enim inprimis Episcopus ante omnes de manu Oeconomi unctionem suscipit; tùm reliqvos astantes deinceps inungit. Ac morem hunc, ne absurdum aut novum putes, Goar ab ipsis Damasceni temporibus repetit, cujus supra recitata à nobis verba simile, quid jam tùm in usu fuisse tinniunt: Qui ægrotantem (inqvit) unguento, vel alio sacro oleo vult inungere, prior ipse ungendo particeps est unctionis, & sic postea morbo laborantem inungit. Sed neque in vivis stetit liberalitas. Quid, qvod sacri sui olei ipsis qvoqve mortuis copiam faciunt? Iis verò sacrum oleum eodem ferè ritu, quo vivis, à septem quoque Presbyteris unà cum Diacono ministratur, nisi qvod in defuncti sepulchro papyrus, (inqvit Goar) oleo tincta ab unoqvoqve Sacerdotum accenditur, quâ velut sacrificio delictis ab omnibus ani-

§.CXCI.

enima promittitur expianda quibuscunqve pœnis eximenda. Atque olearis sui hujus piaculi eam esse vim Græci sibi persuadent, ut ipsis etiam damnatis ad salutem interdum prodesse putent; commemoratis hoc loco Falconilla, Trajani, & Theophili cujusdam Iconoclastæ exemplis, qvos omnes jam in gehennâ versantes similia quædam piacula ab inferis revocaverint. Exhibent hoc mirifi-cum sanè extremæ unctionis officium Græcanica antehac Venetiis edita a. D. 1544. 1559. 1570. Euchologia, qvod Goar disertè testatur in hunc locum. Ipse in suâ Græco-Latinâ Euchologii editione, totum omisit; quo consilio, novit Deus. Ego quidem nollem factum. Nam publicum Græcæ gentis rituale edentem nefas fuisse videtur ea, quæ & apud ipsos recepta, & ab ipsis pro suis jam non semel edita ac publicata sunt, prætermittere: ut ipsius ritûs antiqvitatem mittam; quem Goar à Nicolao qvodam Atheniensi Antistite jam ante annos plures, quàm 400. institutum refert, & à Symeone Thessalonicensi decimi tertii seculi homine, postea his verbis approbatum; ἐγὼ γοῦν (inqvit) ὡς ἐνεχώρει περὶ τούτων ζητήσας, εὗρον ὡς ἀγαθόν ἐστι γίνεσθαι, καὶ τοὺς βουλομένους ποιεῖν οὐ χρὴ κωλύειν. *Ego quantum licuit de his perscrutatus, comperi bonum esse, ut fiat* (olei scilicet officium circa mortuos) *& observare volentes non esse prohibendos.* Idemque à Græcis jam ante a. D. 1439. factitatum vulgò fuisse apparet ex Actis Synodi Florentinæ; inquibus legimus, qvod me supra jam observasse memini, Latinos à Græcis quæsivisse, qvare mortuos ante sepulturam oleo inungerent? Quin & prima hujus ritûs rudimenta jam apud Græcos sexto nimirum Christianismi seculo extitisse eo Pseudo-Dionysii loco, qvem asibi descripsimus, clarum est; in quo scriptum exstat, solenne jam tùm fuisse ut Pontifex mortuum oleo secundum salutationem persunderet. Sed & nostra utilitas reqvirebat, ne hic Græcorum ritûs occultaretur. Omnium enim Christianorum interest, scire & animadvertere, in qvas non modò ineptiarum & anilium quisquiliarum ac superstitionum, sed etiam sacrilegiorum ac immanitatum voragines præcipitare homines solebant, ubi semel, derelictâ Spiritus in Scripturis docentis normâ, sibi ipsis indul-

§. CXCII. *Goar omisit aliqua in editione Euchologii, quæ omittere non debuit.*

indulgere, & mortalium cogitationes ac traditiones in religione ſequi in animum induxerunt. Quæſo enim, quantulo hæc Græcanica ex oleô & papyro piacula diſtant ab exſecrandis Paganorum inferiis ac buſtuariis ſacris? Hanc ſcilicet miſeri ſpretæ, derelictæqve cœleſtis Scripturæ mercedem habent; cui ſi conſtanter adhærere & ipſi, & Latini voluiſſent, nunqvam profectò inſtitutum divinitus ad mortuos ex ἰαμάτων dono curandos oleum, vel illi ad mortuos ab inferis revocandos; vel hi ad vivos in alteram vitam traducendos, parùm religiosè utriqve ac præter manifeſtam Domini mentem, transtuliſſent.

§. CXCIII. *Latini ungunt oculos, aures, nares os, manus, pedes & renes. Græci verò frontē faciem & manus &c.*

Sed cætera Græcanici Euchelæi nunc perſequamur. Latini quidem, ut ſuo loco demonſtravimus, oculos, aures, nares, os, manus, pedes, & renes inungunt. Græci verò, ne quid ſit non diverſum, frontem, faciem & manus. Sed & illud habent ſingulare, quod non ægrotum modò, ſed & totam domum, in quâ is jacet, perungunt, ſigno crucis inter ungendum expreſſo. Καὶ μετὰ ταῦτα (inquit Euchologium) ἀλείφουσιν ὅλοι τὸν οἶκον, ποιοῦντες τύπον σταυροῦ. Neqve hoc omiſerim, quod ſeptem Sacerdotum præcipuus Evangelii codicem ſuper caput hominis inungendi ponit, cæterique Sacerdotes manus ei imponunt. Λαβὼν δὲ ὁ προεστάμενος τῶν ἱερέων τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον τίθησιν εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ τιθέασιν ἐπ' αὐτῷ τὰς χεῖρας οἱ ἱερεῖς. Jam non ſemel, ut noſtri Latini, ſed ſepties ægrotum inungunt, ſuoqve hoc toto myſterio muniunt. Officium enim idem ſeptem Sacerdotes ſuo unusqvisqve ordine peragunt. αὕτη ἡ εὐχὴ λέγεται, παρ' ἑνὸς ἑκάστου τῶν ἱερέων μετὰ τὸ εὐαγγέλιον, καὶ τὴν εὐχὴν, χριόντων ἅμα τῷ ἐλαίῳ τὸν νοσοῦντα. Hæc oratio (ea ſcilicet, quâ ipſam ſacramenti hujus formam contineri volunt & Goar & cæteri) dicitur ab unoquoque Sacerdotum, poſtquam dixerit Evangelium & orationem, ſimul inungens infirmum oleo. Arcudius, ne quid dubites, explanat fuſiùs. Poſtquam (inquit) unus Preſbyter totum Sacramentum peregerit, alter ſuccedit, & exceptis aliqvod precationibus ad eſſentiam Sacramenti minus ſpectantibus, quæ diſtinctæ ſunt ab illis, quas prior recitat reliqva æqvè atq; primus conficit & abſolvit. Nam & oleo ſacro inungit ægrotum, & eaſdem partes corporis inungit & eadem prorſus Sacramenti utitur formâ. Hæc Arcudius in Græcis ſuis ferre ne ipſe qvidem potuit. Multa enim ad hanc illorum alipticam iterationem vel purgandam, vel certè non nihil excuſandam molitus, poſtremò ſentiens

tiens

tiens nihil juvare sua σοφὰ φάρμακα, rotundè confitetur, hanc Græcorum consvetudinem, ut nunc fit, esse abusum. Idemq; identidem hui orientalis occidentalisqve Ecclesiarum Conciliatori in aliis ferè omnibus disputationi partibus accidit; qvod etiam Goar observat; atq; indignatur. Mihi (inquit) illud mirandum magis semper fuit, ut quos concordes cum Latinis pollicetur exhibere Græcos in Sacramentorum sensu, eos levi occasione ad discordiam provocet, & qvasi fidei rupto fœdere erroris & sacrilegii non solidis, ut mihi qvidem constat, indiciis condemnare non vereatur. Sed illi qvidem viderint, sacrilegane sit an secus Græcanica unctio; Nobis satis est, qvod à Latina longè alia est. Qvo vel inprimis illud pertinet, qvod in hoc adhibendo oleo Græci hoc semper & quidem maximè spectant, ut corporalē inuncti valetudinem aut restituant, aut certè firment ac muniant. Clamant hæ omnes eorum in hoc peragendo preces; omnes olearii officii partes. ὄρεξον χεῖρα τὴν σὴν ὕψους, Φιλάνθρωπε, καὶ σοῦ τὸ ἔλαιον, σῶτερ, ἁγιάσας δίδου τῷ σῷ οἰκέτῃ εἰς ὑγείαν καὶ νοσημάτων ἐκλύτρωσιν. Manum tuam ex alto præbe ô benigne; & tuum oleum sancticans, salvator, in sanitatem, & morborum omnium depulsionem illud famulo tuo impertire. Tum: ῥείθροις τοῦ ἐλέους σου, Χριστὲ, καὶ ἐπαλείμμασι τῶν ἱερέων σου, πλῦνον ὡς εὔσπλαγχνος, Κύριε, τὰς ὀδύνας καὶ τὴν κάκωσιν, καὶ ἀγγειῶν ἐπιφορὰς τοῦ ἐν ἀνάγκαις παθῶν λυομένου, ὅπως δοξάζῃ σε σωθεὶς εὐχαρίστως. *Misericordiæ tuæ fluentis Christe, & sacerdotum tuorum linimentis, absterge Domine, ut humanus, dolores & vexationem & incrementa langvorum hujusce, qui in morborum angustiis deficit, ut servatus gratanter te glorificet.* Item. Διὸ ἐλαίῳ σου πιστῶς τὸν προσιόντα καὶ νῦν, ὡς εὔσπλαγχνος ἁγίασον, ἐλέησον. παντοίας νόσου καθάρισον. *Ad oleum propterea tuum nunc fideliter accedentem sanctifica, & miserere,* ut humanus, *omni morbo expurga eum.* Mox; λύτρωσαι νοσημάτων, καὶ πικρῶν ἀλγηδόνων ἔγειρον. *A morbis libera, & ab amaris languoribus erige & exercita.* Denique ne omnia describam, ipsa illa oratio, quâ totius mysterii vim contineri ipsi Latini volunt. Πάτερ ἅγιε ἰατρὲ τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων, ὁ πέμψας τὸν μονογενῆ σου υἱὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πᾶσαν νόσον ἰώμενον καὶ ἐκ θανάτου λυτρούμενον, ἴασαι καὶ τὸν δοῦλόν σου τὸν ἢ, ἐκ τῆς περιεχούσης αὐτὸν σωματικῆς καὶ ψυχικῆς ἀσθενείας, καὶ ζωοποίησον αὐτὸν διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ σου. *Pater sancte, animarum & corporum Medice, qui Filium tu-*

um tu-

um tuum unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum omnem morbum curantem, & ex morte nos liberantem misisti; Sana quoque servum hunc tuum à detinente illum corporis animæque infirmitate, & vivifica illum per Christi tui gratiam. Itaque ut sunt acuti, & ingeniosi inter cæteros cœlites, quorum in hoc opere præsidium, atque operam requirunt, disertè eos commemorant, quorum propria esse creditur in morbis depellendis curandisque vis atque industria; quales sunt verbi gratiâ Cosmas & Damianus, Cyrus & Johannes, Pantaleon & Hermolaus, Sampson & Diomedes, Photius & Anicetus. Ἰαματικοὶ ἀνάργυροι. Medici (ut ipsi vocant) nullâ mercede conducti; de quibus Goar ad hunc locum fusè. Sed & postea Dominum rogant, ut medicam suam artem cœlitus emittat, ut corpus tangat; febrim extinguat; dolorem mitiget, & occultam omnem infirmitatem ejiciat.

§. CXCIV.

Γίνε ἰατρὸς τῦ δέλε σε τῦδε (inquiunt) ἐξέγειρον αὐτὸν ἀπὸ κλίνης ὀδυνηρᾶς, καὶ στρωμνῆς κακώσεως, σῶον καὶ ὁλόκληρον χάρισαι αὐτὸν τῇ ἐκκλησίᾳ σε εὐαρεστῦντα καὶ ποιῦντα τὸ θέλημά σε. *Fias medicus servi hujus tui. Erige eum è dolorum lecto, ab infirmitatis strato. Salvum & incolumem illum Ecclesiæ tuæ largire, beneplacentem tibi, & voluntatem tuam exsequentem.* Eadem mox iterum apud Deum repetunt; quo loco sibi per Apostolos à Domino datum profitentur ἐλαίῳ μετὰ προσευχῆς τῦ λαῦ θεραπεύεσθαι, ut oleo cum oratione infirmitates populi curent. Itaque ab eo petunt, ut ipse oleum illud ordinet atque constituat in medelam sive sanationem ex eo ungendis, in remedium omnis languoris, & infirmitatis, in liberationem malorum iis, qui ab ipso salutem exspectant. αὐτὸς καὶ τὸ ἔλαιον τῦτο σύνταξον εἰς ἴασιν τοῖς ἐξ αὐτῦ χριομένοις εἰς ἀπαλλαγὴν πάσης νόσε, καὶ πάσης μαλακίας, εἰς ἀπολύτρωσιν τῶν κακῶν τῶν ἀπεκδεχομένων τὴν παρὰ σε σωτηρίαν. Cum his consentiunt omnes Græci recentiores; Hieremias P. CP. Gabriel Philadelphiensis, Johannes Nathanael, Emanuel Calleca, Symeon Thessalonicensis; alii, qui una omnes docent, hunc sui olei finem hoc effectum esse, ut corporeis morbis liberemur. Loca ipsa piget describere, quæ apud Arcudium videat, qui volet. Quod si Græcos urgeas, cur ergò suum euchelæum sanis ac bene valentibus ministrent, quod ipsi ad morbos depellendos comparatum esse volunt; illi verò, ut est acutum genus, facilè respondent, id ita à se fieri διὰ τὸ ἄωρον τῦ θανάτε, καὶ ὡς τὰ πολλὰ ἀφρόδιστε καὶ ἀπρος-

ἀπροσδόκητον propter immaturam ac plerumq; subitaneam & inexpectatam mortem; ut loqvuntur apud Arcudium Philadelphiensis Episcopus & Job Monachus. Maturè scilicet de remedio sibi prospiciunt, & à morbis & à morte multò anteqvam ingruant, sibi cavendum putant. Sin ea verba Apostoli objicias, in quibus peccatorum remissionem inunctis promittit; fatentur, & hanc in suo euchelæo haberi, sed ita tamen, ut à corporis curatione non sit divellenda; Ideò enim inunctis remitti peccata, ut iis liberati donum sanitatis à Domino consequantur. Sic enim verba Jacobi accipit Symeon Thessalonicensis, sanè non ineptè: *κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκὼς, ἀφεθήσεται αὐτῷ ἵνα ἰαθῇ* (inquit) *καὶ ἐγερθῇ δηλονότι.* Etsi peccata admiserit, dimittentur ei: ut sanus fiat videlicet & erigatur. Atque ex his liqvet, existimare Græcos verum ac proprium suæ unctionis finem esse morbi depulsionem, & hominis inuncti curationem ac sanitatem; quod à Latinorum dogmate quàm sit alienum, supra ostendimus. Itaque morbi depulsionem illi quidem & ubique in toto officio & in ipsâ etiam formali (ut vocant) hujus euchelæi precatione enixè à Domino petunt; hi verò ne semel quidem memorant in suâ oratione, unâ peccatorum remissionem exposcentes & conferentes, ut ipsi quidē sibi persuadent. Denique neq; illud omittendum est, quod & Arcudius & Goar observarunt; Græcos suum illud euchelæum ad id, quod & Latini vocant, pœnitentiæ sacramentum referre, eiqve vim aliquam tribuere, ad quorumvis pœnitentiam delenda peccata. Nam tametsi nullo in Euchologio fiat hujus olei sacri usus diserta mentio, tamen & Græci vulgò Theologi ita docent, & res ipsa loquitur. Simeon Thessalonicensis; *ἅγιον ἔλαιον παραδέδοται ὡς ἱερὰ τελετὴ καὶ θείου τύπος ἐλέους εἰς ἀπολύτρωσιν καὶ ἁγιασμὸν τοῖς ἀπὸ ἁμαρτίας ἐπιστρέφουσι χορηγούμενον.* Sanctum oleum traditum est veluti sacrum mysterium, divinæque misericordiæ typus, quod in redemtionem & sanctificationem præbetur his, qui se à Peccatis convertunt. Id verò qvî fiat, luculentiùs idem sic exsequitur; *ἁμαρτήσαντες προσερχόμεθα θείοις ἀνθρώποις, καὶ μετανοοῦντες ἐξαγορεύομεν τῶν πλημμελημάτων μεμνήμεθα. ὧν τῇ ἐπιταγῇ προσφέρομεν ἅγιον ἔλαιον τῷ Θεῷ εἰς τύπον αὐτοῦ τῆς ἐλεημοσύνης καὶ ἱλαρότητος. Ἐν ᾧ τὸ θεῖον καὶ ἱλαρὸν ἀστράπτει τοῦ Χριστοῦ φῶς. Καὶ γὰρ καὶ φῶτα προσφέρομεν, ἐπεὶ ἣ καὶ ἡ εὐχὴ προσάγεται, καὶ τὸ ἔλαιον ἁγιάζεται, οἱ χριόμενοι ἐλαίῳ τὴν*

§. CXCV.

ἄφεσιν τῶν ἁμαρτημάτων εὑρίσκουσι. Commiſſo peccato ad viros divinos (id eſt, confeſſarios, quos Græci πνευματικοὺς vocant) accedimus, & pœnitentes erratorum confeſſionem facimus: eorumque juſſu offerimus Deo ſanctum oleum in ſignum ipſius miſericordiæ ac benignitatis: in quâ divinum & hilarans reſplendet gratiæ lumen. (nam & lumina offerimus.) Cùm verò & oratio deferatur, & oleum ſanctificatur, qui oleo unguntur, remiſſionem peccatorum conſeqvuntur. Hoc verò idipſum eſt, quod Nathanael à quibusdam Pſeudo-Abbatibus & illiteratis Græcis aſſiduè fieri graviter conqueritur. ἀνοηταίνοντες (inquit) τοῖς ἁμαρτάνουσι διὰ κανόνα, καὶ δίκην ἁγιασμοῦ ὡς μετανοοῦσιν χορηγοῦσι, nimirum, τὸ εὐχέλαιον. Inſanientes peccantibus, ſi reſipuerint, loco multæ ſive pœnæ canonicæ, & inſtar ſanctificationis iſtud præbent olei myſterium. Sed & eodem pertinere videntur, qvæ de euchelæi effectis affirmat Hieremias: Καὶ λύσιν (inqvit) ἁμαρτημάτων παρέχεται, καὶ ἐξ ἀρρωστημάτων ἐγείρει, καὶ ἁγιασμοῦ ἐμπίπλησι. Et remiſſionem peccatorum præbet, & ex morbis ſive infirmitatibus ſuſcitat, & ſanctificatione replet; quod & iisdem verbis poſtea repetit in epiſtolâ ſecundâ. Jam qvod ſanis & benevalentibus Græci conferunt Euchelæum, eò quoqve maximè referendum videtur. Nimirum iſtiusmodi homines inungunt, non ut valetudinem, quâ proſperâ fruuntur, recuperent, ſed ut peccatorum remiſſionem conſeqvantur, ad qvam ſcilicet hoc etiam olearium inſtitutum pertinere putant. Hanc verò ſacri olei ad reconciliandos peccatores Græcanicam adminiſtrationem Arcudius veluti ſacrilegam impugnat; Goar purgat & defendit pro virili; quo uterqve ſucceſſu, noſtra nihil refert. Certè non videntur deeſſe apud veteres, quæ pro Græcis afferantur. Nam & Pſeudo-Juſtinus & Baſilius ex hæreticorum Baptiſmo venientes, unctos olim fuiſſe teſtantur, cùm Eccleſiæ reconciliarentur; & Arabici Canones Pſeudo-Nicæni eos oleo benedicto mundari decernunt, qui cum muliere infideli fornicati ſunt; & Origenes atqve Chryſoſtomus non obſcurè ad pœnitentium remiſſionem trahunt, qvæ de Presbyteris oleo ungentibus habet Jacobus; ut ſuprà audivimus. Sed ſi quid cum veterum inſtitutis commune habet hic Græcanici euchelæi uſus; illud qvidem certum eſt, eum ab extremâ Latinorum unctione planè penitusqve alienum eſſe. Atque ex his vel cœcus viderit, qvàm ſit fallax Bellarmin

§. CXCVI.

ratio,

ratio, quæ ſupponebat, ſcilicet hodiernum Græcorum euchelæum idem eſſe cum ſuâ unctione; cum quâ tamen nihil ferè habet commune, non miniſtrum, non materiam, non objectum, non formam, non finem, non effecta, ut ſatis eſt à nobis hactenus demonſtratum. Illud verò libens fateor, hanc Græcorum unctionem in plurimis cum eâ convenire, quam apud Latinos octavi & noni & aliquot ſequentium ſeculorum in uſu olim fuiſſe, ex veris certiſque documentis ſupra demonſtravimus; qvod & ab Arcudio ipsô & à Goare inprimis eſt obſervatum, ut totam utriusque de hoc negotio diſputationem legentibus apparebit. Nam & Græcorum quoqve Euchelæum perinde ut vetus quondam oleum, quibusvis ægrotis datur, non ſolis ad mortem laborantibus, & ſæpiùs, imò ſepties, in uno eodemque morbo iteratur, & ad reſtituendam valetudinem propriè pertinet, nequaqvam autem ad præparandum proximè hominem ad felicem ſtatum vitæ futuræ. Itaqve Græcorum Euchelæum nobis quidem eorum, qvæ de veterum iſtorum unctione diximus, evidens ſuppeditat argumentum; pro Latinorum ritu, à quo alienum eſt ſcilicet, nullam Bellarmino vel neceſſariam vel veriſimilem probationē præbet. Atque hæc de Græcorum unctione dicta ſunto. Audiamus jam, qvid Moſcovitæ & Rutheni hoc in puncto ſtatuant. Excuſſerunt autem hanc materiam qvam diligentiſſime *Dn. D. Mich. Siricius & Dn. D. Johannes Erneſtus Gerhardus*, quorum verba hîc apponemus.

An Moſcitæ Rutheni cū Pontificiis, ſeptem credant Sacramenta?

Tribuitur, ſcribit Dn. D. Siricius, à Pontificiis Moſcovitis, qvòd in Articulo de Sacramentis cum eis conſentiant, ſeptem numerantes Eccleſiæ Sacramenta, ſicuti id patet iterum ex *Joh. Fabro.* qui hæc habet in ſæpius jam citato *Tractatu.* p. 181 verba. *Septem Numero Sacramenta habent, velut ea, quæ ſine omni Fraude promiſſionum ſuarum eum, qui pro Chriſtianâ Pietate ipſis utitur, participem ac compotem faciunt.* Aſt qui in Numero Sacramentorum ferè cum Pontificiis conveniunt Moſci, quod è Græcâ hauſerunt Eccleſiâ, quæ cum Patriarchâ ſuo in *Actis Conſtantinopolitanis* pag. 28. Septem enumerant Eccleſiæ Sacramenta, tamen in multis à Pontificiis hîc diſſentiunt. In Genere improbant omnia Sacramenta Pontificiæ Eccleſiæ, quod, referente *Sacrano* cognoſcimus *Elucidarii ſui cap. 2. Error.* decimo: Omnia, inquit ibi, Eccleſiæ Sacramenta profanant & blaſphemant, ridentq; & inhonorant. Deinde Confirmationem inter Sacramenta non numerant,

merant, quod tamen faciunt Pontificii, ficut videre eft è *Decret. Concilii Trident.* Seff. Septima: item ex Canone Primo de Confirmatione, in quo fub anathematis Fulmine præcipuunt, tenére Concilii Patres Sacramentum Confirmationis propriè fic dictum. Errat qvi hanc fententiam Mofcis tribuit. Non timuit quidem eâ, quâ præditus fuit impudentiâ, *Johannes Faber* hoc erroris Mofcis affuere, pag. 177. aft vel fuis, ne dicam noftris, ludibrium debet. Nam contrarium vel ex tribus Scriptoribus mox probatum dabo. Ante tempora Lutheri in medio Papatu Elucidarium fuum fcripfit Johannes Sacranus, qui & Cracovienfis fuit Ecclefiæ Canonicus. Is tamen expresfsè negat, Confirmationem Ruffis effe Sacramentum. Ita enim habent ejus verba Elucidar. *cap. 2. Error. 13. Dicunt Confirmationis Sacramentum nullum effe, ideò nec illud accipiunt, fine quo promovent Sacerdotes fuos, &c.* Nec prætereundum hîc effe ratus fum teftimonium *Petri Scargæ Jefuitæ Vilnenfis*, cum illud etiam minimè fufpectum fit ob infigne, quod animo fovebat femper, in Evangelicos odium; de qvo conftat, quòd docuerit Vilnæ fuos tale erga Lutheranos odium, ut & obvios confpuerent, qui tamen, cùm Exemplum hujus doctrinæ aliis imitandum aliquando ederet, os impudicum manu cujusdam Nobilis probè contufum domum retulit. Fatetur autem idem *Scarga lib. 2. Rerum Polon. Part. 3. cap. 2.* Confirmationem Baptismi Ruffis non effe Sacramentum. Plenius aliquantum hanc Ruthenorum fententiam recenfet *Alexander Gvagninus in Defcriptione Sarmatiæ Europeæ,* cujus Verba in *Libro de Religione & Ritibus Mofcovitarum* &c. fuperius jam fæpius citatô pag. 232. hæc funt: Confirmationis feu Inunctionis Sacramentum maximè abhorrent, hocque Argumento vanam & damnabilem effe Confirmationem approbant, qvòd in Synodis omnibus ferè dictum fit, præcipuè in Nicæna, confiteor unum Baptifma in Remiffionem peccatorum, &c. Res ex hifce Teftimoniis tam clara eft, ut qui Veritatem non videt, nec Solem cum in meridie, cum maximè lucet, videre fim perfuafus. Nec in eo tantùm à Polonis diffident Mofci, quòd, cum illi Confirmationem habeant pro Sacramento verè & propriè fic dicto, hi id apertè negent, fed & de MiniftroConfirmationis hic eft eorundem maximus diffenfus. Ordinarium namque confirmationis Miniftrum faciunt Pontificii folum Epifcopum, Res fub Anathematis fulmine decifa eft in

Confirmatio Rufsis nō eft Sacramentum, à probatur.

Petri Scargæ Jefuitæ odium erga Evangelicos.

§. CXCIII.

Concil. Trid. Sess. 7. Canon. 3. de Confirm. Si quis, intonant è pelvi Patres, dixerit, Sanctæ Confirmationis Ministrum ordinarium non esse solùm Episcopum, sed quemvis simplicem Sacerdotem, Anathema sit. Quænam autem hic est Moscorum cum Pontificiis Consensio? Nulla. Scargæ Jesuitæ Hominis impudentissimi verbis id confirmatũ dabo, cujus verba loco jam supra citato integra ita habent: Confirmatio Baptismi non est illis Sacramentum, quæ etsi ad solum pertineat Apostolorum successorem Episcopum, tamen eam vulgaris Sacerdos peragit. Nec dissentit *Guagninus*, qui, cum docuisset, Confirmationem Moscis non esse Sacramentum, hisce Paragraphum absolvit verbis: Cùm autem unum sit Baptisma, unum etiam esse Chrisma, & Virtutem eandem Sacerdotis & Episcopi circa Sacramenta distributa esse dicunt. Hinc factum, ut in Literis *Johannes Metropolitæ Russiæ ad P. R.* (qvæ integræ legi possunt apud *Sigismundum ab Herberstein in Comment: Rerum Moscov:* p. 22-23.) reprehenderet in Pontificiis tanqvam malum contra leges Divinas ac statuta commissum, qvod à Presbyteris in Baptismate inunctos denuò inungerent, dicentes, illa simplicibus Sacerdotibus facere non licere, sed solis Episcopis. Et ut in Articulo de Sacramentis in Genere, Moscorum à Pontificiis Dissensus magis pateat, meminisse hîc oportet Doctrinæ Pontificiæ de Efficaciâ Sacramentorum N. T. ex operato. Sacramenta igitur V. T. gratiam contulisse dicunt ex opere operantis, ex Fide suscipientis, cùm Sacramenta N. T. juxta eos gratiam conferant ex opere operato, i. e. ex Actione Externâ Sacramentali sine Fide & Bono motu cordis, qvam sententiam Pontificiorum, licet velint qvandoqve negare, tamen dissimulare non potest ipse *Bellarm:* qvando *Lib: 2. de Effectu Sacram: cap. 1.* Opus Operantis opponit Operi Operato, Omnes, inqviens, opponunt Catholici opus operatum operi Operantis. Jam autem opposita sese mutuò non includunt. Actio igitur externa Sacramentorum N. T. qvæ est operatum, cùm sit opposita operi operantis, excludit necessariò juxta Pontificios Fidem, cùm ad Opus Operantis referant etiam Fidem & Devotionem interiorem. Huc etiã pertinent clara *Bellarm:* verba cap. citato, qvibus expressè fatetur: In Justificatione, qvam recipit aliquis, dum percipit Sacramenta, multa concurrere. Cæterum ex his omnibus, id qvod Activè & proximè & instrumentaliter efficit Gratiam Justificationis, esse N B. solam illam Actionem externam ait, qvæ

§. CXCIX.

Sacramentum dicitur, & hæc vocatur opus operatum accipiendi passivè (operatum,) ita ut idem sit Sacramentum conferre Gratiam ex opere operato, quod conferre Gratiam ex vi ipsius Actionis Sacramentalis à Deo ad hoc institutæ, non ex merito agentis vel suscipientis. Plura ad mentem Pontificiorum ostendendam non addo, cùm notissima ea, nec nobis jam propositum sit, ex professo eorum notare & refutare errores. Dubito autem, an tam impudentes esse velint

§. CC. Pontificii & hanc opinionem Moscis attribuere. Nam opponere illis possum. 1. Græcos, qvorum Religionem seqvuntur Mosci maximâ in parte, qvi certè impetrationem Remissionis peccatorum per opus operatum in Sacramentis sine Fide negant, sicut patet ex *Actis Constant.* p. 95. Opponere etiam 2. Ipsa *Fabri* verba possum superius prolata, qvibus dicit: juxta Moscovitas per Sacramenta conferri gratiam iis, qvi pro Christianâ pietate illis utuntur. Reqviritur ergò à Moscis etiam fatente Fabro Fides, Pietas, & interior devotio ad Sacramentorum doctrinam in genere pertinentibus enumerare. Quæ etiam in specie singula spectant Sacramenta, de illis, quantum necessarium erit, in subseqventibus agetur. Hæc *D. Siricius in Disquisitione de Religione Moscoviticâ.*

§. CCI. *D. Joh. Ernestus Gerhardus* eandem materiam in *Disput: de Relig: Moscovitarum Cap. XV.* his verbis est persecutus: Qvemadmodum vix qvicqvam æq; Papicolis curæ est, qvam ut simplicioribus persvadeant, qvod tum Græca, tum Orientales Ecclesiæ, vel jam tum cum Romanâ Ecclesiâ amicè conspirent, vel unionem cum illâ vehementer ambiant: Ita de Moscoviticâ qvoq; Ecclesiâ non desunt, qui qvòd ipsa illa eandē unionem & conjunctionē anxiè affectet, vel persvasum sibi habent, vel aliis persvadere satagunt. In horum numero *Paulus Jovius* est, in *Præfat: Tr: de Moscoviâ* scribens, qvòd non obscuri nominis Rex, sed qui numerosissimis extremi Aquilonis populis imperat, (loquitur de Magno Moscoviæ Duce Johanne Basilide, Tyranno ut truculentissimo, ita qvoqve maximè versipelli atqve astuto,) in causa Religionis omnibus cum Romanensibus conjungi sensibus fœdereqve perpetuò colligari cupiat. Ex qvo verò inter dogmata cumprimis apud Pontificios creditu necessaria, hoc qvoqve est, qvòd Septem sint Sacramenta propriè dicta, qvam Doctrinâ etiam Synodus Tridentina sess: 7. can. 1. sub Anathematis comminatione omnibus acceptandam proposuit; inde

inde occupatos Papicolas videmus, ut populis illis, qui Ecclesiam Romanam aversantur, doctrinam illam sensim instillent, vel orbi persvadeant, Ecclesias illas, quæ Pontificis R. aliàs statuta improbant, septem tamen agnoscere Sacramenta. Armenis quòd errorem illum instillare sategerint, ex libro, *Doctrina Christiana, à Petro Paulo Sacerdote Armeno* in Linguam Armeniam versa, inscripto, qui Parisiis, Anno 1634. in lucem prodiit, satis patet. De Moscovitis, quòd septem credant Sacramenta, disertis verbis affirmat *Joh. Faber de Religione Russorum ad Ferdinand. Regem Romanum*, & quidem velut ea, quæ sine omni promissionum suarum Fraude eum, qui pro Christianâ Pietate ipsis utitur, participem ac compotem faciant gratiæ, puto Evangelio propriæ, adeoq; ut Sacramenta propriè dicta. Sed nimis id scribit audacter, (& eâdem Veritatis specie, quâ paulò post asserit idē, quòd Moscovitæ Decem Præcepta teneant, & quidem eâdem auctoritate, quâ Mosi primò tradita sunt, quasi nunqvam moritura, certi per Verbum ejus, quòd venerit, ut impleret legem; minimè ut solveret, cujus assertionis contrarium supra ostensum,) cùm ipsimet reclament Pontificii Scriptores, ceu cumprimis de Confirmationis, quod dicunt, Sacramento, evicit *Dn. D. Siricius in Discursu Historico Theol. de Relig. Mosc.* p. 24. Mirum verò, quomodo Moscovitæ Matrimonium venditare pro Sacramento propriè ita dicto audeant (si id tamen faciunt: neqve enim præter *Joh. Fabrum* Pontificium, qui sublestæ tamen Fidei scriptor est, vix alius scriptor tale quid de illis affirmat,) cùm longissimè ei Monachatum, adeoqve & cœlibatum præferant. Quod haud qvidem facere debebant, cùm cœlibatum pro Sacramento nemo habeat; jam verò Sacramenta, qvippe media divinitus ordinata, per qvæ Promissiones Evangelicæ illi, qui sine Hypocrisi istis utuntur, compotes redduntur, definiente ipso Fabro, meritò sunt magnifacienda: tantùm abest, ut res aliqva, quæ nullibi à Deo mandata est, qualis status Monasticus, & sic etiam cœlibatus præferri illis debeat. Adde, quòd Moscovitæ actum matrimonii cum Pontificiis (perversè hùc trahentibus illud Apostoli: Qui in Carne sunt, Deo placere non possunt. Vide *Cardin. Bellarm. de Matrim. cap.* 5. § addе ac confer decernimus *Dist. 28. proposuisti c. plurimos Dist. 28.*) pro re per se impurâ seu pro immundicie ac pollutione habeant, adeo ut illis, qui proximè præcedente nocte uxorem cognovere, minimè

§. CCII. *An Moscovitæ Matrimonium pro Sacramento venditent?*

Moscov. actum matrimon. pro re per se impurâ habēt

mè concessum sit, ut templum ingrediantur, nisi prius benè fuerint loti. Imò qui religiosiores videri cupiunt, ne quidem, si vel maximè etiam fuerint abluti, templum intrant, sed in Vestibulo subsistunt. Quid quòd actum Conjugalem exercere volentes, crucem, quæ in Baptismo de collo appendi illis solet, prius deponant, ac re peractâ demum recipiant: ceu hâc de Moscovitarum consvetudine legi *Olearius* potest *Itin. Pers. p. 219.* conferatur idem p. 214. De extremâ quoque Unctione itidem quidem Joh. Faber. d. l. garrit, quòd apud Moscovitas in usu sit, ac pro Sacramento habeatur. Sed fallit ac fallitur, nisi quis dicere velit, quòd Sacramenti mortui quoque capaces sint. Testatur enim de Moscovitis *Scarga Lib. 2. Pol.* quòd intolerando errore homini mortuo unctionem adhibeant. Et si quàm maximè viventibus unctionem quoque applicent, haud tamen ut Sacramentum, per qvod applicetur homini Gratia Evangelii propria, (isto verò Fine Sacramenta instituta sunt,) eam ægrotis adhibent, disertè quippe docentes: Unctionem extremam nullam adversus peccati reatum medelam conferre posse, sed tantùm ut medicinam languoris corporalis, quomodo etiam Apostolus Jacobus cap. 5. v. 14. (unde Papicolæ aliàs extremæ unctionis Sacramentũ conficere nituntur,) Unctionem intellexerit, prout claris hanc Moscovitarum sententiam verbis *Johannes Sarcanus* Pontificius in *Elucid. errorum Ritûs Ruthenici cap. 2. Error. 14.* prodit. Et rectè sanè Moscovitæ sentiunt, quòd Jacobus saltem de tali loquatur unctione, cujus Effectus sit medela languoris corporalis, sive ut ægrotus à corporis morbis sanaretur. Hæc res enim ita clara est, ut nec *Thomas de Vio, Cardinalis Cajetanus, nec Feuardentius*, itidem Pontificius Scriptor, ire inficias potuerit. De Absolutione sive Pœnitentiâ, quam Papicolæ itidem Sacramentum esse volunt, supra jam egimus, ubi ostendimus, quòd apud Moscovitas articularis Peccatorum Confessio recepta sit. Non tamen hinc statim inferendum, quòd propterea pro Sacramento, sive Pœnitentiam sive Absolutionem habeant. Adde, quòd Guagninus prodat, licet Moscovitæ confessionem ex præscripto habeant, agrestes tamen in eâ sententiâ sint, quòd ad Dominos saltem ea sive ad Sacerdotes pertineat; sibi autem satis esse in Deum, Filiumque ejus Jesum Christum, ac Sp. S. simpliciter credere. Extant in libellis Catecheticis Moscovitarum preces, quas

§. CCIII. *An extrema Unctio sit Sacram: apud Moscov.*

§. CCIV. *Moscov. Pœnitentiã non habent pro Sacramento.*

Precatio Confessionalis.

quas instar confessionis simplicioribus apud Moscovitas esse, & in iisdem Sacerdotem absolventem etiam acquiescere, veritati consentaneum est, harum una veste Latinâ induta ita sonat: *Condona, Deus, Delicta nostra, Voluntaria & Involuntaria, tum quæ opere ac Verbo, in Scientiâ & Ignorantiâ, Die ac Nocte, sc. commisimus, omnia condona mihi; quoniam bonus & Misericors.* De Ministerio Ecclesiastico itidem non seqvitur, qvòd licet apud Moscovitas in usu ordo qvidam inter Ministros Ecclesiæ sive Clericos sit, ordo propterea statim pro Sacramento apud Moscovitas habeatur. Præterea non in uno Moscovitarum Doctrina de Ministerio Ecclesiastico à Pontificiorum sententiâ discrepat. Uti paulò post ostendam. Et hæc qvidem hac occasione, qvod Christoph. Angelus Sacramentorum meminerit, de numero Sacramentorum apud Græcos in medium proferre voluimus. Adferamus jam aliqua, qvæ magis proxime ad illustrationem hujus capitis faciunt.

§. CCV.

(B) *Vir & mulier, modò purus idem, mundaq; eadem fuerit.*) Idem refert de Moscis *Johannes Faber* p. 173. 174. his verbis: Et qvod Pietati coloquonium adferre videtur devotionis Spiritum augere, ut cum Sacerdos divina celebraturus est, in conjugio constitutus, maximeqve in Missâ celebrandâ observari soiet, minimè fas esse putant præcedenti nocte cum uxore dormire: periculum enim illic esse verentur, si non cum peccato id fiat. Ideò quoqve pro pleniori reverentiâ nocte sequenti ab uxoribus quoque abstinent. Ea est in his quidem tanti corporis & sanguinis mysterii reverentia, is cultûs, hæc Spiritûs persuasio.

Signaculum crucis oblatæ imprimitur.

(C) *Signaculum illi prius ligno aliquo, cui literæ hæ insculptæ, Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ. Jesus Christus vincit, imprimunt.*) Originem hujus sequentibus verbis exponit *Goar. in Euchologio. p. 117. Num. 31.*

Τῆς σφραγῖδος.) Signaculum, crucis est effigies προσφορᾷ oblatæ impressa, qualis apud Arcudium & in Figuris adjunctis cernitur. Quæcunqve sit autem, sive circularis, sive qvadrangula, in quadrum semper Lancea excavatur & extollitur. Et de Panis quidem Figurâ circulari loqvitur Epiphanius in Ancorato: τὸ μὲν γάρ ἐστι στρογγυλοειδὲς καὶ ἀναίσθητον. Rotunda est, & sine sensu ejus species: & talem esse debere in Ecclesiâ, ut quæ denarium & pretium Redemtionis nostræ indicet. Durandus. Lib. 4. cap. 41. ex Honorio

 solitario

solitario Lib. 1. cap. 35. latè demonstrat: scribitque in eâ sæpè nomen & imaginem Imperatoris nostri effingi, quod & in προσφορᾷ videmus expressum cum victoriæ ejusdem præconio Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ. Ab excitatis quippe tribus crucibus à Constantino in Regiâ Urbe, quarum prima juxta Nicephorum Lib. 8. cap. 32. gerebat inscriptum Ἰησοῦς, secunda Χριστὸς, tertia Νικᾷ: à quibus etiam dictionibus tanquam nominibus propriis vocitabantur, contigit, ut deinceps Græci juxta crucem easdem voces exararint: Ἰησοῦς Χριστὸς Νικᾷ. Unde conjicies obiter, Christiane Lector, Christianissimum Regem Ludovicum XIII, cruce Christi hisqve Regiis verbis, Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat, meritò sua numismata insignivisse. Victoriis namque etiam cum portento de profligatâ hæresi reportatis, ubi per amplas Regni imperiique sui provincias, Sancto Eucharistiæ mysterio, Regnum, securitatem, gloriamque restituit, unâ etiam præstitit, ut in Galliis sit hoc Sacramentum in pretio, & ut Christus, qui se pretium pro mundo dedit in cruce, cruci det summum aureumque in Galliis pretium; in quibus Rex ille Justus & Invictus famâ sibi partâ, & sobole Regiâ relictâ perpetuò Vincet, Regnabit, Imperabit.

Tres cruces erectæ à Constantino Magno.

§. CCVI. (D) *Et hunc purum panem manibus suis prehendit Sacerdos & benedicit. &c.*) Quibus ritibus & ceremoniis hoc peragatur, legere est in ordine Sacræ Missæ Johannis Chrysostomi apud Goar. p. 58. seqq.

De Moscovitis refert *Olearius*, qvod Eucharistiam adornent è pane, qvem è rotundo in die Viridium in hunc finem pisto pane in Formâ Crucis exscindunt & consecrant. De hoc pane ita loquitur *Alexander Gvvagninus in Descript: Moscov: pag: 230. 231.* Panem ad sacrificandum hoc modo sacrificant, unus eorum præparatum panem ad sacrificandum in patinâ super capite, per minorem portam de Sacrario egressus portat, alter verò coopertum calicem vino repletum, cæteri Diaconi vel Sacerdoti imagines Sanctorum, Petri, Pauli, Nicolai, vel Michaëlis Archangeli, magnâ populi circumstantis acclamatione & veneratione præferunt, quidam ex circumstantibus acclamant vulgari oratione, Domine miserere, alii fronte terram gentili more percutiunt, quidam se signo crucis freqventius caput inclinando muniunt, variâ deniqve veneratione ac cultu circumlata Signa venerantur. Postea finito circuitu per mediam Chori portam Sacedos in

Sacra-

Sacrarium etiam ingrediuntur Sacrumqve peragunt. Inter Errores Græcorum D. Vejelius merito recenset. Ἀρτολατρείαν, καὶ οἰνολατρείαν. Non jam dico, inqvit p. 41. Dissert. de Eccl. Gr. in Panis & Vini jam consecrati, & ut putant, Transsubstantiati adoratione, cocomissa; verùm etiam, cum Panis nondum est consecratus, sed cum dona ad altare demum consecranda afferuntur. Tum enim, qvando plebei Pontificem, Sacerdotes & Diaconos cum magnâ pompâ incedere vident, ad aram qvidam sese inclinant, alii procumbunt in genua, & qvasi præsentem Christum, Latronis in cruce pœnitentis voce alloqvuntur: *Domine memento mei, qvando venis in Regnum tuum.* Respondentqve illi: *Recordetur.* Arguit hunc ritum Arcud: ipse tanquam Idololatricũ; excusare autem conantur Goar & Allatius; sed conantur tantum.

3. à cap. 19. ad 25. it. c. 58. N. ad Euch. p. 131. n. 110. de Miss. Præsanct. §. 7. β. §. CCVII. Lancea.

Lanceā λόγχην) Cultellus inquit *Goar. p.* 116. Hostiæ à Totâ Panis Massâ separandæ deputatus, λόγχη Lancea dicitur. Et cum Lanceæ τῆς κεντησάσης τὴν πλευρὰν τοῦ κυρίου, Figuram habeat, vice illius, qvæ latus Domini effodit, sacrificio admovetur. Hæc Goar. Suggillat hanc Lanceam, ut & Cochleare Humbert: Sylvæ Candid. Epist. Tom. 4. Part. 2 Bibl. Pp. Col. 216. Dominus panem accepisse, benedixisse & fregisse, non autem legitur, antea vel postea inscidisse. Deinde quod Sanctum Panem Vitæ æternæ in Calice intritum cum cochleari sumere consvestis, quid opponitis? Neque enim ipse Dominus Panem in Calice Vini intrivit, & sic Apostolis dedit dicens: Accipite & cum cochleari comedite. Lanceam ferream nesciunt Occidentales Ecclesiæ, nisi quæ latus Domini nostri Jesu Christi aperuit. Cochlear verò, cum quo communicent, sicut in Ecclesiâ Græcorum minimè habent, quia non ita commiscent Sanctam communionem in Calice, sed solâ communione communicavit populum.

(E) Τετράγωνον μέρος τι. *Quadratam portiunculā*) Forma Sancti Panis modò erat rotunda, modò qvadrata. De Circulari Formâ Panis Epiphanius in Ancorato: τὸ μὲν γάρ ἐστιν στρογγυλοειδὲς καὶ ἀναίσθητον. Rotunda est, & sine ejus sensu species. vid: ad h. l. D. Dorsch. Exercit: ad Diatyposin Concil: Nicæn: Sect: 42. per totum. Durandus Lib. 4. cap. 41. ex Honorio Solitario Lib. 1. cap. 35. apud Goar: latè demonstrat, Panem Eucharisticum rotundum esse debere, ut qvi denarium pretium Redemtionis nostræ indicet.

Quid censend um de Sacro Pane?

1. Quæst: *Quid censendū de pane Sacro*, quem hodierni Græci præter Eucharistiam distribuunt, & ἀντίδωρον vocant? Resp. Meram esse superstitionem. Describit eum *Christoph. Angelus in Libello de statu & ritu Ecclesiæ Græcæ cap. 14.* Quod vir vel mulier, cui pridiè administrationis Cœnæ & nocte præcedente, nullus conjugalis intercessit congressus, die Saturni, aut alio quocunqve die; quodqve Sacerdos in memoriam sanctissimæ purissimæqve Deiparæ benedicat, eidemqve consecret, qvod post abscissam inde per lanceam aut gladiolum quadratam portiunculam ad conficiendam Eucharistiam, in minuta frustra residuam partem majorem dividat, atque ita omnibus tùm communicantibus, tùm non communicantibus, tanqvam donum aliquod divinum per se aut per Hierodiaconum distribuat. O cœcas hominum mentes! Unde illud donum divinum? quo mandato, qvâ promissione divina? Pluribus de hoc ἀντιδώρῳ, hoc est, Vicario Eucharistiæ pro illis, qui ad communionem imparati sunt, ait *Goar in Notis ad Euchologium* Græconem p. 154. 155. Et qvamvis fateantur, Græcos circa benedictionem dissidere, tamen eundem cum antiquorum elogiis, atque unâ Græcam cum Romanâ Ecclesiâ hâc in parte convenire persvasum velit.

§. CCX. *Eulogia Veterum.*

2. Qvæst: *Quid censendum de eulogiis antiqvorum?* Resp. observationem fuisse omni ædificatione vacuam, periculo plenam. Qvod cum tempore apparuit, cum homines eas domum auferre, ibi custodire, cum Eucharistiâ confundere, & loco illius in salutem animæ scil. & corporis assumere, iisq; privatam cœnam conficere: uti & hodierni Græci (teste Goar loc. cit.) in itineribus, periculis tempestatis earundem præsidio se munire solent. Hæc maledictio ut plurimum sequi solet, tales benedictionum ἐθελοθρησκείας. Modum panes (præsertim intortorum annulorum instar formatos) in Papatu benedicendi describit Rituale Romanum Pauli V. Jussu editum, apud Plantinum pag: 138. Has aliasq; omnes pseudo-benedictiones, seu Sacramentalia antehac refutavimus in 3. Part. sel. dispp. tit. de Benedictionibus & Sacramentalibus. De antiqvis eulogiis, earumqve distributione inter Catechumenos, missione & domum delatione ad absentes, ex Nostris videantur Joh. Forbesius lib. XI. Instruct. Historico-Theolog. cap: 7. & ex Pontificiis Joh. Stephan. Durandus lib. 8. cap. 58. Inprimis Albaspineus lib. 1. observat. Et Goar. loc. cit. qui hunc panem ab Eucha-

ristiâ exſertè diſtinguit. Concil. Tridentin. Seſſ. 13. cap. 6. Euchariſtiæ à pane illo diſtinctæ miſſionem & aſſervationem in pyxide, & ad ægrotos delationem probare conatur ex Concil. Niceni Canon. 14. Sed aſſumentum illud non reperiri in exemplaribus Græcis reſpondet ex noſtris Joh. Gerhard. Voſſius Diſp. 3. de Cœnæ Dominicæ Symbolis. Totum hoc parergon de aſſervatione refutatum vide apud Forbeſium loc. cit. Chemnit. in Examine Concil. Tridentini part. 2. ad ſeſſ. 13. cap. 6. Hæc Voëtius.

§. CCXI. Adjicio his brevem Annotationem, quam de hoc Ἀντιδώρου Gloſſarium libri, cui titulus: ἑρμηνεία τῶν ὀφικίων &c. ſive Explicatio Officiorum Sanctæ & Magnæ Eccleſiæ auctore incerto, qui adjunctus eſt Magno & ſumptuoſiſſimo Volumini Pariſiis in Typogra-

ΚΕΦΑΛΗ. ΙΕ.

ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΝΗΣΤΕΙΩΝ.

Ἔτι πρὸς ταῦτα νηστεύουσι, καὶ ἐν τῇ Δεκάτῃ τετάρτῃ ἡμέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς, τιμῆς ἕνεκα τοῦ σταυροῦ, ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ εὑρέθη ὁ σταυρὸς, καὶ ἄγουσιν ἑορτὴν τοῦ σταυροῦ, νηστεύοντες ἀπὸ ἀλειμμάτων, ὅτι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀσπάζονται τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὀφείλουσι νηστεύοντες ἀσπάζεσθαι αὐτόν. Ἔτι νηστεύουσι καὶ ἐν τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ τοῦ Ἰαννουαρίου μηνὸς, ἀπὸ παντὸς ἀλείμματος. Διότι τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἐβαπτίσθη Χριστὸς, κατὰ τοὺς Ἕλληνας, καὶ τούτου ἕνεκα οἱ Ἱερεῖς ἐν τῇ αὐτῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ ἁγιάζουσι τὰ ὕδατα, καὶ πίνει ὁ λαὸς ἐξ ἐκείνων τῶν ἡγιασμένων ὑδάτων. Καὶ ἵνα ᾖ καθαρὸς ὁ Λαὸς, ὅ-

ταν

graphia Luparæa Regia Anno 1648. impresso hac inscriptione: Constantini Manassis Breviarium Historicum &c. ΑΝΤΙΔΩΡΟΝ.) Frustula panis benedicti, ut ajunt, nos *pain benist*, pro sacro pane: quemadmodum aqua benedicta, pro sacrâ, *ἀντὶ τῶν ἁγίων δώρων*, vice communionis, de qvâ Balzamon in C. Antioch. ritum, qvo in Ecclesiâ distribuitur, habes in Euchologio P. Goar. Fuit olim quidam panis dispensatorius appellatus, qui ex fisco in porticibus Templi dispensabatur, quare vetus Persii Scholiast. dispensatorium hunc panem vertit fiscalem; idem dic de vino fiscali; apud Vopiscum pag. 408. edit. Salm. Hæc quamvis parum aut nihil ferè ad rem præsentem faciant, propter eam quam habent invicem affinitatem, libuit annotare. Hæc ille.

Caput XV.

§.CCXII.

DE DIVERSIS JEJUNIORUM GENERIBUS.

PRæterea jejunant etiam decimâ qvartâ die Mensis Septembris in honorem Crucis, quæ in illâ die est inventa. Festum autem Crucis abstinentiâ ab aleimmatibus celebrat. Qvandoquidem eo die Crucem Christi salutant, & debent eam salutare jejunantes. Insuper abstinent qvoqve in qvintâ die Januarii ab omnibus aleimmatibus, & id quidem hâc de causâ, quia Sexta dicti mensis die secundum Græcos Christus baptismate tinctus est, qvamobrem Sacerdotes memorata die Sexta, aqvas consecrant, populusqve aqvas illas consecratas bibit. Atqve ut Populus ad hauriendam aqvam purus

Jejunium in honorem Crucis in festo Crucis.

Dies Baptismatis Christi consecrationi aquæ destinatus.

ταν πίνη τὸ ὕδωρ, νηστεύει τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ, τουτέστι τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ τοῦ Ἰανουαρίου μηνός.

ΚΕΦΑΛΗ ΙΖ.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΥΝΗΣΤΗΣΙΜΩΝ ΗΜΕΡΩΝ.

Καταλύουσι τὰς Τετράδας καὶ τὰς Παρασκευάς, τουτέστιν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Ἑρμοῦ, καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Ἀφροδίτης ἐσθίουσι Κρέατα, καὶ λοιπὰ Ἀλείμματα, τουτέστιν, ὅσα παράγεται ἀπὸ τοῦ κρέατος, ὥσπερ ὠά, βούτυρον, γάλα, τυρὸν, καὶ ἕτερα τοιαῦτα ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως ἡμέρας, ἕως τῆς τετάρτης τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, τουτέστιν, ἀπὸ τῆς εἰκοστῆς πέμπτης ἡμέρας τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς, ἕως τῆς τετάρτης ἡμέρας τοῦ Ἰανουαρίου μηνός. Τῇ δὲ πέμπτῃ ἡμέρᾳ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς νηστεύουσιν, ἵνα τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ πίωσι τὸ ἡγιασμένον ὕδωρ, περὶ τοῦ ὁποίου ὕδατος πρὸ ὀλίγου εἴπομεν, περὶ τοῦ ὁποίου ὕδατος Χρυσόστομος ἑρμηνεύει, περὶ τοῦ ἁγιασμοῦ τοῦ ὕδατος. Εἰ μὲν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Ἑρμοῦ, ἢ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀφροδίτης τύχῃ ἡ γέννησις τοῦ Χριστοῦ, ἐσθίουσι κρέατα, καὶ πᾶν ἄλειμμα οἱ Κοσμικοί, οἱ δὲ Μοναχοὶ μόνον πάντα τὰ ἀλείμματα ἄνευ Κρέατος, καὶ στέατος, διὰ τὴν χαρὰν τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ. Ὡσαύτως καὶ ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ

purus accedat, die præcedenti, qvi est Qvintus Mensis Januarii, jejunat.

Caput XVI.

§. CCXIII.

DE DIEBUS, QVIBUS NON JEJUNATUR.

NEgligunt etiam Jejunia Qvartæ Feriæ & Sextæ Parasceves, h. e. die Mercurii & Die Veneris carnes aliaqve aleimmata, qvæcunqve à carne ortum habent, ut sunt, ova, butyrum, lac, caseus, & cætera hujus generis edulia in cibum adhibent, idqve à Festo Natalitiorum Christi usqve ad qvartam Januarii, h. e. à Die Vigesima qvinta Decembris ad qvartam mensis Januarii observant. Qvinta die Januarii autem rursus jejunant, & qvidem ideò, ut sexta Die consecratam (qva de & nos paulò ante qvædam protulimus, & Chrysostômus in Tractatu de aquæ sanctificatione verba facit) aqvam bibere possint. Qvòd si verò solennitas Nativitatis Christi in diem Mercurii aut Veneris incidat, Seculares & carnibus & omnibus aleimmatibus vescuntur. Monachi verò solùm aleimmatibus sine carne, idqve propter gaudium è nato Christo exortum. Eundem ad modum & Sexta die Januarii, qva Christus baptisatus, acrnes alia-

qve aleimmata Seculares comedunt, qvemadmodum id binis illis diebus Mercurii & Veneris fieri à nobis dictum est. Monachi verò dicta tantùm Aleimmata.

Caput XVII.

DE ARZEIBURZT.

§. CCXIV.

NOn jejunant adhæc aliis binis diebus, Mercurii puta & Veneris, Septimanâ undecima ante Festum Paschatos. Hujus rei hæc est ratio. Extitere qvondam hæretici nonnulli, qui singularem qvendam habuerunt canem, qvem, alligatis collo literis, duorum aut trium etiam dierum iter ad amicos suos ablegarunt, qui vicissim responsorias eodem modo cani huic alligatas per eundem Mercurium amicis his remiserunt. Cum verò sæpiusculè jam hæc feliciter successisset missicutatio, periit tandem canis, & non reversus est amplius. Ab eo tempore, qui canis hujus fuerant Domini, binis his diebus jejunium freqventare cæperunt, orthodoxos Christianos hâc ratione accusantes. Qvo facto & intellecto, pii Christiani pio Zelo duos undecimæ Septimanæ dies jejunio eximendos judicarunt, ne uno eodemqve tempore cum Hæreticis jejunarent. Nomen verò, qvo hânc Septimanam insigniunt, est Ἀρζιβούρζτ.

AD CAPUT XVII.

§.CCXV.

DE ARTZEIBURTZ, f. ARTZIBURIO.

HÆc accuratus & plenius *Leo Allatius* describit in Tractatu, (qui adjunctus est *Lib. de Consensu Occid: & Orient: Ecclesiæ) de Dominicis & Hebdomadib: Græcorum Col:* 1416. 1417. 1418. Nos pauca & potiora his adjungimus: Veruntamen ex Jejuniorum Diebus excipiuntur Feriæ Qvartæ & Sextæ hebdomadum, qvibus Diacænesimi, Dodecaëmeri, Prophonesimi & Tyrophagi nomen est, inquit Marcus Hieromonachus in Responsis. Idem Marcus dicit: In Hebdomade, cui Prophonesimi nomen est, ipsi Armenii jejunant, pro suo sic dicto Artziburio; vocatur enim hæc Septimana Undecima ante Festum Paschatos, qvæ etiam Dominica Pharisæi & Publicani, & Prophonesimos audit Arziburium. Anastasius Cæsariensis de Arziburio ita scribit: Non subduntur Canonibus per totum annum sex hebdomades, Prophonesimus nempe, quam & Arziburium nuncupavimus Tyrophagus, Diacænesimus, Sancti Spiritûs & Dodecaëmeri.

Triodium.) Sciendum est, hâc hebdomade terque quaterque execrandos Armenios, Jejunium suum abominandum, quod Arziburium vocant, jejunare. Nos verò quotidie caseum & ova comedimus, eorum dogma hæresinque refellentes. Nicon de Religione Armeniorum: Septimanâ quoque Tyrophagi carne vescuntur, jejunantes septimanâ, qvæ est ante Apocreon, intensis jejuniis, præter panem & aqvam nihil aliud gustantes. Clarius Typicum; Hebdomade Prophonesimi pro Artziburio, quod ipsi sic nominant, jejunant, qui similis jejunii improbitatem tegere cupientes, alii propter Ninivitas id jejunium institutum fuisse; alii propter Adæ exilium tradunt. Veritas tamen est, propter Canis exitum magistri eorum Sergii Nuncii, cum enim Canis ille ab eodem mitteretur, sola sui præsentiâ Oppidis & Urbibus, in qvas ille progressurus esset, prænunciabat Magistri adventum. Artziburium namqve, Armeniorum dialecto, nuncium significat. Cum itaqve eum Sergius à Feris devoratum deplorasset, Armenii quoqve cum illo luctui se dederunt, ideoque & luctui jejunium addiderunt. Sed omnibus accuratius Isaacus, Catholicus Armeniæ, adversus Armenios. Jejunium observant, dictum Prophonesimum,

§. CCXVI. *Jejunium Prophonesimum.*

mum, qvod ab impiis ac Profanis Hæreticis traditum acceperunt, congregatis in Matzecero, sive Theodosiopoli, qvando scissi sunt à Christianorum orthodoxâ Fide, ac scelestum illud jejunium Jezabel sanxerunt Nam illa jejunium prædicavit, non propter Justitiam & Sanctitatem; sed ut effunderet sangvinem, ac jejunii arte interfecit Nabathem, qvod & Chrysostomus in diversis sermonibus exagitat, ut dolosum jejunium, ut injuriæ Matrem, ut fusi iniqvè sangvinis ingurgitatam domum, ut iræ Dei Parentem. Ita & Hæretici isti ejusmodi prædicaverunt jejunium, non Sanctificationis causâ, sed ut se ab Orthodoxorum Fide abscinderent: sicqve illud confirmarunt ac ratum voluerunt, ut ipsum timeant, ac qvod emiserunt Sacramentum, cum alioqvi sit ira Dei, ac acephalum nec solemne, tanqvam tabernaculum in deserto, ac sicut corpus inanime, ac mendacii organum, ac sicut infrugifera Regio. Ubi porrò eorum aliquem habueris obvium; atque ab eo fueris percontatus, qvidnam Jejunium ejusmodi velit; respondebit falsa qvædam & execranda. Ubi autem quempiam interrogaveris, priorem illum mendacem faciet ac rejiciet, dicetq; alia absona; sicqve exitiosissimum ac inconsonum habent tale Jejunium, quippe scriptum est in Proverbiis: Qui sperat in mendacio, pascit ventos, ambulat in terrâ inaqvosâ ac sterili, congregabit sterilitatem. Nec mirum est, alia alios de simili jejunio respondere dictaqve ab alio tanquam nugacia refellere, novaque de suo, eaque incomta promere, cum non una eademqve apud omnes de eo sententia fuerit. Alii enim Sancti Sergii, alii Ninivæ, alii Adami à Paradiso exulis, alii Armeniæ, cum esset à S. Gregorio suscepturа Baptismum, alii Constantini M. Romæ à Sylvestro baptizandi, Jejunium illud esse, asserebant. Hæc tamen omnia doctè refellit Isaacus, tandemqve veram hujusce Jejunii fabulam, non diversus ab aliis Græcis, aperit. Audiatur: Audiant omnia hæc impiorum falsa figmenta, falsi Nominis Christiani, ac falsò existimati orthodoxi, qui cum hæreticis, hunc animis exitiosum Artzeburem alacri animo jejunant, ac eorum dolum cogitant; ut nimirum execrandum quoddam ejusmodi sit illorum Jejunium. Nempe Sergius quidam, Armeniorum hæreseos magister, canem habebat, sic appellatum Artzeburem. Porrò ea vox Prænuncium significat. Utebatur sæpenumerò Sergius eo adventus nuncio, ac indicatore, Dæmone ipsum agente,

§. CCXVII.

Vera Origo Artziburii jejunii.

te, cum in oppidum aliquod aut urbem vel locum venturus esset ubi ejus discipuli, ac ejus hæreseos infecti lue, habitarent. Cumqve illi canem vidissent, postridie ad aliquot milliaria obviam Magistro procedebant. Porro contigit, ut canis qvandoqve emissus ad solitum munus, à Lupo devoraretur; inque crastinum profectus est Sergius, quo Canem destinarat. Cum autem nemo, uti Lex erat, obviam processisset, graviter tulit: veniensq; ad eos, ubi cognovit, ejus præcursorem Catellum minimè advenisse, misit, qui eum reqvirerent: exque inventis ossibus, à lupo devoratum cognoscens, Armeniis omnibus præcepit, ut statutis quotannis diebus pro ejus morte jejunarent, ac tristes nos luctum agerent; idqve Jejunii appellavit Artzeburem. Detestentur hæc & aversentur, qui idcircò, qvòd sit magna ac execranda hæresis, eam adeò pessimi se magnificare videant, intelligantque. At qvænam hæc erat? Si vera sunt quæ diximus, nulla alia esse potuit, qvàm ea, quam innuimus; Tertia nempe post Epiphaniam, & ea ipsa, quæ Septuagesimam præcedit.

§. CCXVIII *Forbesii relatio de Artziburio.*

Hujus Artziburii meminit qvoqve *Johannes Forbesius Instruct. Historico-Theologicar: lib.* III *cap.* 17 *n.* 7 *p.* 116. Commemorat autem, Nicephorus Callisti qvandam Armeniorum sejunctam à cæteris Armeniis factionem, nempe eorum, qui Chazizarii seu Chazinzarii dicuntur. Propositis autem Armeniorum placitiis & observationibus lib. 18. cap. 53. subjungit Nicephorus statim ejusdem libri cap. 54. hæc verba de Chazinzariis, prout exstant in Latinâ translatione Johannis Langi; Maximè autem hæc retinent, qui apud eos (Armenios) Chazinzarii nominantur; factio autem non minima hæc dogmatis eorum est, staurolatræ scilicet. Chazus namque crux ab iis dicitur, propterea quod crucem tantùm adorare & colere dicantur, qui sanè per omnia illis consentientes, re ejuscemodi maximè sectis talibus, & Jacobitis inprimis, dissentire videntur. Qvin & isti non unam confusè naturam, sicut illi in Christo esse opinantur, sed duas: quemadmodum & nos. Cæterum aliam peregrinam impietatem perperam inducunt, quia duas personas in uno Christo esse, fabulantium more nugantur: juxta Anthropolatram Nestorium. Ita ut passionis tempore, alteram personam in cruce passam; alteram autem ab eâ segregatam, seorsim stetisse, passionis spectatricem fuisse dicant. Insuper alia quoque generis ejusdem impietate omni referta deblaterant. Hæc Nicephorus

cephorus de Chazizariis loco citato, ubi etiam de eorum Jejunio, quod Arzibury dicunt, refert, initium ejus sumtum esse ab institutione cujusdam Sergii apud eos Doctoris, ob canis obitum, qvi Dæmone agitatus Sergio ministraverit. Cani autem nomen fuisse Arziburii, id est, mandator, linguâ Armeniorum. Hanc qvidem illius Jejunii veram fuisse originem asserit Nicephorus. Quamvis fateatur ipsos Chazinzarios aliosqve Armenios illud Jejunium celebrantes aliam profiteri ejus originem & institutionem, & illam de cane nunquam cuiquam interroganti proferre.

§. CCXIX.

Gisb. Voetii sententia

Et D. Gisbertus Voetius in Polit. Eccles. p. 975. n. VI. nostrum qvoq; citans C. Angelum de Artziburio hæc scribit. Hæretica inqvit, Antiqvorum ut Severianorum & Aqveorum qvi à vino; & Manichæorum, qui à carnibus abstinebant: & Tatianorum atqve Encratitarum, qvi inter cibos distinguebant. De quibus videndi Scriptores hæresium, Epiphanius, Augustinus, Philastrius, hos seqvebantur aliqvo modo, qui voto aliqvo aut lege sibi positâ à cibis qvibusdam abstinebant, ducti inconsiderato sanctitatis Zelo. Huc refer jejunium dictum Arziburzi, qvod Armeniis sui temporis (floruit autem anno 1118) tribuit Euthymius Zigabenus part. 2. Panopliæ tit. 20. & à Sergio quodam hæretico in memoriam canis sui à lupis devorati institutum fuisse dicit. An verò Euthymius Fide historicâ hæc retulerit, & an Armenii post legationem Imperatoris Comneni (quæ incidit in annum 1170. & per quam ad unionem cum Ecclesiis Græcis adducti sunt) Jejunium hoc retinuerint, alii inquirant. Mihi hactenus nihil certi de eo constitit. Balsamon ad Can. 64. Apostolorum & ex eo Goar in Notis ad Euchologium p. 207. refert, Armenios Tetraditas Ninivitarum Jejunium circa Dominicam (in Papatu dictam Septuagesimæ) imitari, & aliud ab Ecclesiâ pariter rejectum assumere. *A Christ. Angelo* cap. 17. paulò aliter refertur Historia de Cane. Qui ibidem testatur, dies Mercurii & Veneris septimanæ undecimæ ante Pascha à Jejunio exemptos; ne cum hæreticis Jejunium ἀρτζιβούρτζι (quod incidit in hanc septimanã) celebrare viderentur. Hæc Voëtius. Illustrat hoc argumentum nostrum quoque *Cl. M. Martinus Kempius P. L. C. in Dissert. de Statu Armeniæ Ecclesiastico & Politico, tàm pristino, quàm hodierno sub Præsidio Dn. D. Joh. Ernesti Gerhardi, Jenæ instituta cap. IV. §. XIII.* de Vigiliis & Jejuniis, his usus verbis: Multa superstitione septimanam, qvæ est an-

te

(id eſt, *præcurſor* ſeu *præceſſor* Latino idiomate: Præcedere enim ſolebat herum in urbem vel vicum prodeuntem & Mercurii vices in literis col- [illegible]) Quo mortuo ſeptem diebus (Angelus l. d. ponit duobus, Mercurii nempe & Veneris) in luctus teſtificationem jejunium inſtitutum eſſe ſcribunt. Die Lunæ, Mercurii & Veneris ab omni cibo ſibi temperant, die Martis & Jovis ſemel comedunt, die Sabbathi & Dominico laute cuticulam curant (juxta Boëm. l. c.) Aliud præterea jejunium in prima poſt Pentecoſten Hebdomada ab Armeniis obſervari Franciſcus Rivola in Lexico Armeno Latino pag. 105. annotat.

CAPUT XVIII.

DE DIEBUS ANACÆNESIMIS.

POrrò per integram primam ſeptimanam Paſchatos (A) h. e. â die Reſurrectionis usque ad Dominicam ſequentem, quam Patres ſeptimanam Anacænesimam appellarunt (B), ſingulis diebus carnes cæteraque aleimmata in victum adhibent.

AD HOC CAPUT XVIII.

miracula circa cadavera prope Nilum, nec non cum Lumine ſacro ſoleant conſpici. Item de Cruce non pauca licet ſuperſtitioſa.

Ut autem benevoli Lectoris deſiderio hâc quoque in parte fiat ſatis, annotabo hâc occaſione nonnulla de ſancto hocce Feſto, & non tantum de Paſchate, ſed etiam de feſto Palmarum, de Hebdomadâ magnâ & de ipſo Paſchate, & iis, quæ hiſce temporibus, tùm in Græciâ, tùm in Moſcoviâ obſervantur, ſolennitatibus.

§. CCXXII. *De Hebdomada Palmarum.*

Ac de *Hebdomada Palmarum* hæc habet *Leo Allatius lib. de Dominicis & Hebdomad. Græcorum §. XX. col.* 1440, 1441, 1442.

Hebdomas, quæ dictam Dominicam excipit, Hebdomas Palmarum est, & sexta Jejuniorum, Latinis Passionis. Ea quotannis ab Imperatore & Patriarcha, dona, munera, largitiones, erogationes, rogæ, ab ipsâ Hebdomade Baja dicta, populo distribuebantur: Theodorus Balsamon: Celsissimam sacrorum Imperatorum circumspectionem, & Patriarcharum amplitudinem inter alia reddebant olim augustiorem etiam annuæ rogæ ac bajorum largitiones. Quippe sedebant annis singulis cujusque temporis Patriarchæ ac Imperatores, & per hæc subditos ad benevolentiam invitabant. Novit hoc Patrum conscriptorum amplissimus ordo, & fortasse etiam nonnulli, qui hac ætate nostrâ vivunt. Non enim ante tempora Euclidis prodita sunt gestis, nec somniantium vetularum fabellæ sunt; sed usque ad imperium Domini Constantini Ducæ duravit augustus ille mos, tàm in ipsius Dei quàm Imperatorum regiâ, & omninò bonum hoc ad nos quoque propagatum fuit, â majoribus ad nepotes, â generatione ad generationem transiens. Ritum descripsit Luitprandus lib. III cap. V. In eâ, quæ est ante Baiphoron, quod nos Palmarum ramos dicimus, hebdomada, tàm in militibus, quàm in diversis constitutis officiis, numismatum aureorum erogationem, prout cujusq. meretur officium, Imperator facit. Cui erogationi quia me interesse voluit, me venire præcepit. Fuit autem hujusmodi. Erat apposita decem cubitorum longitudinis, ac quatuor latitudinis, mensa, quæ numismata loculis congregata, prout cuique dabatur, numeris extrinsecus in loculis scriptis retinebat. Ingrediebantur denique ad Imperatorem, non confusè, sed ordinatim; secundum vocantis vocem, quæ scripta virorum nomina secundum officii dignitatem recitabat. Quorum primus vocatus est Rector domûs; cui non in manibus, sed in humeris positæ sunt numismata cum scaramangis quatuor. Post quem ὁ Domesticostos Ascalonas, & ὁ Delongaristis ploas, sunt vocati: quorum alter militibus, navigantibus præerat alter. Hi itaque paris numeri, quia dignitas par erat, numismata & scaramanga suscipientes, præ multitudine non jam in humeris portaverunt, sed adjuvantibus aliis post se cum labore traxerunt. Post hos admissi sunt Magistri, numero viginti quatuor; quibus erogatæ sunt numismatum aureorum libræ unicuique secundum eundem numerum viginti quatuor, cum scaramangis duobus. Patriciorum deinde ordo hos ponè est secutus;

Ritus, quo Imperatores Constantinopolitani olim, officiariis suis numismata aurea Dominicâ Palmarum distribuerunt.

&

& duodecim numiſmatum libris cum ſcaramanga unâ donatus. Turba poſt hos immenſa vocatur Protoſpathariorum, Spathariorum, Candidatorum & id genus Clientum. Ex Balſamonis verbis locus alius obſcurus Cedreni in Juſtiniano Rhinotmeto non inſulsè exponi poterit : τὸν δὲ ἀψίμαρον, καὶ τὸν λεόντιον πομπεύσας δεδεμένους ἐν τῇ πόλει ἱππικοῦ γενομένου ἤγαγον δεδεμένους, καὶ ἔῤῥιψαν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ. πατήσαντος δὲ εἰς τοὺς τραχήλους αὐτῶν ἄχρις ἀπολύσεως τοῦ πρώτου βαΐου ἐπεβόα ὁ δῆμος. *Apſimarum verò & Leontium vinctos per urbem in pompâ duxit : iiq; ludis Circenſibus vincti ad pedes Imperatoris projecti ſunt ; quorum cùm hic cervices calcaſſet, donec primum Bajum exſolutum eſt. populus acclamabat πρῶτον βαΐον, primum donum ; ad cujus diſtributionem populus acclamabat* : idemque fuit acclamationis & doni, quod exhibebatur ab Imperatore, finis. Quid ergò Xylander ramos hîc aggerit, quibus ſignum datum ad ſingulas decurſiones certantium fuiſſe, malè comminiſcitur ? Quemadmodum & Meurſius, vice versâ, ad quæcunque dona generaliter refert ex Palladio in Joanne. βαΐα ὀλίγα παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου αἰτησάμενος τοῖς ζώοις ζώνας εἰργάσατο. *Cùm ſibi paucos palmarum ramos à ſeniore conquiſiviſſet, animalibus cincta confecit.* Ex ramis etenim Zonæ ſimiles, cinctaque, quemadmodum & alia veſtimentorum genera, texebantur, non ex donis & muneribus quibuscunque. De Bajorum verò nomine, nugatur Balſamon ibidem. Eum doctè refellit Gretſerus, Comment. in Codinum lib. III. capite V. Calliſtus in Synaxario Hebræis tribuit. ἐδήλουν δὲ διὰ τῶν βαΐων, οἱονεὶ τῶν κλάδων. βαΐον γὰρ παρ' ἑβραίοις ὁ ἁπλοῦς κλάδος λέγεται. *Significabant autem per Baja ramos. Bajum enim apud Hebræos ſimplex ramus dicitur.* Hac Bajorum hebdomade Monachi, qui primâ jejuniorum hebdomade, aut aliis diebus, pro more illius gentis, in loca deſerta ſeſe contulerant, & auſterioris vitæ ratione corpus afflixerant, in Monaſteria revertebantur. Georgius Patriarcha in vitâ ſancti Lazari Galeſii : Cùm verò fratres inſigniores, pro more ſatis antiquo, quod ad virtutem comparandam maximè faciebat, primo jejuniorum die ê monaſterio egredientes, & ad loca deſerta, laborioſioris exercitationis causâ, ſeſe conferentes videret, indeque rurſum Palmarum hebdomade revertentes, optimosque ſuorum laborum fructus deferentes, non diſſimilia ipſe quoque peragere optat. Cyrillus Scythopolitanus, in vitâ ſancti Euthymii:

§. CCXXIII.

§. CCXXIV.

Egrediebantur annis singulis post sanctum sanctorum Epiphaniorum diem in desertum Cutinæ, ab omni humanâ consvetudine separati, cum Deo quietè conquiescere per orationem peroptantes, ibique commorabantur usque ad festum Palmarum, continuò corpus macerantes & sibi subdentes, spirituale nutrimentum animæ offerebant. Sabbatho hujus hebdomadis, Lazari resuscitati memoriam recolunt: postmodum magnæ pompæ apparatu, ramis olivarum palmisque in cruces & alias formas confictis, in ramis appensis, diem Dominicum cui à Palmarum gestatione nomen dederunt, solenni ritu celebrant. Auctor vitæ S. Theodori Studitæ: ἦν γὰρ τηνικαῦτα καὶ ἡ λαμπρὰ ἑορτὴ τῶν βαΐων, ἣν οὐ πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ δεσπότου σύμπαντες πιστοὶ ἑορτάζομεν. *Erat enim tum temporis illustris Ramorum solemnitas, quam ante passionem & resurrectionem Domini, fideles omnes celebramus.* Aliis etiam Βαϊοφόρος sine alio addito, ut ex Luitprando colligitur, quasi dicas Ramifera vel Palmifera est. Epiphanius Monachus de locis sacris: εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ἐστὶν ἐλαία, ἐξ ἧς καθ' ἑκαυτὸν κόπτουσι κλάδον ἕνα, εἰδότες ὑπὲρ αὐτοῦ τιμιοῦσι καὶ μετὰ λιτῆς εἰσέρχονται εἰς τὴν πόλιν Ἱερουσαλὴμ τῇ ἡμέρᾳ τῆς βαϊοφόρου. *Ibidem olea est, ex quâ quotannis ramum unum abscinaunt, pendentes pro ipso pretium, & cum supplicatione Hierosolymam ingrediuntur die Palmarum.* Cedrenus in Theophilo Michaelis filio: καὶ τὸ στιχηρὸν δὲ τὸ κατὰ τὸν βαϊοφόρον.

Hæc Allatius de Dominicâ Palmarum in Ecclesiâ Græcâ.

§. CCXXV. Audiamus quoque *Adamum Olearium* in Descriptione Itineris Persici pag. 10:. referentem, quomodo ille Festum Palmarum, quod Pascha proximè præcedit, in Moscoviâ viderit celebrari.

Festum Palmarum in Moscovia quomodo celebretur.

Ita autem ille: Festum Palmarum 10. Aprilis sic celebratum vidi Moscuæ ab ipso Magno Duce: Primò ex arce veniebat jucundo spectaculo arbor ornata multis pomis, ficubus, & uvis passis, humili sed amplæ vehæ imposita, in cujus ramis sedebant IV. adolescentes albis indusiis canentes Hosianna. Hanc sequebantur multi Popæ similiter albis induti vestibus, gestantes cruces & imagines in longis perticis, & cantantes idem, quibusdam etiam thuribula hinc inde ventilantibus. Post hoc præcipui Gosen sive mercatores, Scribæ, Secretarii, Knesæ, Bojari, quorum quidam palmites habebant in manibus. Post hoc

hos omnes pedes Czaar splendidè amictus & coronatus capite. Brachia ejus sustentabant duo primarii Bojari. Ipse ad fræni habenas ducebat post se equum Patriarchæ tectum panno, eoque ita formato, ut asini figuram planè exhiberet. Patriarcha ei compositis ab uno latere pedibus insidens, super albâ unionibus prægrandibus intertextâ mitrâ, etiam coronam habebat in capite; in manu autem dextrâ auream multis gemmis pretiosam crucem, quâ populo circumstanti benedicebat, quique vicissim devotissimè ad terram versâ facie benedictionem crucis excipiebat. Juxta & post eum incedebant, Metropolitani, Episcopi, & alii Clerici, gestantes partim libros, partim thuribula. Erant etiam quinquaginta circiter pueri. rubris induti togis, quas citò ad conspectum principis exuebant, & iis obtegebant viam; quidam loco tunicarum sternebant pannum omnigeni coloris. Et sic intrant templum S. Trinitatis, eodemque ordine rursus egrediuntur. Sic quoque celebratur festum in omnibus Russiæ civitatibus, ubi Episcopi vel Sacerdotes Patriarchæ, Vaivodæ & Præfecti Ducis vices obeunt. Patriarcha autem pro hoc equi-ducti honore Magno Duci quotannis solvit CC. Rublas, seu CD. Imperiales. Hæc Olearius:

§. CCXXVI. *Festi hujus Nomina. Festi hujus antiquitas.*

Rudolphus Hospinianus lib. de Origine Festorum Christianorum, de origine nominum, nec non antiquitate, ut & ceremoniis hujus festi ita judicat: Dominica proxima ante Paschæ diem secundum vulgi consvetudinem, *Pascha floridum* dicitur: Durand. Rat. lib. 7. cap. 1. Appellatur etiam Dominica in Ramis palmarum. Caruit autem istis nominibus longo tempore. Unde credibile est, sequentibus aliquot seculis post Natum Christum, nomen cum superstitione incœpisse demum. Mentio ejus primùm fit circa annum Domini 455. Nam Dominicæ in Ramis palmarum titulum, sed eum planè nudum habet quædam Homilia Maximi Taurinensis, qui circa hæc tempora vixit: in quâ illud tantum ex Psalmo 21. Deus, Deus respice in me, &c. tractat. Festi ne verbulo quidem meminit. Unde etiam titulus ille non immeritò diu post additus judicari debet. Meminit ejus deinde Paulus Diaconus lib. 2. Rom. rerum circa annum 500. In Constitutione autem ea de festis Caroli M. quæ extat lib. 1. cap. 158. nulla ejus fit mentio prorsus. Quocirca mirandum est, quâ autoritate, imò quâ audaciâ Polydorus Dominicam Palmarum, sicut & alios

lios dies festos multos, qui diu post Apostolorum tempora demum festivi habiti sunt, ab Apostolis institutos & ordinatos esse dicere ausit libro sexto de invent. cap.8.

Ceremoniæ hujus festi. Appellatur autem hæc Dominica, istis Nominibus, propter Processiones, quibus diem hunc Gregorium M. honorasse Balæus cent.1. & Valerius Anselmus Ryd referunt, & superstitiosam ceremoniam, quâ in illâ utuntur. Eam eleganter his versibus describit Thomas Naogeorgus libro quarto regni Papistici:

Hinc venit alma dies, qua Christus creditur urbem
Ingressus Solymam, dorso gestatus aselli:
Tun ridenda iterum faciunt spectacla Papistæ,
Insigni valde pompâ, facieq; severa.
Ligneum habent asinum, & simulachrum equitantis in illo
Ingens: at verò tabula consistit asellus:
Quattuor atq; rotis trahitur, quem mane paratum
Ante fores templi statuunt: populus venit omnis,
Arboreos portans ramos, salicesq; virentes,
Quos tempestates contra, cœliq; fragorem
Adjurat Pastor, multo grandiq; precatu.
Mox querno sese coram prosternit asello,
Sacrificus longâ quem virgâ percutit alter.
Postquam surrexit, grandes de corte scholarum
Se duo prosternunt iisdem mirabili amictu,
Cantúq; absurdo: qui ut surrêxere, in acervum
Protendunt equitem digitos, monstrantq; canentes:
Hunc esse illum, qui quondam venturus in orbem &c.

Vide reliqua. Fiunt autem hæc & similia multa ab ipsis, non sine infidelium scandalo maximo. Unde de Legatis Turcicis Cracoviam venientibus referunt, cum honoris gratia adhibiti essent pompæ huic in die Palmarum, & vidissent sacerdotes ac Principes viros flexis genibus procidere ante asinum, qui circumducebatur, quod elevatis manibus in publico exclamarint: O quanta impietas & dedecus adorare asinum. Hæc Hospin. Porro describit è Luitprandi lib.6.c.5. ritum distributionis munerum ab Imperatoribus Constantinop. olim in hoc festo observari solitum. Sed illum jam ex Allatio audivimus.

Post-

Poſtquam conſideravimus Dominicam Palmarum, flagitat ordo, ut etiam ſequentem Hebdomadam Magnam ſpectemus. De eâ [illegible] Allatius lib. cit. §. XXI. col. 1443, 1444, 1445. &c.

§. CCXXVII. *Hebdomas Magna, ſequens Dominicam Palmarum.*

Sequuntur [illegible] per totam celebrantur, verè ac propriè Magna, quam alii ſalutiferæ Paſſionis, σωτηρίου πάθους, nuncupant. Pſellus de operat. Dæmonum σταυρωσίμους ἡμέρας. Crucifixioni adſcriptos dies κατὰ γὰρ τὰς σταυρωσίμους τῶν ἡμερῶν, καὶ αὐτὴν τὴν παρ' ἡμᾶς σεπτὴν ἀνάστασιν οὐδὲν οὐδ' ἂν πολλὰ προθυμῶμαι προσχεῖν ἐθέλει. *Siquidem ſub crucis paſſioniſq; dies, atq; ipſam adeò nobis venerandam reſurrectionem, nihil omninò mihi, quamlibet exoptanti, ſuggerere vult.* Alii παθημάτων ἡμέρας. Nicetas: καὶ πολιορκεῖ ταύτην γενναίως κατὰ τὴν ἕκτην τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων ἡμέραν. *Et animoſè eam obſidet, ſexto CHRISTI paſſionum die.* Conſtantinus Magnus legem tulit, ἀπράκτους εἶναι τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους ἑβδομάδα, ut tradit Alexander, καὶ τὴν διακαινησίμου, *feriatas eſſe, Hebdomadem ſalutiferæ paſſionis, & eam quæ Renovationis dicitur.* Quod lege decreverat Conſtantinus, id prius apud Clementem in Conſtitutionibus Apoſt. lib. 1. cap. XXXIII. ſancitum fuerat, τὴν δὲ μεγάλην ἑβδομάδα πᾶσαν, καὶ τὴν μετ' αὐτὴν ἀργείτωσαν. *Magna hebdomade totâ, & quæ hanc ſequitur, ferientur.* Nec aliter in codice Theodoſiano jubetur, ut ſacri Paſchæ dies, qui ſepteno numero vel præcedunt, vel ſequuntur, ab omni ſtrepitu forenſi vacent. Req; ipſa eadem, multòque plura ſervari affirmat Chryſoſtomus Homiliâ in Magnam Hebdomadem: Non nos ſolum hanc Hebdomadem veneramur, ſed & Imperatores noſtri orbis. Neque id leviter & perfunctoriè, ſed vacationem civitatum Magiſtratibus concedunt, ut liberi iis curis omnes iſtos dies in ſpirituali cultu abſumant; ideò & tribunalia januas occluſerunt. Ceſſet omnis controverſia, & contentionis ac pœnæ ſpecies: ferientur aliquantiſper carnificum manus, in commune ad omnes pertinent bona, quæ Dominus fecit; fiat & aliquid boni â nobis ſervis. Neque hoc ſolum honore eam venerati ſunt, ſed & alio nequaquam hoc inferiore. Imperatoriæ litteræ emittuntur, quibus edicitur, ut incolæ Carceris catenis exſolvantur, ut, quemadmodum Dominus noſter, cùm apud Inferos eſſet, omnes detentos â morte liberavit, ita & ſervi, pro viribus, quod poſſunt, conferentes, quo imitatores ſint miſericordiæ Dominicæ, eximant detentos

tosê vinculis sensilibus, cùm spiritualibus nequeunt. Hanc quoque Hebdomadem & nos veneremur ; & ego quoque in hoc procursu, quem vobiscum facio, prætendam non ramos palmarum, sed doctri-
nam: ut [illegible] autem magna
dicatur, idemmet in eâdem Homiliâ fusè prosequitur. *Magnam* eam appellamus *Hebdomadem* , non quod illius dies magnitudine exuberent, quippe cùm aliæ longiores sint ; aut quod plures numero sint, cùm hâc in parte nihil ab aliis diebus varient : sed quod hoc tempore egregiè res gestæ sunt in eâ â Domino Jesu. In hâc enim quæ magna dicitur, diuturna illa Diaboli tyrannis dissoluta est ; mors extincta est, paradisus reclusus ; cœlum inaccessum esse desiit ; homines Angelis permixti sunt ; meditullium septi sublatum est ; cancelli subducti sunt ; Deus ille pacis cœlestia simul & terrestria pacificavit. Ideo magna vocatur Hebdomada ; & ut ipsa caput est Hebdomadarum reliquarum, ita hujus hebdomadæ caput Sabbathum Magnum. Et ex Chrysostomo Callistus in Synaxario Sabbathi sancti : Omnibus enim diebus præstantiores sunt illi, quibus jejunatur, his verò sacrum hoc magnumq; jejunium , eoque excellentior est magna Hebdomas, & magnâ hebdomade ingens & sacrosanctum Sabbathum. Dicitur verò Magna Hebdomas ; non quod hi dies vel horæ longiores sint, sed quod ingentia & supernaturalia miracula, & potissima Salvatoris nostri opera in eâ completa sunt, & potissimum hodiè. Vide apud eum plura , si lubet. Latini Majorem nominant. Græci hanc ipsam cum toto reliquo spatio â Feriâ secundâ Tyrophagi usque ad Pascha sub unius Quadragesimæ nomine appellant. Theophylactus tamen Bulgariæ Archiepiscopus, *orat. in adorationem venerandæ Crucis* , medio jejuniorum tempore, nescio quid novum , non ingratum nihilominus futurum legentibus, comminiscitur, cùm de jejunio illo tractat: quod â Feriâ secundâ, ut jam vidimus, inchoari, & in Feriam sextam ante Sabbathum, quo insignis illa Lazari resuscitatio celebratur, propriè, in eâque finiri asseverat. De subsequenti jejunio ac magnâ hebdomade subdit : Quid igitur ? inquiet quispiam ; an non dies illos, qui post illam Feriam sextam sequuntur, in jejunio numerabimus , ut & illos, qui hanc antecesserunt ? omninò. At non ut partem antegressorum, sed ut proprium quiddam, & eximium donarium suspensum, ejus qui impassibilis est, pro nobis susceptis cruciatibus : ut, quem-

CCXXVIII. *Cur Magna Hebdomas appellatur?*

quemadmodum illi singulare beneficium nobis contulerunt, ita etiam singulari honore à nobis condecorentur. Propterea jejunium illud, quod desinit in diem, qui memoriam excitati Lazari præcedit, institutum est ad imitationem Dominici jejunii in deserto; post quod celebramus miraculum in Lazaro patratum; nec prius ejus memoriam recolimus, ne tempore jejunii resurrectionem celebremus: expectantes verò jejunii terminum, sic ejus, qui Domini amicus fuit, resurrectionis mysterium peragimus. Post jejunium enim, & ex jejunio, nostra itidem resuscitatio existit. At verò consequentes dies jejunio destinati sunt apud illos, qui resurrectionem Domini præstolantur, quibus dissolutione jejunii remissionem & laxitatem inducere, admodum rationi & æquitati dissentaneum videtur. quippe quod eorum sit, qui nec sentiant Domini propter nos susceptos dolores, nec divini verbi majestatem perpendant; illudque sapientis, Musica in luctu, importunè introducant. Ubi & quidam, Spiritu ferventiores, omnes dies Dominicæ Passioni vicinas, perfectæ inediæ & abstinentiis consecrare solent. Pertinebit itaq; & hæc Hebdomas ad jejunium: & multò magis, quod eâ singularia genus humanum à Deo Salvatore beneficia accipit; quare & peculiari jejunio, ab aliis distincto, colenda est. Hinc etiam singuli hujusce Hebdomadis dies, sancti & magni nuncupantur. Sanctâ magnâque Feriâ secundâ, inquit Callistus in Synaxario, memoriam colimus beati pulcherrimique Josephi & ficûs exsiccatæ: quoniam ex eâ initium sumit sanctissima Domini nostri Jesu Christi passio. Joseph verò in figuram illius assumitur. Vide ibidem multò plura de hâc eadem re, & traditione ab antiquis sapientibus habitâ, de eâdem ficu, & ab Isidoro Pelusiotâ relata. Sanctâ magnaque Feria tertiâ Parabolæ decem Virginum mentionem facimus: quod similes Parabolas, ascendens Hierosolymam Dominus, & ad passionem procedens, propriis discipulis enunciabat. Sunt porrò inter eas nonnullæ, quas ad Judæos ipsos intorquebat. Sancta magnaque Feria quarta peccatricis mulieris, quæ unguento unxerat Dominum, memoriam agi, sanctissimi Patres decreverunt: quod id factum paulò ante Dominicam passionem contigit. Sancta magnaque Feria quinta, qui omnia benè disposuerunt, sancti Patres, unus post alium, tùm ex divinis Apostolis, tùm ex sacrosanctis Evangelistis quatuor, nobis celebrare tradiderunt, sacram pedum ablutionem, mysticam

§. CCXXIX. *Singuli dies hujus hebdomadis sancti magniq.*

cam cœnam, horrendorum nempe apud nos mysteriorum exhibitionem, supernaturalem orationem, & proditionem ipsam. Eadem feria inter Missarum solemnia fideles, qui se tanto muneri fore idoneos judicant, corporis & sanguinis Christi participes fiunt. Dum communicant, Chorus altâ intelligibili voce recitat Troparion τοῦ δείπνου σου τοῦ μυστικοῦ, quod sub Justiniano Juniore cœpit. Cedrenus: ἐπὶ τούτου ἐπινοήθη ψάλλεσθαι τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ, τοῦ δείπνου σου τοῦ μυστικοῦ. Vertunt, *Constitutum sub eo est, ut Psalmus, Tua Cœna mystica, magna Feria quinta caneretur.* Troparium in Psalmum evasit. Troparium verò est, ut id quoque habeas, Lector: Cœnæ tuæ mysticæ hodiè, Fili Dei, participem me suscipe: neque enim inimicis tuis arcanum pandam; non osculum tibi dabo sicuti Judas; sed, veluti Latro, confiteor tibi: Memento mei Domine, dum veneris in regno tuo. Finitâ Liturgiâ, officium de abluendis pedibus prosequuntur; postmodum cibo operam dant. Nocte, horâ secundâ, signo dato, in Ecclesiam conveniunt, & Christi passionem concelebrant, quatuor Evangelistarum textum in duodecim partes subdividentes, multasque, inter singulas, preces & Troparia effundentes & concinentes. Officium verò per totam noctem durat. Feriâ sextâ circa horam diei secundam,

§.CCXXX. Horæ, uti præscriptæ sunt à S. Cyrillo Patriarchâ Alexandrino in Ecclesiâ, & reliqua illius diei officia. Nocte subsequenti, ante Sabbathum, sepulchri sepultique Domini laudes cum cantu prosequuntur. Ad hæc tamen tempora usus obtinuit, ut, dũ Psalmus CXVIII. canitur, & singulis versibus singula Troparia concinuntur, Christus, decorè exsculptus, vel affabrè in tabulâ depictus, & in feretro depositus, solemni cereorum ardentium apparatu, Sacerdotibus, quemadmodum cum sacra Missarum solemnia celebrant, vestitis, reliquo Clero non sine ordine concomitante, & Christi fidelibus feretrum prosequentibus, per urbis plateas defertur, proponiturque omnibus adorandus exosculandusque: sicque omnium venerationi patet. Flores interim, imagini superpositi, maximo studio ab omnibus conquiruntur, quibus sibi maxima bona, non corporis modò, sed rerum etiam domesticarum, pollicentur. Sabbatho magno, de quo Nicetes ἦν δὲ τὸ ὑπερευλογημένον σάββατον, καθ' ὃ ὑπνώττειν ἐν τάφῳ Χριστός. *Erat terq; quaterq; benedictum Sabbathum, quo Christus in sepulturâ dormiebat*; recitant horas, & post varias multasque ex S. Scripturâ lectiones, dicunt

Litur-

Liturgiam D. Basilii, quam ad secundam usque noctis horam producunt. Quâ demum finitâ, non exeunt Ecclesia, sed suis insistentes sedibus, alia atque alia ex Patribus legunt, quousque tempus advenerit, Paschale officium recitandi. Et sic totâ illâ nocte insomnes agunt. Idque priscis etiam temporibus observatum habeo ex Theodoro, Petreorum Episcopo, in vitâ sancti Theodosii Archimandritæ: μετὰ γὰρ τὴν πάννυχον ἀγρυπνίαν, ἐν ᾗ τοῦ χριστοῦ τὴν ἀνάστασιν καταγγέλλοντες, καὶ πάσης νυκτὸς λειτουργοῦντες, ἡμᾶν ταύτην παρελάβομεν. *Post enim per totam noctem vigiliam, quâ CHRISTI Resurrectionem annunciantes, & totâ nocte sacris mysteriis incumbentes, eam honorare accepimus.*

Jam demum & ipsum Festum Paschatos spectandum. De illo sequentem in modum *Allatius l.c.§.XXII.*

§. CCXXXI. *De ipso Festo Paschatos.*

Sed jam, post Christi Domini cruciatus, eorumque squalorem, ac lacrymas, ad lætissimam omnium festivitatum, summum & extremum apicem, ut ita dicam, pervenimus. Πάσχα κυρίου πάσχα, Gregorius ille Theologus Orat. Paschali ait, vide reliqua Græca, quæ in Latinum sermonem transfusa ita sonant. *Pascha, Domini Pascha: iterum dico, Pascha, honor sacrosanctæ Triadis. Hoc est festorum festum, & celebritas celebritatum, tantum reliquis omnibus, non humanis tantùm & ab hominibus profectis, sed ipsis Christi festis diebus, clarius, quantò Sol stellas superat claritate. Illustris quidem nobis & externa lux, plena luminum & lucernarum, quas gestavimus, fuit, quam publicè privatimq; omnes probè mortales, & omnes omnium dignitatum ordines, pulsâ crebris ignibus nocte, peregimus; lux, inquam, magni illius solis umbra, tantò magis umbra, quantò cœlum altius totum terrarum orbem suis ornamentis illustrat, quantòque clarius illud lumen, quod supercœleste est, & in beatis mentibus, veluti prima lucida natura, post principem & increatam naturam, et iam ipsâ Trinitate, à quâ splendor omnis velut ex æterno fonte luminis trahitur decerpiturq;, relucet. Præclarior ergò lux hodierna, quod hesterna hodiernæ quasi nuncia fuerit, & veluti nascens primum jubar, & ante solemnitatem ipsa lætitia: hodiernâ verò die ipsum resurgentis Christi triumphum agitamus, non speratum amplius, aut exspectatum, sed præsentem, totumq; ad se mundum attrahentem &c.*

Hinc etiam κυρία τῶν ἑορτῶν solemnitatum Domina dicitur Pachymeræ lib. VII. καὶ δὴ ἐπέστη ἡ κυρία τῶν ἑορτῶν, καθ' ἣν ἔδει καὶ συν-

συνδεῖσθαι τοὺς τῆς ἐκκλησίας χριστιανοὺς γε ὄντας, ἀγάπης φιλήματι. *Et jam solemnitatum Domina advenit, quâ, Christianæ Ecclesiæ adscriptiy colligandi erant dilectionis osculo.* Colligantur verò dilectionis osculo, Paschatis die, ut id quoque obiter adnotem, hâc ratione: Dato signo à Sacerdote ante auroram, conveniunt omnes, tàm mares quàm fœminæ, & pueri ipsi, quilibet in suam Parœciam, quam Græci veluti matrem agnoscunt venerant urque; raròque alibi, nec nisi magnâ necessitate coacti, sacrum audiunt, aut reliquis officiis Ecclesiasticis intersunt. Absolutis postmodum precibus matutinis, summâ animi omnium alacritate, post dictum Evangelium Sacerdos in foribus Bematis stat, sacerdotalibus vestibus amictus, & manibus in pectore Evangeliorum librum clausum tenens; in cujus parte, qua respicit populum, Crux Domini argentea, vel ex aliâ materiâ, affixa est, tùm canitur Troparium: Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν θανάτῳ θάνατον πατήσας, καὶ τοῖς ἐν τοῖς μνήμασι ζωὴν χαρισάμενος. *Christus resurrexit à mortuis morte mortem conculcans, & iis, qui in monumentis erant vitam elargiens.* Repetiturque, donec cerimonia finiat. Interea primus dignitate accedens, post venerationem & oscula sacrarum Imaginum, Imaginem, quæ in Evangelio est, deosculatur; tùm ambabus manibus Sacerdotem amplectens, ejus humeros deosculatur, dicens: Χριστὸς ἀνέστη *Christus resurrexit*: & ipse vicissim in faciem à Sacerdote osculum accipiens, respondente: ἀληθῶς ἀνέστη. *Verè resurrexit.* Et sic coram Sacerdote sistitur, & procedens alius, post Sacerdotis oscula, alium stantem amplectitur, & mutuo amplexu alter alteri oscula impingit, verba eadem enuncians, & penes primum manet: sic advenit tertius, quartus, donec omnes, qui in Ecclesiâ sunt, idem peragant, osculo dato omnibus, acceptoque ab omnibus. Quo finito, à Sacerdote populus magnâ lætitiâ dimittitur.

Ratio, qua colligantur Christiani Græci osculo dilectionis die Paschatis.

§. CCXXXII. *Fœminæ in Gynæceo suavium dant accipiuntque.*

Fœminæ in Gynæceo inter se ipsas mutuis amplexibus eadem verba, alterâ proponente, alterâ respondente, similia agunt, donec stantes stantibus omnes libentes, non sine complexu, suavium dent accipiantque. Neque pueris hoc osculum denegatur: illi etenim, pleni gaudio, tumultuario quodam subsultu, totis parentes & amicos, & quos ipsi noverint, ulnis amplectentes, oscula capiunt redduntque. Extra quoque Ecclesiam per tres illos Resurrectionis dies, & amplius, quicunque obvii facti fuerint, amplexu excepti, ad oscula mutua admittuntur, viri à viris, mulieribus: pueri nul-

nullum servant ordinem, & sic universus Christianorum cœtus, depositis odiis,& osculo reconciliatus, uno dilectionis vinculo colligantur. Ut itaque antecedentes dies, ob mysteriorum multitudinem, magni ac sancti dicti sunt, ita & Dominicus hic dies, magnus & sanctus dici meruit. Pentecostarium: τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ πάσχα. Sancta & magna Dominica Paschæ: Et: ἑσπέρας τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ. *Vespere sanctâ & magnâ Dominicâ.* Sæpè etiam solo Paschatis nomine exprimitur. Cedrenus, Mauritii anno XVIII. Τῆς δὲ ἑορτῆς τοῦ πάσχα καταλαβούσης, ἀμφότεροι μετ᾽ [illegible] ἡσύχασαν. Solemnitas Paschatis interveniens, effecit, ut utrique pacati quiescerent. Nicephorus Blemmida, de vitâ Pauli Latrensis: ἡμέραι μὲν οὖν ἦσαν αἱ τοῦ θείου πάσχα, ἐπιθυμία δὲ πυρὸς νεαροῦ τὸν μέγαν αἱρεῖ τοῦτον σφοδρὰ δεινή. *Dies autem erant divini Paschatis, & casei recentis appetitus ingens ac vehemens magnum hunc virum immoderatè invadit.* Pentecostarium, in Tropariis: Pascha sacrum hodiè nobis ostensum est, Pascha novum, sanctum, Pascha mysticum, Pascha quàm maximè venerandum, Pascha Christus liberator, Pascha incorruptum, Pascha magnum, Pascha fidelium, Pascha portas nobis Paradisi aperiens, Pascha omnes sanctificans credentes. Christi verò Ecclesia non solùm supplicium aut mortem, sed & Resurrectionem Christi, Pascha appellat; quod in linguâ Hebraicâ transitus est; adeòque ut, qui vocem in Græcam linguam convexerunt, Diabateria & Hyperbasiam nominarint, ex morte siquidem ad vitam, & ex terrâ ad cœlum nos Christus traduxit. Callistus in Synaxario hujus diei: Sancta & magna Dominica Paschatis, ipsam vivificam Domini & Salvatoris nostri Resurrectionem celebramus, quam & Pascha cognominamus, quod lingua Hebræorum transitum innuit. Hæc enim est dies, quâ Deus mundum in principio ex nihilo produxit, hâc eâdem die,& populum Israëlitem per mare rubrum traducens, è Pharaonis manibus eripuit, & eâdem rursus de cœlo descendens in utero virginis habitavit, & nunc genus universum hominum, ex inferorum cavernis eruens, in cœlum advexit, & ad antiquam incorruptibilitatis dignitatem reduxit. Et Josephus Bryennius, de hâc eadem die oratione: Pascha, transitus è tenebris ad lumen. Pascha, exitus ab inferis ad terram. Pascha à terrâ in cœlum ascensus. Pascha à morte in vitam transmutatio. Pascha lapsorum hominum resurrectio. Pascha generis ab Adamo

damo extorris revocatio. Pascha eorum, qui se corruptionis servituti addixerant, electio. Pascha, fidelium vera vita. Pascha, orbis universi deliciæ. Pascha, sanctæ Triadis honor. Paschatis appellatio nunquam satiat hominem, quod multiplex sit, quæ per illud gratia significatur. Hoc etenim & animorum est recreatio, hoc cordium induciæ, hoc mentium gaudium, hoc corporum allevamen[illegible], hoc oculorum illuminatio, hoc gutturis dulcedo, hoc delectatio, hoc lætitia, hoc solamen, hoc [illegible] gaudium. Dicitur etiam, quod jam ferè apud [illegible] communi usu obtinuit, πασχάλια & ἡμέραι πασχάλιοι. Pollux in Chronico: Τρίτον νόμον ἔγραψεν ἀπράκτους εἶναι τὰς δύο τῆς πασχαλίας ἑβδομάδας, μίαν καὶ πρὸ, μίαν δὲ μετά. *Tertia lege sanxit, feriandum esse duabus Paschatis hebdomadibus, alterâ quæ precedit, alterâ quæ sequitur.*

§.CCXXXIII. Magnâ scilicet & sanctâ hebdomade, quæ Pascha præcedit, & quæ Diacænesimus dicitur, quæ Pascha subsequitur. Pachymeres Hist. lib. XII. ἀλλ' ἐπίστησαν αἱ πασχάλιοι. *Sed advenerant dies Paschales.* Et lib. X. ἀλλ' ἔαρος ἐφεστῶτος ἐντεῦθεν, καὶ τῶν πασχαλίων παρελθουσῶν. *Sed jam imminente vere, & diebus Paschalibus pretergressis.* Joannes Cinamus lib. VI. καὶ δὴ ἀμφὶ πόλει Συλημβρίας τὰς πασχαλίους διαγαγών. *Et circa urbem Sylembriæ diebus Paschalibus celebratis.* Nicetas de Imperio Isaaci Angeli lib. II. ὡς θανατοῦται πρὸ τῶν πασχαλίων ἡμερῶν. *Ante dies Paschales diem obibit.* Et in Balduino Flandro: ἦσαν δ' ἡμέραι πασχάλιοι τῆς ἐννάτης διισταμένης ἐπινεμήσεως. *Erant dies Paschales, nonâ decurrente Indictione.* Chronicon Alexandrinum: τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ τῇ πασχαλίᾳ ἑορτῇ Μαυρίκιος Τιβέριος ἔστεψε Θεοδόσιον τὸν ἴδιον υἱὸν εἰς βασιλέα. *Hoc anno die Paschatis Mauricius Tiberius coronavit Theodosium filium suum Imperatorem.* Hinc Paschalia dicuntur Tabulæ illæ, quibus futurorum Paschatum dies indicantur. Alii ab ipsa Christi actione diem nuncupant ἀναστάσεως Resurrectionis. Joannes Scylitzes in Johanne Tzimisce: καὶ τὴν τῆς ἁγίας ἀναστάσεως τελέσας ἡμέραν. *Inde festo Dominicæ Resurrectionis acto.*

Georgius Acropolita in Histor. καὶ τὴν λαμπρὰν τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου ἡμέραν προεορτάσας. *Et splendidâ Resurrectionis die antea celebrata.* Cedrenus in Leone Armeno: Solium Archiepiscopale indignè conscendit, ipso Resurrectionis Dominicæ die Theodosius Melissenus. Joannes Damascenus in Canone Paschatis: ἀναστάσεως ἡμέρα, καὶ λαμπρυνθῶμεν λαοί. *Resurrectionis dies, & splendidi fiamus*

popu-

populi. Ut hinc etiam Eccleſiis & Monaſteriis, ſumptuoſiſſimè ædificatis, nomen viri Principes inderent in Catalogo Byzantinorum Patriarcharũ: θεόδοτος μοναχὸς καὶ ἡγούμενος μονῆς τῆς ἁγίας ἀναστάσεως. *Theodotus Monachus, & Abbas monaſterii ſanctæ Reſurrectionis.* In titulo Acropolitanæ Eccleſiæ: Præſens Chronicus Commentarius magni Logothetæ Acropolitæ eſt, qui Monaſterium ſanctæ Chriſti Reſurrectionis conſtruxit. Joannes Metropolita Naupacti: ἐξέβαλε καὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἀπὸ τῶν μοναστηρίων μου, τοῦ τῆς ἐγκλειστῆς, καὶ τῆς ἁγίας ἀναστάσεως. *Ejecit & Eccleſiaſtica è Monaſteriis meis Encliſtæ, & ſanctæ Reſurrectionis.* Cyrillus Scythopolitanus in vitâ ſancti Euthymii Archimandritæ: At beata Eudocia Staurophylacis fratres, qui in Laurâ erant S. Euthymii; accerſitos Sacerdotes ſanctæ Reſurrectionis fieri procuravit. Et: Anaſtaſius quidam Clericus, ſanctæ Reſurrectionis Sceuophylax & Chorepiſcopus. Cedrenus in Baſilio Macedon.: Et in embolis Domini, templum reſurrectionis Chriſti & Anaſtaſiæ martyris refectum ornavit. Theodorus, Petreorum Epiſcopus, in vitâ ſancti Theodoſii Archimandritæ: Et aſcendens ad ſanctæ Reſurrectionis locum eminentem, ubi lectiones habere ſolent ad populum, qui ſanctuario inſerviunt, extollens vocem; hunc in modum locutus eſt. Ideoque etiam à multis ἀναστάσιμος dicta. Nicetas lib. III. in Iſaacio Angelo: τὴν πρωτίστην ἐκτελεῖ καὶ κυριώνυμον ἀναστάσιμον ἑορτήν. *Primam omnium agit, & Dominicam Reſurrectionis ſolemnitatem.* Pachymeres Hiſtor. lib. VII. αὐτὸς δὲ ἐπεὶ καὶ ἡ μεγάλη καὶ ἁγία ἑβδομὰς ἐφεστήκει ἡμέραν ἔχουσαν τὸ πλέον τοῦ μεγαλείου. καὶ πρὸς τῇ ἀναστασίμῳ οὖσαν εἰς τὴν δοκιμὴν ἐκείνην ἐπέταττεν. *Ipſe verò, cùm magna & ſancta Hebdomas immineret, diem magis auguſtam; & propè Reſurrectionis diem, ad probationem illam conſtituit.* Alii diem hanc λαμπρὰν, nullo alio addito, vocant. Pentecoſtarium: οἱ κανόνες τῆς λαμπρᾶς μετὰ τῶν εἱρμῶν. Canones ſplendidi cum hirmis. Alii λαμπρὰν κυριακὴν Splendidum Dominicum. Idem, τὸν κανόνα τῆς λαμπρᾶς κυριακῆς. *Canonem ſplendidi Dominici.* Pachymeres lib. IV. καὶ τὸ ἐπὶ τούτοις, ὡς ὁ αὐτὸς ὁ Σουλτὰν σὺν τοῖς σατράπαις αὐτοῦ κατὰ τὸ ὄρθρινὸν τῆς λαμπρᾶς καὶ μεγάλης κυριακῆς τῷ πατριάρχῃ λιτανεύοντι συνέλθοιτο καὶ συλλειτουργήσειε. *Et præter alia ipſe Sultanus cum ſuis Satrapis ad matutinum ſplendidæ & magnæ Dominicæ, cum Patriarchâ preces fundenti unà conveniſſet, & ſacro interfuiſſ*

§.CCXXXIV.

fuiſſ

fuisset. Servaturque apud me oratio nondum edita Josephi Briennii εἰς τὴν λαμπρὰν κυριακήν. Alii λαμπροφόρον ἡμέραν splendoriferum diem. Pentecostarium: ἀρχόμεθα δὲ ἀναγινώσκειν ἀπ' αὐτῆς δηλονότι τῆς λαμπροφόρου ἡμέρας. *Incipimus vero legere, ab ipsâ nempe die splendoriferâ.* Et Nicolaus Patriarcha ad Anastasium Abbatem Sinaitam: ἰδοὺ λοιπὸν ἐφέστηκεν ἡμέρα λαμπροφόρος, ἡ τοῦ Χριστοῦ ἀνάστασις, πιστῶν ἡ εὐφροσύνη. *Ecce denique advenit dies splendorifera Christi Resurrectio, credentium lætitia.* Idque non solum, quod mentes hominum illustraret, & de splendidæ vitæ æternitate commonefaceret, sed quod ad matutinas horas atque officia, luminibus omnia cereisque accensis illuminarentur; quod supra notabamus ex Gregorio Nazianzeno; & nunc etiam animadvertere licet ex Ignatio Diacono & Scevophylace magnæ Ecclesiæ in vitâ Nicephori Patriarchæ: Cùm enim Imperator, & qui in regiâ erant viri Senatorii, in maximo templo aderant, admirandæ Resurrectionis mysteria completuri; cùm sacrum illum locum, luminum, ad instar solis aurei, effusio abundè resplendens, indesinentis illuminationis, quæ speratur, splendores æquè ac præco evulgabat; cùm universus Ecclesiæ candidis indutus vestibus exercitus concurrebat. Et hinc etiam vocari potuit λαμπροφόρος, λαμπρὸν enim & λευκὸν sæpè eodem significatu, ut alii etiam adnotarunt, usurpatur, ideoque non aliud erit in hâc materiâ λευχειμονεῖν quàm λαμπροφορεῖν. Hæc *Allatius de Festo Paschali apud Græcos.*

§. CCXXXV. Gaudium Ruthenorũ in Festo Paschali.

Audiamus quoque *M. Adamum Olearium*, quomodo ille in Germanica descriptione Itineris Persici pag. 106. gaudium, quod Moscovitæ in festo Paschali ostendunt, nobis describat. Ita autem ille: In Festo Paschatos magnum ostendunt Russi gaudium, partim ob finitum jejunium, partim ob memoriam resurrectionis Christi. Morem habent, ut ipso Paschatis die invicem in plateis sibi obvii alter alterum osculentur adjectâ voce: *Christos VVes Chrest*, Christus resurrexit, cui alter respondet: *VVoistin VVos Chrest. Certissimè resurrexit.* Plerumque etiam ova colorata secum habent & donant amicis; imò nec aliis postulantibus facilè denegabunt. Plurimi enim in foris sedent hinc inde, qui magno numero talia variis coloribus tincta pictaque divendunt. Quinimò ipse Zaar solet suis aulicis distribuere hoc munusculum, etiam omnibus captivis in carceribus, quos interdum ipse adit, salutat, & eis resurrectionis Domini gaudium annunciat.

(B) *Quam*

§. CCXXXVI. Septimana Anacænesima & Dies Anacænesimi.

[B.] *Quam Patres Septimanam Anacænesimam appellarunt.* Qualis hæc Septimana Anacænesima & dies Anacænesimi sint, docet *Leo Allatius de Dominicis & Hebdomadibus Græcorum §. XXIII. col. 1455, 1456. his verbis:*

Quæ festum Paschæ proximè sequitur tota Hebdomas διακαινήσιμος dicitur. Maximus Margunius, interrogatus, quidnam hoc vocabulo significaretur, respondit: Significatur hoc nomine apud nos prima Hebdomas festi Resurrectionis Salvatoris nostri. Hinc ex Typico habemus: Forma modi sanctæ & magnæ Dominicæ Paschæ, & hebdomadis Diacænesimæ. Et, dum hebdomadis ferias enumerat, eas omnes & Sabbathum ipsum τῆς διακαινησίμου vocat. Et fol. CXXXI. Diacænesimi universa Hebdomas, tanquam unus dies reputatur; velut ipsa magna Dominica: propterea que & matutina, quæ de resurrectione tractant Evangelia, in ipsa diebus singulis leguntur. Idem: Sciendum est, si acciderit, quempiam ex Fratribus ad Dominum commigrare hâc sanctâ Hebdomade Diacænesima. Codinus cap. XIV. de officiis: Feriâ quintâ Hebdomadis, quam Diacænesimum vocant, recipit se Patriarcha cum Episcopis ad Palatium. Pentecostarium: De horis magnæ Dominicæ & totius Hebdomadis Diacænesimi, sciendum est, ab hâc die sanctæ & magnæ Dominicæ Paschatis, usque ad Sabbathum Diacænesimi, Horas & Apodipna ita cani. Nomen habuit ex sanctissimo Resurrectionis Christi triumpho, quo omnia renovantur, instaurantur & meliorem in statum reducuntur. Hinc apparet, quantum aberrent ii, qui nullo veterum scriptorum testimonio fido διακοινήσιμον scribunt; multòque enormius, qui διακενήσιμον, quasi diceres, exinanitioni dicatam, quia per illud tempus exinaniunt sua corpora & macerant, oraturi Deum pro commoditate anni, & volunt esse Hebdomadem Rogationum; quos optimè refellit Gretserus in Codinum lib. III. cap. IX. Rogationes enim Triduanæ ante Ascensionem Domini Græcis ignotæ sunt, nec ulla habent stata jejunia inter Pascha & Pentecosten: Nicolaus Patriarcha de hoc eodem tempore: νηστεία γὰρ οὐ γέγραπται, οὐδὲ γονυκλισία. Jejunium enim non est scriptum, neque genuum flexio. Immò verò, cum in aliis Hebdomadis Feria quarta & sexta jejunium præcipiatur, ea jejunia iis etiam feriis solvere concessum est, ut supra notavimus; ne eadem sæpius repetendo Lectori tædio sim. Adde Balsamonem in respon-

sponsis ad Cabasilam: Excipito mihi Ferias quartas & sextas Apocrei, Tyrophagi, & Diacænesimi. Et: Hebdomade Diacænesimâ sine ullo periculo carnes esitabimus Feriâ ejusdem quartâ & sexta. Typicon: Excipiuntur ex his diebus, quibus jejunandum est, Feriæ quartæ & sextæ Diacænesimi Dodecaëmeri &c. Hanc eandem, referente Alexandro Monacho, Orat. de Invent. Crucis, feriatam esse jussit Constantinus M: Tertiam edidit legem, ne quid operis in Hebdomade salu-

ΚΕΦΑΛΗ'. ΙΘ.

ΠΕΡΙ ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΗΣ.

ΩΣαύτως καὶ ἐν τῇ πεντηκοστῇ ἐσθίουσι κρέατα, τῇ δὲ ἐπαύριον, τουτέστι, τῇ ἡμέρᾳ τῆς σελήνης, νηστεύουσιν ἀπὸ κρέατος καὶ ἀλειμμάτων, ὅτι οἱ ἱερεῖς ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν μεσημβρίαν ἀθροίζουσι τὸν λαὸν ἐν τῷ ναῷ, καὶ πᾶς ὁ λαὸς γονυπετεῖ, καὶ ὁ ἱερεὺς εὔχεται, ἵνα ἔλθῃ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπὶ τοῦ λαοῦ, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους ἦλθε, καὶ τούτου ἕνεκα νηστεύουσιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Σελήνης ἐκείνης. Ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἑρμοῦ καὶ τῆς Ἀφροδίτης τῆς αὐτῆς ἑβδομάδος κρεοφαγοῦσι, διὰ τὴν χαρὰν τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. Μοναχοὶ δὲ ἀλείμματα μόνον ἐσθίουσι.

ANNOTATA

§. CCXXXVIII. DE *Festo Pentecostes*) De hoc Festo Pentecostes hæc habet *Leo Allatius in lib. de Dominicis & Hebdomadibus Græcorum §. XXX. col. 1462, 1463.*

Domi-

salutaris Passionis neque in Hebdomade Diacænesimi, exercere liceret. Id idem è Pollucis Chronico supra dicebamus, quod prius decretum legitur Constitutione Apostolicâ: Magna hebdomada totâ, & eâ, quæ hanc sequitur, ferientur. Nec aliam ob causam νέα ἑβδομὰς nova Hebdomas â nonnullis nuncupatur; ut videre est apud Cantacuzenum Historiarum lib. 1. cap. XVIII.

CAPUT XIX.

DE FESTO PENTECOSTES.

INsuper & in Festo Pentecostes carnes comedunt, succedente verò die Lunæ â carne & aleimmatibus sibi temperant. Causa est, quod hâc ipsâ die Sacerdotes post meridiem populum in templum convocent, eoque in genua prolapso, orent, ut, sicuti quondam super Apostolos: sic jam etiam super concionem præsentem Spiritus Sanctus venire dignetur. Et hinc die illâ Lunæ jejunium observant. Die Mercurii verò & Veneris eâdem illâ septimanâ carnibus rursus vescuntur, propter gaudium, ex communione Spiritûs Sancti profectum. Monachi autem aleimmata solummodò edunt. §. CCXXXVIII.

AD HOC CAPUT XIX.

Dominica octava â Paschate, Spiritus Sancti est, & â dierum numero, quæ inter Pascha & eam excurrunt, Pentecostes nomen sibi sumit. Callistus in Synaxario: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ κυριακῇ ὀγδόῃ ἀπὸ τοῦ πάσχα, τὴν ἁγίαν πεντηκοστὴν ἑορτάζομεν. *Eadem die Dominicâ octava*

ctavâ à Paſchate ſanctam Pentecoſten celebramus. Per hanc etiam hebdomadem Græci diebus omnibus, carnibus veſcuntur. Typicum: ἡ δὲ ἑβδομὰς τῆς πεντηκοστῆς κρεοφαγεῖται πᾶσα ἐκ συνηθείας, καὶ οὐχὶ ἐξ ἀκριβείας δογμάτων. *Univerſa hac hebdomade carnibus veſcimur ex conſuetudine, non tamen ex exacta integritate dogmatum.* Hoc eodem die, cum vetitum ſit à Paſchate ad Pentecoſten genuflectere, demiſſo corpore preces, easque longisſimas, per Baſilium Magnum compoſitas recitant. Dorotheus Abbas, ſermone XV. de ſacroſanctis Jejuniis: Et particeps fit ſine ullo præjudicio ſanctorum myſteriorum, novus homo factus per pœnitentiam ſanctorum horum jeju-

nio-

ΚΕΦΑΛΗ Κ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΧΕΙΡΟΤΟΝΕΙΑΣ ΤΩΝ ΙΕΡΕΩΝ.

Ἔθος ἐστὶ παρὰ τοῖς ἐπισκόποις τῶν ἑλλήνων, ἵνα τρεῖς καιροὺς διδῶσι τοῖς ἱερεῦσι τὰ πνευματικὰ χαρίσματα, ὥσπερ ὁ Χριστὸς τρεῖς καιροὺς ἔδωκε τοῖς ἀποστόλοις τὰ πνευματικὰ χαρίσματα, καὶ ὅταν τρεῖς οἱ ἀπόστολοι ἔλαβον τὴν χάριν, τότε ἐγένοντο τέλειοι. Τουτέστι, πρῶτον ἔλαβον χάριν, ὅταν ἔδωκεν αὐτοῖς δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια καὶ νόσους θεραπεύειν. Κατὰ Λουκ. κεφ. θ. Δεύτερον, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως, ὅταν εἶπεν αὐτοῖς Ἰωάννου κεφ. κ. στοιχ. κβ. λάβετε πνεῦμα ἅγιον, ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς, καὶ τὰ ἑξῆς. Τρίτον ἐν τῇ ἁγίᾳ πεντηκοστῇ, ὅταν ἦλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγι-

ον

niorum, & permanet cum gaudio & lætitiâ spirituali celebrans cum Deo totum sanctæ Pentecostes tempus. Pentecoste enim est animæ resurrectio, ut ait, Hujus enim Symbolum est, quod nos per totum id tempus in Ecclesiâ genua non flectimus. Basilius ad Amphilochium de Spiritu Sancto : In quo rectam orationis figuram præferre nos Ecclesiæ ritûs docuêre, ex evidenti admonitione à præsenti ad futura mentem velut traducentes. Porrò in unâ quâque genuflexione & assurrectione re ipsâ ostendimus, quod etiam propter peccatum in terram delapsi simus & per ejus, qui nos creavit, clementiam, in cœlum revocati.

Caput XX.

DE SACERDOTUM INITIATIONE.

§. ccxxxix. *Ordinatio Sacerdotum & eorum officium.*

MOre apud Græcos Episcopos receptum est, ut statis tribus temporibus spiritualia dona sive charismata Sacerdotibus conferant, quemadmodum & Christus eadem Apostolis tribus distinctis vicibus communicavit, & postquam Apostoli gratiâ ter dotati, perfectionis quoque gradum indepti sunt. Prima gratia ipsis collata est, quando potestatem & imperium Dæmonia fugandi morbosque tollendi nacti sunt. Lucæ. 8. Secunda, die Resurrectionis, quando eos verbis illis apud Johannem cap. 20. vers. 22. extantibus allocutus est: Accipite Spiritum S. quibuscunque peccata remiseritis, remittentur illis & quæ sequuntur. Tertia, in sacro Festo Pentecostes, quando Spiritus Sanctus super

ον ἐπ' αὐτοῖς τότε καὶ τέλειοι ἐγένοντο. Κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ ἐπίσκοποι ποιοῦσι τοὺς ἐπισκόπους. Πρῶτον ὁ ἐπίσκοπος χειροτονεῖ ἱερέα, καὶ οὐ δίδωσιν αὐτίκα καὶ ἐξομολογεῖν, ἀλλὰ μόνον τὸ ἱερουργεῖν καὶ ἁγιάζειν. Ἐὰν δὲ ἔμπειρος τύχῃ ὁ ἱερεύς, τῇ ἐπαύριον δίδωσιν ἐκείνῳ καὶ τὸ ἐξομολογεῖν. Ἐὰν δέ ἐστιν ἀνέμπειρος, μένει μόνον ἱερουργῶν, ἐὰν δέ ἐστι καὶ ἐπισκοπῆς ἄξιος, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἢ δύο, ἢ τρεῖς ἐπίσκοποι χειροτονοῦσιν ἐκεῖνον καὶ ἐπίσκοπον. Καὶ τούτου ἕνεκα οὐ πᾶς ἱερεὺς δύναται ἐξομολογεῖν, εἰ μὴ οἱ ἔχοντες ἐξουσίαν ἀπὸ τῶν ἐπισκόπων ἐκείνων. Ἐξομολογοῦσι δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις· ἐνίοτε δὲ, ὅπου ἂν τύχωσιν, ἢ ἐν οἴκῳ, ἢ ἐν ἀγρῷ κατ' ἰδίαν, μηδενὸς ἑτέρου ἀκούοντος, κἂν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, κἂν ἔξω τῆς ἐκκλησίας.

ANNOTATA

§. CCXL.

Ministri Ecclesiæ cur ita dicti & quomodo eligãtur ac vocentur apud Lutheranos Aug. Conf. professentes.

QVæ nostra invariatæ Augustanæ Confessioni addictorum de Sacerdotio sit sententia, docent Theologi Tubingenses in Responso I. ad primum Patriarchæ Constantinop. Responsum pag. 175, 176, 177. his verbis:

Sacerdotes (quos nos Ecclesiæ ministros vocamus) apud nos non eliguntur, ut in Missâ corpus & sanguinem Christi offerant, (de quâ re postea suo loco dicetur) sed ut Evangelium Christi doceant, baptizent, & cœnam Domini, tùm publicè in templo, tùm privatim in ædi-

ſuper illos deſcendit. Et tum ad ſummam perfectionem pervenere. Hanc formam & Epiſcopi in creandis Epiſcopis obſervant. Primò omnium Epiſcopus ipſum per manuum impoſitionem creat Sacerdotem; nec illicò ipſi confeſſiones audiendi, ſed ſacra ſolùm conficiendi & conſecrandi licentiam confert: quodſi verò Sacerdos hic multa experientia & rerum uſu inſtructus ſit, confeſſiones quoq; audiendi autoritatem poſtridie ipſi concedit; ſin verò ille multo rerum uſu deſtituatur, ultra ſacrificationis dignitatem nihil amplius ipſi conceditur. Quodſi verò & munere epiſcopali deprehendatur dignus, tertia die à duobus vel tribus Epiſcopis per manuum impoſitionem Epiſcopus proclamatur. Atque hinc apparet, non omnibus Sacerdotibus licitum eſſe confeſſiones audire, ſed illis ſolùm, qui id faciendi licentiam ab Epiſcopis impetraverint. Audiunt verò confitentes ut plurimùm in templis, interdum etiam extra templum, ubicunque acciderit, ſive domi, ſive ruri, ſed ſecretò, audiente nullo alio, ſive id fiat in Eccleſia, ſive extra Eccleſiam.

AD HOC CAPUT XX.

ædibus, morituris diſpenſent. Miniſtros autem Eccleſiæ eò vocamus: ut meminerint, ſe non eſſe Dominos, ſed ſervos Eccleſiæ Dei, juxta illud Petri, qui de Presbyteris dicit: Non dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis ex animo. Qui autem futuri ſunt apud nos Ec-

cleſiæ

desiæ ministri: primò ab incunabulis non modò ad pietatem educantur: sed etiam instituuntur in linguis (Latinâ, Græcâ & Hebræâ) & discunt liberales artes. Inprimis verò diligenter informantur in Theologiâ: & sacra scriptura ipsis à Doctoribus Theologiæ accuratè explicatur. Ubi tempus fuerit, ut è scholis ad ministerium Ecclesiæ accedant: vocantur ab iis Theologis & Consiliariis: qui ab Illustrissimo & Pientissimo nostro Principe huic officio sunt deputati: & adferunt à suis Præceptoribus testimonia innocentiæ morum. Postea examinantur, an doctrinam Christianæ Religionis sincere teneant: & an donis ad docendum populum necessariis sint instructi. Ubi igitur idonei judicati sunt: interposito juramento promittunt, quod velint Ecclesiam piè & sincerè docere, & morum sanctitati studere, ne cui sint offendiculo. Postea mittuntur ad Ecclesiam, cui sunt præficiendi: ibi unâ aut alterâ concione edunt specimen suorum donorum, quibus à Domino Deo ornati sunt. Ubi Ecclesiæ ipsorum opera est grata: tùm in frequenti Ecclesiæ cœtu (præmissâ tamen sacrâ concione, & recitatis aliquot precibus, ad eam rem pertinentibus) imponit illis Superintendens manus: idque in præsentiâ unius aut alterius ministri Ecclesiæ. Postea illi funguntur suo officio in Ecclesiâ sibi commissâ. Bis autem in anno quilibet Superintendens visitat Ecclesias sibi designatas. Et inquirit in mores & doctrinam Pastoris: & simul etiam, quo Zelo populus audiat sacras conciones: & quomodo iis pareant superiores aut inferiores. Si quæ corrigenda sunt: corrigit Superintendens. Si verò aliqua majoris momenti occurrunt: de iis refert ad Synodum; ubi re deliberatâ, Ecclesiæ minister vel admonetur graviter, ut officium decenter faciat: vel, si quid magni commissum est, ab officio deponitur, aliusque substituitur. Reliqua etiam errata Auditorum corriguntur: jubente Piissimo nostro Principe: qui ipse etiam statum Ecclesiarum diligenter considerat: & cum suis Theologis & Consiliariis medicinam necessariam adhibet.

Ordinatio Ministr.

Concedimus autem Matrimonium ministris Ecclesiæ: etiamsi post susceptum officium velint mariti fieri: aut priore uxore mortuâ, aliam ducere. Scimus enim Apostolum, cùm vult Episcopum esse unius Uxoris maritum, non damnare secundas nuptias: sed polygamiam: quæ tùm adhuc apud aliquos (ex Hebræorum consvetudine) erat in usu. Duas enim simul uxores habere, & primæ institutioni ma-

Matrimonium Ministris conceditur.

matrimonii repugnabat, & incontinentiæ argumentum erat. Cum autem Paulus velit ut juniores viduæ denuò nubant: idem licere etiam Ecclesiæ Ministris credimus. Dicit enim Christus de continentiæ dono: Non omnes capiunt verbum istud: sed, quibus datum est. Itaq; cum Paulo dicimus: Quodsi non se continent, nubant. Melius est enim nubere, quam uri. Neminem tamen ad matrimonium contrahendum cogimus.

§. CCXLI.

De Ministerio apud Moscovitas sequentia habet *D. Mich. Syricius in Disp. de Religione Moscovitica p. 30.*

In articulo de Ministerio, inquit, Ecclesiastico, Ministrum ordinationis cùm faciant Pontificii solum Episcopum, & hîc emendicare nititur consensum Moscovitarum prædictus *Faber*, unde *in discursu suo de relig. Moscovit. p. 171.* inquit: Apud Moscovitas ea lex & sanctio est, ut Presbyteros, & omnes quotquot Clerici sunt, soli ordinent Episcopi. Neque ulli Presbytero unquam quenquam confirmare licet &c. conf. eund. p. 177. Ast si idem est minister ordinationis, ut in hisce locis asserit prædictus *Faber*, quis negabit ordinationis ministrum apud Moscovitas esse etiam Presbyterum? Deinde negari non potest neque debet, apud Græcos ministrum ordinationis, non esse solum Episcopum, sed & Presbyterum, sicuti id ex Concilio Florentino probat *D. Hulsemannus in Tractat. de Minist. Consecrat. & Ordinat. Sacerdot. §. 44. item §. 47.* Cùm autem Moscovitæ sequantur doctrinam & ritus Græcorum, & nullus ex autoribus hîc pateat dissensus, certum apud me erit, ordinationis ministrum esse etiam posse apud Moscovitas Presbyterum. Huc pertinent 3. quod & *Petrejus part. 6. Chron. Moscov. p. 664.* scribat, unum haberi à Moscis officium Episcoporum & Presbyterorum, propterea que etiam in Pontificiis improbari, quod cùm Episcopos ungant, non tamen ungant, sed ordinent tantùm Sacerdotes. Quæ rationes tanti momenti esse possunt, ut *Fabri* simplici assertioni credendum non sit in articulo de Magistratu Politico ab hujus potestate exemptos dicunt Pontificii Clericos. Ita *Concilium Lateranense* sub *Leone* 10. sess. 9. *Concil. Trid.* sess. 25. cap. 20. Istiusmodi quandam exemptionem Clericorum apud Moscos quoque excogitat *Faber* p. 171. inquiens: Nec se unquam Imperator ipse de pœnis Clericorum ingerit. Hoc Episcopalis tantùm animadversionis constanter affirmant & prædicant, ut eos arguant & castigent, quos sibi sub-

Ordinationis Minister apud Moscovitas etiã est Presbyter.

An Clerici apud Moscovitas à potestate Magistratus Politici sint exempti?

subditos Evangelicus ordo & in sortem Domini vocatio fecerit. Ast imperitum & inexpertum sese iterum præstitit *Fabrum*, cùm *Sacranus Elucidarii sui* cap. 2. errorem quadragesimum Moscorum hunc referat. Dicunt, sunt verba Sacrani, secularibus Dominis eorum præsidibus licere sine notâ excommunicationis majoris verberare & deponere eorum Patriarchas, Episcopos, Sacerdotes. *Idem capitulo 3.* Græcos Imperatores hoc cepisse juris ait: ut Patriarchas & Clericos omnes teneant subjugatos, quos & quando volunt instituunt, & etiam destituunt; similiter & Ruthenos principes facere. *Petrejus quoque part. 6. Chronic. Moscovit. p. 619.* docet, à Patriarchâ & Episcopis coërceri Sacerdotes, in actionibus officium eorum spectantibus, ast in aliis peccatis, adulterio, furto, homicidio, proditione &c. Magistratûs politici subjectioni eos esse subjectos, & hoc ipsum vult *Olearius part. 3. Itiner. Persici pag. 304.* Addere etiam placet verba *Sigismundi ab Herberstein in Comment. rerum Moscovit.* quæ hæc sunt pag. 21. Si furtii aut ebrietatis accusatur, aut in aliud id genus vitii inciderit Sacerdos, à seculari Magistratu, ut vocant, punitur. Vidimus Moscoviæ ebrios Sacerdotes publicè verberari: qui aliud nihil querebantur, quàm sese à servis & non à Bojarone cæsos esse. Paucis retroactis annis quidam Principis Locumtenens Sacerdotem in furto deprehensum, laqueo suffocari fecit: quod autem Metropolita graviter ferens ad Principem defert. Accersitus Locumtenens Principi respondit: juxta antiquum Patriæ morem, furem non sacerdotem se suspendisse, atque ita ille impune dimissus est. vide plura l.c. *Idem pag. 85. & seq. ita disserit:*

§. CCXLII.

Sacerdotes scandalosi apud Moscovitas.

Pergo jam ad articulum de Ministerio Ecclesiastico, in quo illud encomio dignum est, quod non ad exemplum Antichristi ex doctrinâ Dæmoniorum Sacerdotibus conjugia prohibeant, fatente *ipso Fabro* in discursu suo de Religione Moscoviticâ pag. 173. Pontificios quoque matrimonia Sacerdotum damnantes odio prosequantur & damnent. Ita namque habent verba *Johannis Metropolitæ* ad P. R. *apud Sigismundum ab Herberstein p. 23.* Tertius præterea maximus est error & peccatum, de conjugio Sacerdotum, quod ab illis, qui uxores habent, sumere corpus Domini renuitur &c. Gvagninus quoque in descriptione Moscoviæ cap. 2. ita loquitur: Sacerdotes Romanos confundunt, qui cœlibem vitam ducere sese juramento obstringunt, cùm *sanctasyno-*

Moscovitæ Sacerdotibus non prohibent Conjugium.

Synodus, quæ fuit in Gangrâ, scribat in quarto Canone, qui spernit Sacerdotem secundum legem uxorem habentem, dicens, quod non liceat de manibus ejus Sacramentum sumere, anathema sit &c. *Autor* quoque *epistolæ ad D. Chytræum* idem hisce testatum reliquit verbis: Sacerdotes Rutheni proprias uxores habent, & sunt conjuges. Si quis dicit, à Papâ matrimonium Clericorum improbari, excandescunt uti rapidis cùm ferrea flammis lamina Cyclopum excoquitur flagrante camino, confer etiam *Olear. part 3. Itineris Persici p. 306.* Nec minus in Russicâ religione laudandum, quod ab Electione Patriarchæ non excludant magnum Czar, secus ac hodiè contra vocem Spiritûs S. & Antiquorum praxin in Romanâ fieri solet Ecclesiâ, vid. ipsum Guagninum in descript. Mosc. cap. 2. Sigismundum ab Herberstein pag 20. Olear. part. 3. Itin. c. 28. Laudem quoque merentur, dum Episcopos à secularibus arcent negotiis, ut officio Ecclesiastico eò expeditiùs fungi queant. Quo pertinent hæc Sigismundi ab Herberstein pag. 21. verba: Episcopi duntaxat circa res divinas, in ipsam religionem piè procurandam ac promovendam sunt occupati: rem autem familiarem & alia publica negotia officialibus administranda committunt. Paria tradit Guagnin. in descript. Moscov. c. 2. Arces, inquiens, civitates & omnes administrationes seculares eis ademptas esse. In quo sicuti iterum à Pontificiorum πολυπραγμοσύνῃ laudabiliter discedunt; ita idem in exemptione Clericorum à subjectione Magistratûs faciunt, quo de jam antea actum est. *Laudandus quoque est Ruthenorum animus erga ministros Ecclesiæ*, quos, licet nulla habeant certa stipendia, tamen liberaliter alunt, honore etiam non tantùm dignos esse judicant, sed & insigniter mactant, sicuti videre est apud Autorem epistolæ ad D. Chytræum & alios, longè vincentes nostrorum affectum, quibus, cùm aliàs nullis parcant sumptibus, si tamen Ministro Ecclesiæ aliquid erogandum est, statim parsimonia in mentem venit, invidè minuentibus, quâcunque ratione possunt, eorum salaria, contemptim etiam de religione judicantibus, qualem contemptum Sacerdotum Dei juxta vaticinia Scripturæ & B. Lutheri sequi solet fames Evangelii, quæ utinam non Germaniæ nostræ ultimis hisce mundi temporibus quibus Atheismus hic in plerorumque cordibus regnat immineret! Licet autem Russi in hoc articulo juxta modò citata capita rectè doceant, vivant, tamen hic non omni ex parte nævis & erroribus carent. Nam I. Necessita-

§CCXLIII. *In Electione Patriarchæ non excluditur magnus Czar. Episcopi arcentur à secularibus officiis.*

Ruthenorũ animus erga Ministros Ecclesiæ laudatur, longè vincens nostrorum affectum.

§CCXLIV. *Errores Moscovitarũ in hoc articulo de Ministerio Eccles.*

sitatem conjugii in Sacerdotibus & Popis tradunt. 2. Conciones haberi non permittunt. Taceo impuram vitam, quam vivunt Flamines Moscovitici, cùm de illâ sufficienter superiùs actum sit: 1. Necessitatem conjugii adeò urgent, ut 1. ad sacerdotium admittant nullum nisi qui in conjugio vivat. Huc faciunt Gvagnini in descript. Moscov. cap. 2. verba: In Diaconum nemo consecratur, nisi uxorem habuerit, unde interdum & matrimonio copulantur, & in Diaconum consecrantur. Sigismundus quoque ab Herberstein eadem tradit in comment. rer. Moscovit. pag. 20. Neminem uxore carentem, inquit Scarga, ad sacerdotium admittunt. Confer quoque Olear. part. 3. Itiner. Persici pag. 307. Ut 2. primâ uxore mortuâ, Sacerdotem sacerdotio arceant, licet ei ad cantiones cum aliis peragendas in choro adesse permittatur. Quem morem tamen olim non observatum, sed recenter introductum tradit Sigismund. ab Herberstein pag. 21. cujus verba huc transscribam: Mortuâ, inquit conjuge, Sacerdos à sacris obeundis prorsus suspenditur, si tamen castè vivit, officiis ac aliis rebus divinis, cum cæteris Ecclesiæ ministris choro tanquam minister interesse potest. Erat quidem antea consvetudo, ut vidui castè viventes sine reprehensione sacra peragerent. Sed nunc mos invaluit, ut nullus viduorum ad sacra facienda permittatur, nisi monasterium aliquod ingrediatur, juxtaque regulam vivat. Confer quoque Gvagnin. *in descript. Moscov. cap. 2.* it. *Olear. part. 3. Itineris Persici pag. 307.* Quæ necessitas est contraria verbis CHRISTI, libertatem hic cuilibet juxta dona ipsi concessa concedentis Matth. XIX, 12. contraria quoque praxi primitivæ & orthodoxæ Ecclesiæ, cùm multi etiam extra conjugium munus suum laudabiliter obiverint, qualia exempla in scriptoribus Ecclesiasticis benè multa habentur, ut non opus sit illa hîc prolixè adducere. Sicuti autem Moscovitæ errant in eo, dum necessitatem matrimonii in Sacerdotibus adeò urgent: ita peccant quoque 2. in officium Ecclesiasticum, dum conciones à Sacerdotibus haberi non permittunt. Concionatoribus namque carent, cùm satis esse putent sacris interfuisse ac Evangelii Epistolarumque verba, quæ vernaculâ linguâ recitat Sacrificulus, audivisse, Concionatorique in suis Ecclesiis obstinatissimè prohibent, dicunt enim se hoc modo varias hæreses, & diversas de fide opi-

1. Necessitatem Matrimonii in Sacerdotibus urgent.

§. CCXV.
2. Conciones non permittunt haberi à Sacerdotibus.

nio-

niones effugere, quæ ex concionibus & subtilibus argumentis sophisticisque quæstionibus oriuntur, quæ sunt verba Guagnini in descript. Moscov. cap. 2. Confer quoque Sigismundum ab Herberstein pag. 35. it. Petrejum part. 6. Chron. Moscov. pag. 647. Olear. part. 3. Chron. Moscov. cap. 25. p. 291. qui historias Sacerdotum ob conciones habitas punitorum hisce addit verbis:

Vor zwey Jahr hat sich unterstanden der Morumsky Protopop, Nahmens Logni zu predigen / und angefangen neben etlichen unter sich habenden Popen zu Morum und andern Städten mit offentliche Predigen das Volck aus Gottes Wort zu lehren / zu vermahnen / und zu straffen (daher man sie Kasauscha predigende Priester genandt) haben auch grossen Zulauff gehabt. Als solches dem Patriarchen kund worden / hat er eifferig darwider gethan / die Prediger von ihrem Ampt abgesetzet / mit sonderlichen Ceremonien verfluchet / und in Ungnaden nach Siberien geschicket. Sine causâ autem Moscovitæ docendi & concionandi officio ita infensi sunt, cùm & Christus & Apostoli frequenter sine scandalo activo vel dato, ad populum habuerint sermones, mos etiam ille in Ecclesiâ Judaicâ antiquâ fuerit observatus, ut vel prælegens scripturam eandem explicaret, vel prælegentem alii assidentes interpretes explicatione suâ exciperent, id quod vel ex exemplo Christi, in quem post prælectionem, omnium oculi ad textûs explicationem audiendam intenti fuerunt, Luc. 4, 20. patet. Huc quoque facit præscriptum Apostolicum 1. Cor. 14, 27. seqq. Unus interpretetur. Quando etiam Apostolus jubet Episcopum esse διδακτικὸν aptum ad docendum 1. Tim. 4, v 2. non vult docere Episcopos, ut discant inconditâ & stentoreâ voce sine interpretatione prælegere suis scripturam, sicuti hæc stulta apud Moscos est persvasio, utpote de quibus Petrejus testatur part. 6. Chron. Moscov. pag. 647. Je höher und stärcker der Pfaff ruffet und schreyet / je mehr wird von ihm gehalten / meinend daß er gelehrt / und seine Dienste wol verrichten kan; sed ut eruditi sint in divinis, quò possint (sc. privatim & publicè) ea svadere quæ conveniunt, quæ sunt verba Theodoreti in h. l. conf. Beatum Dn. D. Hülseman. in Dialysi Apologet. problem. Calixt. p. 46. seq.

Refutatur hic error Moscov. de Concionibus.

ΚΕΦΑΛΗ. ΚΑ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΩΣ ΠΡΟΣΕΥΧΟΝΤΑΙ ΟΙ ΕΛΛΗΝΕΣ.

Π Ποσεύχονται οἱ Ἕλληνες ἀεὶ ἐν τῷ ναῷ ὀρθῶς, ἱστάμενοι, ἔχουσι δὲ τινα στηρίγματα ἐν τῷ ναῷ καὶ τὰ σκάμνια ὑψηλά, καὶ δύνανται ποτὲ μὲν καθῆσθαι ἐν ἐκείνοις, ποτὲ δὲ ἵστασθαι, ὥσπερ ἐν τισι ναοῖς γυμνασίων. Κάθηνται δὲ ἐν ἐκείνοις τοῖς στηρίγμασιν οἱ λαοί, ὅταν διδάσκωσιν οἱ ἱερεῖς, ἵστανται δὲ ἐστηριγμένοι ἐν ἐκείνοις ὅταν ᾄδουσι. Ὅταν δὲ ἔρχονται εἰς τὴν ἐκκλησίαν, πορεύεται ἕκαστος εἰς τὸν ἴδιον τόπον αὐτοῦ, καὶ ἱστάμενος ἐκβάλλει τὸ σκιάδιον αὐτοῦ, ἢ τὸ περὶ κεφάλαιον, καὶ συνάγει τοὺς τρεῖς δακτύλους τῆς δεξιᾶς χειρὸς αὐτοῦ, τουτέστι τὸν πρῶτον δάκτυλον, καὶ τὸν δεύτερον, καὶ τὸν τρίτον ὁμοῦ, σημαίνων ὅτι ὁ θεός ἐστιν ἁγία τριάς, καὶ τίθησι πρῶτον τοὺς τρεῖς δακτύλους συνηγμένους ἐν τῷ βλεφάρῳ, σημαίνων, ὅτι ἡ ἁγία τριάς ἐστιν ἐν τῷ οὐρανῷ. Καὶ ἔπειτα τίθησιν ἐν τῇ γαστρί, σημαίνων, ὅτι ὁ υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ κατέβη εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐσαρκώθη καὶ ἐσταυρώθη, καὶ ἐτάφη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Ἔπειτα τίθησιν ἐν τῷ δεξιῷ ὤμῳ, σημαίνων, ὅτι ἀνέστη ἐκ τῆς ᾅδου καὶ ἐκά-

CAPUT XXI.
DE MODO, QVEM IN ORANDO OBSERVANT GRÆCI.

§CCXLVI

ORant Græci in templis, erecti semper & stantes. (A) Habent verò & fulcimenta nonnulla, in templis, & juxta illa quoque scamna altiora, & quandoque possunt in illis sedere, quandoq; stare, sicut in quibusdam templis Gymnasiorũ sive Collegiorum videre est. Insident verò fulcris istis Laici, quando à Sacerdote docentur, stant verò istis suffulti, quando hymnis Deum deprecantur. Templum verò ingressi proprium quilibet occupat locum, cõsistensq; pileum aut capitium deponit, ac tres dexteræ manus digitos conjungit, h. e. primum, secũdum, tertium digitum sociat, significans eo, quod DEus sit sancta Trinitas. Tres autem illos copulatos digitos primò omnium palpebris imponit, notans, Sanctã illam Triadem in cœlis existere. Postea ventri eosdem applicat, indicans eopse; filium verbumque Patris, in (ventrem Virginis sive) terram descendisse, carnem induisse, toleratoq; crucis supplicio tandem propter peccata nostra sepultum [& ita in ventre terræ] fuisse. His peractis, humero dextro eosdem admovet, innuens, quod Christus ab inferis reversus ad dextram Dei Patris consederit, secundum dictum Davidis: Sede à dextris meis, do-

ἐκάθησεν ἐν τῇ δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, ὥς φησιν ὁ Δαβὶδ, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Ἔπειτα τίθησιν ἐν τῷ ἀριστερῷ ὤμῳ, σημαίνων, ὅτι μὴ τιθέναι ἡμᾶς ἐν τῇ ἀριστερᾷ, ἀλλὰ ῥύειν ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ἀριστερᾶς, ὥς φησιν ὁ κύριος, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, καὶ πάλιν ὅταν λέγει: τότε μετασήσονται τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν, τὰ δὲ ἐρρίφια ἐξ εὐωνύμων, ὅμως ἀναμεταξὺ τοῦ διαστήματος τῆς στιγμῆς ταύτης, τουτέστιν, ἀπὸ τῆς στιγμῆς, ἐν ᾗ ἄρχεται τιθέναι τοὺς δακτύλους ἐν τῷ βλεφάρῳ, καὶ ἕως οὗ θήσει ἐν τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἐν τῇ δεξιᾷ, καὶ ἐν τῇ ἀριστερᾷ, ἐν τούτῳ τῷ διαστήματι, λέγει ταῦτα τὰ ῥήματα. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, υἱὲ καὶ λόγε τοῦ θεοῦ, ἐλέησόν με τὸν ἁμαρτωλὸν, κάμπτων καὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ. καὶ οὕτω σημαίνει καὶ τὸν σαυρὸν τοῦ Χριστοῦ τοῦτο τὸ σχῆμα. Τουτέστι τὸ τιθέναι τὴν χεῖρα ἐν τῷ βλεφάρῳ, καὶ τὸ τιθέναι ἐν τῇ κοιλίᾳ, καὶ τὸ βαλεῖν ἐν τῇ δεξιᾷ, καὶ τὸ φέρειν εἰς τὴν ἀριστερὰν, γίνεται σαυρὸς ἐν τῷ σχήματι τούτῳ, καὶ σημαίνει τὸν σαυρὸν τοῦ Χριστοῦ, τουτέστι, σαυρωθῆναι τὸν Χριστὸν διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Καὶ οὕτως ἕκαστος ποιεῖ τοῦτο τὸ σχῆμα τρὶς ἢ τετράκις, καὶ ἔπειτα σηρίζεται ἐν τῷ καθηδρίῳ αὐτοῦ.

ANNO-

donec ponam inimicos scabellum pedum tuorum. Posthæc humerum sinistrum contingit, significans, sive hoc tactu tacite petens, ne à sinistris nos collocet, sed ut à sinistrâ illâ potius nos liberet, sicut dicit Dominus: Sed libera nos à malo, & iterum ait: Tunc stabunt oves à dextris, hædi verò à sinistris. Hoc puncti quasi intervallo, hoc est, ab eo temporis articulo, quo palpebris primò, tum ventri, tertiò dextro, denique sinistro humeris digitos admovet, per hoc ipsum, ajo, intervallum hæc verba pronunciat: Domine JESU CHRISTE, Fili verbumque Dei, propitius esto mihi peccatori! id dum perragit, cum dorso latera inflectit, & sic Christi crucem designat, id est, Manus illa, jam in palpebras, modò in ventrem, rursus in partem dexteram, in sinistram ultimò quoque projecta, Crucis signum, effigiat, Crucemque CHRISTI. h.e. Christum propter peccata nostra Cruci adfixum adumbrat. (B) Hanc figuram quilibet ter quaterve effingit & postea demum sellulæ suæ fulciendo sese, incumbit.

§. CCXLVII.

ANNOTATIONES. DE MODO ORANDI.

In hoc capite de quatuor Argumentis potissimum nonnulla annotabimus:

I. De Stationibus Græcorum in Orando.
II. De More Græcorum versâ Facie ad Orientem orandi.
III. De Formulis Orationum apud Græcos.
Nec non *IV. De Objecto ad quod Græci Orationes suas dirigunt.*

SECTIO I. DE STATIONIBUS GRÆCORUM IN ORANDO.

De his Autor noster:

Græci stantes orant in Templis.

(A). *Orant Græci in Templis erecti semper & stantes.*] Veteres stantes, non de geniculis, orasse ex Rabbinis potissimum asserit *Joh. Drusius in Præterit. Nov. Test. lib. 1. p. 19.* Rabb Juda in Libr. Musar. *Sine statione non subsisteret Mundus.* Alias stationes in Ecclesiâ in Antiquitate valdè sunt celebres: *Tertullianus Lib. de Oratione cap. 14. p. m. 155.* de illis ita loquitur: Sic & die Paschæ, quâ communis & quasi publica jejunii Religio est, merito deponimus osculum, nihil curantes de occultando, quod cum omnibus faciamus. Similiter & stationum diebus, non putant plerique sacrificiorum orationibus interveniendum, quod statio solvenda sit accepto Corpore Domini. Ergo devotum Deo obsequium Eucharistia revolvit? An magis Deo obligat? Nonne solennior erit statio tua, si & ad aram Dei steteris? Accepto Corpore Domini & reservato, utrumque salvum est, & participatio sacrificii, & executio officii. Si statio de militari exemplo nomen accipit (Nam & militia Dei sumus) utique nulla tristitia, sive lætitia obveni-

veniens castris Stationes Militum rescindit. Nam lætitia libentius, tristitia solicitius administrabit Disciplinam.

Idem Tertullianus Lib. de Jejuniis. pag. 701. Arguunt nos, quòd Jejunia propria custodiamus, quòd Stationes plerumque in Vesperam producamus, quòd etiam Xerophagias observemus, siccantes cibum ab omni carne, & omni jurulentiâ, & uvidioribus quibusque pomis; ne quid Vinositatis vel edamus, vel potemus, lavacri quoque abstinentiam congruentem arido Victui. Novitatem igitur objectant, de cujus illicitò præscribant.

Eodem Tractatu cap. X. p. 708. Æque Stationes nostras ut indignas: quasdam verò & in serum constitutas, novitatis nomine incusant, hoc quoque munus & ex arbitrio obeundum esse dicentes, & non ultra Nonam detinendum, suo sc. more. Sed quod pertineat ad Interdictionis Quæstionem, semel pro omnibus causis respondebo. Nunc ad proprium hujus speciei Articulum, de modò Temporis dico, de ipsis prius expostulandum, unde hanc Formam Nona dirimendis stationibus præscribant. Si, quia Petrus, & qui cum eo, ad horam Nonam Orationis Templum ingressi leguntur, quis mihi probabit illos eâ Die statione functos, ut horam Nonam ad Clausulam & expunctionem stationis interpretetur? Atqui facilius invenias Petrum horâ sextâ capiendi cibi causâ, prius in superiora ad orandum ascendisse, quò magis sexta diei finiri huic officio posfit, quæ illud absolutura post orationem videbatur. Ibidem: Venit enim de Exitu Domini, quem etsi semper commemorari oportet, sine differentiâ horarum, impressius tamen tum ei secundum ipsum stationis Vocabulum addicimur. Nam & Milites nunquam immemores Sacramenti, magis Stationibus parent. Itaque in eam usque horam celebranda pressura est, in quâ à Sextâ contenebratus orbis defuncto Domino lugubre fecit officium, ut tunc & nos revertamur ad Jucunditatem, cùm & Mundus recepit Claritatem. Hoc si magis ad Religionem sapit Christianam, dum magis Christi Gloriam celebrat, possum æque seræ stationis ex eodem rei ordine statum figere, ut jejunemus ad serum expectantes Tempus Dominicæ Sepulturæ, cùm Joseph postulatum detulit Corpus & condidit. Inde & irreligiosum est ante Famulorum carnem refrigerare, quàm Domini. Sed hoc ex Argumentorum provocatione commiserim, conjecturas conjecturis, & tamen puto fideliori-

§. CCXLVIII.

§. CCXLIX.

 bus

bus, repercutiens. | Videamus an aliquid tale nobis de Vetustatibus quoque patrocinetur? In Exodo, Habitus ille Moysis adversus Amalech, Orationibus præliantibus usque in occasum perseverans, nonne Statio fuit Sera? Jesum Nave debellantem Amorrhæos, prandisse illâ Die existimamus, quâ ipsis Elementis Stationem imperavit? Stetit Sol in Gabaon, & Luna in Ajaton: Stetit Sol & Luna in Statione, donec ultus est populus de inimicis suis, & stetit Sol medio cœlo, & non accedebat in occasum, & in Finem Diei unius. Non fuit Dies talis retrò & in novissimo, utique tam prolixus; ut, inquit, exaudiret Deus hominem, parem, sc. Soli, instantem tamdiu in officio, stationem etiam serâ longiorem. Certè Saul & ipse in prælio constitutus, manifestè munus istud indixit:

Maledictus homo, qui ederit Panem ad Vesperam usque dum ulciscar de inimico meo; & non gustavit totus populus ejus, & tota Terra non prandebat. Tantam autem Deus præstitit Autoritatem edicto Stationis illius, ut Jonathan Filius Saulis, quanquam ignarus Jejunationis in serum definitæ gustûs mellis admiserat, & forte mox de delicto sit traductus, & vix per precem populi periculo exemtus, gulæ enim, licet simplicis, reus fuerat. Sed & Daniel, anno primo Regis Darii, cùm Jejunus in sacco & cinere Exomologesin Deo ageret, & adhuc, inquit, loquente me in oratione ecce Vir, quem videram in Somnis initio, velociter volans appropinquavit mihi, quasi horâ Vespertini Sacrificii. Hæc erit Statio sera, quæ ad Vesperam jejunans pinguiorem Orationem Deo immolat. Hæc Tertullianus. Quæritur jam, quid per Stationes intelligatur? Discrepant enim inter se Autores & Commentatores, an per illas Jejunium intelligatur, an verò non?

§. CCL. *Quid per Stationes intelligatur.*

Ego quidem, quantum ex collatione Locorum Tertulliani possum colligere, ita judicio: I. *Non semper per Stationes posse intelligi Jejunium, quandoquidem illas à Jejunio expressè distinguit.* Ex gr. Lib. de Jejunio, cùm ita loquitur: Arguunt nos Psychici, quòd Jejunia propria custodiamus, quòd Stationes plerumque in Vesperam perducamus, quòd etiam Xerophagias observemus. Et Lib. 2. ad Uxorem itidem Stationes à Jejuniis distinguit, dicens: ut si Statio facienda est, maritus de die condicat ad tabernas, si verò jejunia observanda sunt, maritus eodem die Convivium exerceat, si procedendum erit, nunquam magis Familiæ Occupatio adveniat.

II. In-

II. Interdum tamen voce Stationum Jejunium simul includi: Ex. gr. Quando Tertull. Lib. de Jejunio. cap. 10. p. 709. ita suprà loquitur: *Certè Saul* &c. usque: *Deo immolat.* Hic certò per Edictum Stationis illius intelligit edictum Jejunii ad Vesperam. Et iterum: Hæc erit Statio sera, &c. Fuit itaque Statio Tempus conventûs publici, ubi stando orabant, & Verbum Dei audiebant, interdum & cum jejunio.

§. CCLI. Sententia Pammelii de Stationibus.

Et hinc eò melius poteris judicare de Annotatione Pammelii, quam habet ad caput 14. Lib. Tertullian. de Oratione, n. 58. quæ ibi legenda est.

Sententia D. Dorschei.

D. Joh. Georg. Dorscheus noster de hâc controversiâ *in Exerc. ad Diatyposin* Conc. Nicæni 1. p. 102. sequentia annotavit: Erat, inquit, Onufrius Panvinius de Stationibus Urbis Romæ p. 73. precandi genus, cùm stantes orabant, quod de Geniculis non adorare vocat idem Tertullianus, quem orandi morem Die Dominico per totum id Tempus, quod inter Paschia & Pentecosten est, usurpatur. Tertullianus de Cor. Militum: Die Dominico jejunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eâdem immunitate à Die Paschæ ad Pentecosten usque metimur. Unde precationes istæ Stationes vocantur. *Tertullianus Lib. de Jejunis.* eas interdum in Vesperam usque perductas esse ait: Arguunt nos Psychici, quòd Jejunia propria custodiamus, quòd stationes plerumque in Vesperam perducamus, quòd etiam Xerophagias observemus, siccantes cibum ab omni carne & jurulentiâ. Ita & Stationes à Jejuniis distinguit. *Lib. 2. ad Uxorem*; Ut, si Statio facienda est, maritus de die condicat ad Tabernas, si Jejunia observanda sunt, maritus eodem die convivium exerceat, si procedendum erit, nunquam magis Familiæ occupatio adveniat. Stationes, inquit idem, dies suos habent, Quartæ & Sextæ Feriæ. *Et infra:* cur Stationibus Quartam & Sextam Sabbathi dicamus, & jejuniis Parasceven. Videantur plura apud Onufr. Cerda contendit. cap. 104. N. 15. Stationem esse idem quod Jejunium, unde & Cap. 1; 8. N. 2. vult Stationem solvere, esse Jejunium solvere. Agnoscit autem c. 160. N. 16. Veteres Stationem à Jejunio manifestè distinguere. Hærere se tandem dicit sententiæ Albaspinei & Petavii in Notis ad Epiphan. negantis, Stationem esse Jejunium. Confer. Pomp. Hugonium Hist. Station. Rom. Disc. General. *Hæc Dorschenis.*

§. CCLII. *Sententia D. Chemnitii de Stationibus.*

Sed præprimis juvat hîc audire, quæ habet Magnus noster *Martinus Chemnitius in Exam. Conc. Trident. Cap. de Indulgentiis, p. m. 71. Origo & progressus Novarum Indulgentiarum, de quibus Pontificii nunc dimicant, ex Decretalibus Gregorii IX. & Bonifacii VIII.* Et pag. 78. 79. de Indulgentiis Stationum in Ecclesiis Urbis Romæ. Quæ Lector è locis citatis non sine magno fructu repetet. Et hæc quidem de Stationibus Veterum consignaveram, sed ecce ἀγαθῇ τύχῃ, mittitur mihi, quod hactenus videre desideravi, *D. Joachimi Hildebrandi olim in Academiâ Juliâ Theol. & Antiquitat. Eccl. Professoris Rituale Orantium, vel Compendium Veterum orandi Rituum ex Sacris Priscæ præsertim Ecclesiæ Antiquitatibus collectum,* in quo Cap. VI. hanc de Stationibus Veterum Materiam deprehendo diligentissimè & dilucidè pertractatam, & nostrum quoque præsens *Christophori Angeli* Caput non obscurè illustratum; ideoque non possum non aliqua, quæ ad institutum nostrum pertinent, hîc repetere, & cum Antiquitatis Ecclesiasticæ studioso Lectore communicare.

D. Joachimi Hildebrandi Ritual: Orantiū fusè & doctè disserit de Stationibus veterum in orando.

Vox STATIONIS.

1. Vocis STATIONIS variæ quidem Derivationes possunt produci: sed Tertullianus, quo antiquior Stationum Veteris Ecclesiæ Scriptor non extat, Stationes Christianorum ab Excubiis militum Romanorum dictas existimat. *Si Statio, inquit, de Militari exemplo nomen accepit* (nam & Dei militia sumus) *ubique nulla lætitia sive tristitia obveniens castris stationes militum rescindit.* In Lib. de Oratione. Et de milite Christiano scribit: *Cui magis stationes faceret, quàm Christo.* In Lib. de Corona Militis. Ad quæ loca B. Rhenanus peritè annotat: A militiâ Romanâ tractum hoc Vocabulum hæsit in usu Christianorum. Faciebant Stationes milites, præsidium certo loco agitantes. Unde & Stationarii dicti Veteres Christiani, qui nunc in hâc Basilicâ, nunc in aliâ collecti aliquando apud Martyria, h. e. Martyrum Sepulchra stantes, & attenti precabantur, quod præcipuè Die Dominico fiebat. Ex his præcognitis Statio Ecclesiastica fuisse colligitur, actus standi ad preces publicas, imò preces ipsæ à stantibus habitæ Stationes vocabantur.

§. CCLIII.

Hic standi ritus in Sacris in utroque Testamento fuit receptus. Hanna Mater Samuelis orans, juxta Pontificem Eli stetisse fertur. 1. Sam. 1. v. 26. Exod. XXXIII. v. 10. stabat unusquisque ad Januam tentorii sui & Deum sub nube præsentem adorabat. 1. Reg. III. v. 15. stabat

Rex-

Rex Salomo coram arca fœderis supplicans.& 1. Reg.8. v.22.in Dedic. Templi. David inquit Psal. 134. Benedicite Domino omnes servi ejus, qui statis in Domo Domini. Confer.2. Par.7. v.6. Nehem.9. v. 2. In Nov.Test. Matth.11.v.25. *Cùm stabitis ad orandum* (inquit) *dimittite, si quid alter contra alterum habetis.* Luc.18. in Templo Pharisæus stans, orat,& Publicanus à longè stans,inquit: Deus propitius esto mihi Peccatori.Jer.18.v.20. Recordare Domine , quòd steterim in conspectu tuo , ut bonum pro iis loquerer ; h. e. ut pro populo intercederem. Ita ergo stare jam sub Veteri Lege τῶν προσευχομένων symbolum erat.

Thesi III. ostenditur, Morem hunc standi in Sacris post Apostolorum ævum in Ecclesiâ fuisse receptum , adductis aliquot Testimoniis Tertulliani.

Thesi IV. Adducitur Cyprianus & Basilius ; è quibus non tantùm mos Veterum standi ad Preces liquidò constat, sed & tempus exprimitur,quo Prisci preces stando peregerunt; nempe Dies Dominici, Dies Festi & Dies Quinquaginta , qui inter Pascha & Pentecosten interjacent , & in Veteri Ecclesiâ veluti continuum erant Festum.

Thesi V. docetur è Canone XX. Patrum Nicæn. eadem hæc tempora Stationariis Precibus in Magno Concilio Nicæno,Oecumenico primo esse definita. Et ex Ambrosio Serm. LXI. sic dispsuisse Dominum,ut sicut in Quadragesima Jejuniis contristamur , sic ejus Resurrectione per Quinquagesimæ Ferias collætemur, & ideò stando oremus. Adducuntur quoque verba Hilarii è Prologo Psalmorum, qui Apostolis originem tribuit ; sed hoc non nisi sub eâ ratione est accipiendum , quâ prisci,sumta ab Exemplo Christi & Apostolorum ratione & quâcunque occasione , Ritûs suos ad eorundem institutionem referunt. Rectius Tertullianus Quadragesimam illam Veterum unâ cum ritibus annexis sub Traditionibus (Ecclesiæ) constituit.

Thesi VI. Idem Mos in Ægypto fuisse ostenditur è Cassiano Lib 2. de Precibus Nocturnis cap. 18. &c. Docet ex Gregorio Durandus, si quis apud Veteres Die Dominico ad preces non stetisset,sed flexo poplite orasset , hunc de Hæresi , quæ negat Dominum resurrexisse , suspectum fuisse.

Thesi

Thesi VII. ad oculum exhibetur, Morem hunc Veterem ad Orationem standi, in Liturgiis fundatissimum esse. In Missâ Jacobi Diaconus exclamat: STEMUS HONESTE! STEMUS REVERENTER! STEMUS CUM TIMORE DOMINI ET COMPUNCTIONE! ATTENTI SIMUS AD DIVINAM ORATIONEM. In Liturgiâ Marci, cùm Sacerdos Preces habiturus est, Diaconus anteclamat: ADORATIONEM STATE. In Liturgiâ S. Basilii antequam Preces Eucharisticæ dicuntur, Diaconus vociferatur: STEMUS DECENTER OMNES! STEMUS REVERENTER! INTENTI SIMUS, &c.

§. CCLIV. *Hodierni Græci ut & Evangelici stantes orãt.*

Thesi VIII. Græcorum hodiernorum ut & Evangelicorum morem his proponit verbis: Græcis hodie consvetudo, quâ à Stantibus preces fiunt, adhuc sancta est, docente Christophoro Angelo Græco: Orant Græci, inquit ille, in templis Erecti semper & stantes. Habent verò fulcimenta nonnulla; in templis quoque unâ cum illis scamna altiora, & quandoque possunt in iis sedere, quandoque stare., sicut in quibusdam Templis Collegiorum videre est. Insident verò fulcris istis Laici, quando à Sacerdote docentur; Stant verò istis suffulti, quando Hymnis Deum deprecantur. In Libr. de Ritibus Ecclesiæ Græcæ, cap. 21. uti eundem Latinè loqui nuper fecit Georg. Fhelavius, Ecclesiastes Dantiscanus. Et quid de Græcis dicimus? cùm in nostris adhuc Ecclesiis, quoties in Collectâ orare jubemur, omnes: post Concionem quando publica de Suggestu Oratio prælegitur, Viri ad Preces assurgere, & stantes orare soleant. Sed sedendo orare extra Disciplinam est: Irreverens enim est assidere sub conspectu & contra conspectum ejus, quem maximè venerari debemus, quantò magis sub conspectu Dei vivi, Angelo Orationis adhuc adstante., factum illud irreligiosissimum est, nisi Deo exprobrare velimus, quòd Oratio non fatigaverit, scribit Tertull. in Lib de Orat. cap. 12. At Studiosi sacrarum Antiquitat. Dictum hoc de Precibus publicis interpretentur: Nam aliàs docente Eucherio Lib II. in Libb. Reg. cap. 68. Etiam sedendo, imò Jacendo orare licuit. Et hactenus morem standi ad preces ex Venerandâ Antiquitate ostendimus.

IX.

Rationes, ob quas Veteres

9. Age, rationes spectemus, quibus inducti Veteres in Precibus publicis Die præsertim Dominico, & per totam Pentecosten suam

am ſteterunt. Refert quaſdam Reſponſator ad Orthodoxas Quæſtiones h. m. Quæſtio hæc eſt. Si genuum inclinatio in precibus Peccatores magis Deo commendet, quàm ſi ſtantes orent, & ſi magis ea res Dei Miſericordiam permoveat, quare Diebus Dominicis & Feriis à Paſchâ ad Pentecoſten uſque precantes genua non flectunt? Unde talis in Eccleſiâ conſvetudo? Reſpondet Autor: Quia utriuſque jugem memoriam nos habere oportet, & ipſius per Peccatum Lapsûs noſtri, & Gratiæ Chriſti, per quam à Lapſu reſurreximus. Ea propter genuum per ſex Dies Inclinatio Symbolum eſt Lapsûs noſtri in Peccata. Quòd verò Die Dominicâ genua non flectimus, Signum eſt Deſignatio Reſurrectionis, per quam Gratia Chriſti à Peccato & à Morte, quæ ab illo interfecta eſt, liberati ſumus. A Temporibus autem Apoſtolorum talis conſvetudo accepit initium, prout ait Beatus Irenæus Martyr. & Epiſc. Lugdun. in Lib. de Paſchate, ubi quoque mentionem facit Pentecoſtes, in quâ genua non flectimus, quoniam pari eſt cum Die Dominico poteſtate, juxta eam, quæ de illâ eſt dicta Cauſam. Hæc apud Juſtinum Quæſt. CXV.

in precibus Die præſertim Domin: & per Totam Pentecoſten ſteterunt.

X.

His gemina docet *Germanus Patriarcha Conſtantinop. in ſuâ Rerum Eccleſiaſticarum Theoriâ*, cùm de eodem ritu ad hunc modum ratiocinatur: Genu non flectere ſancto Die Dominico Reſurrectionis ſignificat Lapſuum noſtrorum erectionem per Triduanam Chriſti Reſurrectionem. Non flectere genu ad Pentecoſten uſque eſt ſeptem Dies poſt Paſcha in ſeptem multiplicatos contineri Die Pentecoſtes. Nam Septies Septem faciunt Quadraginta Novem & Dominico addito Quinquaginta. Hæc Germanus, cujus Liber Tom. VI. Biblioth. Patrum extat. Tangit eandem cauſam Venerabilis Beda: Neminem in Sacris legimus tempore Dominicæ Reſurrectionis coram Domino vel Angelis ſibi viſis terræ proſtratum adoraſſe. Unde Mos Eccleſiaſticus obtinuit, ut in memoriam Dominicæ vel in ſpem noſtræ Reſurrectionis omnibus Diebus Dominicis & toto tempore Quadrageſimæ, h. e. à Paſchate Reſurrectionis ad Pentecoſten, non flexis genibus, ſed declinatis ſolùm in terram vultibus oremus. Ita Sidus illud Angliæ Comment. in Luc. XIV. è quibus patet Stationes Veterum creditæ Reſurrectionis monumenta fuiſſe; & quod olim nec per totos

§. CCLV. *Germanus Patriarcha Conſtantin. idem dicit.*

 L. Dies

L. Dies, qui inter Pascha & Pentecosten sunt, genua flectere Christianis orantibus licuit.

XI.

Nos verò paulò distinctius ea, quorum in Veter. Eccles. Σύμβολα Stationes erant, contemplemur. Præterquam enim quòd mos standi ad preces Tessera Fidei de Resurrectione Domini fuerit, in cujus solennem memoriam loco Sabbathi Dies Dominicus juxta ac Dies illi Quinquaginta à Paschate ad Pentecosten dicati erant, prout jamjam audivimus; fuit statio illa Fidelium. Signum *I. Stationis Nostræ in Fide, Perseverantiæ in Bono & Mysticæ nostræ à peccato Resurrectionis*, quemadmodum etiam stare vulgò dicitur, qui in bono Statu aut Conditione est, & Jacere cujus res abjectæ sunt. Hujus memores Prisci oraturi stabant per Fidem certi, sed apud Deum in Gratiâ stare, ut loquitur Paulus Rom. 5 v. 2. Unde etiam S. Chrysostomus Formulam Diaconi clamantis: STEMUS HONESTE! Ad animum, & ad rectum animi statum accommodat h.m. Tempore Divini Sacrificii stare honestè jubemur, ut cogitationes humi repentes erigamus, ut languore, quem ex hujus vitæ negotiis contraximus, excusso rectum coram Deo animum exsuscitare possimus. Bene constare jubemur, quod nihil aliud est, quàm ita stare, ut hominem decet, qui coram Deo immortali stat cum horrore & tremore, sobrio paratoq; animo. Nam standi Vocabulum ad animum pertinere Paulus. Phil. 4. docet: State in Fide, Charissimi.

Statio illa Fideliũ, fuit Signũ Stationis nostræ in Fide.

XII.

§. CCLVI.

Erat II. Statio inter Orandum *Obedientiæ vel Cultûs Deo debiti Signum*, prout in Sacris etiam stare coram aliquo est alicui ministrare, vel ad alicujus servitia obeunda promtum paratumq; esse: Ministri enim mandata accepturi in conspectu Regis vel Heri stare solent, ut, si quid Dominus jusserit id quantocius exequantur. Sic Joseph ProRex Ægypti coram Pharaone dicitur stetisse Gen. 41. v. 46. Pueri coram Rege Babylonico stabant. Dan. 1. v. 4. 5. Angeli coram Dei Throno stantes memorantur &c. Erat III. Mos Standi ad preces *Signum animi in Deum erecti & cœlestia desiderantis*, cujus etiam solemnis illa Formula Præfationis admonuit: SURSUM CORDA! Sicut Apostolus Rom. 8. de totâ hâc rerum Universitate scribit, quòd exserto quasi capite Redemptionem Filiorum Dei prospectet; ita Fideles dum

Statio inter Orandũ fuit Signũ Obedientiæ vel cultûs Deo debiti.

Statio erat Signum animi in Deum erecti.

dum ad Preces erecti ſtabant, denotárunt,ſe cum CHRISTO reſuſcitatos veluti ἀ θρώπυς ἀνὰ τρέπειν ἄνω, ad ea dirigi, quæ ſurſum ſunt, ubi Chriſtus eſt. Col.3. v. 2. Nec deſideriis ſuis amplius terræ affigi.

XIII.

Statio erat Signũ Attẽtionis in precibꝰ habẽdæ.

Erat IV. hæc Stantium Oratio *Signum Attentionis in Precibus habendæ.* Sicut ob Majorem attentionem in Templis ſurgimus, cùm Evangelium vel Epiſtola legitur. Olim ad Lectiones Sacras bacillis manu depoſitis ſtabant audituri Evangelium, ne haberent, cui innitterentur, niſi corporis infirmitas id prohibuiſſet. In ipsâ horâ, quâ legitur Evangelium (ſcribit Ordo Romanus) Baculi omnium de manibus deponuntur, nec corona, nec aliud operimentum eſt ſuper capita eorum. De Conſtantino M. Autor eſt Euſebius, quòd ſtans erectus Sermonibus Epiſcoporum attenderit, nec in Regali Solio, quod Cæſareæ Majeſtati poſitum erat, ſedere voluerit. Cauſam quæſitus reſpondit: Verba Dei ſegniter audienda non ſunt. Lib. 4. de Vitâ Conſtant. cap 33. Putabat piiſſimus Cæſar Seſſionem attentioni Rebus Sacris præſtandæ facile obſtare: ita & Priſci inter orandum erecti ſtabant, ne devotio vel attentio marceſceret, & fructus precum periret.

Statio erat Nota Reverentiæ erga Deum.

Erat V. Statio *Reverentiæ erga Deum Nota.* Sicut in Judiciis ſtare ſolent Actor, Reus, Cliens, Advocatus in Signum Honoris, quo Judicem in Tribunali ſedentem proſequuntur; olim juvenes Honoris ergò Senioribus aſſurgere oportuit: ita Priſci ut cum Deo in precibus reverenter agerent, aliter non poterant, quin oraturi ſurgerent & coram antiquo illo dierum vivorum ac mortuorum judice religiosè ſtarent.

Statio fuit Signum Feſtivitatis.

Erat denique VI. Statio in Vet. Eccleſ. Signum Feſtivitatis & Lætitiæ, Index alicujus erga DEUM Confidentiæ ſeu Fiduciæ, ſicut è contrario Genuflexio mœroris erat teſſera.

XIV.

Stationes Urbis Romæ quænam?

Antequàm hinc abeamus, duo ſubnotanda cenſemus: Alterum eſt, quòd ab hoc ſtandi ritu ſolennes illæ & in Rom. Eccleſiæ Antiquitatibus celebres Stationes Urbis Romæ prodierint, de quibus *Onuphrii Panvinii* Libellum extare jam ſupra dixi. Dicebatur autem STATIO, cùm Romæ Pontifex Statis Diebus per annum, præcipuè in Quadrageſimâ & Feſtis ad diverſas Urbis Eccleſias procederet, nunc in hâc, nunc in aliâ Baſilicâ ſubſiſteret, ac Preces Publicas, Conciones,

 Le-

Lectiones Sacras, Eucharistiam, uno verbo, Missam ageret. Hic actus, ait Onuphrius, Statio appellata est à Significatione, quam Cicero Lib. 6. ad Atticum usurpavit; pro temporariâ sc. habitatione, vel etiam à stando, quod in his accedentes Populi starent. Qui in ejusmodi stationibus Sacra ministrabant, Clerici Ministeriales vocabantur. Meminit horundem Anastasius Biblioth. in Vita Hilarii Papæ, unâ cum Scypho vel Caliæ Stationario, cujus usus erat in Stationum Sacris. Crux Stationalis dicta est quæ Publicæ Processioni de unâ Ecclesiâ ad aliam præferebatur. Ecclesia Stationalis erat, ad quam solenniter prodeuntes Sacris operabantur: neque enim quævis Basilica digna habita est, in quâ Statio fieret.

XV.

§.CCLVII. *Stationales Ecclesiæ.*

Singulæ Stationales Ecclesiæ juxta se aliam Ædem Sacram habebant, in quâ populus ante colligi solebat, quam ad Ecclesiam Stationibus Sacram procederet. Recitari ibidem Oratio super plebem collectam solebat, unde adhuc nomen Collectis. Sequiores postea Pontifices (non Gregorius M. ut vulgò putant: is enim licet stationum sæpè meminerit, easque sub certo numero limitaverit, & Homilias varias in Stationibus habuerit, de re tamen, quam dicturus, omninò tacet.) inanes suas Bullas & Indulgentias Stationum Templis affixerunt atq; orantibus in iis sub spe vanâ promiserunt. Hinc Indulgentiæ Stationariæ & Quæstores Indulgentiarum Stationarii dicti. Synopsin Stationum Urbis Romæ qui nosse voluerit Onuphrii Libellum consulat, in quo Stationes exolitas, & suo adhuc ævo in singulis Romæ Ecclesiis receptas velut in tabulâ proponit: Audiri quoque in præsenti Materiâ dignus est Chemnitius, qui; Stationes, inquit, fuerunt olim quasi Statæ Feriæ, quibus populus in certis Templis conveniebat ad Auditum Verbi, ad Communionem Mysteriorum, & ad Orationem. Et quia stantes Verbum audiebant & Orationes faciebant, dictæ fuerunt Stationes. Atque in Gregorio M. extant quidem homiliæ habitæ ad Populum in illis Stationibus, sed de Indulgentiis verbum nullum. Hæc Chemnitius in Examine Concil. Trident. Cap. de Indulgentiis.

XVI.

Stationes Lapsorum.

Alterum, quod annotandum duximus, est de Lapsorum Stationibus, itidem à stando dictis, non quòd stando absque flexis genibus Pœni-

Pœnitentia illa Lapſorum peracta fuerit (longè alium veteris Diſciplinæ rigorem Tertullianus, Cyprianus, Ambroſius in Libellis de Lapſis vel de Pœnitentiâ referunt) ſed quòd Prolapſi in Peccata, quales in ſpecie olim erant Mittentes, Thurificati, Libellatici, Sacrificantes, Traditores, per ſolennem Pœnitentiam ſpiritualiter ſurgerent, & ad rectum animi Statum, ad ſtatum Gratiæ redirent, quemadmodum hi, qui Peccatum contra conſcientiam non admiſerant, Fideles ſtantes vocari ſolebant. Erant autem Lapſorum Stationes Loca Pœnitentium, qui ob admiſſa ſcelera publicè Deo & Eccleſiæ deprecabantur. Primò Πρόκλαυσις, h. e. *Præfletus*, ubi in aditu Eccleſiæ Lapſi ſeparati non ſolùm à Fidelibus, ſed & à Catechumenis aliquot (tres ut plurimum) annos flexis genibus ſtabant & in ſquallore ac pœdore Fidelibus omnibus Legationes deprecationis ſuæ injungebant, ut Tertull. loquitur Lib. de Pœnitent. Hoc vocabant ſtare ἐν τῷ Νάρθηκι, in Ferulâ, in Loco Peccatorum, ſub Diſciplinæ Rigore. Proxima Statio dicta erat Ἀκρόασις, *Auditio*, ubi communiter alios tres annos ſtabant Pœnitentes, tantùm ut audirent Verbum Dei, cùm in Eccleſiâ legeretur, non ut precibus ſimul intereſſent.

Πρόκλαυσις, *Præfletus.*

Ἀκρόασις, *Auditio.*

XVII.

Tertia *Lapſorum Statio* dicebatur *Hypoptoſis* eratque *interior Admiſſio*, ubi alios tres annos ſtabant Pœnitentes precum Eccleſiæ participes, non quidem omnium, ſed earum ſaltem, quibus intereſſe Catechumenis licuit: Exeuntibus enim Catechumenis etiam ipſi exibant. Vocatur Ὑπόπτωσις, q. d. *Humiliatio*, ut vel ipſum Nomen Lapſos Officii ſui admoneat. Quarta Statio erat Σύστασις ἀπὸ τῆς στάσεως, à ſtando ſpecialiter dicta, Latinè *Conſiſtentiam* dicere poſſis, ubi Pœnitens jam inter Fideles receptus ſtabat duos communiter annos & cum Fidelibus ad Finem uſque Miſſæ perdurabat eratque ſolâ τῆς εὐχαριστίας communione cæteris Fratribus inferior. Denique Μέθεξις ſuccedebat, *Jus communicandi*, vel ut loquitur Baſilius M. in Deſcriptione harum Pœnarum, communicatio Euchariſtiæ h. e. plena Lapſi cum Eccleſiâ Reconciliatio & Sacræ Communionis reſtitutio. Hæc ad eum ferè modum ex S. S. Antiquitatibus demonſtrat Eruditiſſimus Annalium Baronii Cenſor, Caſaubonus in Exercitationibus digniſſimis. [Verba D. Calixti ex Apparatu Theol. refero] quæ manibus

Hypoptoſis.

Syſtaſis.

Methexis.

 Stu-

Studiosorum assiduè terantur. Exerc. XV. sed hactenus de standi in precibus Ritu & de Stationibus Veterum.

§. CCLVIII *De Signatione Crucis.*

(B.) Addamus his, quæ idem *Cl. D. Hildebrandus*, ad sequentia Verba hujus capitis *de Signatione Crucis* c. 9. §. 14. annotavit: Ita enim ille: Græci enim hodie quoties &c. &c. &c.

In his Græcorum gestibus, etiam Crucis Signatio commemoratur. De hâc igitur nobis dicendum erit: Nam & hæc ad gestûs manuum spectat, quia manu efformare crucem in aëre, vel fronti imprimere veteres in precibus solebant. Erat autem Signum Crucis in V. E. compendium precum vel Ceremonia Orationi adjecta, quæ animos Fidelium ad Crucem Christi, h. e. ad Passionem Domini inter orandum eveheret, non Materiæ alicui terrenæ, Figuræ aut Gestui affigeret. Inde si quis vel manu vel digito Crucem designasset, hæc tacita erat Invocatio Crucifixi, & Signum, Hominem ita precantem Fidei Christianæ addictum Fiduciam suam & Exauditionis Spem in Crucifixo ponere. Est hic Mos orandi cum Signo Crucis adeò vetustus, ut eundem ex Apostolicâ traditione Basilius M. de Spiritu S. cap. 27. derivet. Tertullianus ut preces, sic & Crucis Signaculum omni loco & Tempore vult adhiberi: Ad omnem, ait, promotum, ad omnem progressum, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum, ad calceatum, ad lavacra ad mensas, ad Lumina, cubicula, ad sedilia, quandocunque nos conversatio exercet, Frontem Crucis Signaculo terimus. In Lib. de Coronâ Militis. Frontem signamus, inquit. Notabis h. l. morem juxta quem hodie Pontificii se Cruce signant, manu sc. à capite ad pectus & ab uno Humero ad alium ductâ non esse ritum adeò antiquum, sed recentioris instituti. Frontem signare, ut jamjam dixit Tertullianus Veteribus in usu magis erat. Hinc Crucem Christi in frontibus regum portari & conspici, scribit Augustinus in Ps. XIV. In eundem sensum S. Cyrillus Catechesi IV. Ne pudeat nos Christi Crucis, quòd si aliquis id occultè, tu manifestè, signate Cruce in Fronte. Et paulò inferius: Fac hoc Signum sive edas, sive bibas, sive sedeas, sive stes, sive loquaris, sive ambules sive in omni negotio. Et Catech. XIII. Ne pudeat nos crucifixum confiteri, sed in fronte confidenter signaculum crucis digitis imprimatur, & in aliis rebus omnibus fiat. In Panibus, in Poculis bibendis, in egressu & ingressu ante somnum recumbendo & surgendo, eundo & quiescendo.

Mos Orandi cũ Signo Crucis valdè est vetustus.

Mos Pontificius in Signatione Crucis non adeò est vetustus.

In Fronte Veteres præcipuè crucẽ signarunt.

Magna

Magna hæc est custodia, quæ propter pauperes gratis datur, cùm à Deo sit hæc gratia, Signum Fidelium, & Timor Dæmonum. Hactenus Cyrillus.

§. CCLIX.

Pingamus in Januis atque in Frontibus nostris, in ore & in pectore atque in membris omnibus vivificum Signum. ARMEMUR, inseparabili hâc armaturâ Christianorum scribit S. Ephrem Syrus in Serm. de Compunctione & Pœnitentiâ, ubi Ephrem præter frontem cætera quoque membra cruce signanda statuit, quod apud alios vetustiores vix invenies. Sed nec ego cum Bellarm. in Libr. de Scriptor. Eccles. judicare possum, an sint omnia verè S. Ephrem opera, an sint supposititia aliqua admixta. De Frequentiâ hujus Signaculi in V.E. lucutentus quoque Testis est S.Hieronym. cùm ad Eustochium Virginem scribit: Ad omnem incessum manus pingat Domini Crucem. Tantundem hoc est, ac si de precibus oralibus dicat: Nec cibi sumantur, nisi Oratione præmissâ nec recedatur à Mensâ, nisi Creatori referatur Gratia. Egredientes de Hospitio armet Oratio, regredientibus de plateâ Oratio anteoccurrat, quàm sessio. In eâdem ad Eustoch. Epistol. Quæ Encomia enim alii precibus, eadem ferè Signo Crucis alii tribuunt. Ratio est, quòd quemadmodum Oratio Vocalis est Invocatio Dei ore facta: Ita Cruce Signatio V. E. habebatur, veluti Oratio (ut sic loquar) manualis, quâ Crucifixum vel tacentes invocabant, q. d. Jesu Christe, qui pro nobis crucifixus es, miserere nostri, qui in tuâ cruce h.e. Passione & Morte Fiduciam ponimus. Morem adhuc de nostris multi frequentant, ut sive cubitum eant, sive surgant, Crucem sibi imprimant in Nomine Patris, & Filii & Spirit. Sanct. Qui Mos jam Prudentii ævo, h.e. circa annum Christi CCCXC. viguit. Ita enim:

Fac, cùm vocante Somno Frontem locumq; cordis
Castum petis cubile signet Crucis Figura.

Superstitiosum est nudo digitorum ductui in Fronte s. Pectore vim adscribere.

Superstitiosum autem est nudo huic digitorum ductui vel Signo ad frontem aut pectus appresso ex solo opere operato, si fides in merito Passionis & Crucis Dominicæ locanda desit, velle vim asserere. Certè si quis in Christum non credat, mille cruces talem adversus Satanam non muniverint. Contemnet Diabolus ritum otiosum, versumque suum retrogradum recitabit:

Signa te signa temerè me tangis & angis.

Prout nos in Disputatione de Ritibus sacris fusiùs ostendimus, quam,

quam, si placet, vide. Hæc de Stationibus nec non crucis signatione D. J. Hildebraudus.

Joh. Dallæus *in Disputatione adversus Latinorum de Cultûs Religiosi objecto Traditionem lib. 1. cap. 9. p. 90.* de signatione Crucis hæc annotat: Certe Martyres, inquit, non tacent *manus in crucis modum ex transverso expandisse*, ut paulò ante Eusebium de Phœnicio adolescente narrantem audiebamus; & Euplium acta diserte tradunt, *libera manu signasse sibi frontem*; quod imitati sunt impostores, qui in actis adulterinis Tiburtium fingunt *facientem crucis signum super prunas ambulasse*, & qui *Glycerium*, (fictum ut mihi quidem videtur) à Græcis ex sua libidine martyrem, dicunt; *Christi signum suo adhibuisse corpori.* Qui hæc commemorant; cur sculptile crucis signum, cur Divorum, & Eucharistiæ simulachra, ut reliquiaria tacuissent, si quid ejusmodi Martyres in suis supremis vel adorassent, vel gestassent, vel aliis donassent. Idem Dallæus l. c. cap. X. pag. 111. ita scribit: Non nego à tertii seculi ineuntis Christianis contra hoc pestis genus (scil. contra morsum viperæ & veneni haustum) adhibitum fuisse crucis in aëre manu vel digitis suis expressum signum; quod à Tertulliano locupletissimo illius temporis auctore discimus: *Nobis*, (inquit) *fides præsidium* (adversus Scorpios scilicet) *si non & ipsa percutitur diffidentia, signandi statim, & adjurandi, & urgendi bestiæ calcem. Hoc deniq; modo etiam Ethnicis sæpe subvenimus; donati à DEO ea potestate, quam Apostolus dedicavit, cum morsum viperæ sprevit.* Hæc ille, ex quibus fateor non obscurè colligi, fideles se crucis signo in talibus periculis, ut in cæteris ferè vitæ partibus, signare solitos; de quo more infra loco suo pluribus erit dicendum. Hic interim observo, Christianis illis familiare jam tum quidem fuisse *se signare*, quod aliunde etiam satis intelligitur; cæterum crucis veræ particulas, aut figuras ex materia, vel ad miracula, vel ad cultum, quod nunc omnes Latini faciunt, adhibitas ab illis fuisse (quod nunc fortiter negamus) neque hic à Tertulliano, neque alibi ab ullo ejusdem ævi certo & indubitato Scriptore uspiam esse traditum. Hæc Dallæus, qui lib. 5. capitibus XVII. fusissime & doctissimè de Cruce contra Crucis cultores agit.

Crucis signatio jam tertio seculo fuit nota.

ap. Baron. a. D. 303. §. 146. Acta Sebast. ap. Bar. a. D. 280 ap. Bar. a. D. 301. §. 27.

SECTIO II.

DE MORE GRÆCORUM AD ORIENTEM ORANDI, QVO VERSA AD ORIENTEM FACIE PLERUMq; ORANT.

§. CCLX.

Hujus consvetudinis nullam quidem facit Mentionem Autor noster, licet in hoc capite describat modum, quem Græci in orando observant; meminit tamen illius *Metrophanes Critopulus Hieromonachus, & Patriarchalis Constantinopolitanus Protosyngelus, in Confess. Eccles. Orient. cap. XXI. p. 150.* ideoque illius Verba ex Versione *Joh. Hornei* Linguæ Græcæ in Academiâ Juliâ Professoris apponemus:

Consvetudinem, ait, orandi ad Orientem Ecclesia ab initio suscepit; non quod Deum ibi circumscriberet, (apage illam vilibus & abjectis dignam de Incomprehensibili Deo opinionem: sicut enim Deus ubique est; ita quoque adorationem ubique admittit: Venit, inquit, Hora, quando neque Hierosolymis, neque in Monte hoc veri adoratores Deum adorabunt. Deus enim Spiritus est, & eos, qui adorant eum, Spiritu ac veritate oportet adorare. Præterea Sanctus Psaltes dicit: In omni loco Dominii ipsius prædica anima mea Dominum. Non itaque ea propter ad orientem adoramus.) sed quoniam stantes ad precandum, necessariò locum quendam intuemur. *Locum* proinde *meliorem Deo consecramus.* Præstantior autem est Oriens, quatenus Lumini respondet. Præterea audimus Deum ad Orientem Paradisum plantasse, patriam illam nostram, priscam & beatissimam; quam dum quærimus, & desiderio illius afficimur, illuc respicientes adoramus. Tertiò & manifestius, quoniam ab Oriente Adventum Domini, judicis omnium, præstolamur: Etenim ipse alicubi dicit: Sicut Fulgur exit ab oriente usque in Occidentem: ita erit & adventus Filii Hominis. Sed nemo existimet, nos ita necessariò traditioni huic adhærescere, ut salvâ Veritate aliter facere nequeamus. Quòd si enim ego nocte obscurâ & illuni Hospitium ingressus fuero, unde ubinam oriens sit, dijudicatu difficile fuerit, nequaquam ea propter precationem omittam: sed nec magnoperè ex Hospite, ubinam oriens sit, exquiram, ut adorem, quasi alibi mihi non liceret. Nequaquam hoc fecero,

De Precatione ad Orientem è Confess. Critopuli.

Joh. 4. v. 21. 24.

Ps. 103. v. ult.

Causæ Precationis Græcorum ad Orientem. 1. 2. 3.

Matth. 23. v. 37.

Non tamen necessariò semper observatur.

fecero, sed oculis, quò visum fuerit, conversis adorabo. Illud verò publicè in Ecclesiâ propter dictas causas observabo.

§. CCLXI. Gisb. Voetiq de Orationibus Orientalium ad Orientem.

De hâc Græcorum, (nec non Gentilium, Judæorum, Muhamedistarum, antiquorum Christianorum Pontificiorum) ad Orientem oratione multa notatu dignissima collegit *Gisbertus Voetius Part. III. Disput. Select. p.270. ad p.276.* prolatisq; in utramq; partem argumentis, tandem proprium suum judicium subjunxit.

Nos instituemus Spicilegium:

Gentiles versus Orientem orarunt.

I. Gentiles versus Orientem conversos orasse, constat ex Virgil. Æneid. 12. v.172.

Illi ad surgentem conversi Lumina Solem.

Ubi Servius: Disciplinam Ceremoniarum secutus est, ut Orientem spectare diceret eum, qui esset precaturus. Hinc Templa ad Orientem spectare debere docet Vitruvius Lib.4. Architect. cap.5. Morem hunc Judæi Idololatræ à Gentibus didicerunt. Et Ezech.8 v.16. Ægyptii enim aliique Gentiles Solem tanquam Deum colebant, nomine Osiridis, Mithræ, Adonidis, Ignis, Apollinis. De quo Macrobius Libr.1. Saturnal. cap. 17. & 21. Confer adagiorum Scriptores in Adagio: Solem orientem adorare, & commentar. Cornel. à Lapide in Ezech. 8. vers.16. &c. Inprimis Pinedam in Job.31. v.26. & Vossium Libr.2. de Idololatriâ cap. 3, 15. Qui fusissimè demonstrant; Ab omnibus Gentibus solem cultum, omnesque Deos eorum Mithram, Orum, Melochim, Priapum, Belum s. Bahal, Liberum s. Jacchum &c. in Solem reduci: & hi duo sint instar omnium. Nihil est, quod hic addamus, nisi de Zabæis s. Chaldæis ad Orientem adorantibus, apud Maimonidem in More Nebochim part. 3. cap. 45. Et de hodiernis Japoniis & de Indis Incolis Indostan sub Imperio Magni Mogul, quos Bramines seu Brachmanes appellant. De illis refert Franciscus Solier Jesuita. Lib.1. Hist. Eccles. Japoniæ cap.10. quod Bonzi quidam (h. e. Sacerdotes eorum) adorent Solem & Lunam, & simul Idolum dictum *DENIX*, cujus Tria capita appingunt, dicentes significari per illa vim Solis, Lunæ, & Elementorum. De istis testatur *Abrahamus Rogerius Libro de moribus & Religione Braminum.* cap. 16. Quòd ante Ortum Solis surgunt, & versus Orientem aut Septentrionem precantur. Quod forte ex antiquâ Disciplinâ Pythagoræ retentum, præter rationem adorationis Gentilium ad orientem, à præstantiâ imò & Deitate (ipsorum opinione) solis

Ab omnibq Gentibus Sol est cultus.

Hodierni Japonii & Indi Incolæ Indostan, sub Imperio Magni Mogul.

ſolis deſumtam, poſſet fortè & alia excogitari, à præſtantia Orientalis plagæ præ Occidentali deſumptæ: Quid ſit de ipsâ præſtantiâ, hîc non diſquirimus, modò conſtet eſſe popularem ſive opinionem ſive errorem; uti Autor Pſeudoxiæ Epidemicæ Thomas Brouune disertè fatetur Lib. 6. cap. 7. Ubi ex profeſſo præſumtam Orientis præ occidente præſtantiam oppugnat.

§. CCLXII. *Judæi orarunt ad Occidentem, ut hoc ſitu à Gentilibus diſtinguerentur.*

II. Judæos cùm populus Dei eſſent, ad Occidentem precatos non ad Orientem, communiter colligitur ex ſtructurâ Tabernaculi, à commentatoribus Pontificiis & antiquitatum Judaicarum Scriptoribus, ut hoc ſitu à Gentilibus ad Orientem precantibus diſtinguerentur. Vide Pinedam ad Jobi 31. v. 26. p. 664. & Thomam, 1. 2. Q. 3. Art. 3. A Lapide in Levit. 10. v. 8 & in Ezech. 8. v. 16. Judæorum Magiſtri in Miſchna Tract. Bachot. cap. 4. Tantùm in genere determinant, ſi quis precaturus inſederit aſino, & non poſſit deſcendere, ut dirigat ſ. diſponat facies ſuas, & ſi hoc non poſſit, cor ſuum: כנגד בית קדש הקדשים. i. e. Verſus Domum Sanctum Sanctorum.

Muhammediſtarum Oratio verſus Templum Hieroſolymitanum, poſtea verſus Meccam.

III. Muhammediſtæ, quamvis Solem ipſum directè non adorent, tamen eum intelligentem & Fidelem credunt cum ſuo Apoſtolo. Euthym. Zigabenus part. 2. Panopt. Tit. 24. per conſequentiam illi impingit, quod putet Solem, Lunam, Stellas &c. eſſe Deos; quod per ea juret. Quod ad Muhammedum, ille ſuis primum injunxit, ut inter orandum faciem verſus Templum Hieroſolymitanum, uti Judæi (de quibus modò dictum) converterent: poſtea tamen injunxit, ut Meccam verſus ſe converterent, referente Abulfeda apud Pocochum in Commentar. cit. p. 175. Mutationem hanc introduxit, ne Judæorum morem ſervare videretur. Poſteriorem ſ. Novam Præceptionem ipſe in Alcorano cap. Vacca (quod eſt 2. al. 1.) inculcat; addendo, hoc ipſe rationabile, & à Deo ita conſtitutum. Et tamen eodem capite monet, Occidentem & Orientem eſſe Dei: Unde infert, ad quamcunque partem homines ſe convertant, ibi occurſuram ipſis Faciem Dei: Divinitatem Dei ſe extendere per totam terram.

Antiquorū Orthodoxorū Doctrina & Praxis circa Adorationem ad Orientem.

IV. Antiquorum Orthodoxorum Doctrinam & Praxin circa adorationem ad Orientem, confirmant nobis auctores quamplurimi, quos citatos lege apud Voëtium. Intentio eorum non fuit mala, ne ſc. cum Judæis olim ad Occidentem orantibus ſymbolizare viderent-

Intentio Orthodoxorum in Orationibus ad Orientem non fuit mala, ne cum Judæis Symbolizare viderentur.

derentur, & Christianam suam Libertatem ipso facto vindicarent, & certè agnoscenda est eorum ἀκρίβεια & præcisitas in studio evitandi omnem superstitionis Speciem, sive indirectæ, sive participatæ. Nihilominus liceat disquirere, cur cum gentilibus & gentilium Simiis Manichæis videri maluerint Symbolizare, quàm cum Judæis? Cur in Scyllam incidere, cupientes vitare Charybdim? Cur potius, siquidem circa situm inter orandum quid determinandum esset, meridiem & Septentrionem non elegerint? Præsertim cùm ipsis propterea imputaretur, quod Solem colerent, tanquam Deum suum: uti refert Tertullianus loc. citat. & Gentilium adorationes, Sacrificia, Templorum ædificationes versus Orientem, tunc temporis æquè, imò & magis vigerent ac publicè triumpharent, quàm judæorum versus Occidentem? Exceptio Chlichtovæi in Commentar. ad Damasc. in loc. cit. non satis facit, quòd sc. Idololatriâ tunc temporis prorsus Eliminata & explosâ per adorationem ad Orientem non relictâ Christianis causa, aut occasio imitationis Ethnicorum. Quasi verò exolevisset tum omnis Gentilismus; & in aliis ritibus quàm plurimis, quorum aliquos indicavimus, evitatio Symbolizationis cum iisdem plebi Christianæ studiosè inculcata non fuerit. Et hæc quidem de more Orthodoxorum. Quod ad Heterodoxos, inter eos Manichæi Solem & Lunam adorabant, testibus Augustino contra Adimantium cap. 13. Et Libr. 2. contra Faustum Manichæum; & Damasceno de hæresibus. Heliotropitæ herbas ad Solem folia convertentes, inter eas heliotropium cernui adorabant, quòd vim quandam Divinam iis inesse putarent, teste Damasceno de Hæresibus:

§CCLXIII De Heterodoxorum Orationibus. Heliotropium adorant aliqui.

Pontificiorum Precatio ad Orientem.

V. Pontificii hodie Templorum Choros, ad Orientem exstruunt, ibiq; Sacrificium Missæ peragunt, ibi in Thecâ Corpus Domini (uti loquuntur) custodiunt & adorandum proponunt, eò precantes se convertunt. Cum Templorum Fabricam ad Fabricam Tabernaculi exigunt, & inde derivant, non vident se Sanctum suum Sanctorum ad Orientem ædificare, quod in Tabernaculo erat ad Occidentem. Viget autem apud eos adoratio ad Orientem ob rationes sequentes. I. Quia adorandum est, ubi steterunt pedes Domini Psal. 131. (al. 132.) Illi autem steterunt in Monte Olivarum, qui est ad Orientem. II. Quia Deus est Lux Vera. III. Ut respiciamus Paradisum, unde Adam ejectus est: erat autem Paradisus ad Orientem.

Rationes Pontificiorum pro Oratione ad Orientem. 1. 2. 3.

IV.

IV. Quia Oriens est Pars Honoratior Mundi. V. Quia Christus in Cruce occasum respiciebat, eodemque situ cœlum adscendit, & inde est venturus ad Judicium: conversi igitur ad Orientem, quasi Sedem Christi, oremus. VI. Ad Differentiam Judæorum, qui versus Occidentem orabant. VII. Quia in Aurora venit Deus ad Apostolos die Pentecostes. VIII. Quia monemur convertere animam ad naturam Præstantiorem, h.e. ad Deum, sicuti convertimus Corpus Nostrum ad Cœleste Nobilius. His Octo, quæ omnes apud Guvantum, & partim apud antiquos (Damascenum, dictos Justinum, Athanasium, Areopagitam, & Augustinum) partim apud Pontificios quosdam modò citatos occurrunt, addantur & istæ ejusdem Furfuris. IX. Quia ab Oriente est motus Diurnus. Hæc est Rhodigini Lib. 12. cap. 9. cui Pamelius in Notis ad Tertulliani Apologet. cap. 16. Hanc rationem non rectè substituit, ut differrent à Judæis. X. Quia Christus in Scripturâ Sol Oriens Justitiæ, ejusq; Adventus Splendor adveniens nuncupatur. Hanc explicat Pamel. loc. cit. XI. Quia ut Sol ex oriente, ita Lux cognitionis Sedentibus in tenebris affulsit. Hæc desumitur ex Clement. Alexandr. Lib. 7. Stromat. XII. Ut tantò facilius, Gentiles versus Orientem precantes ad Fidem Christianam converterentur. Lorinus in Comment. ad Levitic. 16. v. 15. 16. Atque hæc Pontificia alligatio precum & Templorum ad Orientem: quam tamen ad publicas preces cum Hosio Cardinale Lib. 4. detrudit. restringit: Joh. St. Durandus loc. cit. ita ut privatim orantes alio conversi culpâ careant. Quin & Bellarm. Lib. 3. de Cultu Sanctorum cap. 2. fatetur omnes Ecclesias ita non ædificari, ut omnes in iis orantes Orientem respiciant. Jacobus Goar. Dominicanus magis παῤῥησιάζει, cùm in Notis ad Rituale Græcorum Paris. gr. Lat. 1648. editum p. 29. scribit: *Inobservatas tamen pleriq; prætereunt Romanas Vetustiores Ecclesias ad Occidentis ferè partem oppositam esse obversas.* Ibidem tamen subjungit, *Sacerdotem Sacra celebrantem à vetusto precandi more non recedere, quippe qui non tam populum ad se versum, quàm Orientem respiciat.* Quicquid autem rationum hujus Situs huc advocent, unica illa est instar omnium; *quòd ad Orientem collocata sit pyxis s. theca Continens DEUM ipsorum Panaceum.*

4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

§ CCLXIV *Græcorum ratio ad Orientē quâ religiosè observetur.*

VI. Græci in publico cultu ad Orientem adorant, & benedicunt; uti constat ex Ordine Sacri Ministerii Authore Philotheo Patri-

 archâ,

archâ, qui extat in Rituali Græcorum edit. Jac. Goar. ibi p. 2. & 4. qui in notis refert, *Hunc Sacrum morem ita inviolatum esse Græcis, ut retrò Ecclesiam, si fortè clausa sit, adorare coacti terga potius Ecclesiæ, quàm Orientis Regioni vertere formident.* Nihilominus in eodem ordine observo, Sacerdotem ad Occidentem conversum elatâ voce formulam, quam orationis vocant, proferre: Dominator valdè Misericors, Domine Jesu Christe, Deus noster. De Abassinis scribit Josephus Vice Comes Libr. 4. de antiquis Baptismi ritibus cap. 17. quòd Diaconus Baptizandis dicat: Ad Orientem respicite. Idque se habere dicit ex ipsorum ordine baptizandi; ibidem conjicit, valde probabile esse etiam in Ecclesiâ Latinâ talem ritum obtinuisse, cui conjecturæ firmandæ faciant baptisteria tum vetera tum recentia, quæ eadem sunt. Quicquid sit de Ecclesiâ Romanâ, saltem Relatio de Abassinis non tam facile recipienda, sine ulteriore probatione: cùm compertum sit, & ex professo probaverit Jesuita Godignus Lib. 1. cap. 20. &c. de Rebus Abassinorum, Historias & Relationes de Religione Abassinorum, magnam partem esse confictas.

De Abassinis.

Reformatorum sententia.

VII. Reformati neque Lege Naturæ s. Morali, (uti vult Pineda ad Jobi. 31.) neque constitutione aut consvetudine antiquorum quorundam, nedum Pontificiorum ad Orientis Plagam se alligatos credunt: juxta illud 1. Tim. 2. v. 8. collatum cum Johann. 4. v. 21. 23. Insuper negant esse constitutionem Apostolicam. Sic Willetus, Danæus, Vedelius, Marnixius, Junius, Amesius, & alii quàm plurimi, quos allegatos vide apud Voëtium, loco supra citato. Quæ autem hujus D. Gisberti Voëtii sententia fit de hoc ritu retinendo, vel abolendo, his verbis expressit: Precatio versus Orientem aut Occidentem in se & per se planè est Adiaphora: cùm tamen alterutrum ab Idololatris, inter quos vivunt Christiani, mordicus retinetur, & conscientiæ Idololatricæ & superstitiosè ad illud alligantur, Libertatem suam Christianam optimè tuentur fideles, si ipso actu in contrarium eant, atque ita secundum Legem caritatis & Prudentiæ proximum ædificent, non scandalizent. In antiquis Ecclesiis si ad Circumstantias illas Orationis, propter urgentes rationes à Judæorum aut Gentilium cultu ipsis oblatas ita attenderint, ut plurimæ ad Orientem, aliæ ad Occidentem se converterent (prout Antiochenos hoc fecisse observat. Rivetus in Apologet. pro verâ Pace Ecclesiæ contra Grot. p. 148. ex Socratis

Sententia Voetii de ritu precationis ad Orientem vel retinendo, vel abolendo.

Libr. 5.

Libr.5.cap.22.) utique *ἀκρίβεια* eorum laudanda videtur, Secus judicandum, si tales rationes nullæ fuerint. Quicquid sit, videmus saltem tam novum aut ridiculum non esse, si occasione grassantis Idololatriæ, Ethnicæ aut Pontificiæ, attendat quis ad Externum situm, gestum, habitum, aliasque Orationis Circumstantias: inprimis si cohabitet Pontificiis, aut aliis Papizantibus, qui propter Deum panaceum, vel propter Altare, s. Mensam in Orientali parte templi collocatam, eò studiosè se convertunt. Hactenus Voëtius.

§.CCLXV. Disp. Conr. Danh.contr Precat. ad Ortum Solis

Consulatur etiam Dni. D. Joh.Conrad.Danhauueri Christeis Act.I. Opt.Dram.Theatr. II. Phœn.1.pag.464 465. Ubi contra Precation. ad Orientem Solis disputat, & rationes, quæ pro illâ precatione adduci solent, refellit.

Mos orandi ad orientem sec.Ordinem Temporis ex Antiquitate eruitur.

Sed observato etiam ordine temporum; (quod studiosis Antiquitatis non potest non esse valdè gratum) deduxit hoc de Conversione Orantium ad Orientem Argumentum *Dnp. D. Joachimus Hildebrandus in Rituali Orantium cap. 1. à §. V. ad §. XXIV.* qui omninò adeundus & consulendus est. Is de Græcorum modo tandem ita disserit:

Lapsu temporum in hunc orandi ritum Ethnica superstitio irrepsit.

Lapsu Temporum in hunc orandi ritum sc. ad Orientem Solis, Ethnica quædam superstitio à Priscillianistis, quibus Annalista Baronius eundem impingit, traducta irrepsit. Hi enim Mathematum studiis addicti Actiones Hominum fatalibus stellarum influentiis præsertim Solis, Planetarum Principi adstrictas docebant, ideoque ad Orientem orabant, ut Solem sibi suisque rebus propitium haberent. Hæc Gentilium *κακοζηλία* cùm Leoni M. innotuit, morem ad Ortum precandi, non obstante, quòd Veterum alii ab ipso Christo, alii ab Apostolis conditum affirmassent, nec quòd olim tota Ecclesia frequentasset, ob invectam superstitionem omninò abolitum voluit, relicto memorabili apud posteros Exemplo, ritûs etiam Apostolicos, & Oecumenicos, si superstitio accesserit, abrogari posse. Sed audiamus Verba Leonis: *De talibus institutis* (Priscilliani ejusque complicum) *etiam hæc Impietas generatur, ut Sol inchoatione diurnæ Lucis exsurgens, à quibusdam insipientioribus de Locis eminentioribus adoretur. Quod nonnulli etiam Christiani adeo religiosè se facere putant, ut priusquam ad B. Petri Apostoli Basilicam, quæ uni Deo vivo & vero est dedicata, perveniant, superatis gradibus, quibus ad suggestum aræ superioris adscenditur, converso corpo-* re

Propter invectã hanc superstitionẽ morem hunc orandi ad Orient. abolitum voluit Leo Magnus

re ad nascentem Solem deflectant se, & curvatis cervicibus in honorem splendidi orbis se inclinent. Quod fieri partim ignorantiæ, partim paganitatis Vitio & Spiritu multum intabescimus & dolemus, quia etsi quidam fortè creatorem potius pulchri Luminis, quàm ipsum Lumen, quod est creatura, venerantur, abstinendum tamen est ab hujusmodi specie Officii: Hanc enim officii speciem cùm in nostris invenerit aliquis, qui Deorum cultum reliquit, nonne hanc Partem Opinionis vetustæ tanquam probabilem secum retentabit, quam Christianis & Impiis viderit communem. Hactenus *Leo Serm. VII. de Nativitat.*

Hoc Leonis edictum non in omnibus Ecclesiis locum habuit; apud Græcos nunquam. Testim. German. Patriarchæ Constantinop.

Sed hoc Leonis edictum in omnibus Ecclesiis locum non habuit. *Sanè apud Græcos nunquam.* Testis ejus rei est *Germanus Patriarcha Constantinopolitanus circa Annum Christi DCCXX.* Is in suâ *Rerum Ecclesiasticarum Theoriâ* morem orandi ad Ortum non solùm probat, sed & mysteriis plenum docet. Verba ejus hæc sunt: *Orientem versus precari traditum est, ut & reliqua ab Apostolis, & ita res habet, propterea quòd Spiritualis Sol Justitiæ Christus Deus noster in terrâ apparuit in Orientis solis sensibilis Partibus, ut Propheta inquit: Oriens nomen ei est. ... Et rursus: Adorate Dominum, qui adscendit in Cœlum cœli secundum Orientem. Et adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus. Et iterum: Stabunt pedes Domini super montem Olivarum ad Orientem. Hæc ajunt Prophetæ propterea, quod & nos Paradisum illum in Eden denuò expetimus & speculabimur ab Oriente recuperatum iri, expectantes & recipientes ortum illum Lucis appariturœ in Domini secundo Adventu ex Regeneratione.* Hæc Græcus ille, qui ut vides, morem orandi ad ortum non probat tantùm veluti pulchrarum rerum Symbolum, sed & à Prophetis prædictum, & ab Apostolis conditum æstimat. Vixit porrò Seculo VIII. adeoque diu post Leonem in Oriente *Johannes Damascenus*, hujus versus Ortum precandi Consvetudinis magnus Encomiasta: Præter ea enim, quæ supra ex eo *Libr. IV. de Fide Orthod.* cap. 13. attulimus, in rem præsentem scribit: *Non simpliciter & fortuitò ad Orientem adoramus, sed quia ex Visibili & Invisibili, h. e. Intellectuali & Sensibili naturâ conflati sumus, duplicem adorationem Conditori nostro offerimus. Quia igitur Deus Lux est intelligibilis & Sol Justitiæ, & Oriens in sacris nominatur, dedicandus illi est Oriens ad Adorationem.* Hæc ille, qui aliàs in partibus Orientis, cùm Cæsares Iconomachi essent, Romanæ Ecclesiæ plurimum favit.

Testim. Damasceni.

Sed

Sed quid de Orientalibus dicimus? Cùm in ipsâ Romanâ Ecclesiâ prohibitio illa Leonis M. aliquot ab ejus obitu Seculis recepta non fuerit: Floruit enim Seculo VIII exeunte *Albinus, vel Alcuinus* Discipulus venerabilis Bedæ, & Præceptor Caroli M. qui morem orandi ad Ortum suo adhuc ævo agnoscit: Cùm ad Orationem stamus, inquit, ad Orientem convertimur, unde cœlum surgit, & Lumen oritur, non tanquam ibi habitet Deus, quasi cæteras Mundi Partes deseruerit, qui ubique præsens est, non locorum spaciis, sed Majestatis Potentiâ, sed ut admoneatur animus ad Excellentiorem Naturam se convertere, i.e. ad Deum, qui est Lumen verum illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, cùm Homo ipse Corpus suum, quod terrenum est ad Corpus Excellentius, h.e. ad corpus cœleste convertit, Lib. II. de Trinit. cap. 5. Hæc ita ille, è quibus jam constat, non esse omninò verùm, quod Johannes Pineda, insignis aliàs commentator in Jobum ex Homiliâ Leonis M. refert, hanc primæ Ecclesiæ consvetudinem in precibus ad Orientem standi, & templa ad Ortum erigendi à temporibus Leonis M. exolevisse; in Job. cap. 13. v. 26. Ubi tamen rectè dicit Pineda primos Ecclesiæ Patres, non Apostolos morem illum invexisse. Agmen claudat *VValafridus Strabo*, qui circa medium IX. Seculi claruit, & de Conversione Veterum ad Orientem cum judicio loquitur: Olim justi non magnoperè curabant, in quam partem Orationis sese converterent, quanquam igitur sapiens dicat, nos ad Orientem Lucis adorare Deum, & revera congruum est, & salubri more institutum, ut Orientem versus facies orando vertamus, quia sicut ab Oriente lucis adventum suscipimus corporeæ: sic in Orationibus illuminari super nos Vultum, illius deposcimus, de quo scriptum est: Ecce Vir, Oriens nomen ejus. Et: Visitavit nos Oriens ex Alto, tamen quia & Templi & Tabernaculi introitus ab Oriente fuit, ubi Altare & Labrum erat, & omnes Sacrificiorum ritus fiebant, certum est, & in templo & in tabernaculo multos orasse contra Occidentem, &c &c. Nam pluribus deducit Strabo, tabernaculum juxta ac Templum Hierosolymis ita structum, ut qui in eo orarent, ad Occidentem prospicerent, & Salomonem in Dedicatione Templi sub eodem ritu orasse, nec non Danielem, qui quotidie apertis cœnaculi fenestris vultu Hierosolymam converso ex captivitate Babylonicâ orasse legitur Dan. 6. Quin & apud Christianos templa & Altaria olim fuisse, quæ non ad Orientem, sed ad

§. CCLXVI *Imò in ipsâ Romanâ Ecclesiâ, edictū Leonis M. post ejus obitum non est observatum. Alcuinus Seculo VIII. hunc morem agnoscit.*

VValafridus Strabo Seculo IX de hoc more cum judicio loquitur.

Conclusio Strabonis, ut cuiq; libertas relinquatur.

ad alias Mundi Plagas quoque fuerint extructa. Tandem concludit: *Usus frequentior & rationi vicinior habet orantes in orientem converti & pluralitatem maximam Ecclesiarum eo tenore constitui, sed unusquisque sensu suo abundet: Prope enim est Dominus omnibus invocantibus eum.* Hæc Strabo in Libello de Exord. & Increm. Rerum Ecclesiasticarum cap. 4. Ubi totus in eo est, ut ritum orandi ad Ortum, quem alii Veterum ab Apostolis, alii à Christo conditum dixerunt ἐν τοῖς μέσοις, vel Adiaphoris collocet.

§. CCLXVII. Notandum denique est, quòd Strabo de Judaico orandi more ad Occidentem ex situ Templi & Tabernaculi ostendit. Idem de Judæis alii ex Visione Ezechielis probant, quà dicitur: Ecce in ostio Templi inter Vestibulum & Altare erant XXV. Viri, qui dorsa sua Templo Domini obversa, & facies suas ad Orientem habebant, & ad Ortum Solis adorabant, Ezech. 8. v. 16. Invehitur h. l. Propheta in istos Viros, qui præter morem versus Solem orientem, orarent. Et fateor, ex ipso ostio tabernaculi constare, Judæos in precibus ad Occidentem stetisse: Nam Exod. 27. Ostium Tabernaculi ad Orientem poni jubetur, ut Judæi ingressi oculos ad altare ostio oppositum (in Occidente) defixos haberent. Nec obstat, quòd Pseudo Clemens in Constit. Apostolicâ aliter sentiat, cùm ait: Stet unusquisque versus Orientem: Nam id scriptum est in Libb. Paralipom: Cùm enim Templum à Rege Salomone perfectum erat, in ipsâ Dedicatione Sacerdotes, Levitæ & Cantores cum Cymbalis, & Psalteriis ad Orientem conversi oculis steterunt laudantes Deum Dominum.

Hæc ille. Sed Locus, ad quem provocat. 2. Paralipomenon. 5. v. 12. non habet, quòd Levitæ in publicis Sacris versus ortum prospexerint, sed quod ad eam templi plagam, quæ Orientalis fuit, Chorum suum habuerint. Fieri autem posse, ut aliquis in Oriente positus ad Occidentem prospiciat, nemo nescit. Memores itaque Judaicæ illius consvetudinis è Christianis nonnulli putarunt veteres in Ecclesiâ ideò ad Orientem in precibus se convertisse, ut à Judæis, ad Occidentem orantibus se disjungerent. Sed nec hæc ratio adæquata est, cùm argumentari simili modo possis, orandum esse ad occidentem, ne Ethnicis versus Orientem, imò Solem orientem adorantibus conformari videamur. Alii existimarunt, voluisse veteres innuere apud Judæos Literam Legis Occidentem, sed apud Christianos Solem gratiæ obortum esse,

esse, vel; Judæorum cordibus spissum tenebrarum velamen adhuc præpansum, sed nos lucem esse in Domino. Et hæc de Judæorum quoque ritu orandi ad Occidentem subjungere voluimus. Hæc laudatus D. Hildebrandus.

SECTIO III.

DE FORMULA ORATIONIS, UT ET OBJECTO, AD QVOD DIRIGUNT ORATIONES SUAS GRÆCI.

§. CCLXVIII.

DE utroque agit Chytræus in Laudatâ superius oratione, pag. 15, 16, 17, 18.

Discunt pleriq; ait, in Scholis Græcè legere tantùm, eo consilio, ut ὡρολόγιον Græcum, quod Latini Breviarium nominant, s. Horarias preces evolvere possint. Cujus τροπάρια, στίχους, Κοντάκια, Ἀπολυτίκια, καὶ λιτὰς εὐχὰς eleganti Oratione Græcâ compositas, ut nostri Horas Canonicas, aut Nonnæ Psalterium ἀναγινώσκουσι μὲν ἀλλ' οὐ γινώσκουσι, non Sacerdotes solùm & Monachi, verùm etiam ex vulgo plurimi, qui bonam Religionis Partem, in harum precum recitatione quotidianâ collocant. Nam & ipse talem ὡρολογίου καὶ μηνολογίου libellum diligentissimè lectum & detritum à Cyprio quodam, vulgaris solummodò Græcæ Linguæ (quæ à Veteri non minùs, quam Italica aut Gallica à Latinâ differt) perito, ac triremium Fabricæ in armamentario Navali Viennæ præfecto, mihi comparavi. Ex quo invocationem & honores Sanctorum, ac inprimis Mariæ Virginis superstitiosum cultum, in Græciâ hoc tempore non minus, quàm in Regno Pontificio vigere animadverti. Magna Pars vulgi & Sacerdotum, Pietatis Summam, in cultu Mariæ Virginis & Imaginum (quas non sculptas, sed pictas solummodò habent) collocat. Nec tantùm intercessione & precibus, verùm etiam meritis & auxiliis Sanctorum confidunt. Ac tetræ & idololatricæ invocationis, non modò Exempla, in eorum templis quotidie conspiciuntur, verùm etiam formulæ in illis ipsis precibus Horologii Græcorum solennibus, in singulis horis, præscriptæ sunt. Ut in Mesonyctio: Σὲ τὸ ἀπόρθητον τεῖχος τὸ τῆς σωτηρίας ὀχύρωμα, θεοτόκε παρθένε ἱκετεύομεν, τὰς τῶν ἐναντίων βουλὰς δια-

Formulæ Orationum apud Græcos.

Ὡρολόγιον & Μηνολόγιον Græcorum.

Mariæ cultus superstitiosus etiam ap. Græcos usitatus.

σκεδίασον, τοῦ λαοῦ σου τὴν λύπην εἰς χαρὰν μετάβαλε, τὴν πόλιν σου περιτείχισον, τῷ βασιλεῖ συμμάχησον, ὑπὲρ εἰρήνης τοῦ κόσμου πρέσβευε, ὅτι σὺ εἶ θεοτόκε ἡ ἐλπὶς ἡμῶν. Te inexpugnabilem murum & munimentum salutis, Dei Genitrix Virgo, Oramus, inimicorum Consilia dissipa, populi tui tristitiam in gaudium verte, urbem tuam muni, cum Rege simul pugna, pro Pace Mundi intercede, quia tu es Dei genitrix, spes nostra. In Matutinis: Προστασία φοβερὰ καὶ ἀκαταίσχυντε, μὴ παρίδῃς ἀγαθὴ τὰς ἱκεσίας ἡμῶν, πανύμνητε θεοτόκε, στήριξον ὀρθοδόξων πολιτείαν, σῶζε οὓς ἐκέλευσας βασιλεύειν, καὶ χορήγει αὐτοῖς οὐρανόθεν τὴν νίκην, διότι ἔτεκες θεὸν μόνη εὐλογημένη. Patrona timenda & virgo intemerata, ne contemne bona preces nostras gloriosa Dei genitrix, stabili Orthodoxorum Rempublicam, serva, quos jussisti imperare, & da illis de cœlo Victoriam, quia sola peperisti Deum benedicta. Et usitatissima in Tropariis, quæ singuli è somno mane surgentes recitare jubentur. Conclusio est: Ἅγιος εἶ ὁ θεὸς, διὰ τῆς θεοτόκου ἐλέησον ἡμᾶς. *Sanctus es Deus, propter Dei genitricem miserere nostri.*

Superstitiosa Græcorum adoratio.

Quantâ verò superstitione non sanctos modò in cœlis viventes, verùm etiam Imagines ipsas colant & adorent, una hæc, omnium Græcorum ore decantata precandi formula: ostendit: θεοτόκε πανάνασσα, τῶν ὀρθοδόξων καύχημα, αἱρετικῶν τὰ φρυάγματα καὶ τὰ πρόσωπα καταίσχυνον, τῶν μὴ προσκυνούντων, μηδὲ τιμώντων, πανάγνε, τὴν σεβάσμιον εἰκόνα σου. Dei genitrix, omnium Regina, Orthodoxorum Gloria, Hæreticorum fastum & facies confunde, non adorantium neque colentium, tota Sancta, Venerandam imaginem tuam.

Moscovitarum Errorem in Articulo Invocationis & Religiosæ adorationis his verbis recenset, ac ostenso etiam dissensu cum Pontificiis Orthodoxè confutat *D. Michael Sirtius in Disquisit. de Moscoviticâ Religione pag. 45. ad p. 49.*

§. CCLXIX. *Praxis Moscovitarũ in Adoratione Mariæ, & Sanctorum.*

De Adoratione hæc est Sententia & Praxis Moscovitarum. Adorant B. Mariam Virginem, auxilium ab eâ implorant, ac ut illis veniam peccatorum, salutem, dulcemq; futurorum bonorum possessionem à suo nato impetret, rogant, quæ sunt Verba Magni Moscoviæ Ducis apud Lasizium. p. 43. Invocant quoque & orant Beatos Apostolos, ut, quæ tradiderunt, ea percipiant, quæ iterum sunt Verba Magni

gni Moscoviæ Ducis apud Lasizium l. c. qui & in specie Petri Invocationem probat apud Lasizium. p. 131. Simili modo prosequi se dicit sanctos Patres, nec minori honore, colere cæteros electos, ad quorum ossa genua flectunt, ut eò majus auxilium ipsorum sentiant, quæ sunt iterum Verba Magni Moscoviæ Ducis apud Lasizium p. 43. idem p. 120. Beatos Apostolos sanctosq; Patres necessariò non tantùm honorandos, sed & invocandos esse tradit. Hinc & in literis ad D. Chytræum missis fit mentio precularum quarundam ad B. Dei Genitricem, & S. Nicolaum dicendarum. Inter omnes Sanctos autem nemo est, quem magis colant, ac S. Nicolaum; sicuti id testatur inter alios Alexander Guagninus, qui in suo de Religione Moscovitarum tractatu ita disserit: Nicolaum S. inter cæteros Divos præcipuè venerantur, eumq; divino cultu prosequuntur. Autor quoque Literarum ad D. Davidem Chytræum missarum tradit pedem Domo eos non efferre, nisi prius adoratione cum gemitu & Lachrymis conjunctâ genium suum mitigaverint, qui & tantâ in precibus hisce devotione pectus tundunt, ut cuivis adstanti facile cordolium excitent. Qui autor etiam hunc funeris ritum nobis recenset: rogare illos dicit mortuos jamjam sepeliendos, ut ante omnes cælites Divum Nicolaum sibi concilient, quem credant Deum esse tutelarem omnium Russorum. Nec contenti adorare Sanctos & Beatos Cælites, etiam adorant Imagines eorundem, id quod patet ex Magni Moscoviæ Ducis Verbis apud Lasizium, pag. 125, 130. Hinc & Lasizius p. 147. dicit, eam Moscos tenere superstitionem, ut ingressi Domum alicujus primùm omnium Imaginem Divi cujuspiam oculis ubique quærant, quæ si se non statim offerat, patrem Familias de Deo, ubinam esset, rogent. Inde demonstratum corpore inflexo, ac Signo Crucis in Fronte ac Pectore ter manu facto venerantur. Huc pertinet, quòd & nullus Sacerdotum & Monachorum horas Canonicas dicat, nisi habeat Imaginem alicujus Divi præsentem, quam etiam nemo nisi cum magnâ Veneratione attingit, qui autem eam in publicum profert, manu eam in altum extollit, quam omnes prætereuntes cruce se signantes inclinando plurimùm venerantur, quæ sunt Verba Gvagnini in Relig. Moscov. p. 228. Hic quoque confitendi Mos est, ut confessor unà cum confitente in Medio templo stet magnâ cum cordis devotione contritioneque ad imaginem alicujus Divi vultu reverenter converso, apud eun-

dem p. 267. Imaginum etiam harum opem pugnantes contra hostes precibus nil profuturis poscunt. Placet referre exemplum aliquod verbis Lasizii p. 62. Expugnatô, inquit hic, nostris, eo quod nunc geritur bello 5. Die Septembris. Anno 1580. Vielcoluco, Moscorum & peramplâ & validâ omnes propemodum obsessi imagunculas habuerunt S. Nicolai aliorumq; & Cruces de collis pendentes, quas identidem dissvaviati incassum opem Deastrorum implorabant. Stabant etiam quinquaginta Sacerdotes cum obversis ad Victores Imaginibus pictis majoribus, ut quos à Vehementi insultu vis humana reprimere nequivit, falsò crediti Numinis Reverentiâ arceret. Verum capti cæsiq; simul cum Idolis &c. Similitudinem hîc cernis ferè Idololatriæ Pontificiæ, quæ tamen Moscorum consensu in hoc puncto gloriari minimè potest. Nam Imagines Operis & Artificii Catholicorum (Pontificiorum) horrent, & quantum ex iis est, inhonorant, etiamsi crucifixi, aut eorum Sanctorum fuerint, quæ sunt Verba Johannis Sacrani.cap.2. Error. 7. Cùm enim Pontificii sculptas etiam adhibeant imagines, Mosci id detestantur,& tantùm pictas colunt, quod Lasizium, p.148. Scarga quoque in Appendice de Moscorum erroribus p. 221. Pontificios Hæreseos à Moscis insimulari tradit, quòd non contenti Pictis imaginibus, sculptis etiam utantur. Conjungi cum hisce possunt, quæ habet Petrejus Part.6. Chron. Moscov.p. 651.652. Licet autem hæc sint Idololatrica, tamen id negat Magnus Moscoviæ Dux,distinguens cultum Imaginum ab Idololatriâ,quâ coli dicit Imagines obscænorum hominum adulterorum,ebriosorum,furum ac cæterorum apud Lasizium.p.130. Non est autem, ut hunc Moscovitarum errorem prolixè refutem,quem in Iconolatris refutarunt dudum Sancti Patres,in Pontificiis Orthodoxi Theologi. Solum Deum adorandum,eiq; soli serviendum Christus testatur Matth. 4. v.10. Non ergò cultu Divino prosequimur Mariam, Apostolos, Sanctos,eorumque Imagines. Cujus vim penetrans Carolus M. in Capitulari suo cum tercentum Episcopis in Francofurtensi Concilio congregatis. Lib.1. cap.1. ait: Non Mediocris est error,cùm aliquid adoretur Religionis Cultu,quàm is,qui dixit,Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies. Paulus quoque cùm Rom. 10.v 14. idem faciat Objectum Invocationis & Fidei, manifestè docet solum Deum non Sanctos,quicunque illi sint, eorumque imagines esse adorandas, cùm Fidei

§. CCLXX.

dei Objectum unicum sit Deus, unde Fiducia in hominibus damnatur, diciturque Apostasia à Deo. Jer.17.v.5. Psal.71.v. 5. Ps.118. vers.8. Psal.146.vers.3,4,5. 1.Tim.1.v.1. Cumque 3. Sancti nesciant nostras in specie Necessitates, nostras preces. Esa. 64. v.16. Absurdum planè est ad nihil de nostris precibus audientes & percipientes eas dirigere, accedit 4. Manifesta prohibitio adorandi Imagines. Lev. 26.v.1. 5. Prohibitio Idololatriæ facta in primo Præcepto & 1.Joh.5. v. 20. Licet autem neget Magnus Moscoviæ Dux cultum Imaginum esse cultum Idololatricum & aliorum Deorum, hunc consistere tantùm dicat in cultu, qui confertur imaginibus obscænorum, ebriosorum, &c. In eo tamen fallitur. Nam 1. Quicquid extra unum verum DEUM colitur cultu religioso est Deus peregrinus & per conseqens idolum, Imagines coluntur & Sancti extra verum Deum à Moscovitis. E. sunt Dei peregrini & per consequens Idola. Major est ipsius Dei. Deut. 6.v. 12. Matth. 4. v. 13. 2. Omnis Cultus Dei, qui non est Cultus ex præscripto Verbi Divini &c. &c. E. Major patet ex Collatione. Jos. 2.v.12.13. cum Os.2. v. 6. 3. Illud est absurdum vocari in Scripturâ Idololatriam tantùm, quando imagines & simulachra obscænorum hominum coluntur, cùm tamen & Scriptura tanquam Idololatriam detestetur cultum Imaginum, quæ vero Israëlis Deo fuerunt dicatæ. Sic nullum est dubium, quin erectione & Cultu Vituli Israëlitæ repræsentare & colere voluerint solum Jehovam, qui illos eduxerat ex Ægypto, id quod patet ex Exod.32. v.4.5. & tamen hìc eorum cultus vocatur Idololatricus, Act. 7.v.41. Ephraimitæ erectione & cultu Vituli in Bethel cultum Jehovæ Deo Israëlis exhibere intendebant. 1. Reg. 2. v.28. 2. Reg.10. v.16,28 29. cap. 13. v.4. 5,6. Hos. 8. v.13. Et tamen hi, cùm Cultus hic non conveniens fuerit præscripto Verbi Divini, dicuntur coluisse Dæmonia. Hos. 4. vers.16,17,18. 1. Reg.14. vers. 9. 2.Par. 11. v.11.

§. CCLXXI. Quandoquidem autem Invocatio Sanctorum, tùm apud Græcos, tum apud Moscovitas, nec non etiam apud hodiernos Romano-Catholicos pro dolor! in frequentissimo publico usu est, & hi omnes eandem antiquitatis & Patrum Testimonio volunt tueri, necessarium omninò est aliquid de eâ annotare, ut benevolo lectori clarè ostendatur, penes quos, an Evangelico-Lutheranos; An verò Græcos & Pontificios stet vera & Orthodoxa Antiquitas & Orthodoxi Patres? Quia autem

autem hoc plenè & perfectè pertractare, esset integrum volumen conscribere, quod ante nos Viri celeberrimi magnâ cum laude præstiterunt, inter quos eminet noster Martinus Chemnitius in aureo Libro Examinis Concilii Tridentini, legam jam hujus vestigia brevemque solùm (indicato ubique fonte, unde largior peti possit haustus) Summam Historicæ Relationis exhibebo, quo tempore, quâ ratione & modo invocatio Sanctorum in Ecclesiam introducta sit, adeò ut tandem in apertam Idololatriam eruperit. Apud eundem videre poteris historicam Narrationem 1. Compendio Novem Regularum. 2. Uberiùs expositam, pag. 178. cujus Summa hæc est:

Vera Antiquitas, stat pro Sententiâ Lutheranorum de Invocando solo Deo.

I. Tempore N.T. pleræque gentes unum Summum constituerunt Deum, cui alios intermedios substituerunt, præprimis Platonici (pag. 179. a. b.) quorum Mediatores erant Duplices (α) ἐγίαι ψυχικαὶ, Dæmones, s. Essentiæ Spirituales, (β) Ἡρῶες, Animæ à Corporibus separatæ; sed contra hæc Christianorum animi, à CHRISTO & Apostolis muniti. Matth. 4. Act. 10. vers. 14. Apoc. 19. & 22. Col. 2. (p. 180.)

II. A Nato Christo per Annos 200. ignota fuit Invocatio Sanctorum Defunctorum, nec Religiosa alius invocatio nota erat, quàm solius Dei; singularis alius intercessio in Cœlis, quàm unius Christi, quamvis hæretici illorum temporum illam exercuerint (pag. 181. a.) martyres tamen in debito & Deo placenti honore habuere. (p. 182. a.) Cùm ergò Pontificii ex his seculis consensum citant, fictum & supposititium proferunt (b.)

III. Mortuis omnibus Auditoribus Apostolorum circa A. 240. ab Origene spargi cœpit seminarium de Invocatione Sanctorum, sed ut privata opinio (p 183. a. b.) sc. illos Sanctos in cœlis pro nobis orare, illos autem ideò invocandos esse refutat apertè Lib. 8. contra Celsum. (p. 184. a.) Multa etiam ficta sub nomine Origenis à Pontificiis citantur (p. 185. b.) paulò post hæc Apocrypha & privata opinio cœpit apparitionibus, spectris & miraculis confirmari. (p. 184. 185.)

IV. Anno 250. Huic à Cypriano aliud superadditum, qui non quidem mortuos invocavit, sed vivos, priusquam discederent, ex hâc Vitâ monere cœpit, ut post mortem sui apud Deum memores essent

(p. 185.

(p.18:. b.) l. 1. Ep. 1. ad Concl. Alia, quæ citantur à Pontificiis, sunt Apocrypha. (p.186.)

V. Post Cyprianum, quia Ariana Hæresis Christo Deitatem detraheret, & Orthodoxi inter alia Argumenta, Christum verum Deum esse eò probarent, quòd invocaretur, repressum fuit Seminarium Invocationis Sanctorum. (alias Sanctos pro nobis orare tamen nonnulli statuêre.) Eusebius, Lactantius, Hilarius, Athanasius (pag. 156. b.) Et ita per annos Christi 350 hæc Invocatio in publicâ praxi fuit ignota.

VI. Circa Annum Domini 370 Occasione Panegyricarum Orationum per Apostrophas illas crebras & nimias laudes Virorum Illustrium è Basilio, Nysseno & Nazianzeno, in publicos conventûs Invocatio Sanctorum introducta (p. 86 187.) ita tamen, ut nondum hoc fuerit habitum Catholicum: quod patet (1.) quia Panegyristæ aliquantum dubitativè loquuntur (2.) quòd in aliis magno Zelo reprehensa & in Catalogum Hæreticorum fuerit relata (pag. 188. 189.) animi tamen plurimorum de nimiâ Sanctorum admiratione occupati fuêre (p.190.)

VII. Basilii Discipulus Chrysostomus Anno 400 turbas de Invocatione Sanctorum videns, eam repressit, & Doctrinam piæ Invocationis ad certos Fontes reduxit. De Orationibus & Patrociniis Sanctorum in altero seculo alicubi inclinat. (p.190. 191.)

VIII. Hunc secutus Discipulus Theodoretus, in cujus scriptis, si verè ejus sunt, pugnantia leguntur [p. 191.] tamen apertè contra Invocationem Sanctorum Verba dantur. (p.192.) Et posito, Theodoretum invocasse Sanctos, non tamen fuit Catholicum. Nam cùm Julianus illud objiceret, quod Christiani martyres colerent, & Cyrillus circa illud tempus vivens apertè ostendit, se colere martyres, solum autem Deum invocare.

§. CCLXXII. Primus Autor miscendæ Invocationis Sanctorum in publicas preces.

IX. Post hæc tempora insecuta major confusio Dogmatum, ita, ut tandem Petrus Gnapheus, qui in quinta Universali Synodo ut Hæreticus damnatus fuit, primus Autor fuerit miscendæ Invocationis Sanctorum, in publicas preces Anno 470. Niceph. lib.15. cap.28. hos secuti sequentes in Ecclesiâ Græcâ, Evagrius, Damascenus, Pelagius, ad hodiernum Diem Mariam & alios magnâ Impudentiâ invocant. (pag. 193.)

Invocatio Sanctorum apud Græcos variè tentata.

Verba Domini Chemnitii ita sonant: Atq; ita hactenus in Græcâ Ecclesiâ, Invocatio Sanctorum alicubi, & à quibusdam variè tentata, usurpata & defensa, non tamen ubique ab omnibus Ecclesiis recepta & approbata fuit: Sed semper fuerunt quidam præstantes Viri, qui eam non admiserunt, sed improbarunt, & fundamenta ejus refutarunt, & Ecclesiam ad Fontes veræ Invocationis Dei deduxerunt, sicut ostendimus. Post hæc verò tempora, insecuta quidem est tristior & major confusio Dogmatum & rituum in Græcâ Ecclesiâ: In receptas tamen & universales Formulas publicarum precationum Invocatio Sanctorum tardè admissa fuit. Et memorabile est, ac ad perpetuam rei memoriam dignum observatione, quòd Petrus Gnapheus, qui in quintâ universali Synodo, ut hæreticus damnatus fuit, primus Author & inventor fuit miscendæ Invocationis Sanctorum inter publicas Ecclesiæ preces. Nicephorus enim lib.15.cap.28 inter ea, quæ Petrus ille Fullo invenisse seu reperisse dicitur, numerat & hoc, ut in omni precatione Dei genitrix nominaretur, & divinum ejus Nomen invocaretur. Factum hoc fuit circa Annum Domini 470. Pontificii verò, qui in publicis Ecclesiæ suæ precibus, invocationi Sanctorum primarium locum tribuunt, ne videantur Fullonem illum Hæreticum hujus rei Authorem habere, allegant Canonem septimum universalis Sextæ Synodi, ut prætendere possint, publica universalis Ecclesiæ Authoritate receptam, atque adeò sancitam esse invocationem Sanctorum recipiendam esse. Sed certum est, IX illos Canones, qui in Tomis Conciliorum Sextæ Synodo tribuuntur, supposititios & adulterinos esse, id quod ipsi etiam Pontificii pronunciant. Et hoc Lector diligenter notet. Ita autem habet adulterinus ille Canon:

Petrus Gnapheus primus Autor miscendæ Invocationis Sanctorum inter publicas preces.

Oratio quotidiana ap. Græcos.

Singulis diebus, qui amplius non potest, saltem duabus vicibus oret, manè sc. & vesperi, dicens Symbolum sive orationem Dominicam, vel: Qui plasmasti me miserere mei, vel etiam: Deus propitius esto mihi peccatori. Et Deo gratias agat, pro quotidianæ Vitæ commeatibus, & quia se ad imaginem suam creare dignatus sit, & à peccatoribus segregare. His actis, & solo Deo creatore suo adorato, invocet Sanctos, ut pro se intercedere apud Majestatem Divinam dignentur, &c. Postea tamen prævalescente superstitione, unà cũ cultu & adoratione imaginum, Invocatio Sanctorum etiam recepta, & stabilita est in Græcâ Ecclesiâ, in septimâ Synodo, circa annum Domini

mini 781. Atque ita in Græcâ Ecclesiâ à voto communium precum, quo primum Societas Invocationis solius Dei expetebatur, inclinatio sensim facta est ad manifestas & crassas superstitiones. Ita Justinianus Imperator lib. 1. Codicis Tit. 30. tantùm intercessionis facit mentionem, cum inquit: Hoc etiam deprecantes exoramus gloriosæ Mariæ Virginis precibus, ut quicquid minus est Reipubl. nostræ, per nos indignos servos suos restituat in suo nomine Deus.

Evagrius non longè post ea tempora crassius progreditur. Facit enim Chosreëm Persarum Regem, ita Invocantem B. Sergium, ut & ego & Syra Amasia, & omnes, qui in Mundo sunt, εἰς τὴν σὴν δύναμιν ἐλπίζωμεν, καὶ εἰς σὲ ἔτι πιστεύωμεν. Ut in suam potentiam speremus, & in te amplius credamus. Et, ne opus sit, plura Exempla ex posteriorum Scriptis conquirere, Unus Damascenus satis crassa suppeditat Exempla. In ejus enim Historiâ scribitur, cùm à Leone Isaurico unâ manu mutilatus esset, quòd statim confugerit ad Mariam, fervideque ipsi supplicarit, atque hoc pacto ipsum detruncatam manum, sanitate restitutâ, mirabiliter recepisse. Et ipse Damascenus in hymnis suis ita invocat Mariam. Invituperabilem spem tuam Deipara habens, servabor, defensionem tuam possidens, non timebo, persequar inimicos meos & in fugam vertam, solam habens, ut thoracem protectionem tuam, & omnipotens auxilium tuum. Et deprecor clamans tibi Domina, salva me intercessionibus tuis: Item gloriosa Mater Dei adduc nostram deprecationem Filio tuo, ut salvet per te animas nostras. Misericordiæ Januam aperi nobis benedicta Deipara. Sperantes igitur in te ne aberremus, liberemur per te à Calamitatibus. Tu enim es salus generis humani, omnem spem meam in te repono, mater luminis, serva me sub protectionem tuam, &c.

§. CCLXXIII.

Inde hoc tempore Græci in precibus suis horariis, crassissimas habent superstitiones Invocationis Sanctorum, cujus exempla quædam à D. Camerario & Chytræo recitantur: Ut te Murum inexpugnabilem, munitionem salutis Deipara Virgo, supplices invocamus, adversariorum dissipes consilia, urbem muni. Item, Spes, Præsidium & Perfugium Christianorum, quæso, ut quæ mundum salvas indesinente tuâ deprecatione, memineris nostri, virgo laude omni dignissima. Ibidem extat fabula, quòd Apostoli, cùm prius soliti fuissent, Christum ita invocare: Domine Jesu Christe, opitulare nobis; ejus loco, post

assumtionem Mariæ, exclamasse: Sanctissima Deipara opitulare nobis. Ibidem etiam singuli manè è somno surgentes dicere jubentur. Sanctus es Deus, propter Dei genitricem, miserere nostri, &c. Hæc certè talia sunt, quæ nec excusari, nec defēdi possunt. Sed desino δύσφημα talia plura recitare. Hæc enim ad institutam nostram Historicam considerationem de initiis, de progressu & tandem de crasso excessu Invocationis Sanctorum in Græcâ Ecclesiâ sufficere possunt.

X. In Ecclesiâ Latinâ post Hilarium & Lactantium Ambrosius Fundamenta Invocationis Sanctorum refellit (p.193.) scilicet in Idololatriâ Ethnicâ convellendâ, utitur tamen maximam partem quantum videre est, & Rhetoricationibus, & tandem etiam cùm Monachatum à Basilio sumsisset, ad invocationem Sanctorum inclinavit (pag. 194.) argumentis tamen levibus à Chrysostomo & Augustino alibi refutatis. Usurpatam tamen fuisse in Ecclesiâ Latinâ Invocationem Sanctorum, ex objectione gentium, Manichæorumq; & certamine Vigilantii & Hieronymi liquet, de quo (p.195, 196.) Hieronymus tamen omnem bilem contra Adversarium effundens, non ausus fuit defendere Invocationem Sanctorum, nec voluit; (p.196.a.) Rhetoricis tamen Apostrophis usus, quæ posteris majus Seminarium fuère Invocationis, ut omnia orationibus & patrociniis Sanctorum personarent. donec Augustinus, qui in illa tempora incidit, liberius quidem receptas opiniones improbare non fuit ausus, ad veros tamen Fontes Invocationis nominis Divini Ecclesiam revocare studuit [pag.196.b.] Postea tamen sub Augustini Titulo varia suppōsititia scripta sparsa sunt, in quibus contra certa veri Augustini Scripta Invocatio Sanctorum docetur (pag.200.b.)

XI. Postea & circa & post Tempora Augustini Invocatio Sanctorum incidit in Poëtas, qui eam Figuris, imitatione & licentiâ Poëticâ ad summum excessum perduxerunt, ita ut omnia, quæ in Scripturâ à Christo petere & sperare jubemur, Poëtæ isti à Sanctis petant & sperent. Ita tum & Prudentius elegans aliàs Poëta lusit. (p.200.b. & p.202. b.)

XII. Cùm verò posteà nullus aut Augustinus aut Epiphanius esset, qui superstitiones illas cum authoritate reprimeret, apertè jam dudum in ipsam Ecclesiam irruperunt, donec tandem in publicas supplicationes imò Litanias demùm irrepserint, jam in Idololatriam dege-

degenerarint. (p. 202,206.) Ex brevi hâc summâ, quam Dn9. Chemnitius doctissimè, adductis ipsis antiquitatis testimoniis confirmavit, unicuique licet judicare, omninò pro nostrâ parte veram & orthodoxam stare Antiquitatem, & contra Græcos & Pontificios apertâ Fronte pugnare.

§. CCLXXIV.

Regulæ Forbesii ad intelligendos & defendendos Patres in hoc argumento :

Ut autem & aliquibus, quæ è Patribus à Pontificiis pro defendendâ Invocatione Sanctorum petitis Testimoniis eò solidius possit responderi, adscribam 12 Regulas, quas Doctissimus Anglicanus Theologus Johannes Forbesius in Instructionibus Historico-Theologicis ad vindicandos in hâc materiâ de Invocatione Sanctorum Patres observavit, & peculiaribus digressionibus illustravit, quæ ibidem cum fructu legi poterunt à p. 331. ad p 336. ad Fin. Nos brevitatis causâ nudas nunc damus Regulas:

1. Honorandi sunt Angeli & Sancti, non tamen adorandi.

2. Colendi sunt Dilectione, non servitute.

3. Apostrophe seu Compellatio Rhetorica in Orationibus Panegyricis, non est propriè dicta Invocatio.

4. Poëticas Hyperbolas non esse trahendas in Confirmationem Doctrinæ, sanctis Patribus improbatæ.

5. Locutiones quædam quorundam Patrum impropriæ, vel incautæ, non sunt arripiendæ contra receptam Catholicorum Patrum Doctrinam.

6. Quando unus idemque scriptor, diversis in locis videtur pugnantia dicere, dispiciendum & seriò considerandum est, ubinam quæstionem illam ex professo tractet, & sententiam suam scripturarum Testimoniis & Rationibus ex professo confirmet, & oppositam opinionem disertè confutet: ubi verò vel aliud agens, neque de eâ quæstione ex professo disserere instituens, vel illud, quod dicit, non confirmans Testimoniis scripturarum & rationibus, neque adversus oppositam sententiam disputans, verbis ejusmodi utatur, quæ cum sententiâ illâ, quam alibi apertè docuit atque tutatus est, consistere non posse videantur: Et in tali casu, illa dicenda est Scriptoris illius Doctrina, quæ priori modo ab illo tradita invenitur; non autem illa, quam verba posteriore modo prolata sonare videntur.

7. Ex Criminationibus Paganorum, non confitentibus Chri-

ſtianis, non ſequitur, ita ſe gesſiſſe Chriſtianos, prout à Paganis infamabantur.

8. Doctrina Catholicorum Patrum non eſt quærenda in Libris ſuppoſititiis, quos conſtat Patribus illis falsò tribui. Neque rejicienda ſunt illa opera, tanquam ſuppoſititia, quæ Patribus illis abjudicare nulla idonea ſvadet ratio.

9. Allegatio falſa nihil probat:

10. Par Exegeſis citantis, non eſt mens Autoris, qui citatur.

11. Ex Miraculis & Viſionibus, quæ ab quibusdam narrantur, ſive veræ ſive falſæ ſint eæ rationes, non ſequitur recipiendam eſſe novam Doctrinam, de Religioſo aut ſacro Cultu creaturarum & Imaginum, quæ non in Divinis Scripturis tradita eſt, ſed iisdem ſcripturis & Catholicæ antiquitati repugnat.

12. Sicubi aliquis Patrum, humani aliquid paſſus, in aliquo à veritate in Divinis Scripturis traditâ, vel à receptâ Catholicæ Antiquitatis Doctrinâ, devius reperiatur, lapſus iſte clementer excuſandus, vel charitate cooperiendus eſt, non in confirmationem Dogmatis arripiendus.

Hæ ſunt illæ duodecim Regulæ, quarum uſus in Lectione & Defenſione Patrum contra Pontificiorum Allegationes eſt aptisſimus. Explicationem uberiorem autem ipſarum Regularum qui volet, apud ipſum Forbeſium loco citato poterit legere.

§. CCLXXV. Ut autem Conſenſus veteris, & quidem potisſimum Græcæ Eccleſiæ nobiſcum in hoc tàm gravi religionis Chriſtianæ articulo, ſcilicet in invocando ſolo Deo per ſolum CHRISTUM Mediatorem, tantò evidentiùs conſpiciatur, ibimus per Antiquitatem, & obſervato ordine temporis, veræ Antiquitatis veſtigia legemus, ſententias ejusdem hâc de materiâ colligemus.

Ignatius. In ſeculo I. occurrit 1. *Ignatius*: Εἷς μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, εἰς τε δημιουργίαν νοητῶν καὶ αἰσθητῶν, καὶ πρόνοιαν πρόσφορον καὶ κατάλληλον. (καὶ πάλιν.) αἱ παρθένοι, μόνον τὸν Χριστὸν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχετε, καὶ τὸν αὐτοῦ πατέρα ἐν ταῖς εὐχαῖς, id eſt: Unus Mediator Dei & hominum ad opificium intelligibi-

gibilis & sensibilis creaturæ, & ad providentiam utilem rebusque accommodam. (Et paulò antè.) Virgines, solum Christum in precibus vestris ante oculos habete, & Patrem ejus, illuminatæ à Spiritu. Ignatius Epist. ad Philadelph. p. 97. & 95.

2. *Polycarpus.* Is fuit Ecclesiæ Smyrnensis Episcopus, Joannis Evangelistæ discipulus, & quem huic Ecclesiæ B. Joannes præfecit ap. Irenæum l. 3. cap. 3. qui ideò, quod se Christianum professus esset, ad rogum damnatus est : universâ tùm gentium, tùm Judæorum multitudine, qui Smyrnam incolebant, omni impetu & bile effrenatâ exardescente, & altâ voce inclamante : Iste est Asiæ doctor, iste Christianorum Pater, iste nostrorum Deorum eversor, iste denique est, qui adeò multos perdocuit, ut neque Diis sacrificent, neque eos adorent. Hic Polycarpus manibus jam à tergo implicatis constrictisque, rogo jam liberè adhærescens, ita oravit :

Polycarpi vita.

Pater dilecti & benedicti Filii tui JESU CHRISTI, per quem tui cognitionem accepimus, DEUS angelorum & potestatum, Deus totius Creaturæ, & justorum cujusque generis, qui vivunt in conspectu tuo, tibi gratias ago, quod me hujus diei & horæ celebritate donasti, in quâ cùm in martyrum numero, tùm in calice passionis CHRISTI tui, tormentorum particeps fiam, in resurrectionem vitæ æternæ, tàm animæ, quàm corporis, per immortalem Spiritus Sancti virtutem : inter quos, quæso, martyres, hodiè in conspectu tuo pro hostiâ pingui & acceptâ admittar : sicut præparasti, præsignificasti, & jam tandem complevisti, qui Deus verus es, & omnis mendacii expers. Ac propterea præ cæteris omnibus te laudo, te benedico, te glorifico, per Jesum Christum dilectum tuum Filium, Pontificem æternum, per quem tibi cum eo in Spiritu sancto gloria nunc & in futura secula seculorum, Amen.

Polycarpi oratio.

Hæc Eusebius lib. 11. Hist. Eccl. c. 14.

In hac oratione illud observandum est, Polycarpum nominare Deum Angelorum & potestatum, ac omnis Creaturæ, sed Angelos & Spiritus non invocare, nec patrocinii aut suffragii eorum meminisse. Hujus Polycarpi testimonio adjungo testimonium non singularis

Notanda in oratione Polycarpi.

Testim. Fratrum Smyrnensium in literis ad Ponti Ecclesias.

laris Doctoris, *sed multorum fratrum Smyrnensium*, qui nomine Ecclesiæ suæ scripserunt, & quidem Ecclesiæ ejus, quæ hactenus hunc B. Polycarpum audivit. Sic igitur illi in literis, quibus ad Ponti Ecclesias Doctoris sui Polycarpi martyrium fideliter describunt, uti apud eundem Eusebium eodem lib.4. cap.14. videre est.

Invidus igitur, odiosus & justorum hominum generi semper infestus Diabolus, cùm martyrii ejus amplitudinem, cumque incorruptam & integram usq; à teneris ungviculis vivendi rationem, immortalitatis coronâ remuneratam, cumque ipsum propterea stabili & certo præmio vitæ æternæ donatum cerneret: omni curâ & cogitatione eò incubuit, ne corpus ejus à nobis inde auferretur: idque adeò, cùm permulti ex nostris permagnâ cupiditate ducerentur, & hujus rei efficiendæ, & sanctæ illibatæque carnis perfruendæ. Nam certi homines Nicetem patrem Herodis, Dalcæ fratrem submonebant ut Præsidem exoraret, ne corpus ejus cuiquam daret, ne Christiani, inquiunt, crucifixo illo derelicto hunc venerari incipiant. Atque hæc Judæis submonentibus, obnixèque instantibus, aggressi sunt. Judæi autem nos, quibus in animo erat illum ex igne eximere, accuratè observabant. At illud quidem miseri penitus ignorabant, nimirum nos non aliquando in animum posse inducere, ut vel Christum deseramus, qui pro salute omnium, qui in toto mundo salvi sint futuri, crucis tormenta perpessus sit: vel alium quempiam aliquando colamus, ut Deum. Illum enim, qui verè Dei filius est, adoramus. Martyres autem ut discipulos & imitatores Domini, propter incredibilem eorum benevolentiam, quam in proprium Regem & Magistrum declaraverunt, meritò amplexamur: quorum nos cùm in pietate discipulos, tùm consortes in gloriâ fore putamus. Centurio autem, cùm videret Judæos instare contentiùs, corpus Martyris in medio posi, & ut gentium mos fert, igni comburi jubet. Sic nos postea ossa ejus potiora lapillis pretiosis, auroque puriora, ex cineribus selecta, eo loco reposuimus, qui illis erat decorus, consentaneusque. Ubi sanè nobis in unum aliquando coactis, Dominus præstabit, ut celebrem ejus martyrii diem, instar natalis festi, cum exultatione & gaudio, quantum fieri potest, maximo recolamus: idque cùm ad martyrum memoriam; qui antea tale certamen confecerunt; tùm ad eorum exercitationem, mentisque ad talem constantiam præparationem, qui-

§. CCLXXVI. Solum Deũ adoramus: Martyres autem, ut Domini discipulos amplexamur.

postea

postea Christum eo genere mortis ingenuè confessuri sint. Ista de beato Polycarpo, qui Smyrnæ martyrium obivit, cum aliis duodecim ex Philadelphiâ profectis, qui idem genus mortis lubentes pertulerunt, literis mandata sunt.

Laus Polycarpi.

Qui solus præ cæteris multò maximâ nominis celebritate apud omnes floruit: usque adeò, ut ipsis gentibus ubique locorum frequens in ore & sermone versetur. Talem quidem exitum, res ab admirabili & Apostolico Polycarpo gestæ, tandem consecutæ sunt: cujus historiam in eâ, quam declaravimus, epistolâ, fratres Ecclesiæ Smyrnensis accuratè narrarunt.

Quid discamus ex hac narratione?

1. Ex hâc narratione discimus (1.) quid Christiani Smyrnenses, s. Ecclesia Smyrnensis, cùm Judæi olim calumniarentur, adoraturos Polycarpum, relicto Christo, si Polycarpi Martyris corpore potirentur, responderint? Scilicet, se neque posse Christum, qui pro salute omnium, qui in toto mundo salvi sint futuri, passus est, relinquere; neque alium quempiam religiosè colere. (ἕτερόν τινα σέβειν.) Sed Christum, cùm sit Dei Filius, se adorare (προσκυνοῦμεν.) Martyres autem tanquam discipulos, & imitatores Domini se meritò diligere (ἀγαπῶμεν ἀξίως) propter incredibilem eorum benevolentiam, quam in proprium Regem & Magistrum declaraverunt. Hæc de se testatur prisca illa Ecclesia Smyrnensis, cui præfuerat Polycarpus, in epistolâ illius Ecclesiæ, ad alias Ecclesias scriptâ, de Polycarpi & aliorum Martyrio.

2. (2.) Primævam illam simplicem antiquitatem solere Martyres ἀγαπᾶν, quomodo & societatis ac dilectionis cultum iis tribuit Augustinus: non verò προσκυνεῖν sive adorare, non σέβειν sive *colere*, ut benè Rufinus hic loci vertit, pro quo *colere ut Deum* maluit Christophorsonus, interpres & hîc & alibi passim infidus: ut de eo quoque in animadversionibus Eusebianis censet Joseph. Scaliger.

3. (3.) Docet nos hæc relatio, honorem, quem Apostolorum discipuli, vel qui hos audissent, præstare Martyribus solerent, in eo fuisse situm, quòd corpora illorum cineresvè terrâ conderent, ac natali, hoc est, mortuali illorum die, ibidem loci (cœmiteria enim præcipua veterum Christianorum templa erant: ut Onuphrius quoque observat) certamina ipsorum panegyri celebrarent: nempe quo præsentes hâc ratione ossibus ac cineribus ipsis ad imitationem eorum vehementiùs inflammarentur.

§. CCLXXVIII. *Justinus Martyr.*

(3.) Justinus Martyr in Apologiâ illâ pro Christianis, quæ secunda dici solet, ait, *Christianos, rejecto cultu malorum Dæmonum, adorare solum Deum Patrem, ejusq; Filium, qui nos ista bonosq; Angelos docuit, & Spiritum Sanctum*: ἐκεῖνόν τε, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ υἱὸν ἐλθόντα καὶ διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα, καὶ τὸν τῶν ἄλλων ἑπομένων καὶ ἐξομοιωμένων ἀγαθῶν ἀγγέλων στρατὸν, πνεῦμά τε τὸ προφητικὸν σεβόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν: id est: (interprete Joanne Lango in editione Græcolat. Parisiensi, an. Dom. 1615.) *Hunc ipsum (Deum Patrem) & qui ab eo venit, atque ista nos & aliorum obsequentium exequatorumq; (ad voluntatem ejus) bonorum Angelorum exercitum docuit, Filium & Spiritum Propheticum colimus & adoramus.*

Locus hic Justini Martyris à parexegesi Bellarmini vindicatur.

Hæc Justini verba eorumque versionem Latinam Parisiis editam eò libentiùs recitavi, ut hâc datâ occasione, tùm verum dogma confirmarem, tùm etiam locum hunc ab impudentissimâ Bellarmini parexegesi dilucidè vindicarem. Non puduit Bellarminum locum istum adducere pro confirmando dogmate Romanensium de religioso cultu Angelorum, ac si dixisset Justinus, se & reliquos Christianos colere Deum Patrem, ejusque Filium, & Angelos bonos, & Spiritum Sanctum. Collocans scilicet Angelos bonos, ante Spiritum Sanctum, & Christum declarans doctorem hominum duntaxat, non etiam bonorum Angelorum, sed bonos Angelos cum eo conjungens in termino ejusdem religiosi cultûs. Quæ opinionum blasphema monstra ipsi etiam horrent atque abominantur Romanenses, neque Justino unquam in mentem venerunt. Nam præterquam, quod verba Justini jam recitata, satis sunt perspicua, cuilibet candido & mediocris judicii lectori, quæ subjicit postea in eâdem Apologiâ ipse Justinus, mentem suam explicans, insanam istam Bellarmini perversitatem, & inexcusabilem temeritatem apertissimè redarguunt. Atque Atheos quidem (inquit Justinus) & sine Deo, impiosque nos non esse, qui Conditorem hujus mundi colimus (τὸν δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς σεβόμενοι,) minimè illum sanguine & libationibus & incensis (quemadmodum eruditi sumus) indigere asseverantes; & Jesum Christum, cùm edocti simus cum ipsius verè Dei Filium esse, secundo loco, & Spiritum Propheticum tertio ordine (ἐν τρίτῃ τάξει) nos cum ratione honorare demonstrabimus. Ecce Justinus, Spiritui Sancto tribuit tertium ordinem; quem tamen Bellarminus finxit Angelis à Justino

ſtino tributum eſſe, ut poſt Angelos demum quarto ordine coleretur Spiritus Sanctus. Ex quo impio & blaſphemo commento conſequitur, aut Angelos Deo eſſe æquales & conſubſtantiales, aut Spiritum Sanctum non eſſe Patri & Filio conſubſtantialem & æqualem, quippe Angelis non ſuperiorem. Verùm ab iſtâ inſaniâ longè abfuit Juſtinus: neque in divinâ Trinitate ſecundus locus & tertius ordo Juſtino ſunt diverſi gradus dignitatis; ſed iſtis locutionibus indicatur ordo duntaxat quoad originem, ſalvâ trium perſonarum conſubſtantialitate, & æqualitate &c. Et paulò pòſt, in eâdem Apologiâ Juſtinus in doctrinis Chriſti hanc commemorat, quod Chriſtus docuerit, ſolum Deum adorandum eſſe: ὡς δὲ καὶ τὸν θεὸν μόνον δεῖ προσκυνεῖν, οὕτως ἔπεισεν εἰπών, μεγίστη ἐντολή ἐστι, κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις: id eſt: Deum porrò ſolum adorandum eſſe ita ſvaſit, dicens: Maximum mandatum eſt, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies, ex toto corde &c. Et ex verbis illis Chriſti: Reddite, quæ Cæſaris ſunt, Cæſari: & quæ Dei, Deo: infert Juſtinus hoc conſequens, ut principibus noſtris in aliis quidem læti miniſtremus, Deum autem ſolum adoremus. Ὅθεν θεὸν μόνον προσκυνοῦμεν. ὑμῖν δὲ πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν, βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας ἀνθρώπων ὁμολογοῦντες. Adorationem intellige religioſam aut ſacram, quæ major ſit cultu civili; alioqui non neſciebant ſancti illi Patres, adorationem civilem Regibus exhiberi à ſuis ſubditis, ſine crimine, ſicut Bathſeba, & Nathan adorarunt Davidem Regem 1. Reg. 1. eundemque & alios Reges alii ſine culpâ adorarunt. Hæc *Forbeſius in Inſtruct. Hiſtorico-Theologicis.*

Ita & ὁ πάνυ *Johannes Gerhardus Voſſius Diſput. X. Theol. Theſi I. pag. 148.* De Juſtino, quem Angelorum cultum agnoviſſe dicunt, fefellit eos interpretatio Perionii. Verba ejus hæc ſunt Apol. 2. τὸν πατέρα, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ υἱὸν ἐλθόντα, πνεῦμά τε τὸ προφητικὸν σεβόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν. Locus memorabilis pro invocatione S. Trinitatis. Sed de Angelis iſtic nihil, niſi quod (quæ verba brevitatis cauſâ non appoſuimus) in filii elogio παρενθετικῶς addit, *ut nos, ita Angelorum inſtruxiſſe exercitum.* Verum ſi Juſtinus idcircò Angelos crediđiſſet invocandos, ſaltem extremo memoraſſet loco, non inter Patrem & Filium medios collocaſſet. Quocirca Bellarminus provocare maluit ad Irenæum &c.

Juſtinus vindicatur à Voſſio.

In SECULO SECUNDO occurrit

§.CCLXXVIII *Theophilus Episcopus Antiochenus.*

4. *Theophilus*, Episcopus Antiochenus, eodem sensu scripsit se honorare Regem, sive Imperatorem; at non adorare Regem; sed solum adorare Deum. Τοιγαροῦν μᾶλλον τιμήσω τὸν βασιλέα, οὐ προσκυνῶν αὐτῷ, ἀλλὰ εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ. Θεῷ δὲ τῷ ὄντως Θεῷ καὶ ἀληθεῖ προσκυνῶ, εἰδὼς, ὅτι ὁ βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ γέγονεν. ἐρεῖς οὖν μοι. διατί οὐ προσκυνεῖς τὸν βασιλέα; ὅτι οὐκ εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι γέγονεν, ἀλλὰ εἰς τὸ τιμᾶσθαι τῇ νομίμῳ τιμῇ. Θεὸς γὰρ οὐκ ἔστιν. ἀλλὰ ἄνθρωπος ὑπὸ Θεοῦ τεταγμένος, οὐκ εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι, ἀλλὰ εἰς τὸ δικαίως κρίνειν. τρόπῳ γάρ τινι παρὰ Θεοῦ οἰκονομίαν πεπίστευται. καὶ γὰρ αὐτὸς, οὓς ἔχει ὑφ' ἑαυτὸν τεταγμένους, οὐ βούλεται βασιλεῖς καλεῖσθαι. τὸ γὰρ βασιλεὺς αὐτοῦ ἐστιν ὄνομα. καὶ οὐκ ἄλλῳ ἐξόν ἐστι τοῦτο καλεῖσθαι. οὕτως οὐδὲ προσκυνεῖσθαι ἀλλ' ἢ μόνῳ Θεῷ. id est: *Quæ cum ita sint, magis honorabo Regem, non adorans eum, sed orans pro eo. Deum autem, qui verè verus Deus est, adoro, sciens Regem (seu Cæsarem) ab ipso esse ordinatum: Dices igitur mihi, quare non adoras Regem? Quia non ad id institutus est, ut adoretur, sed ut honore legitimo honoretur. Non enim Deus est, sed homo à Deo constitutus, non ut adoretur, sed ut justè judicet. Nam modo quodam à Deo commissa ac demandata ei est administratio. Etenim ipse (Rex) quos habet sub se constitutos, non vult appellari Reges; Nam hoc nomen Rex, est ipsius Nomen. Neque alii fas est hoc vocari. Ita neque adorandi cultum cuiquam nisi soli Deo exhiberi fas est.* Hæc Theophilus lib. I. ad Autolycum. De hoc Theophilo scribit *Hieronymus in Catalogo Scriptor. Ecclesiast.* c.35. ubi ejus verba sunt: *Theophilus, sextus Antiochensis Ecclesiæ Episcopus, sub Imperatore Marco Antonino Vero librum contra Marcionem composuit, qui usque hodiè exstat.* Feruntur ejus & ad Autolycum tria volumina &c. Ex his Hieronymi verbis liquet Theophilum hunc floruisse, secundo seculo Christiano. Cardinalis Baronius electionem ejus in Episcopum Antiochiæ, collocat in anno Domini centesimo septuagesimo.

Hieronymi judicium de Theophilo.

Irenæus.

5. Irenæus. Episcopus Lugdunensis in Galliâ lib. 2 cap. 57. *Non est*, inquit, *numerum dicere gratiarum, quas per universum mundum Ecclesia à Deo accipiens in nomine Christi Jesu crucifixi sub Pontio Pilato per singulos dies in opitulationem gentium perficit. Nec invocationibus*

tibus Angelicis facit aliquid, nec incantationibus, nec aliquâ pravâ curiositate, sed mundè & purè & manifestè orationes dirigentes ad Dominum, qui omnia fecit, & nomen Domini nostri Jesu Christi. Circa hunc Irenæum autem notandum, *Bellarminum lib. 1. de Beat. Sanct. c. 19.* provocare ad Irenæum, quia is lib. V. cap. XVI (quo in loco mirè se torquet Gallasius Annot. in Iren.) Mariam dicat fuisse Evæ advocatam. *At cui,* rectè inquit Vossius, *verisimile fiat hoc Irenæum unquam scripsisse, eâ saltem mente, quâ vult Bellarminus? Quippe seu Eva statim post obitum, sive, ut Patres censent ; demum cum Christo in cælum translata fuit, sanè multò ante Mariam in cælum fuerit translata.* Sed sine dubio παράκλητον scripserat Irenæus, quæ vox cum consolatricem hic significaret (solatium enim Evæ post peccatum, promissumque Salvatorem in Mariâ Virgine fuisse dici potest. ; non quidem καθ' αὐτὴν, sed κατὰ μετωνυμίαν ἢ συνεκδοχὴν, quâ salutaris ἐνανθρωπήσεως organum futura erat) vetus Interpres advocatam vertit, quomodo & Tertullianus ac Novatianus aliquoties Christum dicunt apud Johannem discipulis promittere alium advocatum, cùm Advocati appellatio magis conveniat CHRISTO, Consolatoris autem Spiritui Sancto.

Bellarm. provocat ad Irenæum, quod is dicat, Mariâ fuisse Evæ Advocatâ. Refutatur à Vossio.

6. *Clemens Alexandrinus* sacram precationem docet esse unam ex præcipuis partibus cultûs illius, qui soli Deo exhibendus est: esse enim optimum hoc & sanctissimum sacrificium. Verba Clementis sunt: οὐκ ἀπεικότως ἡμεῖς δι' εὐχῆς τιμῶμεν τὸν θεόν. καὶ ταύτην τὴν θυσίαν ἀρίστην καὶ ἁγιωτάτην μετὰ δικαιοσύνης ἀναπέμπομεν. *Non abs re nos Deum precibus honoramus & hoc sacrificium optimum & sanctissimum cum justitiâ sursum mittimus. (seu offerimus.)* Et paulò post: Βωμὸν δὲ ἀληθῶς ἅγιον τὴν δικαίαν ψυχὴν, καὶ τὸ ἀπ' αὐτῆς θυμίαμα τὴν ὁσίαν εὐχὴν λέγουσιν ἡμῖν, ἀπειστοῦσιν; *Aram autem verè sanctam justam animam, & qui ab eâ emittitur suffitum sanctam dicentibus orationem non credent?* Hæc Clemens Alexandrinus lib. 7 Stromatum circa exitum primi quadrantis illius Libri.

§. CCLXXIX. Clemens Alexandrinus.

E SECULO III Testimonia.

7. Origenes contra Celsum lib. 1. πῶς οὐχὶ μᾶλλον τῷ ἐπὶ πᾶσι θεῷ, καὶ τῷ διδάσκοντι τοῦτον μόνον δεῖν σέβειν. τὰ δὲ λοιπὰ,

Origenes.

 ἤτοι

ἤτοι ὡς μὴ ὄντα, ἢ ὡς ὄντα μὲν, καὶ τιμῆς ἄξια, οὐ μὲν καὶ προσκυνήσεως καὶ σεβασμοῦ, παρορᾶν. *Quomodo non credendũ potius summo Deo, eiq́ue, qui docet, hunc solum adorandum: reliqua vel quia non sint, vel quia sint quidem, ac proinde honore digna, at non adoratione & cultu, prætermittenda.* Idem libro 5. prolixè vindicat, tùm Judæos, tùm Christianos à cultu creaturarum. Judæos primum: Σαφὲς τὰ Ἰουδαίων ἐξετάζουσι, καὶ τὰ τῶν χριστιανῶν ἐκείνοις συνάπτουσιν, ὅτι τῷ μὲν νόμῳ ἀκολουθοῦντες Ἰουδαῖοι, λέγοντι ἐκ προσώπου θεοῦ, οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι, πλὴν ἐμοῦ. οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω. καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς· οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς. οὐδὲν σέβουσιν ἢ τὸν ἐπὶ πᾶσι θεὸν, ὃς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα. δῆλον δ' ὅτι οἱ κατὰ τὸν νόμον βιοῦντες, σέβοντες τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν, οὐ συσσέβουσι τῷ θεῷ τὸν οὐρανόν: ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ ἀγγέλους οὐδεὶς τῶν δουλευόντων τῷ μωυσέως νόμῳ προσκυνεῖ. ὁμοίως δὲ τῷ μὴ προσκυνεῖν ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ, ἀπέχονται τοῦ προσκυνεῖν οὐρανὸν, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ ἀγγέλους. *Manifesta est Judæorum res inquirentibus, iisq́ue res Christianorum comparantibus: Judæos hærentes legi (dicenti ex personâ Dei: Non erunt tibi Dii alii præter me. Non facies tibi simulacrum, neque cujusquam similitudinem, eorum quæ sunt sive in cœlo sursum, sive in terrâ deorsum, sive in aquis sub terrâ: non adorabis ea, neque servies iis) nihil aliud colere præter summum Deum, qui cœlum fecit & reliqua omnia. Manifestum porrò eos, qui juxta legem vivunt, colentes factorem cœli, non unà cum eo colere cœlum. Imò ne angelos quidem, qui in cœlis sunt, adorat quisquam eorum, qui servit legi Mosis. Quin potiùs æquè denegant adorationem cœli, & Angelis in eo, ac Soli & Lunæ & Astris, qui ornatus est cœli.* Et multis interjectis, Christianorum Apologiam aggrediens: εἰ δὲ χρὴ ἀπολογήσασθαι ἡμᾶς, ἐπίσης μὴ προσκυνοῦντας ἀγγέλους, καὶ ἥλιον, καὶ σελήνην καὶ ἄστρα. *Quod si pro nobis dicendum, qui æqualiter neque Angelos colimus, neque Solem, neque Lunam, neque astra.* Et cùm objecisset Celsus, à Sole, Lunâ & astris prædici tempestates: ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο, inquit, προσκυνήσομεν τοὺς προσκυνοῦντας. ὡς οὐδὲ μωυσέα, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ἐκ Θεοῦ προφητεύσαντας τὰ κρείττονα. *At non propterea adorabimus eos, qui adorant: sicut neque Mosem, neque eos, qui post eum prophetarunt, longè potiora.*

§. CCLXXX.

tiora. Idem libro ſeptimo extremo, Chriſtianos dicit ἐντρεπομένους ἄλλο τι σέβειν παρὰ τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεόν: verentes quicquam colere præter ſummum Deum. Idem libro primo in Epiſtolam ad Romanos: *Ut breviter, & omni in unum collecta definitione dicamus, adorare alium quempiam preter Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, impietatis eſt crimen.* Quæ verba Sedulius transſcripſit, ſuis in eandem Epiſtolam annotatiunculis. Sed idem Origenes rurſus eodem libro, nec multò poſt: *Nos nullam creaturam, ſed Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum colimus & adoramus.*

Idem lib. 5. contra Celſum: πᾶσαν μὲν γὰρ δέησιν καὶ προσευχὴν, καὶ ἔντευξιν καὶ εὐχαριστίαν ἀναπεμπτέον τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ, διὰ τοῦ ἐπὶ πάντων ἀγγέλων ἀρχιερέως ἐμψύχου λόγου καὶ Θεοῦ. (καὶ πάλιν) ἀγγέλους γὰρ καλεῖται μὴ ἀναλαβόντας τὴν ὑπὲρ ἀνθρώπων περὶ αὐτῶν ἐπιστήμην οὐκ εὔλογον. Hoc eſt: *Omnem enim deprecationem, orationem, interpellationem & gratiarum actionem, ad rerum omnium Deum, per animatum Verbum & Deum, qui ſummus ſupra omnes Angelos ſacerdos eſt, dirigere debemus.* (Et rurſus.) *Angelos enim, cùm rerum humanarum notitiam non habeant, invocare inconveniens eſt.* Idem lib. VIII contra Celſum: μόνῳ προσευκτέον τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ· προσευκτέον γε καὶ μονογενεῖ καὶ πρωτοτόκῳ πάσης κτίσεως λόγῳ Θεοῦ. Id eſt: *Solus optimus maximus Deus adorandus: adorandum etiam unigenitum & primogenitum omnis creaturæ Dei Verbum.*

Hæc Origenes. Circa quem tamen illud notandum, quod obſervat *Voſſius* in Diſputatione decimâ, Theſi. 11. ita ſcribens: *Cùm antea non aliàs mortuorum preces pro vivis ſciret Eccleſia Dei, quàm quæ communiter fierent pro Eccleſiæ corpore: circa annum Domini CCXL opinio quorundam fuit, orantibus nobis ſanctos in cælis preces ſociare noſtris.* Quodque meritò ſuſpectum eſſe debet, primus apud quem hoc legere ſit, *Origenes eſt, bonus Scripturarum interpres, malus dogmatiſtes*: ut rectè de eo judicabat Hieronymus: Præluſtrem ejus locum adferam è lib. VIII adverſus Celſum. Οἱ ἄγγελοι καὶ ψυχαὶ, καὶ πνεύματα συναισθόνται τῶν ἀξίων τῆς παρὰ Θεοῦ εὐμενισμοῦ &c. *ANGELI, Animæ & Spiritus ſentiunt, qui ſint digni favore cœleſti Numinis: quibus non ſolùm ipſi benè volunt, verùm etiam dant operam, ut Deum ei ſervire volentibus concilient, & unà nobiſcum precantur* (συνεύχονται.) Sed rectè facit Origenes, quod dogma hoc, cùm è Scripturis firmare non

Origenes dixit Sanctos in cælis ſuas preces noſtris ſociare.

non posset, à seniore quodam se didicisse ingenuè fatetur in Jos. homil. XVI. Illud item, quo loco haberi debeat, ostendit, quod in epist. ad Roman. lib. II cap. II. utrum animæ ad Angelorum similitudinem laborent, *refert non inter fides capita, sed dogmata ἀπόκρυφα*, atque, ut ipse loquitur, inter occulta Dei, nec chartulæ committenda mysteria. Atque hæc quidem Origenis sententia fuit.

§. CCLXXXI. *Observatio Forbesii.*

Et illud est observatione dignum, quod Forbesius in Instructionibus Historico-Theolog. circa Origenem observat:

Celsus dixit, qui veneratur alicujus subditos, non offendit eũ, cujus omnes sunt.

Celsus, inquit, homo Ethnicus, pro cultu plurium Deorum ita argumentabatur, ut diceret, eum, qui plures Deos veneretur, hoc ipso rem gratam summo Deo facere, quod nemini honor contingat, nisi quem ipse honorari vult: quapropter qui veneratur ejus subditos, non offendere illum, cujus omnes sunt. Sicut legimus *apud Origenem sub finem lib. 7. & initio lib. 8. contra Celsum.* Ut autem ovum ovo; ita huic Ethnicorum argumento simile est illud Romanensium argumentum, pro adoratione & invocatione Angelorum & sanctorum defunctorum, quo utitur *Catechismus Romanus* part. 3. cap. 2. quæst. 4. *& Bellarminus lib. de Sanctorum beatitudine cap. 20.* nempe sicut non facit contra Regis voluntatem, qui Regis magistratibus honorem defert; neque fit injuria, sed honor Regibus, quando eorum amici honorantur, & ad eos Legati mittuntur; ita non fieri contra Dei voluntatem, neque Deo injuriam, sed honorem deferri, quando Angeli & sancti, non ut Dii, sed ut amici Deo honorantur, & tanquam Patroni apud Deum accipiuntur. Responsio Origenis ad Celsum, idonea est etiam contra Romanenses; Origenes ait: *Cùm autem dicit* (Apostolus Paulus) *Nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia; vocem hanc Nobis, dicit de seipso, & omnibus, qui ascenderunt ad summum Deum Deorum, & ad summum Dominum Dominorum: ascendit autem ad summum Deum is, qui eum inseparabiliter & indivisibiliter colit per Jesum Dei Filium, cujus solius ductu pervenitur ad Patrem, per cujus Verbi ac Sapientiæ contemplationem modis omnibus conciliamur, tàm doctrinâ, quàm operibus & cogitationibus, Deo Conditori rerum omnium. Nos nihil non facimus, ut non solùm ascendamus super omne, quicquid in terrâ pro Diis colitur à gentibus, verùm etiam super eos, quos Scriptura Deos nominat, de quibus nihil sciunt, qui sunt alieni à Testamentis Dei per Mosen & Jesum Servatorem nostrum proditis, ad quos*

Responsio Origenis ad Celsum; quæ etiam contra Romanenses facit.

pro-

promissiones in his significatæ nihil pertinent. Non distrahitur ipse (Christianus) à Deo, ut aliud colat simul cum eo, nec sustinet servire duobus Dominis. Non est igitur seditiosa vox sic sentientium, & nolentium servire Dominis pluribus, contentorum uno Domino Iesu Christo, cui servientes erudiuntur ab eo, ut eruditi digni reddantur regno Dei & Patris. Hæc Origenes lib. 8 contra Celsum. Summa est, Nos pervenire ad Patrem ductu solius Domini nostri Jesu Christi, tanquam conciliatoris & Patroni nostri apud Deum, qui etiam nos docuit solum Deum colere per Jesum Christum, ergò neque Dei voluntati, neque hominum officio convenit religiosa adoratio cujuscunque meræ creaturæ, quamvis non intendas Creaturam illam colere ut Deum, sed ut amicum Dei. Neque adjuvat Romanensium causam illa Bellarmini inepta argumentatio, [loco citato] à postulatione illâ precum inter viatores, quâ alii aliorum preces pro nobis fieri invicem postulamus: sicut ostendimus supra cap. 1 hujus libri §. 21 & §. 22. & cap. 2. §. 8. Hæc Forbesius.

§. CCLXXXII. *Constantini Magni preces Privatæ.*

8. *Constantini Magni preces* privatas describit idem Eusebius lib. 4. de Vitâ Constant. cap. 21: μόνος μόνῳ τῷ αὐτοῦ προσωμίλει Θεῷ. *Solus cum solo Deo suo colloquium habebat.*

Athanasius.

9. *Athanasius*, qui floruit circa annum 340, *orat. 2 contra Arianos* in fine: *Quod si ista de filio dicta asseverent, quid fortasse veriùs fuerit, agnoscant, sanctos non à creato postulare, ut auxiliator sit.* Et orat. 3 contra Arianos longè ante medium; *Filium* (inquit) *eum sibi esse & solum, & proprium ostendit Pater, dicens: Filius meus es tu.* Et rursum; *hic est Filius dilectus meus, in quo mihi complacui. Ideoq; inserviebant ei Angeli, ut diverso ab illis: & adoratur ab eis* (καὶ προσκυνεῖται παρ' αὐτῶν) *non ut gloriâ major, sed ut alius, discretus sejunctusq; à conditione omnium creaturarum, ipsorumq; adeò Angelorum, solus Patris proprius secundum substantiam Filius. Si enim ideò, quia gloriâ sublimior est, adoretur, par esset, ut unusquisq; inferior adoraret superiorem: sed non ita est: creaturam enim creatura non adorat* [κτίσματι γὰρ κτίσμα οὐ προσκυνεῖ] *sed servus Dominum, & creatura Deum. Petrus ideò Apostolus adorare volentem Cornelium inhibuit, dicens: quoniam & ego homo sum. Angelus quoque Johannem in Apocalypsi se adorare volentem inhibuit, dicens: vide ne feceris; conservus enim tuus sum & fratrum tuorum Prophetarum, & servantium verba codicis hujus: Deum adora.* Quocirca solius Dei

us Deelt adorari [ἀκούων θεῷ ἐπὶ μόνῳ τὸ προσκυνεῖσθαι] & hoc sciunt etiam ipsi Angeli, *qui quanquam se invicem gloriâ transcendant, omnes tamen sunt creaturæ, neque in classe adorandorum; sed adorantium Dominum* [καὶ οὐκ εἰσὶ τῶν προσκυνουμένων, ἀλλὰ τῶν προσκυνούντων τὸν δεσπότην] *Etiamsi Ariani rumpantur, non ipse (Christus) adoratus fuisset, non ista de eo dicta fuissent, si ullo modo creatura fuisset: nunc autem, quia creatura non est, sed proprium ex substantiâ adorandi Dei germen, & naturalis Filius, propterea adoratur, & Deus creditur.* [κἂν οἱ Ἀρειανοὶ ἐν τούτῳ διαρρηγνύωσιν ἑαυτούς, οὐκ ἂν οὐδὲ αὐτὸς προσεκυνήθη, οὐδὲ ταῦτα ἐλέγετο περὶ αὐτοῦ, εἰ ὅλως ἦν τῶν κτισμάτων. νῦν δὲ ἐπειδὴ οὐκ ἔστι κτίσμα, ἀλλ' ἴδιον τῆς οὐσίας τοῦ προσκυνουμένου θεοῦ γέννημα, καὶ φύσει υἱός ἐστι, διὰ τοῦτο προσκυνεῖται, καὶ θεὸς πιστεύεται.] Idem Pater *Orat. 4. contra Arianos* hoc argumento probat Angelum illum, qui à Jacobo Patriarchâ, nepotibus suis benedicente invocatur, non esse aliquem ex Angelis creatis, sed esse ipsum Dei Verbum; quia non conjunxisset Jacob creatum aliquem Angelum cum DEO in suis precibus.

Idem Athanasius contra Macedonium Dialogo I; εἰ μὲν εὑρεθείη, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς αὐτοῦ φύσεως, προσκυνείσθω· εἰ δὲ μὴ εὑρεθείη, χωρίς. *Si compertum sit Spiritum esse ejusdem naturæ cum Patre, adorato; si non comperiatur, absiste.*

§. CCLXXXIII *Basilius Magnus.*

10. *Basilius M.* Archiepiscopus Cæsariensis in Cappadociâ, qui floruit sub Imperatore Valente circa ann. 370 al. 380. Hic Basilius oratione Morali 15; quæ est de principatu & potestate: ὥσπερ οὐδὲ σέβειν ἄλλο τι παρὰ τὸν θεὸν προσήκει, οὕτως οὐδὲ ἐπὶ ἄλλον ἐλπίζειν ἢ ἐπὶ τὸν θεὸν τὸν πάντων κύριον. *Quemadmodum aliud quidpiam præter Deum colere, sic neque in alio spem reponere, quàm in Deo omnium Domino, haud fuerit consentaneum.* Idem Basilius Valentis Imperatoris Ariani Præfecto, jubenti ut Imperatoris amplecteretur religionem, respondit; *Non sustineo creaturam aliquam adorare* οὐδὲ κτίσμα τι προσκυνεῖν ἀνέχομαι, ac si dixisset, necesse est Deum illum esse fateamur, non autem creaturam, ut dictitant Ariani. Hoc de Basilio refert *Gregorius Nazianzenus orat. 20, quæ est in Basilium.* Ubi ipsius etiam Nazianzeni habemus judicium. Idē etiam Basilius Magnus lib. 5 contra Eunomium cap. 12 credendum docet εἰς θεὸν καὶ λόγον, καὶ πνεῦμα, μίαν οὖσαν θεότητα, τὴν δὲ μόνην προσκυνητήν. Id est: *in Deum &*

& Verbum & Spiritum, unam Deitatem, quæ etiam sola adoranda est.

Gregor. Nazianzenus, Theologus.

II. *Gregorius Nazianzenus* cognomento Theologus, qui floruit circa annum 370, de Pace oratione tertiâ ita scribit: οὐχ ἕνα μὲν ὅρον εὐσεβείας ἡγησάμεθα προσκυνεῖν πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, τὴν μίαν ἐν τρισὶ θεότητά τε καὶ δύναμιν; μηδὲν ὑπερτιθέντες, μηδ' ὑποβαίνοντες, ἵνα μικρόν τι καὶ αὐτοὺς μιμήσωμαι τοὺς περὶ ταῦτα σοφούς. Τὸ μὲν γὰρ ἀδύνατον, τὸ δὲ ἀσεβές. *Quomodo non constituimus unum esse pietatis modum adorare Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, unam in tribus Deitatem & potentiam? Nihil neque supercolentes, neque subcolentes, ut etiam ipse imitando nonnihil delibem ex iis, qui sese in his rebus Magistros venditant. Nam illud quidem fieri non potest; hoc verò impium.* Idem Nazianzenus eodem argumento, quod Spiritus Sanctus adorandus, docet esse Deum orat. 37, quæ est de Spiritu Sancto: εἰ δὲ προσκυνητὸν, πῶς οὐ σεπτόν; εἰ δὲ σεπτὸν, πῶς οὐ θεός, Id est; *Si autem adorandus, quomodo non religiosè colendus; si verò religiosè colendus, quomodo non Deus est.* Hæc ibi Nazianzenus.

§. CCLXXXIV. Epiphanius.

12. Epiphanius Constantiæ in Cypro Episcopus, qui floruit sub Valente, Gratiano & Theodosio circa ann. 370 in Ariomanitis: εἰ γὰρ οὐκ ἔστιν ἀληθινὸς ὁ θεὸς, οὔτε προσκυνητὸς, πῶς ἄρα θεολογεῖται; *Nam si Christus non est Deus verus, neque adorandus est. Et si creatus est, non est Deus: Quod si non est adorandus, quomodo Deus asseritur?* Atque hæc fuit Epiphanio lontica causa declamandi contra Collyridianos, à queis primus impetus adorandæ Virginis Matris. καὶ μὲν ἅγιον ἦν τὸ σῶμα τῆς Μαρίας, οὐ μὴν θεός. καὶ δὲ παρθένος ἦν ἡ παρθένος καὶ τετιμημένη· ἀλλ' οὐκ εἰς προσκύνησιν ἡμῖν δοθεῖσα, ἀλλὰ προσκυνοῦσα τὸν ἐξ αὐτῆς σαρκὶ γεγεννημένον. *Sanè verò sanctum fuit corpus Mariæ, at non Deus. Sanè verò Virgo fuit illa Virgo & honorata: at non ad adorationem concessa: immò adorans eum, qui ex ipsâ natus est secundum carnem.* ποία δὲ τίς γραφὴ διηγήσατο περὶ τούτου; τίς τῶν προφητῶν ἐπέτρεψεν ἄνθρωπον προσκυνεῖσθαι, οὐ μὴν γυναῖκα λαλῶν; *Quænam Scriptura locuta est hâc de re? Quis Prophetarum concessit hominem adorari, ne mulierem dicam?* ἐξαίρετον μὲν γάρ ἐστι τὸ σκεῦος, ἀλλὰ γυνὴ, καὶ οὐδὲν τῇ φύσει παρηλλαγμένη, τὴν δὲ γνώμην καὶ τὴν αἴσθησιν ἐν τιμῇ τετιμημένη. *Enimverò eximium vas est: sed mulier, neque ullam partem naturæ diversam sortita; at verò mente sensuque hono-*

honore cumulata: ὥσπερ τὰ σώματα τῶν ἁγίων, καὶ ἔτι περισσότερον πρὸς δοξολογίαν εἴποιμι, ὡς ἠλίας ἐκ μητρὸς παρθένος, καὶ οὕτω μένων εἰς τὸ διηνεκὲς, καὶ ἀναλαμβανόμενος, θάνατον δὲ οὐχ ἑωρακώς. ὡς ὁ Ἰωάννης, ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ κυρίου ἀναπεσὼν, ὃν ἠγάπα. ὁ Ἰησοῦς. ὡς θέκλα ἡ ἁγία, καὶ μαρία ἡ ἐπὶ ταύτης τιμωτέρα (legendum potius: καὶ μαρία δὲ ἐστι ταύτης τιμιωτέρα) δι' ἣν κατηξίωται οἰκονομίαν. ἀλλ' οὔτε ἠλίας προσκυνητὸς, καίπερ ἐν ζῶσιν ὤν. οὔτε Ἰωάννης προσκυνητὸς καίτοιγε διὰ ἰδίας εὐχῆς τὴν κοίμησιν αὐτοῦ ἔκπληκτον ἀπεργασάμενος, μᾶλλον δὲ ἐκ θεοῦ λαβὼν τὴν χάριν. ἀλλ' οὔτε θέκλα, οὔτε τις τῶν ἁγίων προσκυνεῖται. *Sicut ſanctorum corpora, & ſi quid amplius ad laudem dixero, ſicut Helias ab utero virgo, talisq; in perpetuum manens, & aſſumptus non guſtatâ morte. Sicut Joannes, qui recubuit ad pectus Domini, quem amabat Jeſus. Sicut Thecla ſancta: quanquam Mariæ honor major eſt propter diſpenſationem, quâ eſt honorata. Verùm, neq; Helias adorandus, quantumvis ſit in vivis, neque Joannes adorandus, quantumvis precibus ſuam dormitionem miram effecerit.* Neque Thecla adoranda, nec ullus Sanctorum. οὐ γὰρ κυριεύσει ἡμῶν ἡ ἀρχαία πλάνη, καταλιμπάνειν τὸν ζῶντα, καὶ προσκυνεῖν τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα. ἐλάτρευσαν γὰρ καὶ ἐσεβάσθησαν τῇ κτίσει, παρὰ τὸν κτίσαντα καὶ ἐμωράνθησαν. εἰ γὰρ ἀγγέλους προσκυνεῖσθαι οὐ θέλει, πόσῳ μᾶλλον τὴν ἀπὸ ἄννης γεγεννημένην; *Non enim dominabitur nobis antiquus error: relinquere viventem & adorare ea, quæ ab eo ſunt facta. Servierunt enim & honorarunt Creaturam præter Creatorem, & ſtulti facti ſunt. Nam ſi Angelos adorari noluit, quantò minùs Annâ genitam.* ἐν τιμῇ ἔστω μαρία. Ὁ δὲ πατὴρ, ὁ υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα προσκυνείσθω. τὴν μαρίαν μηδεὶς προσκυνείτω. *In honore eſto Maria, at Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus adoretur; Mariam nequis adoret.* Nota. Epiphanius hæreſi 78 reprehendens Collyridianos adorantes Mariam Virginem, *Non convenit* (inquit) *honorare ſanctos ultra decorum, ſed honora ipſorum Dominum.* Reſpondet Bellarminus (lib. de reliquiis & imaginibus cap. 16.) Epiphanium reprehendiſſe Collyridianos, non quod imaginem B. Virginis, & ipſam Virginem honorarent, ſed quod haberent pro Deâ, eique ſacrificium offerrent. Certè eos reprehendit Epiphanius, quod Mariam Vir-

Epiphanius Collyridianos reprehendit.

Virginem Collyridis oblatione aliisque eorum ritibus colerent. Id autem non faciendum esse docet Epiphanius hæresi 78 & hæres. 79 hoc argumento; Beata Virgo Maria non est adoranda; Ergò non est Collyridianorum ritibus colenda. Antecedens probat Epiphanius; quia solus DEUS adorandus est; Maria autem non est DEUS. Ut autem nervum argumentationis Epiphanii eò melius cognoscamus, audiemus *Forbesium in Instruct. Historico-Theol. lib. IV, cap. VIII, pag. 292* sequentem in modum disserentem: Collyridianorum impietas, (mulieribus quibusdam autoribus) hæc erat; quod beatam Virginem Mariam divino honore colebant. Exstiterant autem quidam in Arabiâ virginitati Mariæ usque adeò contradicentes, ut assererent, eam post natum CHRISTUM, viro suo Josepho commixtam fuisse, & hi ob assertionis illius pertinaciam, hæretici habiti sunt, & appellati sunt Ἀντιδικομαριανῖται. Contra eorum hæresin Epiphanius epistolam scripsit ad Christianos Arabas, quam inseruit Panariis libro 3. tom. 2. hæres. 78. In eâ epistolâ etiam propè finem mentionem facit oppositi erroris Collyridianorum [κολλυριδιανῶν] itidem in Arabiâ, ad alteram extremitatem prolabentium. Admirati sumus [inquit Epiphanius,] cùm aliud rursus audivissemus; alios nimirum rursus ita desipere, ut in tractatione de ipsâ sanctâ semper-Virgine, pro DEO hanc introducere studuerint, & adhuc studeant, & furore quodam & amentiâ ducantur. Narrant enim, quod quædam mulieres illic in Arabiâ, ex partibus Thraciæ, hanc vanitatem invexerunt, ut in nomen semper-Virginis Collyridem quandam sacrificent [κολλυρίδα τινὰ ἐπιτελεῖν] & simul congregentur: & in nomen sanctæ Virginis ultra modum quid tentent aggredi, nefario ac blasphemo negotio: & in nomen ipsius sacra celebrent per mulieres; quod totum impium est ac nefarium, alienum à prædicatione Sancti Spiritûs; ut sit totum Diabolicum opus,& Spiritûs immundi doctrina.Impletur enim & in his hoc; Deficient quidam à sanâ doctrinâ, attendentes fabulis & doctrinis Dæmoniorum. Erunt enim,inquit,mortuis cultum divinum præstantes,quemadmodũ etiam in Israël culti sunt. Et sancto-

§. CCLXXXV. *Collyridianorum impietas in quo consistebat?*

Antidicomarianitæ quinam? contra horũ hæresin scripsit Epiphanius Epistolã.

rum juxta tempus in Deum gloria, facta est aliis, non videntibus veritatem, in errorem. Nam in Sicimis, hoc est, in Neapoli nunc appellatâ, indigenæ sacrificium faciunt in nomen puellæ, nimirum ex occasione filiæ Jephtæ, quæ aliquando oblata est Deo in sacrificium: & deceptis factum est hoc in detrimentum Idololatriæ, & vani cultûs. Sed & filiam Pharaonis, quæ honoravit servum Dei Moysen, sustulitque ac educavit, propter celebritatem tunc pueri, ultra decorum honoraverunt Ægyptii pro Deo, atque hoc in malam traditionem stolidis demandarunt in religionem: & adorant Thermutim filiam Amenoph tunc Pharaonis: quoniam educavit, velut dixi, Moysen. Et multa alia ac similia facta sunt in mundo, ad seductionem deceptorum: non quod sancti sint causa offendiculi quibusdam; verùm quod cogitatio hominum non quiescit, sed ad prava evertitur. Sive enim mortua est sancta Virgo & sepulta, in honore ipsius dormitio, & in castitate mors, & in virginitate corona; sive interfecta est, velut scriptum est, animam ipsius pertransibit gladius, inter martyres est ipsius gloria, & in beatitudinibus sanctum ipsius corpus, per quam lux exorta est mundo: sive mansit; Nam non est impossibile Deo omnia facere quæ vult; finis enim ipsius nemini notus est, [τὸ τέλος γὰρ αὐτῆς οὐδεὶς ἔγνω] non convenit colere sanctos ultra decorum, sed honorare ipsorum Dominum. (παρὰ τοῦ δέοντος οὐ χρὴ τιμᾶν τοὺς ἁγίους, ἀλλὰ τιμᾶν τὸν αὐτῶν δεσπότην.) Cesset itaque error seductorum [τῶν πεπλανημένων.] Neque enim Deus est Maria. Hæc ibi. Eandem Collyridianorum hæresin rursum oppugnat Epiphanius mox in eodem opere hæresi 79, ubi ex professo differit de hæresi Collyridianorum, & adversus eam disputat §. 1. Quædam [inquit] mulieres currum quendam sive sellam quadratam ornantes, expanso super ipsum linteo, in die quâdam illustri anni, per aliquot dies panem proponunt, & offerunt in nomen Mariæ. Omnes autem pane participant, velut in epistolâ in Arabiam à me scripta ex parte disseruimus. Et §. 4. *Pretextu justitiæ semper subiens hominum mentem Diabolus, mortalem naturam in hominum oculis Deificans, statuas humanas imagines præ se ferentes (ἀνδροείκελα ἀγάλματα) per artium varietatem expressit. (διὰ ποικιλίας τεχνῶν διέγραψε.) Et mortui quidem sunt, qui adorantur; (οἱ προσκυνούμενοι) ipsorum verò imagines, quæ nunquam vixerunt, neque enim mortuæ esse possunt, quæ nunquam vixerunt, adoran-*

§. CCLXXXVI. *Epiphanius rursus Hæresi 79 adversus Collyridianos disputat.*

adorandas introducunt: adulterante mente ab uno & solo Deo: veluti commune scortum ad multam multiplicis coitûs absurditatem irritatum, & quod temperantiam legitimi conjugii unius viri detrivit. Revera sanctum erat corpus Mariæ; non tamen Deus. Revera virgo erat ipsa, virgo & honorata (τετιμημένη) *sed non ad adorationem nobis data*: (ἀλλ' ὐκ εἰς προσκύνησιν ἡμῖν δοθεῖσα:) *sed ipsa adorans* [προσκυνῦσα] *eum, qui ex ipsâ carne genitus est, de cœlis verò ex sinibus Paternis accessit.* Et §.5. *Quæ verò Scriptura de hoc narravit? Quis Prophetarum præcepit* (ἐπέτρεψεν *permisit*) *hominem adorari* (προσκυνεῖσθαι)*nedum mulierem? Eximium equidem est vas, sed mulier, & nihil à naturâ immutata, verum & intellectu & sensu in honore honorata, velut corpora sanctorum; & si quid amplius ad glorificationem dixerim, sicut Elias ex matre Virgo, & sic manens in perpetuum, & translatus, & mortem non conspicatus; sicut Johannes, qui super pectus Domini recubuit, quem diligebat Jesus: sicut Thecla sancta. Et Maria adhuc honoratior hâc est, propter dispensationem mysterii, quâ digna facta est.* [κατηξίωται.] *Sed neque Elias adorandus est,* (ἀλλ' ὔτε ἡλίας προσκυνητός) *etiamsi in vivis sit: neque Johannes adorandus, quanquam per preces suas proprias dormitionem suam admirandam effecerit, immò potius ex Deo gratiam acceperit. Sed neque Thecla, neque quisquam sanctus adoratur.* [ὔτε τις τῶν ἁγίων προσκυνεῖται.) *Non enim dominabitur nobis antiquus error, ut relinquamus viventem, & adoremus* [προσκυνεῖν] *ea, quæ ab ipso facta sunt. Coluerunt enim & adorarunt Creaturam, præter Creatorem, & stulti facti sunt. Si enim Angelos adorari* [προσκυνεῖσθαι] *non vult, quantò magis eam, quæ genita est ab Annâ, quæ ex Joachim donata est Annæ?* Et ibidem §.7. *ut Plastes & rei potestatem habens, seipsum de virgine velut de Terrâ efformavit, qui de Cœlis descendit, & carnem induit Deus Verbum ex sanctâ Virgine: non tamen ut adoretur Virgo; neque ut Deum hanc efficeret; non ut in nomen ipsius offeramus, non ut post tot secula mulieres sacerdotes ac sacrificulas ostenderet. Non complacuit hoc Deo in Salome fieri, non in ipsâ Mariâ. Non permisit ipsi dare Baptisma, non benedicere discipulos, non imperare in terrâ jussit* [ὐ τὸ ἄρχειν ἐπὶ τῆς γῆς ἐκέλευσεν.] *sed hoc solùm voluit, ut ipsa esset* (ἁγίασμα) *sanctum quid, & digna efficeretur regno ipsius* (καὶ καταξιωθῆναι τῆς αὐτῦ βασιλείας.) *Unde igitur rursus nobis iste in orbem se gyrans Draco* (κυκλοδράκων.) *unde renovantur obliqua illa consilia? Sit in honore Maria; Pater & Filius & Spiritus Sanctus adoretur; Mariam nemo adoret* [ἐν τιμῇ ἔστω μαρία, ὁ δὲ πατὴρ

καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα προσκυνείσθω. τὴν μαρίαν μηδεὶς προσκυνείτω.] *Non dico mulieri, immò neque viro; sed uni DEO debetur hoc mysterium. Neque Angeli capiunt talem glorificationem.* (δοξολογίαν.) *Deleantur, quæ malè scripta sunt in corde deceptorum. Tollatur ex oculis cupiditas ligni. Convertatur rursus figmentum ad Dominum. Revereatur Eva cum Adam, ut Deum solum colat* (θεὸν ἡμῶν μόνον.) *ne ducatur serpentis voce, sed permaneat in Dei præcepto* (ἐμμενέτω τῇ τοῦ θεοῦ προστάξει.) *ne comedat de ligno. Et erat lignum non error, sed per ipsum lignum facta est inobedientia erroris. Ne comedat quis de errore, qui est propter sanctam Mariam. Nam etsi pulchrum est lignum, attamen non ad cibum. Etsi pulcherrima est Maria & sancta & honorata, at non ad adorationem.* (καὶ εἰ καλλίστη ἡ μαρία, καὶ ἁγία καὶ τετιμημένη, ἀλλ᾽ οὐκ εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι.) Et §. 9. *Et quam multa dicere possem? Sive enim velut ipsam adorantes Mariam, ipsi offerunt collyridem vanæ istæ mulieres; sive pro ipsâ offerre conantur prædictam hanc putidam oblationem; tota res stolida est & aliena, & ex Dæmonum impulsu fraus & impostura. Quo verò non longius extendam sermonem, sufficient nobis quæ dicta sunt. Maria in honore sit: Dominus adoretur* (ἡ μαρία ἐν τιμῇ, ὁ κύριος προσκυνείσθω) *Justi enim nemini exhibent errorem. Deus malis non tentatur. Et tentat etiam ipse neminem, neque servi ipsius, ad deceptionem. Unusquisq; verò tentatur ex propriâ concupiscentiâ.* Hæc omnia Epiphanius hæres. 79 apud Forbes. l. c.

§ CCLXXXVII *Gregorius Nyssenus.*

13. *Gregorius Nyssenus* in Græciâ Episcopus Basilii M. frater, qui floruit circa annum 380 tempore Gratiani, Valentiniani & Theodosii, qui fuit Basilio natu major, sed tamen obiit posterior, teste *Socrate lib. 4 Hist. cap. 26.* Hujus verba notatu digna apud autorem Melissæ cap. 1: πᾶν κτιστὸν ἔξω τῆς θείας φύσεως εἶναι νοεῖν ἐπαιδεύθημεν. μόνην δὲ τὴν ἄκτιστον φύσιν λατρεύειν καὶ σέβεσθαι, ἧς χαρακτήρ ἐστι καὶ γνώρισμα, τὸ μήτε ἄρχεσθαι, τοῦ εἶναί ποτε, μήτε παύεσθαι. *Sic institutum est, ut quicquid creatum est, intelligamus alienum esse à divinâ naturâ: Et solam naturam increatam adorandam atque colendam: cujus nota est, & differentia, neque initium habere, neque finem existendi.*

Idem Nyssenus in funebri Placillæ: τὸ τῶν εἰδώλων μῖσος κοινὸν πάντων ἐστὶ τῶν μετεχόντων τῆς πίστεως. ἀλλ᾽ ἐκείνης ἐξαίρετον τὸ τὴν δρεσιανὴν ἀπιστίαν ὁμοίως τῇ εἰδωλολατρείᾳ βδελύττεσθαι. *Simulacro-*

erorum odium commune est omnium, qui fidei participes sunt; sed ejus praecipuum, quod Arianam infidelitatem aeque ac simulacrorum cultum abominabatur: καλῶς καὶ εὐσεβῶς ἄγαν κρίνασι. ὁ γὰρ τῷ κτίσμα προσκυνῶν, καὶ ἐπ' ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ τοῦτο ποιῇ, εἰδωλολάτρης ἐστὶ, Χριστοῦ ὄνομα τῷ εἰδώλῳ θέμενος. *Recte pieque sentiens. Nam qui creaturam adorat, etiamsi in Christi nomine id faciat, simulacrorum cultor est, Christi nomen simulacro imponens.*

14. *Joannes Chrysostomus* Episcopus Constantinopolitanus Nectarii successor, qui floruit temporibus Arcadii & Honorii, circa ann. 398, quô ad episcopalem sedem est evectus. Is multis in locis ὁμοψηφίαν suam nobis contestatur: ἀεὶ πρὸς τὸν θεὸν καταφεύγωμεν, τὸν καὶ βουλόμενον λῦσαι τὰς συμφορὰς ἡμῶν· ἀνθρώπους μὲν γὰρ ὅταν δέῃ παρακαλεῖσθαι, καὶ πυλωροῖς ἡμᾶς συντυχεῖν ἀνάγκη πρότερον, καὶ παρασίτους καὶ κόλακας παρακαλέσαι, καὶ ὁδὸν πολλὴν ἀπελθεῖν· ἐπὶ δὲ τοῦ θεοῦ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλὰ χωρὶς μεσίτου παρακαλεῖται. Hoc est: *Semper ad Deum confugiamus, qui etiam vult calamitates nostras levare. Homines quidem cùm rogandi sunt, necesse est, ut prius janitores adeamus, parasitos & adulatores rogemus, & longum iter emetiamur: de Deo autem nihil tale est, verùm sine mediatore rogatur.* Homil. VII de Pœnitentiâ tom. 6. p. 802.

Joannes Chrysostomus

Εὖξαι σὺ τῷ θεῷ· σὺ ἐπὶ τὸν θεὸν κατάφευγε. σὺ τὸν δεσπότην κάλεσον, θεὸς ἀεὶ ἐγγύς ἐστιν. Ἐὰν θέλῃς παρακαλέσαι ἄνθρωπον, ἐρωτᾷς τί ποιεῖ; καθεύδει, ἀσχολεῖται, ὁ διακονῶν οὐκ ἀποκρίνεταί σοι. ἐπὶ δὲ τοῦ θεοῦ οὐδὲν τοιοῦτον, ὅπου ἐὰν ἀπέλθῃς καὶ καλέσῃς, ἀκούει. οὐκ ἀσχολία, οὐ μεσίτης, οὐ διάκονος διατειχίζει. εἰπὲ, ἐλέησόν με, καὶ παραυτὰ ὁ θεὸς παραγίνεται. [καὶ πρότερον.] ὅρα φιλόσοφον ψυχὴν [τῆς χαναναίας] ἐλέησόν με, φησὶν, οὐκ ἔχω κατορθώματα βίου, οὐκ ἔχω παῤῥησίαν πολιτείας, ἐπὶ ἔλεον καταφεύγω, ὅπου δικαστήριον οὐκ ἔστιν, ὅπου ἀνεξέταστος ἡ σωτηρία. καί τοι οὕτω πονηρὰ οὖσα καὶ παράνομος, ἐτόλμησε προσελθεῖν. οὐ παρακαλεῖ Ἰάκωβον, οὐ δέεται Ἰωάννου, οὐδὲ προσέρχεται Πέτρῳ, ἀλλὰ διέκοψε τὸν χορόν. οὐκ ἔχω μεσίτου χρείαν [ἐκ τῶν κτισμάτων δηλαδὴ πρὸς τὸν Χριστὸν, προσίστησι γὰρ] διὰ τοῦτο κατέβη [ὁ Χριστὸς] διὰ τοῦτο σάρκα ἀνέλαβε, ἵνα κἀγὼ αὐτῷ διαλεχθῶ. (καὶ πάλιν,) διὰ τοῦτο ἐκεῖνος ὅπερ ἐγώ εἰμι· ἐλέησόν με· οὐ χρείαν ἔχω μεσίτου. ἐλέησόν με. (καὶ πάλιν.) ταύτην μιμησώμεθα τὴν χαναναίαν. Hoc est: *Deum tu invoca: ad Deum*

fuge: Dominum voca. Deus semper propè est. ¶ *Hominem rogaturus, quær is quid facias? Dormit, occupatus est; servus tibi non respondet. In Deo autem nihil tale: quocunq; iveris & vocaveris, audit: neque occupatio, neque mediator, neque minister aditum tibi præcludit. Dic, Miserere mei, & è vestigio Deus adest.* [Et paulò antè:] *Ecce animum excelsum [Cananææ] Miserere mei, dicit: non habeo vitæ præclara facinora, non habeo libertatem ob vitam benè actam; ad misericordiam confugio, ubi non est tribunal, ubi salus sine inquisitione datur: adeò mala & impia licet fuerit, accedere tamen fuit ausa: non rogat Jacobum, non precatur Johannem, neq; adit Petrum, verùm totum chorum perrumpit: non egeo mediatore (ex creaturis nempe, quibus ad Christum deducar; addit enim:) ideò descendit (Christus) ideò carnem assumpsit, ut ego quoque cum illo colloquar.* (Et rursus:) *Ideò factus es, quod ego sum: miserere mei: non indigeo Mediatore: miserere mei.* [Et iterum:] *Hanc imitemur Cananæam.* Homil. XXXI, tom. 5. pag. 195. μὴ εἴπῃς, οὐκ εἰμὶ ἄξιος, καὶ οὐκ εὔχομαι. καὶ γὰρ ἡ Συροφοίνισσα τοιαύτη ἦν. μὴ εἴπῃς, ὅτι πολλὰ ἥμαρτον, καὶ οὐ δύναμαι παρακαλέσαι τὸν ὠργισμένον. οὐ γὰρ τὴν ἀξίαν ὁ θεὸς σκοπεῖ, ἀλλὰ τὴν γνώμην. *Ne dicas, Non sum dignus, & non oro: Syrophœnissa etenim etiam talis erat: ne dicas, Multa peccavi, & iratum non possum orare: Deus enim non respicit ad dignitatem, sed ad animum.* Idem Homil. XXII in Matthæum tom. 2. pag. 159. 160. ἀεὶ καὶ διηνεκῶς ἐντυγχάνειν δύνασαι τῷ θεῷ καὶ δυσκολία οὐδεμία πρόσεστιν. οὔτε γὰρ χρεία τῶν προσαγόντων θυρωρῶν, οἰκονόμων, ἐπιτρόπων, φυλάκων, ἢ φίλων. ἀλλ' ὅταν αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ προσέλθῃς, τότε μάλιστα ἀκούσεταί σου, τότε, ὅταν μηδενὸς δεηθῇς, id est: *Semper & assiduò cum Deo colloqui potes, neque ulla adest difficultas: non etiam opus est janitoribus, œconomis custodibus aut amicis, qui te deducant: cùm enim ipse accesseris, tunc te maximè exaudiet, tunc, cùm nullum precatus fueris.* Idem in Psal. IV. tom. 1. p. 524.

5. CCLXXXVIII οὐ χρεία σοι μεσιτῶν ἐπὶ τοῦ θεοῦ, οὐδὲ πολλῆς τῆς περιδρομῆς, καὶ τὸ κολακεῦσαι ἑτέρους, ἀλλὰ κἂν ἔρημος ᾖς, κἂν ἀπροστάτευτος, αὐτὸς διὰ σαυτοῦ παρακαλέσας τὸν θεὸν, ἐπιτεύξῃ πάντως. οὐχ οὕτως δι' ἑτέρων ὑπὲρ ἡμῶν παρακαλούμενος ἐπινεύειν εἴωθεν, ὡς δι' ἡμῶν αὐτῶν τῶν δεομένων, κἂν μυρίων ὦμεν γέμοντες κακῶν. hoc est: *Ad DEUM accessurus, non eges intercessoribus, neque hinc inde discurras necesse est, non opus est, ut aliis aduleris: ipse etenim, etsi*

etsi desertus fueris, etsi ab omnibus derelictus; Deum orans, petitionem consequeris: non ita per alios à nobis rogatus, annuere solet, ut per nos ipsos, qui oramus, etsi infinitis malis scateamus. Homil. LX, tom. 5 pag. 416.

Τί κεχήνατε πρὸς τοὺς ἀγγέλους, φησί; δοῦλοί εἰσι τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ πολλάκις δι' ἡμᾶς πέμπονται, καὶ πρὸς σωτηρίαν ἡμετέραν λειτουργοῦσι, ὥστε ὁμόδουλοι ἡμῶν εἰσί. id est: *Quid Angelis inhiatis? inquit, servi sunt Filii Dei, & sæpius propter nos mittuntur, & saluti nostræ inserviunt, adeóque conservi nostri sunt.* Idem Homil. III in epist. ad Hebr. tom. 4. pag. 443.

Κάλει τὸν υἱὸν, εὐχαρίστει τῷ πατρί, καὶ γὰρ τοῦ υἱοῦ καλουμένου ὁ πατὴρ καλεῖται. (καὶ ἐν τοῖς καθεξῆς) διὰ ταῦτα ὁ διάβολος τὰ τῶν ἀγγέλων (τὴν ἐπίκλησιν καὶ προσκύνησιν αὐτῶν) ἐπεισήγαγε, βασκαίνων ἡμῖν τῆς τιμῆς (ὅτι ἔχομεν εἴσοδον ἐν πεποιθήσει πρὸς αὐτὸν τὸν Θεὸν διὰ μόνου τοῦ μεσίτου Ἰησοῦ Χριστοῦ) τῶν δαιμόνων τοιαῦται αἱ ἐπῳδαί· κἂν ἄγγελος ᾖ, κἂν ἀρχάγγελος, κἂν τὰ χερουβίμ, μὴ ἀνέχου. ἐπεὶ οὐδὲ αὐταὶ αἱ δυνάμεις καταδέξονται, ἀλλὰ καὶ ἀποσείσονται, ὅταν ἴδωσι τὸν δεσπότην ἀτιμαζόμενον (διὰ ταύτης τῆς προσκυνήσεως.) ἐγώ σε ἐτίμησα φησιν, (ὁ Θεὸς) καὶ εἶπον, ἐμὲ κάλει, καὶ σὺ ἀτιμάζεις αὐτόν. Hoc est: *Invoca Filium, gratias age Patri: Filio enim invocato simul etiam Pater invocatur.* [Et in sequentibus:) *Ideo Diabolus ea de Angelis (invocationem nimirum & adorationem) invexit, quod nobis honorem istum invidet,* [*quia habemus accessum cum fiducia ad ipsum Deum, per unum Mediatorem Jesum Christum*] *Dæmonum hæ sunt incantationes: etsi Angelus sit, etsi Archangelus, etsi Cherubim, ne sustineas, quoniam nec hæ quidem potentiæ recipient, sed rejicient, si videant Dominum ignominiâ affici* (*hâc tali adoratione.*) *Ego te honoravi, inquit* [*Deus*] *& dixi, Me invoca, & tu ipsum ignominiâ afficis?* Hæc idem Chrysostomus Homil. IX in epist. ad Coloss. tom. 4. pag. 139.

15. Cyrillus Alexandrinus in Ægypto fuit Theophilo succedens Anno 412 ille Ecclesiæ præfuit ad annum 444 (Morn. a. 370 ponit, quo floruit, qui fuit præcipuus in Synodo Ephesinâ primâ, Nestoriumque hæresiarcham primùm scriptis egregiis, deinde & autori-

Cyrillus Alexandrinus.

toritate damnavit. Hic Cyrillus apertè docet, adorationem esse idoneum argumentum Deitatis, cùm Lex apertè clamet : Dominum Deum tuum adorabis & illi soli servies. Et hinc probat, Christum esse Deum, quia adorandus est. Nam epist. ad Monachos Ægyptios cap. 7 in parte primâ Concilii Ephesini Tom. 2 Conciliorum edit. Paris. pag. 9, disputans contra adversarios Deitatis Filii; Cùm [inquit] Divinitatis sedibus, quod ad se quidem attinet) deturbent, Dei tamen Filium & Deum nominant; & adorari oportere existimant [*υἱὸν καὶ θεὸν ὀνομάζουσι, καὶ προσκυνεῖσθαι δεῖν οἴονται.*] cùm tamen Lex apertè clamet : Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies. Quin & Deus quoque Davidis ore ejusmodi oratione Israëlitas compellat : Non erit in te DEUS recens, neque adorabis DEUM alienum.

§. CCLXXXIX. *Theodoretus*

16. Theodoretus Episcopus Cyri in Syriâ circa ann. 430 Therapeutico 2: *ἡμεῖς τῶν μὲν ὁρωμένων θεολογοῦμεν οὐδὲν, τῶν δὲ ἀνθρώπων, τοὺς ἐν ἀρετῇ διαπρέψαντας, ὡς ἀνθρώπους ἀρίστους γεραίρομεν. μόνον δὲ τῶν ὅλων προσκυνοῦμεν. θεὸν καὶ πατέρα, καὶ τὸν ἐκείνου γε λόγον, καὶ τὸ πανάγιον πνεῦμα.* Nos nihil eorum, quæ oculis cerni possunt, Deum esse affirmamus. Homines autem virtute eximios, tanquam viros optimos honoramus : at solum omnium Deum (vel, ex omnibus Deum) adoramus, Patrem ejusque Verbum, & Sanctum Spiritum. Historiæ libro primo capite secundo, describens Felicem illum Ecclesiæ statum sub Constantino, observat indignatum fuisse Dæmonem, quod videret *τὴν μὲν κτίσιν παρὰ τῶν πλειόνων οὐκ ἔτι προσκυνουμένην. τὸν δὲ ποιητὴν ἀντὶ ταύτης ὑμνούμενον.* Creaturam [interprete Christophorsono] à quamplurimis nullâ ampliùs dignatam veneratione : sed pro illâ Creatorem laude & præconiis celebratum.

Et hæc pro instituti nostri ratione in præsens adduxisse sufficiat. Quæ autem Pontificii ex Antiquitate Græca pro Invocatione Sanctorum adducunt, illa jam discussa & refutata legi possunt apud Danielem Chamierum in Panstratia Catholica libr. XX cap. V pag. 405, ab initio ad §. 15. Gerhard. Joh. Vossium in Thesibus Theol. Joh. Forbesium in Instruct. Historico-Theolog. D. Henricum Eckardum in Compendio Theologiæ Patrum, cap. de Exauditione Precum

p. 490

pag. 490. seq. & in Johannis Dallæi, quæ demum Anno 1664 prodiit, Disputatione adversus Latinorum de Religiosi cultus objecto Traditionem; ubi libro I cap. I ostendit Statum Quæstionis de cultus Religiosi objecto, Eum omnes Christiani nominis homines Vero DEO, Patri, Filio & Spiritui Sancto deferendum consentire, Latinos Eucharistiam, Divos, Reliquias, Imagines, Cruces religiosè præterea colere; Nos nihil istorum religiosè colendum docere pag. 1.

Capite II Argumentum, sententiæ de Religiosi cultus objecto nostræ I, inde sumptum, quod Christianæ Religionis tum Divini tum Ecclesiastici Scriptores, qui ad quartum seculum vixerunt, constanter omnes tradant. Deum solum esse colendum & adorandum. Id fusè probatur Scripturis & Patrum testimoniis, Justini, Smyrnensium, Theophili, Irenæi, Clementis Alexandrini, Tertulliani, Origenis, Cypriani, Dionysii, Alexandrini, Fructuosi Martyris, Pseudo-Clementis Romani; Lactantii pag. 4.

III. Argumentum II nostræ contra Latinos sententiæ, quod primi Christianismi Scriptores, religionem non alius, quàm Dei unius cultu censuerunt; quod probatur: Primò testimoniis Clementis Romani, Justini, Tatiani, Clementis Alexandrini, Origenis, Lactantii. Secundò quod εὐσεβείας & θεοσεβείας vocabula pro Religione indifferenter usurpent, Bellarminus obiter castigatus. Tertiò, quòd res religionis, fidem, spem, fiduciam, invocationem, hymnos, juramentum, Deo Soli deferendas tradant, Origenes, Cyprianus, Pseudo-Clemens Clemens Alexandrinus, Tertullianus. p. 11.

IV. Argumentum veræ sententiæ III Primi Christianismi cultores disertè negant, quicquam, quod sit creatum, colendum vel adorandum: Origenis, Tatiani, Athenagoræ, Clementis Alexandrini, Pseudo-Clementis Romani diserta in eam rem testimonia. pag. 16.

V. Refellitur λατρείας & δουλείας distinctio, quâ Latini tria superiora argumenta solvere frustra conantur. Demonstratur & divinos & Ecclesiasticos intra trecentesimum à nato Domino annum scriptores, duliæ æquè ac Latriæ vocabulum cùm de religioso cultu usurpant, de solius DEI cultu intellige; nunquam de ullius

lius rei creatæ honore; Bellarmini objectiones & argutiæ diluuntur. pag. 19.

VI. Ostenditur vetustissimos ad IV seculum Theologos nullum alium religiosum cultum scivisse; quàm qui unius soliusque Dei propri-

ΚΕΦΑΛΗ ΚΒ.

ΠΕΡΙ
ΤΟΥ ΠΩΣ ΕΞΟΜΟΛΟΓΟΥΝΤΑΙ.

Εἰώθασιν οἱ εὐγενεῖς τῶν ἑλλήνων ἅπαξ, ἢ δὶς, ἢ τρὶς, ἢ τετράκις τοῦ ἐνιαυτοῦ μεταλαμβάνειν τὸ τίμιον σῶμα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου. Ὅμως ἐξομολογοῦνται πρῶτον τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν πνευματικῷ ἱερεῖ (καλεῖται δὲ πνευματικὸς ἱερεὺς ὁ τὴν ἐξουσίαν ἔχων ἐξομολογεῖν ἀπὸ τοῦ ἐπισκόπου.) Ὁ δὲ θέλων ἐξομολογηθῆναι ἔρχεται πρὸς τὸν πνευματικὸν ἱερέα, ὁ δὲ πνευματικὸς ἱερεὺς ἐρωτᾷ ἐκεῖνον, τί θέλει, ὁ δὲ ἀποκρίνεται θέλειν ἐξομολογηθῆναι, τότε ἱερεὺς σὺν ἐκείνῳ πορεύεται εἰς τὸν ναὸν, καὶ ἐν τῷ Ναῷ κατ' ἰδίαν ἄρχεται νουθετεῖν ἐκεῖνον, λέγων. Ὅρα, ἄγγελος κυρίου παρίσταται λαβεῖν τὴν ὁμολογίαν σου ἐκ στόματός σου. Καὶ βλέπε μὴ σιγῇς τί ἁμάρτημα αἰσχύνης ἕνεκα. Ὅτι κἀγὼ ἄνθρωπός εἰμι ἁμαρτωλὸς, ὡς καὶ σύ. Καὶ οὕτως ἄρχεται λέγειν

τὰς

prius est; eos nullam cultus religiosi distinctionem usurpasse. Sed omnia hujus sensûs vocabula λατρεύειν, δουλεύειν, προσκυνεῖν, θρησκεύειν, σέβειν, servire, adorare, colere, religione prosequi, uni DEO tribuere; neque cum ullâ creaturâ communicare, pag. 28.

CAP. XXII

DE

MODO CONFITENDI.

NObiliores inter Græcos bis, ter, quaterve quotannis precioso corpore & sanguine Domini frui consueverunt; confessione tamen, quâ in Spiritualis Sacerdotis sinum peccata sua effundunt, præmissa: (Spiritualis Sacerdotis autem nomine ille gaudet, qui confessiones audiendi potestatem ab Episcopo suo adeptus est.) Qui verò Confessionem suam reddere vult, is spiritualem illum Sacerdotem accedit. Hic illicò, quid expetat? sciscitatur. Respondente illo, se confiteri velle; Sacerdos illum in Templum comitatur, ibique in loco quodam ab hominum frequentiâ remoto, privatim eum admonere incipit, dicens: Ecce Angelus Domini hic nobis adstat, percepturus confessionem ex ore tuo, cave ergò, ullum peccatum pudoris prætextu reticeas. Quandoquidem & ego homo peccator sum, sicuti & tu. Tùm confitens delicta sua enumerat. Cui enumerationi ubi finem imponit, spiritualis ille eidem iterum hoc incul-

§. CCXC. *De modo confitendi ap. Græcos.*

τὰς ἑαυτȣ̃ ἁμαρτίας ὁ ἐξομολογȣ́μενος, τότε πάλιν λέγει ἐκείνῳ ὁ πνευματικὸς, μνημόνευσον, μήτι ἔλαθες. Ὁ δὲ ἐξομολογȣ́μενος πάλιν συλλογίζεται, καὶ εἰ μὲν ἐνθυμηθῇ, τί λέγει, ἐὰν δὲ μὴ, λέγει ὅτι ȣ̓δὲν ἐνθυμεῖται. Τότε ὁ πνευματικὸς διδῶσιν ἐπιτίμιον, τȣτέστι, νηστεύειν τοσαύτας ἡμέρας, καὶ Ἐλεεμοσύνας ποιεῖν καὶ ἔπειτα εὐλογῶν λέγει. Κατὰ τὴν ἐξȣσίαν, ἣν ἔδωκεν ὁ Χριστὸς τοῖς Ἀποστόλοις αὐτȣ̃, εἰπὼν, ὅσα ἂν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς ἔσαι λελυμμένα καὶ ἐν τῷ ȣ̓ρανῷ; καὶ κατὰ τὴν ἐξȣσίαν, ἣν ἔδωκαν οἱ Ἀπόστολοι τοῖς Ἐπισκόποις, καὶ καθ' ἣν ἐξȣσίαν ἔλαβον ἀπὸ τȣ̃ Ἐπισκόπȣ μȣ, ἔση συγχωρημένος ἀπὸ τȣ̃ πατρὸς καὶ τȣ̃ υἱȣ̃, καὶ τȣ̃ ἁγίȣ πνεύματος ἀμήν. Καὶ μετὰ τῶν δικαίων ἡ μερίς σȣ. Καὶ μετὰ ταῦτα ἀναγινώσκει τινὰ τεταγμένην εὐχὴν ἐπὶ τῆς Κεφαλῆς τȣ̃ ἐξομολογηθέντος, ὁ δὲ ἐξομολογηθεὶς ἐᾷ τινα χρήματα, ἵνα εὔχεται ὁ Ἱερεὺς περὶ αὐτȣ̃, χαμαὶ, ἢ ἐν τινι τόπῳ ἐκεῖ, καὶ ἐξέρχεται, καὶ ποιεῖ ὅσα εἶπεν ἐκείνῳ ὁ πνευματικός. Καὶ ὅταν ἔλθῃ ἡ ἑορτὴ, δεῖ ἐκεῖνον μεταλαμβάνειν. Πρὸ τȣ̃ μεταλαβεῖν ἐκεῖνον ὁ Ἱερεὺς ἐκεῖνος, ἢ ἄλλος Ἱερεὺς ἀναγινώσκει τινὰ εὐχὴν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τȣ̃ ἐξομολογηθέντος γονυπετȣ̃ντος τȣ̃ ἐξομολογηθέντος.

AD

inculcat. Excute memoriam, annon oblivione aliquid sit prætermissum ? Tum Confitens iteratò apud animum suum rationes init, &, si quidem delicti alicujus recordatio in mentem venerit, illud profert; sin minus, nihil amplius occurrere sibi profitetur. Quo facto pœnam aliquam spiritualis illi denunciat, h. e. injungit illi vel aliquot dierum jejunium, vel Eleemosynarum erogationem, illique ultimo loco benedictionem impertiens hunc in modum fatur: Ex eâ potestate, quam Christus Apostolis suis concessit, dicens: Quæcunque solveritis in terrâ, & in cœlis soluta erunt, & quam Apostoli Episcopis contulerunt, quamque ego ab Episcopo meo mihi traditam nactus sum autoritatem, absolveris, & criminum purus pronunciaris à Patre, Filio, & Spiritu S. Amen. Et inter justos cernes sortē atq; hæreditatem tuam. Posthæc super Capite confitentis, consvetā aliquam precationē recitat. Confitens verò vel humi, vel alio in templi loco nūmis aliquot, ut Sacerdos sc. pro ipso preces fundat, relictis abit: injunctorū sibi à Spirituali suo, ut in Effectum deducantur, benè memor. Quàm primum igitur Festus aliquis dies incidit, Confitens ille ad Sacram Cœnam tenetur accedere. Antequam verò eam accipiat, Sacerdos, sive ille prior, sive alius aliquis, super capite hujus confitentis in genua procumbentis [qui sc. jam ante Confessionem edidit, Orationem aliquam legit.

AD CAPUT
DE CONFES-

§. CCXCI.

MOdum hunc Confitendi & Confitentes absolvendi ita describit *Critopulus in Confess. Eccles. Orient. Cap. X. p. 104.*

Confessio & Absolutio à Deo instituta.

Deus cùm Naturâ sit Amans Hominis, & multa certa argumenta sui erga Homines Amoris nobis ostenderit, neque hoc prætermisit. Cùm enim sciret, naturam nostram esse Imbecillem, & facilè posse labi, quodque animus hominis sollicitè in prava incumbat, providit nobis Pœnitentiæ medicamentum. Docet proinde Catholica Ecclesia peccantes & resipiscere cupientes, ingenuè fateri delicta sua apud aliquem ad hoc ordinatorum Presbyterorum & spiritualium Patrum, ut ex humano ore audiant Veniam, atq; ita accipiant à Deo per hominem, Remissionem Peccatorum. Juxta illud: Quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata in cœlis: & quæcunque solveritis super terram, erunt soluta in Cœlis. Præterea: Si quorum remiseritis Peccata, remittuntur eis: si quorum retinueritis, retenta sunt. Sicut itaq; tam Sanctum Baptismum, quàm Dominicam Cœnam, voluit Deus per Homines peragi; & alios quidem esse administrantes, alios verò participantes; [præterquam Dominicam Cœnam, cujus etiam particeps fieri potest, qui eam administrat Presbyter:] ita quoque Remissionem hanc Peccatorum per homines voluit DEUS subministrari, & alios quidem esse præeuntes, alios verò istam accipientes.

Matth. XIIX. v. 18. Joh. XX. v. 23.

Exigitur autem à Pœnitentibus, ut à Peccato deinceps abstineant, & veniam petant à Deo cum contrito corde, super Spe in ipsum Deum stabili ac firmâ. Quoniam Spiritum contritum, & Cor contritum ac humiliatum Deus non contemnet. Deinde etiam pœna quædam infertur pœnitentibus ab iis, qui illorum peccata audiverunt: tùm in castigationem, ne amplius inordinatè vivant, tùm ut per Voluntariam ac sponte electam Afflictionem, loci temporalem virgam mitiorem experiantur. Modus verò Pœnæ hic est. Olim quidem Ecclesiam duplici modo peccantes castigavisse, manifestum est. Siquidem enim in ipso facto hos deprehendit improbè agere, jussit eos albam

Ps. 51. v. 18.

Censura Ecclesiastica Veteris Ecclesiæ in prævaricantes.

XXII

SIONE.

albam tunicam indutos, ramumque oleæ aut alicujus perpetuò virentis arboris tenentes, & præ foribus templi stantes, caput submittere introëuntibus & exeuntibus, ut sibi ignoscerent, ab illis petendo. Fiebat autem hoc per Tres conventûs frequentes: aliquando etiam plures, pro qualitate sc. Peccati, & ejus, qui deliquerat, dispositione. Deinde verò postquam hos admonuisset, ut de reliquo ab omni improbitate abstinerent, temperanterque deinceps viverent, ac Deum cum contrito corde & bonâ spe super Peccata sua supplices orarent, absolvebat in Pace. Eos verò, qui clanculum aliquid indecorum commisissent, deinde per se apud animum reputasset, quantum sit in Deum peccare, atque ultrò peccatum confiteri, & veniam ex toto corde petere constituissent, nihil dictorum jubebat facere. Aliam verò Pœnam ipsis imponebat: videlicet Jejunium, Preces, Vigilias, & ante hæc Eleemosynam in Egenos. Deinde etiam illos, cùm, prout par est, admonuisset, pacificè dimittebat.

§. CCXCII *Quid Orientalis Ecclesia in hodiernũ diem ex his ritibus observet.*

Hæc autem servantur apud Orientalem Ecclesiam usque in hodiernum Diem; nisi quòd primum illud, ubi prævalet Anti-Christi tyrannis, non observatur, multis de causis: reliqua verò sine ullâ Differentiâ usque in hodiernum tempus. Interrogant quidem illi, qui Peccatorum Confessionem audiunt, de Peccatis in Specie & horum qualitate, ut conveniens medicamentum afferant ægrotanti; quandoquidem etiam medicus non curaverit quemlibet morbum, nisi prius perspexerit qualitatem morbi: non tamen etiam de Personis, quibus cum peccatum commissum sit, modoque & loco. Supervacaneum enim hoc est, & valdè malam existimationem ei tanquam multis, iisq; nihil ad se pertinentibus negotiis, sese implicanti & nimis curiosè in aliena inquirenti concilians. Cùm igitur perceperint peccati radicem ac velint pœnam removere, si pœnitentes mediocriter essent divites, imponunt eis Eleemosynam, ceu prius dixi. Docent autem eos hâc ipsâ uti ad Liberationem captivorum. Multos enim multis è Locis & Agareni & Scythæ apud nos advehunt, velut ex Russiâ, Poloniâ,

Injunctæ per Pœnitentiã Eleemosynæ in redemptionem captivorũ impenduntur.

Ioniâ, five Sarmatiâ, ex fuperiori & inferiori Myfiâ, quæ nunc Moldavia & Walachia vocantur; ex Pœoniâ, quæ nunc Ungaria; ex Triballiâ, quæ nunc Transfylvania; ex Iberiâ eâ, quæ verfus Orientem eft, & Cholchide, & aliunde. Quos ementes Chriftiani, remittunt ad fua. Si verò illis ultrò placet apud nos permanere, manent, & utimur his perinde ut fratribus. Si autem Juvenes fint, profpiciunt his illi, qui eos mercati funt, & de Nuptiis, & de Dote, & de reliquis neceffariis, pro viribus quilibet. Hæc Critopulus.

Quia autem hæc Doctrina de Confeffione & Abfolutione valde neceffaria & utilis eft, fubjungam aliquas Orationes circa Confeffionem apud Græcos ufitatas.

ORATIO *fuper Pœnitentes.*

DEUS Salvator nofter, qui per Nathan Prophetam Davidi de propriis peccatis pœnitentiam agenti conceffifti indulgentiam, & iterum Manaffe Orationem in pœnitentiâ exaudivifti: ipfe & fervum tuum N. de iis, quæ perpetravit, peccatis Pœnitentiam agentem folitâ tibi Humanitate fufcipe: ne refpicias ad ea quæ egit, tu qui injuftitias dimittis, & præteris iniquitates. Tu enim dixifti, Domine, nolo Mortem peccatoris, fed ut convertatur & vivat, & ut feptuagies feptíes remitterentur peccata; quoniam ficut incomprehenfa eft magnitudo tua, ita & mifericordia: fi enim iniquitates obfervaveris, quis fuftinebit? Quia tu es Pœnitentium Deus, & tibi gloriam referimus: Patri, & Filio, & S. Spiritui: nunc & femper, & in Secula Seculorum, Amen.

Alia Oratio.

§. CCXCIII. *Alia Oratio.*

DOmine Jefu Chrifte, Fili Dei vivi, Paftor & Agnus, qui tollis peccatum mundi, qui duobus debitoribus mutuò datum remififti, & Peccatrici delictorum ejus Indulgentiam largitus es: ipfe Domine, relaxa, remitte, condona peccata, iniquitates, delicta fponté & non liberè, fcienter, vel ignoranter ex transgreffione vel obedientiâ, à fervis tuis iftis commiffa: etfi ut homines Carnis infirmitate circumdati, & mundi Incolæ, à Diabolo, five in Verbo, five in

in opere, sive ex Scientiâ, aut Ignoratione decepti sunt, aut Sacerdotis Verbum spreverunt, aut ejusdem maledictioni subjecti sunt, aut in propriam suam exsecrationem inciderunt, vel jurejurando se adstrinxerunt: ipse ut bonus & malorum immemor Dominus verba absolvi consentias, relaxato eorum anathemate vel jurejurando secundum magnam misericordiam tuam. Ita fiat benigne Domine, exaudi nos, clementiam tuam pro Famulis tuis deprecantes, & ut misericors valdè cunctis eorum peccatis ne attendas. Ab æternâ Damnatione illos libera. Tu enim dixisti, mi Domine: Quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque solveritis super terram, erunt soluta in cœlis. Quia tu solus es absque peccato, & tibi gloriam referimus: Patri, & Filio, & Spiritui S. nunc & semper, & in Secula seculorum, Amen.

Hisce Orationibus Jacobus Goar in Euchologio alias quoque adjicit, quæ ex Cryptoferr. Bessarionis & Barberii S. Marci. Item ex Allatio, nec non vetustis codicibus Thuani; sed illæ ibi legi poterunt. In Notis Goar scribit: Non improbatum Sacramenti cujusq; conferendi usum Ecclesiam Orientalem huc usque tenuisse, agnovisse etiam Ecclesiam Romanam, quia in Concilio Florentino, in quo leviorum rituum momenta rationesque à Græcis expoposcit, nullum de Sacramentis nisi de Conjugum non succidendâ Societate, cum eis Examen constituere proposuerit; quasi Sacramenti cujuscunque ab eis administrati normam, Formam, Sententiamque approbatam censeret ac ratam, unde licet Armenios, de illorum partibus, materiâ sc. & formâ, & aliis ad singula quæque spectantibus, voluerit amplè esse instructos, Græcos tamen de hujusmodi nihil monitos prius abire permiserat: ut quæ circa illa nihil ab eis desiderandum aut castigandum, indicasset. Dicit postea Goar ex Orationibus Græcorum super Pœnitentes dubium se alicui objicere, An aliud circa Sacramentum hocce valeant aut efficiant Græci, cùm nulla in eis Verborum Series primâ fronte deprehendatur, *quæ veram Absolutionis Formam in se includere, possit existimari.* Respondet autem quantum ex Ecclesiasticâ Historiâ, ritualibus antiquis, traditione, aut aliis non excipiendis Testimoniis conjicere licet, antiquam in Ecclesiâ Latinâ quoque Pœnitentiæ Sacramenti sive absolutionis Formam deprecativis Verbis compositam fuisse; eamque indicativam & judicativam, ut ita

R. Catholici Confessionē Græcorum in Concilio Florentino approbant.

Sicut ergò Latini quarto abhinc seculo in antiquioribus ritualibus indicativam Sacramenti Pœnitentiæ Formam, his verbis: Absolvo te à Peccatis tuis; conceptam nequeunt ostendere, quam tamen successivâ traditionis serie ab antiquis P.P. accepisse profitentur: parem eadem ratione, scriptis nullibi commendatam, per manus tamen à pristinis seculis ad hæc usque tempora deductam πνδυμαλικ i Confessores, ejusmodi Sacramenti Formam habere potuerunt, quâ nimirum Occasione à Pœnitentis Verbis acceptâ, communiter uti consueverunt. Forma autem est hujusmodi: Ἔχω σὲ συγκεχωρημένον. Habeo te condonatum: Pœnitens siquidem omnis cum peccatis enumeratis, & cordis contritione manifestatâ, veniam à Deo, & à spirituali Patre rogare soleat, his Vulgaribus suæ linguæ Verbis: Παρακαλῶ ἵνα μὲ συγχωρήσῃς, precor ut veniam mihi eroges: si petitioni annuat, & peccatorum Indulgentiâ dignum putet, ad mentem rogantis laudatum illud; ἔχω σὲ συγκεχωρημένον, Habeo te veniâ donatum, aut vernaculè ἂς εἶναι συγκεχωρημένος, sis condonatus, respondet πνδυμαλικός: Quæ verba Latinorum æquipollere formæ, & eâdem Virtute pollere, fusè demonstrat Arcudius Lib. 4. cap. 3. præter cujus expositionem hoc solum superest addendum: Illud, Habeo te Veniâ donatum aut condonatum, esse, idem penitus, ac facio, reddo te veniâ donatum aut condonatum; quod absolutè est veniâ donare aut condonare: mutua enim est Activorum & Passivorum Consequentia & Correlatio, nec nisi veniâ donans, alium veniâ donatum constituere potest: condonare autem Peccatum, est illud absolvere: vel quod in idem redit, condonatum aliquem habere, est idem, quod mente illum condonatum tenere, cùm non nisi ejus, qui loquitur, ministerio contingat esse condonatum; in Orationibus namque aliis jamjam referendis potestatem dimittendi peccata, à Deo se accepisse profitentur Græci: consequitur ejus sermone & loquela; quæ est hæc: Ἔχω σὲ συγκεχωρημένον, pœnitentem verò constitui condonatum, ut juxta sensum suum, sermo hic operetur: atque ita etiam apud Græcos comprobetur Sacramenti Formam efficere, quod significat: quæ si imperativè, ἂς εἶναι συγκεχωρημένος: Sis condonatus, proferatur, Virtutis ejus nihil excidit. Nam & absoluta locutio omnis, in Imperativa fundari potest, sicut in hâc, Accipe Potestatem offerendi Sacrificium Deo, &c. alia hujusmodi fundatur. Do tibi potestatem offerendi Deo Sacrificium, &c. & iterum in hac: Baptizetur servus Christi &c. à D. Thoma aliorum relationi Fidem adhibente, Græcis imputata, alia ego baptizo servum CHRISTI, *&c. Atque ita cùm Verba: sis condonatus à me, interiorem condonandi actionem im-*

por-

Nota, cur Græci passivis potius, quàm Activis locutionibus Sacramentorum vim exprimant. Ne sc. Minister eorum authoritatis quicquam circa illa sibi arrogет.

portent, eundem quoque sensum inferent; idemq; erit, ac ego tibi condono. Gaudent autem Græci passivis potius, quàm Activis locutionibus Sacramentorum vim exponere: ne minister eorum Authoritatis quicquam circa illa sibi arroget, cumq; in illis Verbis, Ἔχω σε Excellentiæ nonnihil sonet, illis Episcopus veretur uti, & quò dignitate superior est, humilius de se in conferendo Sacramento sentit, & ait: Ἡ ταπεινότης μου ἔχει σε συγκεχωρημένον. Humilitas mea habet te condonatum: Archiepiscopo aut Patriarchæ sufficit dicere: ἡ μετριότης μου ἔχει σε συγκεχωρημένον. Mediocritas mea habet te condonatum. Selectos autem & non obvios quosvis licet confessionibus excipiendis exponant Græci, fieri tamen posset, ut literarum defectu ut plurimum in hoc Sacramento conferendo aberraret minister, & usu, vel casu potius, quàm Doctrinæ lumine excultus, veram administrandi Sacramenti illius Regulam observaret. Hinc illa vox Arcudii post longam de tolerandis Græcis in hujus Sacramenti dispensatione disceptationem. Et Deus Optimus Maximus Dives in Misericordia: Et miserationes ejus super omnia opera ejus. His prolatis describit Goar singularem curam Eccles. Romanæ erga Græcanicam, quòd suam Pœnitentiæ Sacramenti Formam typis consignatam ad Græcos transmittere & distribuere curavit; Quam tamen Græci Venetis subjecti, qui mentem Constantinop. Patriarchæ studiosè sequuntur, non acceptarunt.

Ne tamen, inquit, Ignorantiæ & Rusticitati Græcorum Sacerdotum dilectos sibi Orientales Ecclesia Romana de omnibus sollicita & eorum salutem moderandam relinquat, suam Pœnitentiæ Sacramenti Formam typis consignatam, à quibusdam jam receptam ad eos transmittere, & distribuere curavit.

§. CCXCV.

Oratio in Hominem peccata confessum, quæ quidem à Patre spirituali recitanda est.

Oratio in Hominem peccata confessum à Patre spirituali recitanda.

DOMINUM PRECEMUR!

DOmine Deus salutis servorum tuorum, misericors & Longanimis, qui super peccatis & malitiis nostris pœnitentiam agis: qui per Ezechiëlem Prophetam dixisti: Quia non Voluntate volo mortem peccatoris, tantùm ut convertatur, & vivat ipse. Ipse humanæ & malorum tolerator Domine Dominator, exorare nunc quoque super

per

per servum tuum N. & modum Pœnitentiæ, peccatorumque veniam illi concede, condonans illi per me indignum famulum tuum omne delictum spontaneum pariter ac involuntarium. Tu enim dixisti, Domine, Divinis & Sanctis Discipulis tuis & Apostolis: Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; quorum retinueritis, retenta sunt; Et quæcunque ligaveritis & solveritis super terram, erunt ligata & soluta in cœlis. Ipse igitur Domine, remitte servo tuo N. per me indignum & abjectum propria, quæ commisit, delicta, & reconciliare, & sanctæ tuæ Ecclesiæ illum aggrega, &c. Cum quo convenit tibi Gloria, Potestas, Magnificentia, nunc & semper & in Secula seculorum, Amen.

Altera Oratio Compendiosa.

Altera Oratio compendiosa.

DOMINUM PRECEMUR!

Dominus Noster Jesus Christus, & Deus, qui hoc mandatum ligandi atque solvendi Peccata hominum divinis & Sacris suis Discipulis & Apostolis tradidit: ipse de Excelso prætereat omnia peccata & omnes iniquitates tuas. Ego verò indignus ejus servus, ab ipsis idem faciendi occasiones & Causas nactus, Absolvo te ab omni Excommunicatione, in quantum possum, & valeo, tu indiges. Insuper ego absolvo te ab omnibus peccatis tuis, quæcunque coram DEO, & meâ indignitate confessus es. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs S. Amen.

Alia Confeßionis Oratio.

Alia Confeßionis Oratio.

Deus justus, qui propter nos carnem assumpsit, & universi orbis peccatum tollit: ipse suavissimâ suâ benignitate volens, expectans, & dispensans omnibus salutem, hæc quoque, Frater, delicta tua deleat, quæcunque meæ indignitati revelasti. Ego verò condono tibi omnia peccata tua. In Nomine Patris, & Filii, & Spir. S. Amen.

Has ab Eccles. Romanâ præscriptas

His orationibus, inquit Goar, utuntur Calabri, Apuli & Siculi Græci: Venetis namque Subjecti, mentem & sensum Constantinopolitani Patriarchæ studiosiùs sequuntur; acceptaverunt quoque il-

Orationes Calabri, Apuli & Siculi Græci tantū accipiunt, non qui Venetis subjecti nam hi studiosè sequuntur mentem Patriarchæ Constantinop.
§. CCXCVI.

las Orientales nonnulli, & in usum actas memini quondam mihi ab ipsis ostensas, transcriptas verò & quasi laudatas & receptas, à quibusdam cum plerisque sui ritûs orationibus recenter ad me misit, multâ mihi necessitudine conjunctus, Georgius Coresius, Ecclesiæ C. P. Theologus.

At cùm plerique crassam Orientalium Sacerdotum inscitiam mirati, an simplex rudisque plebs sub Exomologesi peccata denudet, & utrum Speciei numerique diversitatem agnoscat, à me exquisiverint: paucis monendum arbitror, Græcos, raros πνευματικοὺς *Patres spirituales* è Monasteriis maximè selectos (Laicos enim Sacerdotes, quamvis erroneè, non ita confidenter conveniunt, prout subindicat Balsamonis Responsum 19.) ad hoc onus admissos, literísque ἐπιτιμητηρίοις institutos exponere. Illi sedentes, pœnitentes pariter sedentes [pro antiquo Latinorum more, apud Alcuinum de diu.Off. ubi de Capite Jejunii.] pro Exomologesi audiunt: si leves & venia dignas pœnitentis culpas deprehenderint, nullam adhibent absolutionem, sed de pio devotoque quodam opere exercendo monitum, amicè remittunt: si lethifera, quæ θανάσιμα dicunt crimina detegunt, illa in Nono Canone juxta se posito examinant, censurarumque districtioni, prout legunt, cuncta subjiciunt, & tandem pœnitenti benè precantur, his atque aliis Orationibus, ut in remedium præteriti delicti, vel in cautelam futuri compositis: de quibus alia nonnulla Juris Græcor. p. 397 reperies. Peccata tandem cuncta κανονίζουσι, i.e. ad Canonum rigorem examinata pœnis in eis perlectis castigant & emendant, propterea que pœnitentiam impositam, ut Canonibus præscriptam solent ipsi Κανόνα vocitare.

Ξηροφαγία quid?

Ea autem est ξηροφαγία ab Obsonio quocunque, olei, piscium & carnium, & à Vino abstinentia. γονυκλισίαι s. Μετάνοιαι στρωταὶ, absque Numero, his Verbis adjunctis: Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ καὶ λόγε τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, διὰ τῆς θεοτόκου, ἐλέησόν με τὸν ἁμαρτωλὸν πεπωρωμένον τέλυγμα. Missa per XL Dies celebranda, divitibus ἑωχίλαιον velut extremè & spiritualiter infirmis, ex ignorantiæ abusu, preces, Psalteria literis edoctis indicuntur. Publica verò Pœnitentia nulli licet amplius imponatur [relaxato nimirum apud eos antiquo Canonum rigore à Nectarii & deinceps Johannis jejunatoris mitissimi in delinquentes animi tempore & levioribus pœnis compen-

pensato] aliquos tamen Confessione expiatos à Sacra Communione per Annum vel plures, quandoque arcent. Hi non ita plenè reconciliati privationem Eucharistiæ, Panis Euchologici, Communionis Vices agentis veri tunc ἀντιδώρου sumptione solantur: & Sanguinis Dominici sumendi loco, aquam in Theophaniis Benedictam Diacono eam μεταλβίω porrigente, communionis Diebus Paschatis, sc. Apostolorum Petri & Pauli, Assumptionis & Christi Natalitiorum, summâ cum Religione hauriunt, & tandem Oratione ἐπὶ τῶν ἐπιτιμίων λυομένων super eis recitatâ, ex integro Ecclesiæ reconciliantur. Hæc Goar.:

§. CCXCVII. *Confessio in Ecclesiâ Moscoviticâ.*

CONFESSIONEM MOSCOVITARUM, ita describit Archontol. Cosm. Part. I. pag. 463. a. b. Confessionis Pœnitentialis ritus apud ipsos hic est. Fit Confessio sub centro rotundæ testudinis in Templo coram Sacerdote ibi stante capite aperto. Confessorem oculos suos oportet continuò habere directos ad quandam imaginem, & sic enumerare in specie omnia peccata additâ promissione emendationis Vitæ suæ. Tunc absolvitur quidem, sed impositâ antea pœnâ Pœnitentiariâ, nempe Jejunio tot vel tot dierum, vel genuflexione (πσκλάνιζειν vocant) coram certâ imagine tot centies vel millies repetitâ, unà cum oratiunculâ consvetâ Gospodi Pommilui, vel abstinentiâ ab amplexibus mulieris ad certum tempus, vel si hæc non sufficiant ponderi peccatorum delendo, aquâ benedictâ [quæ Die Trium Regum consecrata à Sacerdote pretiosè venditur pœnitentibus & aliis] jubetur se conspergere; quâ Ceremoniâ factâ conscientiam sibi videtur habere sedatam acquisitis Transgressionum suarum Indulgentiis.

De eâ Confessione hæc habet Adamus Olearius in Descript. German. Itineris Persici: Confessionem, & Sacræ Cœnæ usum ad conversionem & reconciliationem cum Deo censent pernecessariam. Ideò illi, qui in Festo Paschatos Sacram Synaxin volunt accedere, omnes coguntur confiteri in magnâ Quadragesimâ.

Ante Confessionem præbetur ipsis acida potio, ex quâ tormina in ventre experiuntur, quemadmodum etiam octo Dies ante usum Sacræ Eucharistiæ nullo cibo, nisi aquâ & Suchari (vox hæc originem debet Polonis, apud quos frequenter suchotti, suschitzet audiuntur.) ut vocant, vel pane secundario in frustula diviso, & offis ad instar ari-

do, solidoque. Confessio autem ipsa ad hunc modum peragitur, & quidem in medio templi, sub centro ipso convexi coram Sacerdote, qui ibidem nudo capite consistit.

Confessarius autem cogitur oculos suos continuò in certam aliquam in hunc Finem collocatam imaginem defixos tenere, omnia peccata in specie recensere & confiteri, & simul vitæ emendationem promittere. Posthæc absolvit eum quidem Sacerdos, sed tamen pro qualitate, & magnitudine delicti satisfactionis loco imponit, ut vel certum tempus jejunet, aliquot centum vel mille vicibus coram imagine sese inclinet, & miserere mei pronunciet, abstineat quoque aliquandiu à consvetudine Conjugali, aut etiam, ne templum introëat; sed tantùm ante fores ejusdem consistat. Si verò peccatum majus, quàm ut hæ satisfactiones sufficiant, aquâ benedictâ, quæ in Festo trium Regum consecratur, & à Sacerdote carè venditur, se lavare cogitur, atque ita liberatur à peccatis suis, requirit veniam, & pacatam conscientiam.

Johannes Faber de Moscis pag. 178 rem ita describit: Sacerdotali enim hoc Ministerio Moscovitæ ad Pœnitentiam utuntur. Quisquis namque ad provectiorem ætatem atque eam venerit, quæ ingenii sui viribus uti potest, ac discernere inter bonum & malum, rectum & pravum, lepram & non lepram, per contritionem sese peccasse cognoverit, rectè spiritûs contribulati Sacrificium reddens, mox ad pedes Sacerdotis procidit, & in aurem illi, ut qui sedem Dei teneat, scelera omnia admissa sigillatim, quantum memoria recolligere potest, ex ordine cum planctu aut gemitu declarat, à quo postea beneficium absolutionis tanquam Christi vicario accipit. Huic rei conficiundæ tempus quoque habent constitutum: quantumvis enim Paschæ Festo pro Ecclesiasticâ ordinatione facere coguntur, plerique tamen devotiores ad celebriores festivitates Exomologesin auricularem facere non negligunt. Id si quis constituto tempore Paschatis neglexerit, Anathema esse solet omnibus, abominaturque ipse ab omnium conversatione, adeoque ab Ecclesiæ ingressu coërcetur. Hæc Faber.

§. CCXCVIII. *Annotatio Gisb. Voetii in hd. Christ. Angeli.*

Unum est, quod in hoc capite notavit *Gisbertus Voetius Politic. Ecclesiast. Part. I Lib. II Tract. II. Sect. IV pag. 796.* Quando allegat hunc locum, quod nimirum Christ. Angelus non explicet, quosnam per

per *Nobiliores* intelligat. Verba ejus hæc sunt: *Confessionis apud Græcos modum describit Christ. Angelus cap. 22. sed ejus usum ad Nobiliores apud Græcos loc. cit. restringit. An per Nobiliores ἐυγενεῖς intelligi velit tales, quales Berrhoenses. Act. 17. v. 11. An verò genere Nobiles, ex ipso non liquet. Priorem significationem respici forte conspici posset ex iis, quæ Goar in Notis ad Euchologium, pag. 199. ubi ex Germani Synodalibus probat, statutum esse, ut Pontifices superiores Monasteriorum, Patres Spirituales, Sacerdotes frequentius confiteantur. Interim non dissimulat, rarius hujus Sacramenti à Græcis frequentatam devotionem, infamem ejus contemptum, & ferè repudiati notam innuisse.* Ego puto verum Intellectum Vocis Nobiliores posse capi, si notetur, quid Sigismundus L. B. ab Herberstein in Moscoviâ Basileæ excusâ pag. 45 de Pœnitentiâ scribat: Quamvis, inquit, in constitutionibus suis etiam Confessionem habeant, plebs tamen nihilominus censet, ad nobiles & præcipuos illam solùm spectare. Circa Pascha magnâ cum Devotione & Zelo confitentur.

Errorem Græcorum circa Confessionem quoad enumerationem omniū peccatorū, quæ tamen modificatur, si quis aliqua ex oblivione omiserit, vel ex verecundiâ obticuerit.

Errorem, quem de Confessione Græci habent, sequentibus Verbis notat *D. Elias Vejelius in Dissertat. de Eccl. Græc. pag. 40*: VI Error Græcorum est Confessio Auricularis, sive ἐξομολόγησις κατ' εἶδος. Jerem. *Confitens, quoad possit & recordetur, debet peccata articulatim exponere*, mox autem quæstum Pontificium improbat, iisdemque in hâc materiâ æquior est, dicens: *Quicquid verò peccatorum, aut propter oblivionem omiserit, aut propter verecundiam obticuerit, oramus misericordem & mitissimum Deum, ut ei hæc quoq; remittantur: ac confidimus, ea ipsi remissum iri.* v. Goar. & Arcud. Sacerdotes Græcos ob frequentiorem confessionis intermissionem vituperantes. Id Arcud. cap. 3 censet, *hæc & similia verba Ieremiæ (omissa διὰ λήθην per oblivionem) justâ reprehensione non carere*, & cap. 5. dubitat, An Sacerdotes Græcorum, quia sint Schismatici, absolvere possint. En mi Lector, egregiam, quam tibi toties declaro, concordiam! Hæc Vejelius Qui in defensione suæ Dissertationis contra Leon. Allatium suam tuetur & Græcorum Sententiam, & ritûs ulterius explicat, his usus Verbis:

Arcudius reprehendit verba Patriarchæ Ierem. de Peccatis per oblivionem in Confess. omissis.

De speciali Peccatorum enumeratione confessus sui ipse in Exerc. Græcos eandem laudare, & in eo quadantenus vobiscum facere, non potui tamen non notare in consensu aliquem dissensum. 1. Quod Jeremias solennem Pontificiorum Sacerdotum quæstum improbat. 2. Quòd tàm rigidè non exigat omnium peccatorum enumerationem, quò

§. CCXCIX.

quò minus liceat nonnulla, quæ aures castas incestare possent, prorsus reticere, sine periculo damni spiritualis. In quo etiam Germanus Amathuntis Episcopus, Jeremiæ adstipulatur, & in Oratione Condonatoriâ apud Goarem p. 681. Euch. *peccatorum ex oblivione aut pudore tacitorum* remissionem pollicetur; nec minus idem facit Michaël Antiochenus Patriarcha, qui Th. Zygomalam à ligamine peccatorum absolvit; paremque indulgentiam, justâ reprehensione non carentem *in aliis quoque Patriarchæ Constantinopolitani diplomatibus sese legisse, meminit* Arcudius Concord. p. 373, *quem abusum, ut qui auricularem Confessionem planè destruat, non ferendum esse* dicit, pag. seq. Unde non judicant necessarium esse de jure Divino omnia & singula peccata, quorum Confitens meminisse potest, sigillatim confiteri; multò minus omnes & singulas circumstantias, quod quidem sub pœna anathematizationis exigunt Tridentini, enarrare. Ἐρωτῶσι μὲν οἱ ἀκροαταὶ τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἐξομολογήσεως, κατ' εἶδος τὰ ἁμαρτήματα. *Interrogant quidem illi, qui Peccatorum Confessionem audiunt, de Peccatis in specie, & horum qualitate, ut conveniens Medicamentum afferant ægrotanti: non tamen de personis quibuscum peccatum commissum sit, modoque & loco.* Περιττὸν γὰρ τοῦτο, καὶ λίαν πονηρὰν ὑπόληψιν ἢ τῷ πολυπραγμονοῦντι καὶ περιεργαζομένῳ προσάπτον. *Supervacaneum enim hoc est, & valde malam existimationem ei tanquam multis iisque nihil ad se pertinentibus negotiis sese implicanti, & nimis curiosè in aliena inquirenti concilians.* Metroph. Critop. pag. 507. Allatius quidem ex eo, *quòd Græci omnes dicant, peccata remittere solius esse Dei, Pastoresque à Peccatis absolvere ex potestate à Deo sibi factâ*, contra Caucum vult inferre, *falsum esse*, quòd Græci statuant, *Confessionem auricularem esse juris positivi seu arbitrariam, & non juris Divini*: sed rectè eidem respondet D.D. Haberkornius: (Vind. Anti-For.) *Etsi remittere peccata sit solius Dei auctoritativè, & Pastores peccata remittant ministerialiter, confessio tamen nihilominus tali modo, sc. seorsim ad aures facta, potest esse Institutionis Ecclesiasticæ, non verò mandati Divini, quod & ipse Allatius pag. 1297, 1298. ex Cauco, Jobo Monacho, Jeremia, Gregorio Hieromonacho, & Protosyncello elicuit.* Quid verò dixisset Jeremias, quamque dissensum suum fuisset contestatus, si audivisset, in Papatu non tantùm ex verecundiâ non licere quicquam reticere, sed novos Catullos, Martiales, Petronios, istiusmodi Priapeja & fescennina teneris etiam auribus & mentibus proponere, de qui-

quibus antea ne quidem cogitassent unquam, nedum ut quicquam obscœnitatum illarum perpetrassent. De quo Dedecore, probro, & spurcitie Casuistarum, aliquotiens graviter conqueritur Homo Pontificius, Ludovicus Montaltius, nec minus ipsa Sorbona Verbis P. Aurelii, de fœdissimo scripto Sanchesii Jesuitæ, censuram ferens. Inexcusabiles excusationes Jesuitæ Cornæi protrivit D. Dannhavverus in Vale Triumph. p. 21. Defensio Jesuitarum contra Montaltium ab Amadæo Guimenio Lomarensi, Lugduni Anno 1664 edita, nihil aliud est, quàm amplior obscœnitatum denudatio & impientissimarum Opinionum non tam propugnatis, quàm propalatio. Utrum ex his duobus spectârit Auctor, pronuncient alii. Notavi 3. Goarem non de uno alterove, sed de Clero & Sacerdotibus in genere loquentem, contemtum Confessionis infamem, & ferè repudiati Sacramenti notam Græcis esse inustam dicere. Verba Goaris integra hæc sunt: *Minimè re puunt, ut falsò quidam suspicantur, confessionem Græci, quam hic commendatam legunt, & cujus Virtutem Paræmiâ sibi familiari, peccatum esse irremissum, quamdiu manet ἀνεξόμολόγητον, Canonum rigori per Confessionem non subjectum, profitentur: rarius tamen hujus Sacramenti ab eis frequentata devotio, infamem ejus contemtum, & ferè repudiati notam inussit. Hinc renovati de illo Canones in Actis Synodalibus Germani Amathuntos Episcopi.* Eandem infrequentiam Arcudius, 3. 60. hunc in modum taxat: *Inprimis Græcorum Presbyteri liturgiam celebraturi fermè nunquam confitentur. At neque extra Sacrum per reliquum vitæ spatium solent confiteri; sed tamen migraturi ex hac vita Sacramento ἐξομολογήσεως & pœnitentiæ errata expiant, & se perpurgant.* Quod nec l. 4. c. 3. repetere veretur: *Pontifices & Sacerdotes Græcorum ferè nunquam confitentur. Quo eodem vitio laborant Russorum Presbyteri, Græcorum videlicet velut hæreditario quodam Jure in omnibus imitatores. Veram causam, ob quam hic abusus irrepserit; hanc esse reor. Quia nimirum Canones antiqui Clericos in Fornicationem lapsos perpetuò suspendunt ab Executione ordinum, & quodammodo in Sortem Laicorum redigunt. Ne itaque Clerici cessent ab Officio, & gradu priventur, imò & eorum peccata, ob interdictum ministerium aliis patefiant; ideò confiteri recusant. Sic miserè impœnitentes vivunt, & in longè plura, & graviora peccata in dies prolabuntur.* 4. Arcudius duplici nomine Græcos reprehendit, & prorsus ambigit, an Sacerdotes Græci absolvere possint. Honoratus Fabri pag. 356 valdè dubitat,

utrum

uerum Graci Sacramentum Pœnitentia rectè administrent, cùm in eo parùm ab iis differant, qui perperam censent, institutum esse ad remissionem pœnæ, non culpæ. Quæ omnia si ad Concentum retulissem, me sanè, & aliòs decepissem.

§. CCC. §. 3. Clarissima hæc sunt Goaris & Arcudii Testimonia, Virorum, qui ante annos non ita multos in Græciâ omnia diligenter inspexerunt: ipsi verò deliberent, annon convicia & maledicta, quibus A. Caucus Archiepiscopus Corcyræus, Arcudii popularis, ab Allatio discerpitur, in ipsorum quoque caput recidant. Sic autem apud All. P.C. 3. 17. 5. Caucus: *In Sacramento Pœnitentiæ, ad Remissionem Peccatorum, hodie palam docent recentiores Papates Graci, non esse necessarium jure Divino, confiteri omnia & singula peccata mortalia Sacerdotibus, quorum memoria cum debitâ & diligenti præmeditatione habeatur. Eò pervenit Laicorum Græcorum petulantia hisce temporibus, atque peccandi licentia, ob id præcipuè, quòd ad Sacramentalem Confessionem ab Ecclesia sua non adstringantur singulis annis, ut in peccatis & erroribus senescant. Cognovi Corcyræ multos Græcos homines, 50. & 60. annos natos, adeò impios, ut nunquam peccata sua Sacerdotibus confessi fuerint, nisi in Articulo mortis.* Audiamus Confutationem Allatii immanè frementis: *Nondum exsaturatus est Græcorum infamia; adhuc jugulum petit, sitit Sanguinem, & carnificinam per summum ludibrium meditatur. Ut mittam reliqua, quibus Calumniator iste insanit, hæc vel recitasse, refutasse fuerit. Verbo ipse dicit: Verbo ipsi negamus. Et, dum ex cerebro malè sano loquitur, non est, quod nos tempus teramus in eo refellendo. Usus & Experientia ipsa, ad quæ provoco, contrarium docent. Et, aliàs sæpius prolocutus mendacium, id lucratus est, ut etiam cùm vera loquitur, fidem non promereatur. Tantum abest, cùm continuat.* Hîc sibi cavet ipse Allatius! Videat ipse, ne Caucus tela contra mendaciloquium emissa, in Adversarium suum retorqueat! Miseret me Cauci, Goaris & Arcudii, qui cum Cauco loquuntur. Ne verò sine ratione Caucus vapulet, obvertit Allatius: *Sibi non de Corcyrensibus, sed de Græcis quà latè per orbem patent, Sermonem esse; extare in Bibliothecis Canonaria, in quibus quid Confessori, quid Pœnitenti conveniat, præscribatur: annoq; 1272. Man. Malaxum maximè accuratum Canonarium concinnasse; verisimile autem non esse, tantum ejusmodi hominem sumpsisse laborem, rogante etiam Metrop. Thebarum, pro solâ confessione, si, ut scribit Caucus, tantùm apud Græcos ea viluisset.*

iuisset. Valide! Cauco de suis Corcyrensibus Sermo fuit, quod ipsius sufficiebat instituto. Goar & Arcudius de reliquis, quà latè patet orbis, idem referunt. Ante Lutherum in Bibliothecis extabant Codices Biblici in L. Vernacula, & nihilominus lectio Bibliorum viluerat in Papatu. Malaxus propterea novum Canonarium concinnavit, ut ritum obsoletum postliminio restitutum iret. Hinc etiam longè ante Malaxum Canones in Actis Synodalibus Germani Amathuntos Episcopi renovatos fuisse, memoravit Jac. Goar.

§. CCCI. *Sent. Aug. Conf. de Confessione & Absolutione.*

Sed jam quoq; tempus est recensere, quid Nos invariatæ Aug. Confessioni addicti de hâc Doctrinâ sentiamus.

Ostendit id Augustana nostra Confessio Cap. XI. & XII. his verbis: Articul. XI. *De Confessione Peccatorum docent, quòd Absolutio privata in Ecclesiis retinenda sit, quanquam in Confessione non sit necessaria omnium delictorum enumeratio. Est enim impossibilis, juxta illud: Delicta quis intelligit?*

Articul. XII. De Pœnitentiâ docent, quòd lapsis post Baptismum contingere possit Remissio peccatorum, quocunq; tempore, cùm convertuntur: Et quòd Ecclesia talibus, redeuntibus ad Pœnitentiam, Absolutionem impertire debeat. Constat autem Pœnitentia propriè his duabus partibus. Altera est Contritio, h.e. terrores incussi Conscientiæ agnito peccato. Deinde sequi debe[nt] Bona Opera, quæ sunt Fructus Pœnitentiæ. Damnant Anabaptistas, qui [ne]gant semel justificatos posse amittere Spiritum Sanctum. Item, qui co[nte]ndunt, quibusdam tantam Perfectionem in hâc vitâ contingere, ut pe[ccare] non possint. Damnantur & Novatiani, qui nolebant absolvere l[ap]sos, post Baptismum redeuntes ad Pœnitentiam. Rejiciuntur & isti, [q]ui non docent, Remissionem Peccatorum per Fidem contingere: juber[e nos] mereri gratiam per satisfactiones nostras. Hæc sunt ver[ba] nostræ Confessionis Carolo V Imperatori exhibitæ.

§. CCCII. *Judicium Patriarchæ Constantinopolitani de Sent. Aug. Conf. de Confessione & Absolutione.*

Quæ cùm Patriarchæ Constantinopolitano esset transmissa: sequens in primo Responso de mod[o] adductis verbis tulit judicium:

Sequitur undecimum Caput: [in] quo dicitur, Remissionem Peccatorum fieri Confitenti debere à Sacrorum Ministro; non tamen necessarium esse, singula peccata speciatim enumerare secundùm illud Psalmi: Peccata quis intelliget? Ad hæc ita respondemus: Primùm, talem Ministrum debere Spiritualem Medicum esse, & benè rerum suarum peritum. Deinde

Confitentem, quoad possit & recordetur, peccata particulatim exponere: idq; corde contrito & humiliato. Sic enim is sanatur: si sc. faciat ea, quæ contraria sunt peccatis à se admissis. Verbi gratiâ, si superbivit, humiliatione castigetur: Si turpem quæstum fecit, iniquè parta reddat, & de suo insuper. Sic in cæteris, ex Canone præscripto, & à Patribus definito, qui debet esse secundum Deum, non autem quæstui servire, quod pessimum esset, & satisfactio Deo invisa. Clerici enim, qui ob privatum lucrum cauponantur sacra, & muneribus satisfieri sibi patiuntur: & aliorum fortè peccata in se recipiunt: & his similia perpetrant, in vitio sunt, à Deoq; punientur & perdentur: nosq; si quos tales deprehêdimus, acriter castigamus, spiritualique dignitate ejicimus. Non enim pecuniis, donis, & id genus aliis, metienda sunt spiritualia: nec hujusmodi rebus redemtio à peccatis fit: sed propriè ut diximus confitentis contritione cordis, & contrariorum operatione, & perfectô à vitiis recessu. Quicquid verò peccatorum, aut propter oblivionem omiserit, aut propter verecundiam obticuerit, oramus misericordem & mitissimum Deum, ut ei hæc quoque remittantur: ac confidimus, ea ipsi remissum iri. Ut enim D. Basilius ille Spiritu Magnus ait: Omne Peccatum exponendum est apud Antistitem: Malitia enim Silentecta, morbus subulceratus est Animæ. Correctiones verò & Sanat...em, scienter, ut peritus Medicus, laborantibus adhibeat. Ne ille ira...ur infirmis, sed morbo repugnet. Ac dum Affectionibus resistit: c...n laboriosiore & severiore, si opus sit, Diætâ, morbum Animæ curet. Exempli causâ, Ambitionem studiis Humilitatis intendendis: Immod...m Somnum, Vigiliâ in precibus, pigritiam corporis, laboribus: vora...atem, jejunio: & sic in aliis. Contrà, qui tali castigatione curatur: t...rannidem ne interpretetur illud à misericordiâ proficiscens animæ sanandæ studium. Turpe enim fuerit: si, qui corpore ægrotant, adeo se Medicis committunt: ut, sive secent, sive urant, & acria mordaciaque medicamenta adhibeant, eos tamen benè mereri de se putent: I...s erga animarum nostrarum medicos, quando asperiore viâ ad salutem nos reducere conantur, non eodem modo animis affectos esse. Castigatoris verò prudentis est, non simili parique ratione tractare religiosum hominem, & illum, qui pietatem malitiamque in nullo discrimine ponit: quando in eodem peccati genere deprehensi fuerint utrique. Prior enim ille, cùm sit pius

&

& cautus: cui vita Deo probata studio & labori est; fortuitò quasi & ferè præter suam voluntatem, impegit lapsusque est. Iste verò alter, qui nec Dei, nec sui rationem ducit: nihilque pensi habet, nec si peccet, nec, si rectè agat: primo aut magno peccati genere decumbit: quo aut contemnit Deum: aut Deum esse non credit. Has enim duas peccandi causas S. literæ perhibent: dum aliàs dicunt; Dicit iniquus & peccator intra se: non est timor Dei; aliàs verò: Dixit stolidus in corde suo; Non est Deus. Ergò aut contemnit, indeq; peccat, aut omninò Deum negat, ideoque suæ se vitæ studiis it perditum, quamvis confiteri videatur. Deum enim tales se scire fatentur, factis verò negant. Quæ cùm ita se habeant: necessariò etiam castigandi modum non eundem servandum esse, quisq; sciat. Adhæc tenendum & hoc: cùm gratiam Dei gratis acceperit vir spiritualis hanc etiam gratis esse dandam, nec ad sui libidinem quæstui habendam. Ait enim Dominus; infirmum sanate, leprosos mundate, dæmonia ejicite: gratis accepistis, gratis date. Et Paulus; Neque enim sermone adulationis fui vobiscum, ut scitis: neque occasione avaritiæ, (Deus testis) neque quærо ex hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis: cùm possemus in Authoritate esse, tanquam Apostoli Christi: sed fuimus mites & faciles in medio vestri: tanquam si nutrix foveat suos liberos. Ita cupidi vestrum, præclaram voluntatem habeamus impertiendi vobis, non solùm Evangelium DEI, sed etiam nostros ipsorum animos: quod chari nobis facti fuissetis.

§. CCCIII. *judicium de XII capite.*

Duodecimum caput vestrum asserit: illos, qui post Baptisma peccarint, consequi remissionem peccatorum: si convertentes se pœnitentiam agant, corde contrito & fide sana. Respondemus sic. Ipsi quoque affirmamus, sic verè rem se habere. Ipse enim Dominus inquit: non septies peccata remitti, sed septuagies septies usque: finito numero pro infinito usus. Et iterum: venientem ad me haudquaquam ejiciam foras. Quod verò Canonicas satisfactiones semel in universum rejicitis, de hoc ità dicimus. Si hæ imponantur tanquam medicamenta, à spiritualibus ministris, remotâ pecuniâ & cauponatione: verbi gratiâ, in superbos, avaros, helluones incontinentes & libidinosos, invidos, iracundos, pigros, fractos, aut etiam aliis implicitos peccatis: conducunt & prosunt, eo modo adhibitæ: quo ex sententia Sanctorum Patrum canonibus subjiciendi sunt, qui

De Canonicis Satisfactionibus.

se convertunt, pœnitentiamq; agunt. Si ad lucrum aut quæstum irrogantium referantur: non autem ad scopum, quo animo consulatur, verum: nec, quomodo initio institutæ fuerant, ob unumquodque peccatum sanandum fiant: tunc etiam nos rejicimus illas, improbèque & frustrà eas fieri dicimus & confirmamus: quod nullo modo negari potest. Remissionem porrò peccatorum, injunctâ mulctâ, multis de probabilibus causis damus. *Primum*, ut homo per voluntariam afflictionem, involuntariam pœnam in alterâ vitâ effugiat. Nullâ enim re tàm Deus placatur, quàm afflictione. Unde Gregorii dictum: Lacrymis misericordia rependitur. *Secundo*, ut carnis ad voluptates propensio quæ peccatorum causa est, eximatur. Contraria enim contrariis curari didicimus. *Tertio*, ut vinculum quoddam & frenum animæ mulctæ irrogatio sit, ne illa ad eadem, aut etiam pejora, regrediatur vitia. *Quartò*, ut assuefiat laboribus. Laboriosa enim res est Virtus. *Quinto*, ut certiores fiamus, num perfectè peccatum oderit. Veruntamen hæc omnia prætermittimus in illis: qui jam ex hâc vitâ discedere coguntur. Sufficere enim censemus ad peccatorum remissionem: si in pœnitente vera conversio, & firmum propositum inveniatur. Remissionem porrò facimus ex potestate illius, qui dixit: Si quorum remiseritis &c. Hoc modo etiam pœnas condonari credimus: in cujus rei certum pignus, divinum Eucharistiæ donum damus. Nam verè pœnitere penes animum peccatoris est: non autem subire mulctam penes judicium Dei. Ideò regiis liberalitate, solâ humanitate impulsus, remissionem gratificatur: sicut Latroni, sui tantùm recordationem in regno Domini oranti. Quòd si quis alat esurientes, potum dèt sitientibus: cæteraque Eleemosynæ opera præstet, quæ in judicio Dominus recenset, & in Evangeliis indicat: procul dubio & remissionem consequetur, & punitioni eripietur. Magis enim cæteris virtutibus necessaria est Eleemosyna. Nam qui docuit (inquit) alium misereri: centuplum ipse quoque ex hâc utili admonitione accipiet: cùm benignè factum fuerit egeni, pariaque cum illo, qui erogavit, præmia consequetur. Prodest & hæc dicta referre. Obsonium sine sale: Sermo sine veritate: opera sine fide, Principium sine fine: sic virtus absque eleemosynâ mortua res est. Quemadmodū nullum animal uno pede incedit: nulla avis unâ alâ volat: nulla navis uno latere navigat: nulla domus uno pariete tegitur,

Causæ probabiles injunctarum multarum circa Remissionem peccatorum.

§. CCCIV. *Eleemosynæ commendatio.*

gitur, ita, nemo eorum, qui salvantur, salutem consequitur, nisi cuique virtuti, quam in manibus habet, Eleemosynam adjunxerit. Hæc enim verè & prætermissa punit prætermissione sui: & adhibita, salvat adjunctione sui. Quemadmodum enim, si quis Deum habet amicum, exinde omnibus sanctis utitur amicis: Eodem modo, qui Eleemosynâ ornatus est, comitatum omnium virtutum consequentem habet: non contra. Nec est, quod aliquis producat illos, qui in montibus & speluncis se perficiunt: quasi absq; hâc Deo placeant: quandoquidem & hi, antea bonis suis in pauperes omnibus erogatis, tùm demùm turbis seculi se abdicârunt.

Agedum vero ex communibus quoque notionibus has utilitates consideremus: & quàm facile sit & utile renunciare possessioni. Si deberes alicui mille auri libras: creditorque tuus eâ esset bonitate, ut diceret: si, quicquid apud te reperiretur dares, te statim omni ære alieno solutum & liberum fore: fortasse autem nihil haberes præter tres teruncios: nonne protinus hosce dares? Aliud. Si esses apud exteram gentem captivus, servitusq; tibi ferrum in pedibus gestanti, perpetua servienda cum summa miseria esset: posteà tamen ex præcone audires, te posthac liberum fore: si supervacanea tantùm dares indigentibus: annon etiam dares necessaria? Rursus, si habitabilis pars orbis terræ, solùm tanti, quanti tua bona æstimantur, venderetur: Annon cupidè omnia dares, ut illius potireris: & extremæ tibi calamitati tanti lucri jacturam duceres? Si te senectute confectum, & in extremâ egestate moriturum aliquis subitò sine labore & molestia effectum iri à se polliceretur. Adolescentem valentissimum, ditissimum, immortalem: hâc conditione, si tantùm unam possessionum tuarum conservis tuis donares: nonnè mox alacriter dares? Si esses mortalium omnium egentissimus: polliceretur autem Rex, si unum solùm ex mandatis suis observares: se paulò post facturum te Regem immortalem: annon promptissimè illud observandum duceres? Si quis mundanus Princeps, cùm infinitam suorum donorum vim tibi donasset fruendam, eorum tantùm millesimam partem à te reciperet: eamq; tantùm propter te, ut tua gloria cresceret: annon alacri animo petitioni annuisses? Si te multis ingentibus criminibus convictum, sententiâ judicis condemnatum, hodiè turpissimo supplicio affici oporteret; nisi centesimam bonorum tuorum partem dares:

Senatui populoq; dic mihi, annon libenter vel dimidium eorum effunderes? Si quis tibi omne genus recreationis & omne genus suppliciorum, uno temporis puncto commonstrans: hujus quidem evitationem, illius autem adeptionem polliceretur; modo tu sibi, nescio quid exigui, gratitudinis ergò, donares, annon tua illi sine cunctatione relinqueres omnia? Noli verò mirari, solam omnia posse Eleemosynam. Qui enim diligit & miseretur pauperum propter Dominum: is etiam infinito peccatorum debito liberatur, & dirâ Diabolorum captivitate. Idem totum mundum parvo emit pretio, rursus planè juvenescit, manet planè immortalis, Rex in cœlis fit: & tanquam probus servus Domini ex asse hæres fit: appellatione illa, venite benedicti patris mei, verè dignè ornatur: omniq; solutus supplicio, omnibus bonis fruitur sine fine. Quaproptér si me audire vis: ne sine sic abire vitam tuam, sed dum spires, quotidiè de mensâ tuâ, de massâ & pane tuo, de lucro tuo, de veste tuâ, de reditibus tuis, impertire egentibus. Qui enim miseretur pauperis, fœneratur Domino. Omnium primum sit tibi studium, reponere thesaurum in cœlo, colligere frumentum in horrea cœlestia. Reponis corpori? Repone etiam animæ. Rationem tuam ducis? rationem habe etiam proximi. Frueris præsentibus? prævide etam in posterum. Propterea bos ruricola diuturnæ vitæ est, quia nostros labores adjuvat: Porcus, vitæ brevis, quia sibi vivere vult: Apis utilis, quia nobis mellificat: Scarabeus inutilis, quia se solum curat. Agnosce beneficium, & gratias age Deo: quod non inter petitores abjectus es, sed inter datores collocatus: non inter peregrinos & pauperes, sed inter indigenas & locupletes: non inter servientes & afflictos, sed inter gaudentes & liberos: non inter ægrotantes, & aliis debentes, sed inter valentes & mutuò dantes. Cogita tecum, quantum dare merito debeas, ne olim ex Domino audias hæc horribilia verba: Recede à me: & improbe serve & piger: &, auferte ab eo talentum: &, ligate ei manus pedesq;: &, abite, non novi vos, operarii iniquitatis. O quantâ pecuniarum vi redemisset libenter horum aliquis, ut audiret illud, venite benedicti patris mei? Illud: Euge serve bone & fidelis: multis te præficiam? Illud, ingredere in gaudium Domini tui? Deniq; illud: accumbite cum Abrahamo & Isaco, & Jacobo, in regno cœlorum? Hæc & ejusmodi alia quisquis rectè perpendit: is, recto benignitatis usu, & extol-

§. CCCV. *Qui Eleemosynam dare possunt, debent lætari*

tol-

tolletur laudibus per vitam, & gloriâ ornabitur & conservabitur in Deo. Eleemosynam autem intelligi volumus: non quâ unius tantùm & semel misericordiam capias: sed ut quovis modo omnium & semper: Hujus (exempli causâ) ut cognati: illius, ut amici: Hujus, ut vicini: illius, ut noti: Alius, ut hominis miseratione generis humani: alius, propensione animi: alius comitate morum, alius oratione: alius facto: alius re. Rursus hujus, esculentis: illius, potulentis: alius vestimentis. Hujus, tecto: illius, significatione favoris: alius delatione honoris. Omnibus denique, quibus poteris modis. Habes familiariter tecum viventem, gratiam referentem, qui te ad hæc adducit, Christum. Eum, sicut in te sine remissione benignus est, tu ne cessa beneficentiâ imitari: ut is te quoque in regnum suum recipere dignetur. Ad hunc modum, si quis in Eleemosynâ dandâ degit: & beneficentiæ studium ad Eleemosynam convertit; eamq; sibi medicamenti loco comparat: ac canonem censuramque, peccatorum nundinatione exclusâ, piè & devotè subit: remissionem peccatorum accipit & sanitatem veram. Nec vivis tantùm beneficentia, omniaque Deo grata beneficia præstita, prosunt: sed illis etiam, qui piâ confessione vitâ excesserunt. Etsi enim valde timendus est Deus: superat tamen bonitas ejus: etsi metuendæ sunt minæ Dei: tamen inæstimabilis ejusdem in genus nostrum amor est: etsi horrendas condemnationes infligit: inexplicabile tamen est miserationum ejus pelagus. Hinc magnus ille Dionysius: precatio, inquit, divinæ majestatis bonitatem orat, velit omnia remittere errata: quæ, qui obdormivit humanâ infirmitate admisit: ac collocare ipsum in regione viventium, in sinu Abrahæ, Isaci, Jacobi: connivendo bonitate suâ ad nævos ejus: quandoquidem nemo, ut divina oracula ajunt, à sordibus mundus. Quin etiam Gregorius in Cæsarii oratione funebri ostendens, prodesse beneficentiam post mortem ait. Audita est vox præconis, auditu omnibus digna. Matris affectus declaratur pollicitatione pulchrâ & sanctâ: daturum omnia filio. Illius opes, donum pro illo funebre. Rursus: Quæ nos quidem facere potuimus hæc sunt. Et partim jam persolvimus, alia verò dabimus. Anniversarios offerimus honores, recordationis ergò. Pias nempe inferias, quæ pro defunctis offerri solent. Deinde Chrysostomus in epistolâ ad Philippenses: Græci (inquit) concremare cum defunctis res ipsorum solent. Quantò magis te

Quenam intelligatur Eleemosyna?

§. CCCVI. *Eleemosynæ utilitas.*

te fidelem decet, unà cum fideli res ipsius comites mittere? Non quidem, ut in favillas redigantur, sicut illi cum suis: sed ut hoc majorem assequare gloriam. Sique peccator fuit ille defunctus, ut peccata solvatur: sin justus, ut accessio fiat mercedis & retributionis. Et iterum, excogitemus rationem, quâ consulatur defunctis: demus eis conveniens auxilium. Eleemosynam, inquam, & oblationem. Magnum enim affert illis usum, lucrum & utilitatem. Qui sic facit: is non modò proximi animæ, sed etiam suæ maximum dat beneficium. Rursus alibi. Non disposuisti in vitâ, quicquid ad salutem animæ tuæ pertinebat, dum benè valebas? Manda in exitu vitæ tuis, ut, te mortuo, tua post te mittant, tibiq; auxilium bonis operibus præstent: nempe Eleemosynis & oblationibus, quibus redemptorem reconcilies. Huic enim accepta sunt hæc, & sunt utilia. Quando testamentum facis: cohæredem cum liberis & propinquis Dominum quoque adscribe: Positum sit in tabulâ testamenti nomen illius judicis: ne prætermittatur mentio pauperum. Horum ego fidejussor sum. Nec verò, quando hæc ita à nobis dicuntur, occasionem & prætextum, non etiam vitæ tempore Eleemosynam faciendi, præbemus (absit) sed quòd ab obitu quoque misereri optimum sit, ut dictum est. Et sanè piæ preces efficaces sunt. Celebris enim ille Gregorius [Magnum seu Romanum intelligit] cognomento Theologus (cui missam celebranti, ut fertur, cœlestis ac divinus Angelus concelebrabat) precibus Trajanum salvavit. Primaria martyr Thecla, Falconillam. Multaque alia hujus generis in Ecclesiasticis historiis sunt. Sed et divini Damasceni sermonem, si quis vult, legat: eum, qui de iis est, qui in fide obdormierunt. Inde intelliget missas, quæ pro eis fiant & erogationes, ipsis prodesse.

Hactenus Patriarcha Constantinopolitanus.

Quid adhæc Tübingenses? Sequentia, quæ pag. 177 ad pag. 186 inveniuntur, & ita sonant:

DE POENITENTIA.

De Pœnitentia.

Pœnitentiam agendam, nulli est dubium. Et requiri ad pœnitentiam veram, ut peccatores nos agnoscamus: & de peccatis admissis ex animo doleamus: ut fiduciam nostram in Filium Dei redemptorem

ptorem collocemus : & ut verum atque serium propositum habeamus, quod vitam emendare velimus, extra controversiam ponimus.

Sed tamen ad veram & salutarem pœnitentiam, necessariam esse omnium peccatorum (quorum nobis conscii sumus) enumerationem: non credimus. Hoc quidem Sacræ literæ docent, si Domino Deo nostra peccata confessi fuerimus: condonationem nos obtinere. Quemadmodum loquitur David: Dixi, confitebor adversum me injustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Et Joannes ait: si confiteamur peccata nostra: fidelis est & justus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Quod autem hominibus, ministris Ecclesiæ, omnia peccata nostra recensere teneamur: id Scriptura nusquam præcipit. Quare oviculis nobis commissis non imponimus talia onera, quæ illis Dominus non imposuit. Publicanus ille in templo confitebatur, non specificè, sed in genere, peccata sua, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Et nihilominus descendit justificatus in domum suam. Latro in cruce, non enumerabat, quot cædes perpetrasset, quoties alios suis facultatibus exuisset: sed dicebat: Nos quidem justè factis digna recipimus. Et, Domine, memento mei, cùm veneris in regnum tuum: & audit à Christo: Amen dico tibi: hodiè eris mecum in Paradiso. Quare generalis peccatorum confessio sufficit, præsertim cum specifica confessio non careat multiplici trepidarum conscientiarum periculo. Qui enim verecundiâ impediti, quædam reticent: nihilominus persvasi, quod enumeratio necessaria sit, dubitant vel desperant etiam: dum peccata sibi remissa non credunt: quippe quæ non sint confessi. Sed & omnium peccatorum enumeratio est impossibilis. Dicit enim David: quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus grave gravatæ sunt super me. Et alibi dicit: Delicta quis intelligit: ab occultis meis munda me. Fatetur igitur Propheta: plura esse peccata sua: quàm ut ea omnia agnoscere, aut memoriâ complecti possit. Neque ignoratis, quâ de causâ Nectarius ille Constantinopolitanus Episcopus (eruditione & sanctimoniâ vitæ clarissimus) olim Constantinopoli, confessionem illam peccatorum, de quâ nunc agimus, abrogaverit: ut testatur Socrates in historiâ Ecclesiasticâ. Et quidem divus Chrysostomus ipse confessionem talem, de quâ confe-

Ad remissionem peccat. non est necessaria omnium peccatorum enumeratio.

§. CCCVII. *Specifica Confessio non caret multiplici trepidarum conscientiarum periculo.*

Cur Nectarius Episc. Const. Confess. peccat. abrogavit.

 rimus,

rimus, non urget: sed contentus est, si Deo peccata nostra confessi fuerimus. Sic enim eâ de re loquitur: Peccata tua dicito, ut deleas ista. Si confunderis alicui dicere, quæ peccasti: dicito quotidiè ea in animo tuo. Non dico, ut confitearis ea conservo tuo, qui exprobret: sed Deo, qui curat ea. Et alibi inquit: Cogitatione tuâ fiat delictorum exquisitio: sine teste fit hoc judicium: solus Deus te confitentem videat. Et alio etiam loco ait: Non te in conservorum tuorum theatrum duco; non hominibus peccata tua detegere cogo: repete coram Deo conscientiam tuam & explica. Ostende Domino, præstantissimo Medico tua vulnera: & pete ab eo medicamentum. Ostende ei, qui nihil opprobret, sed humanissimè curet. Et rursus alibi, cave homini dixeris, ne tibi opprobret. Neque enim conservo est confitendum, qui in publicum proferat: sed Domino, qui tui curam gerit. Quare & nos generali peccatorum confessione sumus contenti: ne conscientias in dubitationem, de peccatorum remissione, conjiciamus. Etiamsi enim mitigatio illa additur: *Deum misericordem condonaturum peccata: quæ vel memoriâ exciderunt, vel verecundiâ prohibente reticentur:* tamen metuendum est, ne perturbatis conscientiis perpetuus scrupulus relinquatur, si omnium peccatorum enumeratio exigatur: ipsi verò vel verecundiâ, vel metu, aliqua silentio suppresserint, ut supra diximus. Et ut confessionem omnium peccatorum non necessariam judicamus, sic etiam satisfactionem talem, qualis à quibusdam requiritur, non possumus probare. Non autem de eo nunc agitur: an is, qui proximi famam aut fortunas læserit; satisfacere ipsi teneatur. Id enim extra controversiam ponimus. Non enim pœnitere eum credimus: qui sciens aliena retineat, cùm reddere possit: aut proximo satisfacere nolit, cùm id fieri omninò oporteat. Et non ignoramus veterem fuisse in Ecclesiâ consvetudinem: ut satisfactiones iis, qui publicè peccaverant, & Ecclesiam graviter offenderant, injungerentur. Non tamen id Apostolorum temporibus factum legimus. Sed quantum ex historiarum & temporum circumstantiis colligere possumus: existimamus, eas satisfactiones fuisse precantibus impositas, non ut pro peccatis Deo satisfacerent: aut aliquas pœnas post hanc vitam præcaverent: sed ut explorari posset, num seriò ipsos peccatorum pœniteret. Tales enim humiliter sustinebant satisfactionis onus. Et imponebatur eis pœna, ut in posterum essent cautiores: &

Chrysost.

§CCCVIII *Satisfactiones in Vet. Eccl. quo animo impositæ? Scil. ut Explorari posset, num serio eos peccatorum pœniteret.*

& in omni suâ vitâ circumspectius ambularent: Et simul alii ejusmodi exemplo admonebantur, ne similia perpetrarent : & ut Ecclesiæ offensæ etiam aliquo modo satisfieret: unde fortasse satisfactionis vocabulum ortum est. Quin etiam offendiculum datum mitigabatur hâc ratione apud eos: qui erant extra Ecclesiam, apud gentes: ne putarent, Christianos sibi remittere impunè peccandi licentiam. Tunc enim temporis plerique Magistratus adhuc erant gentiles: nec Christianorum res curabant. Quare talis disciplina non modò tolerabilis, sed etiam valdè erat necessaria. Si verò satisfactio talis requiratur, quâ Deo pro peccatis commissis satisfiat: non videmus, quomodo id cum Sacris literis conciliari possit. Sacra enim Scriptura tribuit Christo perfectissimam satisfactionem, pro totius humani generis peccatis. Quod si verum est [ut est certè verissimum] nostræ satisfactiones non requiruntur, satisfecit enim Christus. Unâ enim oblatione (inquit Apostolus) consummavit in sempiternum sanctificatos. Et Christus est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantùm: sed etiam pro totius mundi. Sanguis enim Jesu Christi Filii Dei emundat nos ab omni peccato: ut Apostolus testatur. Quare non videmus, quomodo satisfactiones coram Deo pro peccatis ita constitui possint: ut non derogent perfectissimæ satisfactioni Redemptoris nostri Jesu Christi. Sed & Symbolum Apostolicum refragatur ejusmodi satisfactionibus. Cùm enim credamus peccatorum remissionem: certè non credimus satisfactionem. De nostrâ satisfactione loquimur. Remissio enim peccatorum, etsi satisfactione Christi est impetratâ; tamen respectu nostri non est ex satisfactione nostrâ. Alioqui non esset remissio, Quia remissio & satisfactio sunt pugnantia. Et pugnat doctrina Satisfactionis cum doctrinâ Pauli de gratuitâ justificatione. Si enim gratis justificamur; non locum habebit satisfactio, ut suprà dictum est in Articulo justificationis. Etenim Christus in Parabolâ illâ de eo, qui debebat decem millia talentorum, perspicuè docet: sic fieri remissionem peccatorum nostrorum, ut nos nihil omninò persolvamus. Ait enim: Misertus Dominus servi illius, dimisit eum: & debitum dimisit ei. Quare nostræ satisfactiones pro peccatis coram Deo locum non habent. Neque verò satisfactiones suscipiendæ sunt eum in finem: ut effugiamus pœnas post hanc vitam: quas existimant quidam iis etiam impendere, qui

tamen aliquando sint salvandi. Sacræ enim literæ nihil eâ de re afferunt: sed designant duos tantùm statûs hominum post hanc vitam: alterum beatorum, alterum damnatorum. Qui crediderit (inquit Christus) & baptizatus fuerit, salvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Et alibi: Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam: sed ira Dei manet super eum. Et Latro in cruce conversus absque satisfactione audit: se cum Christo [eo ipso die] fore in Paradiso. Tametsi enim Dominus justus est: tamen tanta est etiam ejus misericordia: ut contentus satisfactione unigeniti Filii sui, non exigat nostram delictorum compensationem. Quod enim post condonatum peccatum nihilominus interdum pœnas aliquas in hoc seculo infligit, (quales David multas & magnas sustinuit) id non fit, ut pro peccatis satisfiat: sed ut à peccato in posterum studiosiùs caveamus, & alii à peccato deterreantur. Eâdem ratione existimamus, etiam orationes & Eleemosynas pro defunctis non esse suscipiendas. Si enim verâ fide in Christum præditi fuêre; non dubitamus, quin vivant cum Christo in cœlesti gaudio: pro ratione animarum: quæ à corporibus adhuc sunt separatæ. Dicit enim Christus: Amen, Amen dico vobis: quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui me misit: habet vitam æternam: & in judicium non venit: sed transivit à morte in vitam. Sin verò sine verâ & viva fide hinc discesserunt; nullæ illis vel preces vel eleemosynæ prodesse poterunt. Et Paulus, cùm ad Thessalonicenses de statu eorum, qui in Christo obdormiverunt, scribit: nullam planè facit mentionem ullarum pœnarum, quæ post hanc vitam (credentibus in Christo) sint sustinendæ. Neque uno saltem verbo innuit: an, & quibus rationibus, ejusmodi animabus succurri possit. Quod certè facturus erat tantus Apostolus: si animæ piorum etiam post hanc vitam affligerentur: quippe qui tantâ charitate ardebat, ut etiam pro infidelibus Judæis Anathema fieri cuperet: si suâ damnatione gentis Judaicæ damnationem avertere potuisset. Quæ autem fuisset inhumanitas, ne dicamus crudelitas: si Apostoli novissent animarum cruciatus, & rationem medelæ: nec tamen de re tantâ in tot epistolis ullam fecissent mentionem? Quis enim meliùs eâ de re, & certius potuisset scribere, & monere, quàm Paulus: qui ea, qui in altero seculo geruntur (etiam dum inter mortales versaretur) vidit? Et Johannes, qui

§. CCCIX. *Non suscipiendæ sunt Orationes & Eleemosynæ pro defunctis*

qui Christo (præ cæteris Apostolis) charus fuit? cujus epistola tota plena est charitatis. Sed, etiamsi hoc concederetur: animas piorum, qui nondum in hâc vitâ satisfecissent, in altero seculo torqueri: tamen ipse Chrysostomus negat, post hanc vitam cuiquam periclitanti succurri posse. Ait enim: *Si quid cui rapuisti, redde: & dicito juxta Zachæum: do quadruplum, si quid rapui. Si cui factus es inimicus, reconciliare, prius quam veneris ad judicium. Omnia hîc dissolve; ut citra molestiam illud videas tribunal. Donec hîc fuerimus: spes habemus præclaras; simul atque verò discesserimus illuc: non est postea in nobis situm, pœnitere, neque commissa diluere.* Præterea etiam jejunium (inter opera satisfactionis non postremum) multum urgetur. Ac non ignoramus, fuisse in Veteri Testamento præcepta jejunia statis temporibus: præsertim ante festum Reconciliationis seu Propitiationis. Sed ea Pædagogia pertinebat ad Vetus Testamentum. Et Apostoli, jejunandi consvetudinem interdum observabant: non ut necessarium quiddam, sed ne Judæis essent offendiculo: & quia sic assvefacti erant: & ut Moysen cum suis ceremoniis honestè sepelirent.

§. CCCX. *De jejuniis quid sentiendum.*

Interim tamen de jejunii diebus observandis, aut ciborum discrimine, nullum planè præceptum reliquerunt. Sobrietatem autem & temperantiam seriò nobis injunxerunt. Neque tamen repugnamus: quo minus quisque pro suo arbitrio jejunet: quando senserit se jejunio, tanquam freno quodam carnis opus habere; dummodo non generalis regula omnibus Christianis eâ in re præscribatur. Magna enim est personarum, temperamentorum & laborum (quibus pii fatigantur) diversitas. Itaq; etiam Divus Chrysostomus non asperè exigit jejunia. Hæc enim sunt ipsius verba: *Si jejunare non potes: potes tamen abstinere à delictis. Hoc autem non minimum est, nec à Jejunio multùm distans: sed ipsum quoque Diaboli furorem prosternere idoneum.* Quare apud nostros admonitionibus instamus, ut sobriam vitam ducant: nec tamen eos ad certum jejunandi tempus, aut ut à certis cibis abstineant, adstringimus. Hortamur autem eos (cum Apostolo Paulo) ut libertate Christianâ non ad licentiam carnis abutantur. Eleemosynas à Deo præceptas, & homine Christiano (ad declarandam charitatem) dignas esse, extra controversiam est positum. Et hortamur nostros, ut sint in Eleemosynis dandis non sordidi, & parci; sed pro facultatum proportione liberales. Qui enim

Doctrina Aug. Conf. de jejunio.

§. CCCXI. *Doctrina Aug. Conf. de Eleemos.*

(ut Apostolus inquit) parcè seminat, parcè metet. Et habent Eleemosynæ promissiones divinas : quod in hâc vitâ divinitus compensentur: juxta dicta Psalmi, Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem. In die malâ liberabit eum Dominus. Dominus conservet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terrâ, & non tradat eum in animam inimicorum ejus. Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus. Universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus. His verbis promittuntur hujus vitæ præmia iis : qui ex verâ charitate proximum Eleemosynâ juvant. Sed & in futurâ vitâ accepturos nos præmia beneficentiæ erga proximum promittit nobis Salvator : cùm affirmat, quicquid uni ex minimis in sui gratiam fecerimus : id eo loco habiturum, ac si in ipsum tale beneficium contulissemus. Sed interim tamen Eleemosynas non ita immodicis laudibus evehendas existimamus : ut ejusmodi operibus charitatis eam facultatem nos juvandi tribuamus : quæ soli merito Christi est reservanda. Quod enim Christus dicebat juveni : Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlis : & veni, sequere me : id non sic accipiamus: quasi voluerit Christus perfectionem in eo collocare, ut quis bona sua vendat, & distribuat omnia pauperibus. Huic enim interpretationi non consonant scripta Apostolica. Non enim dubium est, quin Apostoli hoc suis scriptis voluerint obtinere : ut homines quàm maximè ad veram perfectionem contendant. Et tamen nusquam præcipiunt, ut Christiani omnia sua vendant, eaque pauperibus largiantur. Et certè Paulus, cùm Corinthos hortatur, ut paupertati & summæ inopiæ fratrum in Judæâ succurrant Eleemosyna : non jubet, ut sua omnia pauperibus distribuant : sed vult, ut de eo, quod illis supererat, aliorum inopiæ subveniant : idque juxta rationem & proportionem suarum facultatum. Si enim (inquit Paulus) voluntas prompta est : secundum id, quod habet, accepta est, non secundum id, quod non habet. Non enim, ut aliis sit remissio, vobis verò tribulatio : sed ex æqualitate in præsenti tempore, vestra abundantia inopiam illorum suppleat. Et in priore Epistolâ de Eleemosynis sic scribit : De collectis autem, quæ fiunt in sanctos, sicut ordinavi in Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite. Per unam Sabbathi unusquisque vestrum apud se reponat, recondens, quod ei benè placuerit : ut non, cùm venero, tunc collectæ fiant. Videmus, hoc

fuisse

fuisse Pauli præceptum, ut singulis hebdomadis quisque de suis facultatibus [pro bonâ suâ voluntate] aliquid reponeret in usum pauperum. Hâc autem ordinatione nihil certè erat opus: si omnia fuissent vendenda & pauperibus distribuenda. Et certè Paulus, hâc ordinatione suâ non volebat Galatas & Corinthios à verâ perfectione abducere. Alia igitur fuit Christi sententia: hæc nimirum. Videbat juvenem illum nondum agnoscere morbum avaritiæ, quo laborabat. Putabat enim juvenis se omnia Dei præcepta jam observasse: interim tamen nimium divitias diligebat, eratque φιλάργυρ⊙. Quare ut Christus in lucem produceret illum animæ morbum: jubet eum omnia vendere & pauperibus dare: ut manifestum fieret, quantoperè adhuc divitias amaret: & quòd non tàm promptus esset obedire Deo, quàm paulò antè jactaret. Sicut igitur Deus, cum mandaret Abrahamo filii unigeniti Isaci mactationem, non seriò volebat, ut Isaac mactaretur: requirebat tamen hoc, ut Abrahami obedientia innotesceret: sic hunc juvenem jubet sua bona vendere, ut ipsius inobedientia, avaritia, & vana jactantia manifestarentur: si fortè ad saniorem mentem rediret, suaq; peccata agnosceret & salvaretur: Sic etiam Danielis verba rectè accipienda sunt, cùm Regi Babylonico dicit: Quamobrem, Rex, consilium meum placeat tibi: & peccata tua Eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum. Forsitan Deus ignoscet delictis tuis. Certè non volebat Daniel, ut rex delicta sua Eleemosynis coram Deo expiaret. Quid enim alioquin opus fuisset Messiâ, & ipsius merito? Neque volebat Regem dubitare de remissione peccatorum coram Deo: cum diceret: Forsitan Deus ignoscet delictis tuis. Dubitatio enim (ut Apostolus inquit) cum fide conjungi nequit: Sed hæc fuit Danielis sententia: Tu Rex, multa in gubernatione tuâ insolenter, crudeliter & avarè fecisti: multis vitam, facultates omnes, & regna eripuisti. Itaque te Deus gravi pœnâ in hâc vitâ castigabit, ut aliis sis exemplo. Quare pœnitentiam age, & cùm vitam & fortunas illis, quibus jam sunt erepta, restituere nequeas: saltem veram animi pœnitentiam beneficentiâ erga pauperes testare: si fortassis Deus eâ re ita flectatur, ut imminentem pœnam tollat, tibique parcat, ne in eas miserias, quæ somnio illo tibi sunt ostensæ, incidas. Quod enim Propheta non loquatur de præmiis bonorum operum, (quæ sunt certissima) manifestum est ex vocabulo FORSAN.

De

De præmiis enim bonorum operum dubitari non poteſt: de averſione autem pœnarum corporalium dubitari poteſt. Hæc Prophetæ ſententia, toti Sacræ Scripturæ, & inprimis fidei Chriſtianæ [de expiatione peccatorum noſtrorum per Chriſtum Mediatorem] eſt conſona. Itaque Eleemoſynis libenter ſuas laudes concedimus: dummodo honor meriti Chriſti maneat illibatus. Hactenus noſtri Theologi Wirtenbergenſes.

§. CCCXII *Judicium Theol. de Conf. Moſc. & Ruthen.*

Placet hic ſubjungere, quæ de Confeſſione Moſcovitarum & Ruthenorum recentius annotarunt *Dn. D. Mich. Siricius & Dn. D. Joh. Erneſtus Gerhardi. Verba D. Siricii in Diſſert. de Religione Moſcovitica pag. 27 28. & 29. hæc ſunt*: Ad Sacramentum Pœnitentiæ cùm juxta Pontificios pertineat Confeſſio auricularis, quam & ſacramentalem vocant, in hâc quoque conſenſum Moſcorum nititur prædictus Faber oſtendere. Aſt iterum vano conatu. Eſt autem de Confeſſione hæc Pontificiorum doctrina: Eſſe confeſſionem partem Sacramenti, quod vocant pœnitentiæ, divinitùs inſtitutam, & requiri in eâ omnium & ſingulorum peccatorum, quæ quidem poſt diligens ſcrutinium & examen in memoriam venire poſſunt, rotundam coram Sacerdote tanquam judice ad id à Deo conſtituto confesſionem, in quâ nec circumſtantiæ taceri debeant, cujus etiam tanta ſit necesſitas, ut ſine eâ nulla ſit ſpectanda peccatorum remisſio, quæ etiam in certis caſibus non niſi à Pontifice obtineri posſit. Doctrina hæc in Concilio Lateranenſi ſub *Innocentio III* nata c. 21. poſtmodum ad ſuam perfectionem pervenit in *Concil. Trident.* cujus vid. *Seſſ. 14 cap. 3 it. cap. 5 it. can. 4, 6, 7, 8, 9.* Hanc confesſionis auricularis ſpeciem apud Moſcos etiam inveniri Ferdinando Regi Romanorum, cui erat à confesſionibus, nititur perſvadere prædictus Faber. Verba ejus hæc ſunt p. 178. Quisquis ad provectiorem ætatem atque eam venerit, quæ ingenii ſui viribus uti poteſt ac diſcernere inter bonum & malum, rectum, & pravum, lepram, & non lepram, per attritionem ſeſe peccaſſe cognoverit, rectè Spiritûs contribulati ſacrificium reddens mox ad pedes Sacerdotis procidit, & in aurem illi, ut qui ſedem Dei teneat, ſcelera omnia admiſſa ſigillatim, quantum memoriâ recolligere poteſt, ex ordine cum planctu aut gemitu declarat, à quo poſtea beneficium abſolutionis tanquam Chriſti vicario accipit. Hactenus Faber. Contra quem jam oſtendendum eſt breviter Moſcovitas in confesſione

Doctr. Pontific. de Conf.

ne cum Pontificiis non consentire, qui licet admittant Confessionem privatam, non tamen illam, quam requirunt Pontificii eamque auricularem & sacramentalem vocant. Non dicam jam de antiquis Græcis, quorum religionem susceperunt Moscovitæ; quosque certum est confessionem auricularem non attendisse, unde in *Jure Canon. Gloss. de pœnit. dist. 15 c. 1.* hæc expressa habentur verba:

Necessaria est pœnitentia in mortalibus apud nos, apud Græcos non, quia non emanavit apud illos talis traditio; Hodierni Græci licet admittant auricularem Confessionem, sicuti patet ex *Actis Constant.* p. 90, 91, 92; non tamen in rigore Pontificio eam observant, cùm etiam peccata, quæ vel per oblivionem omittuntur, vel propter verecundiam tacentur, nihilominus remitti statuant, vid. Acta Constantinopol. apud Dnum. D. *Haberkorn. disp. Antivvalenburg. tertiâ* §. 58

§CCCXIII *Sententia Græcor. de Confess.*

Quod Moscovitas attinet, non nego illos in specie etiam quædam peccata confiteri, idque ratione certorum subjectorum tanquam necessarium urgeri, sicut ex *Petrejo part. 6 Chron. Moscovit. p. 668.* it. ex *Olear. part. 3 Itineris Pers. p. 310 patet.* Sed (1) non semper id observatur, cùm *Scarga cap. 2 part. 3 lib. 2 Poloniæ* dicat eos confessionem non magnifacere, & Popas nullâ aliâ Confessione factâ præter eam, quæ vulgò fit ab omnibus, semel in anno ad Liturgiam ob eundem accedere; (2.) Nullam etiam à Pontifice Romano expetunt peccatorum remissionem, sed potiùs (3.) illos, qui gravius aliquid deliquerunt, aquâ sacratâ abluunt, quam in Epiphaniâ Domini toto fluvio, vel *Stagno* (secundum morem) consecrato hauriunt, & pro abstergendis noxialibus delictis per integrum annum in Templo reservant, sicuti habet *Gvagnin.* in libro sæpiùs cit. *p. 267. It. Petrejus part. 6 Chron. Moscov. p. 669.* Hùc accedit (4) confessionem requiri juxta eos non à pauperibus & agrestibus, quos putant non indigere eâ, sed à divitibus & potentibus. Confessionem, inquit *Gvagninus*, quamvis ex præscripto habeant, eam tamen ad Dominos pertinere, agrestes dicunt, sibi autem in Deum & Filium ejus Jesum Christum & Spiritum S. simpliciter credere satis esse. Quod ipsum & *Petrejus* affirmat loco jam citato. Unde patet nec in confessione auriculari Moscos ex omni parte cum Pontificiis consentire, sed potiùs ab iis in multis apertè dissentire.

Sententia Moscovit. de Confess. differt à Pontif. doctrina.

Hactenus *D. Syricius.*

§.CCCXIV

D. Joh. Ernestus Gerhard. de eâdem materiâ *in Dissertat. Theolog. de Religione ritibusq; Moscovitarum* ita differit *cap. 12.*

judic. D. Ioh. Ern. Gerb. de Moscovit. Confessione.

Cùm duæ salutaris pœnitentiæ partes sint, contritio, in rectâ peccatorum agnitione, seriâq; eorundem detestatione consistens, ac fides Christi meritum apprehendens, & verò utrumque Moscovitæ admittant quin etiam in vera & salutari pœnitentia requirant, merito eorundem hic approbanda doctrina est. Cæterum *Confessionem* Peccatorum coram Sacerdote quod attinet, fatentur quidem Orthodoxi, quod licet *Privata* seu auricularis non sit absolutæ necessitatis (sicut & iidem Auricularem Pontificiorum hoc est, qua omnium & singulorum peccatorum, quæ memoriæ occurrunt, Confessio, Sacerdoti facienda, requiritur, rejiciunt. *Vide Aug. Confess. art. 11*, nec non *Gravverum*, *Mylium*; *Lobechium* aliosque in d. l. it. *D. Gerhardum Confess. Cathol. art. 16. c. 4.*) suo tamen non careat usu. Si eodem modo de necessitate privatæ Confessionis, quam apud illos in usu esse *Oderbornius de vitâ Johannis Basilidis lib. 1*, ferè in medio. it. *D. Olearius Itiner. Pers.* pag. 309, aliique testantur, Moscovitæ sentirent, minimè sanè improbanda illorum sententia esset. Ast nimis hîc Papicolarum erroribus affines illi videntur. Etenim ut jam taceam, quod omnium peccatorum commissorum specialem confessionem, quæ coram Sacerdote fieri debeat, exigant: plus sanè ac par est satisfactioni, quam Sacerdos imponit, tribuere videntur. Sed Lectori haud ingratum fore spero, ubi adjecero modum, quo privatim confiteri Moscovitæ Sacerdotibus seu Popis suis solent. Ita verò de illo Olearius d. l. Confessionem Russi ante S. Eucharistiæ usum ad conversionem & reconciliationem cum Deo censent rem cumprimis necessariam; & quantum ad adultos, infallibiliter præcedere S. Cœnæ usum debet. Utut verò omnibus concessum sit, ut, quocunque volunt, tempore confessionem edere, S. Cœnâ uti possint: communiter tamen tempore Paschali fieri id consvevit, ubi illi, qui S. Eucharistiâ uti cupiunt, die Veneris Confessionem edere, ac seq. die Saturni, qui Festum Paschatos præcedit, S. Synaxin accedere solent. Octiduo ante Confessionem, duris corpus castigandum jejuniis est, nec quicquam ferè cibi aut potûs sumunt præter panem duriusculum ac potionem acidam, ita ut tormina inde sentiant. Ipsa verò confessio edi in templi medio debet coram Sacerdote, ubi confessarius oculos suos continuò in cer-

Modus, quo Moscovitæ Sacerdotibus confitentur.

certam aliquam, eum in finem illuc collocatam imaginem dirigere tenetur, omnia & singula peccata, quæ post diligentem meditationem memoriæ occurrunt, ordine recensere ac confiteri, vitæque emendationem promittere. Quo facto Sacerdos à peccatis illum suis absolvit, pro quantitate tamen delicti satisfactionis ei loco imponit, ut vel per certum temporis spatium jejunet, aliquot centum vel mille etiam vicibus coram imagine Patroni sui inclinet, ac solenne illud Moscovitarum: Domine, miserere mei pronunciet: quin etiam, si maritus ille, ut aliquandiu uxoris consvetudine abstineat. (Quæ res Moscovitis, ut pote qui maximè in rem veneream prodives sunt, perquam molesta;) vel denique aliquantisper templum non ingrediatur, sed in ejus vestibulo subsistat. Quod si peccatum Confessarii majus, quàm ut per memoratas satisfactiones expiari possit, tunc aquâ benedictâ, quæ Festo trium Regum consecrari, & à Sacerdotibus carè divendi solet, abluere se tenetur. Quod si factum, tum mandato divino apud Es.c.1,16 ex asse se satisfecisse opinantur, & à peccatis suis satis se mundatos. Eâdem ferè ratione, quâ Dn. Olearius, Confessionis ritum seu modum apud Moscovitas confitendi, jam antè quoque delineavit Alex. Guagninus, nisi memorans insuper, quod licet Moscovitæ confessionem ex præscripto habeant, eam tamen ad Dominos saltem pertinere agrestes dicant, sibi autem in Deum & Filium ejus Christum & Spiritum S. simpliciter credere, satis esse. Refert præterea idem, quod Confessarii signo crucis frequentius frontem pectusque & brachia muniant, altoque cum gemitu consvetam orationem proferant: Jesu Christe, Fili Dei, miserere mei. De fide in Christum docent iidem, teste Oderbornio l.c. quod salutis fundamentum eam ponant: sed vivam, ideòque fieri non posse putent, ut quis bonorum operum excellentiâ destitutus Deo jungatur & vivat. Pergit idem: Desperationem vetant, dictitantes, iram Dei brevissimam esse, qui & enormia flagitia condonet, eaq; oblivione deleat sempiternâ. Rectè sane fidem vivam ad veram ac salutarem pœnitentiam Moscovitæ requirunt. Sed quando addunt, quod fieri non possit, ut quis bonorum operum excellentiâ destitutus, Deo jungatur, dubium videtur, quomodo fidem salutis adeoque & salutaris pœnitentiæ fundamentum ponant. Quod si hoc volunt, quod bona opera sint necessaria ad salutarem pœnitentiam ratione præsentiæ, sive quod non sit vera fides,

§. CCCXV. *De fide in Christū quid doceant.*

 quæ

quæ bonorum operum fructu destituitur: tantùm abest, ut nos illis contradicamus, ut potiùs vehementer sententiam hanc approbemus, defendentes quippe contra Pontificios thesin illam, quòd fides vera seu justificans nunquam sit sola, sive à bonis operibus separata, quam thesin quoque B. D. Gerhardus Confess. Cathol. art. 23 c. 3 §. 3 prolixè contra Pontificios probat. Quodsi igitur hoc sensu 1. nobis adseri, quod solâ fide nos justificemur, opinantur [id quod procul ambiguo magnus quoque Moscoviæ Dux Joh. Basilides persvasum sibi habuit, ceu ex Oderbornio lib. 1 ex ejus vitâ patet] næ vehementer falluntur, & qui hanc nobis sententiam attribuunt, magnâ nos injuriâ afficiunt. Id quod etiam pulchrè & intrepidè coram memorato Tyranno adseruit Johannes Rocyta, qui anno 1572 juxta cum Sigismundi Regis Poloniæ legatis, quibus à concionibus erat, in Moscoviam venerat, prout Oderbornius d. l. refert. Ex quo verò verborum suprà adductorum, nempe quod nemo possit salvari seu Deo jungi bonorum operum excellentiâ destitutus, hic quoque potest esse sensus, quod nemo possit veram ac salutarem agere pœnitentiam, nec salvari etiam, nisi perfectam legi divinæ obedientiam præstet, pro peccatis suis ipsemet, si non in totum, saltem ex parte satisfaciat, tùm verò propriis suis operibus mereatur peccatorum remissionem, justificationem & vitam æternam; quæ si Moscovitarum sententia est, (uti ex verbis Magni Ducis Moscoviæ, quando Joh. Rocytæ objecit, quòd graviter Lutherani errent, dum soli fidei justificationem adscribunt, cùm venturus sit Dominus judicare vivos & mortuos, qui redditurus unicuique mercedem secundum opera sua. Jam, perrexit, si sola fides beatitudinem adferet sempiternam, quid illo opus est judicio? Cur toties in N. T. operum dignitas nobis inculcatur? quodammodo colligere licet.) vehementer sanè errant; neque enim propria nostra satisfactio ac B. O. necessaria, sive ad salutarem effic. pœnitentiam, sive ad ipsam consequendam salutem sunt *ratione efficientiæ*, quippe cùm Christus plenissimè ac solus pro peccatis nostris satisfecerit, opera nostra sint imperfecta, jam antè Deo debita &c. Unde nec vitæ etiam æternæ meritoria, ut in seqq. capp. pluribus ostendetur. Quo sensu verò Scriptura S. dicat, quod secundum opera simus judicandi, itidem ex dicendis patebit. Hæc D. Joh. Ernestus Gerhardus.

Fides vera nunquam est sola s. à bonis operibus separata.

Qui-

Quibus non possum non subjungere duo testimonia Græcorum, quæ ipsius, νῦν ἐν ἁγίοις, Parens, Confessionis Catholicæ Lib. II Part. III artic. XXIII cap. III pag. 643 consignavit & iisdem recentiores etiam Græcos in descriptione Effectûs fidei justificantis consentire probat. Anno 1582, 4 Aprilis, Gotham, inquit, venit Gabriel Calonas Græcus, Presbyter Corinthius, collecturus λύτρον Turcico Sultano persolvendum. Is 5 Aprilis ab Ecclesiæ Ministris in Refectorio interrogatus: Πῶς δικαιούμεθα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, respondit, πίστει. Rursus interrogatus: πίστει καὶ ἔργοις; respondit, οὐδὲν ἀλλὰ μόνῃ πίστει. Wolfferamus Minister Eccles. Gothanæ in Centur. 5 testimonior. de sola fide lit. A. a iiij. fac. 1.

Græcorum sententia de effectu fidei justificantis.

Anno 1584, 11 Decembr. duo Græci ex Situni Macedoniæ oriundi, Gotham venerunt Stamus Calophetis & Theodorus Moscopulus, quorum unus, videlicet Stamus Calophetis hanc edidit fidei confessionem: Χριστός ἐστιν ἀρχὴ καὶ τέλος τῆς δικαιοσύνης ἡ σωτηρίας ἡμῶν, πίστει δὲ μόνον λαμβάνομεν τὴν δικαιοσύνην, οὐκ ἔργοις. ἡ δὲ πίστις ἐστι θεμέλιον τῶν καλῶν ἔργων. καὶ ἄνθρωπος δικαιωθεὶς κατὰ ἔργα ποιεῖ ὡς δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς καλούς. idem d. l. fac. 2.

Jeremias Patriarcha Constantinopolit. in 1 Resp. ad Augustan. Confess. *Quod ad justitiam attinet; quæ est ex fide, dicimus ex Chrysostomi sententia, quod per fidem sit cognitio, & absq; fide non possit Christus cognosci. Ecce resurrectionem & nativitatem nulla ratio humana astruit, sed sola fides eam comprehendit.* Hæc ὁδοῦ πάρεργον hic adferre voluimus.

§ CCCXVI

Quia autem superius non solum ex Forbesio; sed etiam ex Gisb. Voetio audivimus, quomodo etiam ex antiquitate nostra Auricularis impetatur Confessio. Subjungemus, quæ habet Mart. Chemnitius Part. II Exam. Concl. Trid. p. 192 & seq. ubi etiam p. 49 num. VIII narrat, quid sub Nectario factum sit. Verba ejus p. 192. 193. 194. sunt sequentia.

Publica Confessio in Veteri Ecclesia.

Septimò, in Græca Ecclesia longè ante Leonem facta fuerat commutatio illa publicæ confessionis, in secretam. In historia enim Tripartita libro 9, capite 35, dicit Sozomenus, ab initio Ecclesiæ visum fuisse Sacerdotibus, ut peccata tanquam in theatro, sub testimonio cœtus Ecclesiastici, panderentur, quod de publica confessione dictum est. Socrates verò addit: Cùm post persecutionem sub Decio fa-

ctam, Novatiani ab Ecclesia, propterea quod pœnitentes in persecutione lapsos recipiebat, discessionem fecissent: quod factum est circa annum Domini 260. Episcopos antiquo Canoni Ecclesiastico, de publica scilicet confessione & pœnitentia adjecisse hanc additionem (vocat enim προσθήκην Canonis) ut presbyter bonæ conversationis, prudens & ἐχέμυθος, hoc est, servans secreti, sicut Sozomenus inquit, ad hoc ordinaretur, ut lapsi ad illum accederent, ipsi confiterentur peccata. Ille verò secundum uniuscujusque culpam, mulctam indicebat. Et Sozomenus illud de injuncta mulcta, expressè dicit idem fuisse, quod tunc Romana Ecclesia, in publica & solenni pœnitentia, servabat. Ita enim fermè morem illum recitat, sicut describitur distinct. 50. in cap. Quadragesimæ. Fuit igitur nova hæc προσθήκη, ad antiquum de publica Confessione Canonem, ut lapsus suos peccatores non amplius tanquam in theatro coram toto Ecclesiæ cœtu publicarent, sed secreta & privata confessione presbytero pœnitentiario indicarent. Et quia erat ἐχέμυθος, confessionem non prodebat in publicum, nisi forsan in certis casibus: ut de Stupro Diaconi. Sed tamen injungebat mulctam, seu satisfactionem publicam.

Confessio publica mutata est in secretā in Græca Ecclesia.

Observet autem Lector, id quod Origenis tempore servatum fuit, ut scilicet lapsus privatim Sacerdotibus indicati, postea in conventu totius Ecclesiæ exponerentur, mox post annos 30 in Græca Ecclesia mutatum esse, ut Confessio scilicet esset & servaretur secreta, satisfactio verò injungeretur publica.

Occidentalis verò, seu Latina Ecclesia, severitatem publicæ confessionis, per ducentos fermè annos diutiùs retinuit usque ad Leonem scilicet circa annum Domini 450. sicut in præcedentibus diximus. Indicat autem Socrates, solitos fuisse quosdam, apud pœnitentiarium illum presbyterum confiteri non tantùm publica & notoria crimina, sed & alia delicta post Baptismum perpetrata. Sozomenus inquit: τὰ βεβιωμένα confitebantur. Non tamen fuisse mandatum, obligans omnes ad enumerationem omnium & singulorum delictorum, inde colligitur. Unus enim tantum Presbyter, ad has confessiones audiendas constitutus fuit, in amplissima Constantinopolitana Ecclesia, in qua 60 presbyteri, tempore Justiniani fuerunt. Et Socrates dicit, nobilem quandam mulierem, presbytero illi confessam pec-

peccata κατὰ μέρος, hoc est, ex parte. Et ad hanc confessionem nec integram, nec specialem, presbyterum eam absolvisse, injunctâ hâc satisfactione, ut unà cum confessione, ostenderet jejunio & orationibus opus dignum pœnitentia: illam verò progressam cœpisse & alium suum lapsum accusare, diaconum scilicet Ecclesiæ, secum concubuisse. Non igitur omnibus necessitas confessionis illius imposita fuit: aliàs enim non suffecisset unus presbyter: nec integra omnium & singulorum peccatorum enumeratio, tanquam jure divino ad remissionem necessaria exacta fuit, sicut confessio mulieris κατὰ μέρος facta ostendit. Sed præcipuè instituta fuerat, pro publicis & notoriis lapsibus, usurpari verò cœpit etiam ad confessionem aliorum peccatorum, sicut jam diximus. Nostra verò quæstio est, an confessio illa, sive publica sive privata, tanquam jure divino ad remissionem peccatorum necessaria, tunc in Ecclesia habita fuerit? Et publicam quidem confessionem, non judicatam fuisse jure divino ad remissionem peccatorum necessariam mutatio & abrogatio ejus ostendit. Jam verò illam etiam constitutionem, privatim & secretò audiendi lapsorum confessiones, historia hæc dicit, in Constantinopolitana Ecclesia à Nectario abrogatam & sublatam esse, propter facinus illud Diaconi, confessione publicatum, in magnum Ecclesiæ scandalum. Sed quomodo abrogatio illa per Nectarium facta est? Gropperus dicit, non ipsam secretam confessionem abrogatam, sed illum tantum morem sublatum, quo secreto confessis, publica imponebatur pœnitentia peragenda. Sed historia simpliciter dicit, desiisse tunc morem illum, quod scilicet certus quidam Presbyter ad hoc ordinatus erat, ut audiret confessiones pœnitentium. Colligamus igitur in summam, quæ ex hac Nectarii Historia conficiuntur. Omninò verum est, quod Sozomenus inquit, Deum mandasse peccatoribus veniam νέμειν: sed illis, qui pœnitentiam agunt, peccata agnoscunt, & confitentur. Qui verò recusant peccata confiteri, illos majus onus quasi auctæ peccati usuræ, sibi acquirere. Sed quæstio est, cui necessariò confitenda sint peccata? Et primum quidem in usu fuit publica confessio. Sed eam non esse necessariam, ejus abrogatione ostensum est. Deinde usurpata aliquandiu fuit confessio, quæ privatim seu secretò Sacerdoti fiebat. Sed nec illam jure divino ad remissionem esse necessariam, licet disciplina sit utilis, Ecclesia Nectarii tempore,

§. CCCXVII. Q. An Confessio tanquã jure divino ad remissionem peccatorum necessaria, tunc in Ecclesia habita fuerit

Consectaria ex Historia Nectarii.

pore, ejus abrogatione ostendit. Sola igitur illa peccatorum confessio, quæ Deo fit, jure divino ad remissionem peccatorum necessaria est: sicut Chrysostomus, Nectarii successor, multis & sæpissimè hoc ostendit. Sed contra hæc omnia Pighius objicit, quòd in una Constantinopolitanâ Ecclesiâ, ab uno Nectario, paucorum consilio, ut furori tumultuantis populi succurreretur, factum est, non statim pertinere ad judicium & consensum Catholicæ Ecclesiæ. Sed tamen abrogationem illam nemo, etiam ex illis qui eam non satis probabant, vel ausus fuit vel potuit, ut Scripturæ seu verbo Dei repugnantem, reprehendere aut damnare. Imò Sozomenus expressè dicit: Nectarius primus abrogavit presbyterum, super pœnitentes ordinatum. ἠκολούθησαν δὲ σχεδὸν οἱ πάντες ἐπίσκοποι. Hoc est, exemplum illius abrogationis, secuti sunt omnes fermè Episcopi. Socrates dicit in aliis hæresibus mansisse Canonem illum de audiendis confessionibus: In Ecclesia verò τῶν ὁμοουσίων antiquatum fuisse.

Et ex Chrysostomo, qui proxime post abrogationem illam, Constantinopolitanæ Ecclesiæ administrationem suscepit, manifestè colligitur, quod Ecclesia illius temporis senserit confessionem peccatorum, quæ Sacerdoti fit, non esse jure divino, ad remissionem peccatorum necessariam.

Et ex hac Nectarii historia intelligi potest, quâ occasione, quâ de causa, & in quem sensum, Chrysostomus sententias illas, quas suprà annotavimus (quòd scilicet non necessarium sit homini, confiteri peccata, sed sufficiat Deo ea confiteri) sæpissimè repetiverit. In recenti enim memoria tunc adhuc erat Nectarii abrogatio.

Octavò, ut ad ordinem historicæ observationis redeamus; Hactenus ostendimus, in veteri Ecclesia morem fuisse publicæ confessionis, in gravioribus seu manifestis criminibus. Quæ consvetudo postea, aut improbabilis judicata, remota fuit & mutata in secretam confessionem, quæ publicam tamen mulctam, seu satisfactionem injungebat. Sed & privata illa, in Græca Ecclesia sub Nectario abrogata fuit. Latina verò Ecclesia secretam illam confessionem retinuit: sed, sicut antea publica confessio, in secretam erat mutata: Ità postea etiam antiquata fuit severitas injungendæ publicæ pœnitentiæ, pro gravioribus criminibus, secretò confessis: atque ita etiam mulcta seu satisfactio publica, in privatam seu secretam commutari cœpit. In-

de

de verò posterioribus temporibus, auricularis Pontificiorum confessio generata est: quæ omnium & singulorum delictorum enumerationem, ad salutem necessariam exigit.

§. CCCXVIII *Quæ peccata in Veteri Ecclesia per Confessionem fuere à Pœnitentibus exposita.*

Nonò. Et illa quidem, quæ hactenus ex Patribus annotavimus, ad ea potissimum crimina spectant, propter quæ excommunicari aliquis merebatur, sicut Augustinus inquit. sive illa essent palam, sive clam, sive tantum voluntatis proposito commissa. Non dissimulandum tamen est, extare præterea apud veteres multas sententias, quibus exhortantur populum, ut alia etiam peccata Sacerdoti per confessionem exponant. Ita Cyprianus libro quinto, Epistol 14, & 16. dicit, in minoribus etiam peccatis, quæ quidem non in Deum committantur, veniendum esse ad exomologesin. Sed considerandum est, qua ratione, quo sensu, & in quem finem privatam illam confessionem commendarint. Nullo modo enim senserunt, jure divino ad remissionem peccatorum necessarium esse, omnia peccata, in specie & sigillatim, sacerdoti juxta omnes circumstantias enumerare, ita ut ea, quæ sacerdoti in specie non exponuntur, remitti non possint, etiamsi verè pœnitens, Deo ea confiteatur. Alias vero habuerunt rationes, propter quas & servarunt & commendarunt privatam confessionem: quia scilicet utilis sit disciplina, primò ad rudiorum informationem, de vera agnitione, de gradibus, de gravitate peccatorum, item de vera & salutari ratione agendæ pœnitentiæ, Secundo, ad medicinam: quomodo scilicet quælibet peccata curanda & mortificanda sint, ut in posterum caveantur & vitentur, quæ vitæ emendatio, quibus peccatis opponenda sit. Tertiò, consilii gratia: ut in casibus dubiis, pastoris consilio oviculæ ex verbo Dei instruantur. Quartò, propter consolationem, quando scilicet peccatum aliquod præcipuè conscientiam gravabat & perturbabat, ut ex generali prædicatione conscientia non posset consolationem concipere, tunc consulebant pastori hoc esse exponendum, propter privatam absolutionem. Quintò, Quia absolutio non est impertienda, nisi qui pœnitentiam agit: impœnitens verò ligandus. Ad illam verò discretionem non opus esse integra seu speciali enumeratione omnium delictorum, postea ostendemus. Ita *Chrysostomus*, qui præ ceteris acriter contendit, non necessarium esse ad remissionem peccatorum, Sacerdoti peccata exponere & manifestare: tamen libr. 2 de Sacerdotio inquit: *Multa arte opus est, ut qui labo-*

Veteres nullo modo ideo Confessionem commendarunt, quasi necessitatem absolutã illi statuerent: sed propter alias utilitates.

Ob has utilitates Patres auricularem Confessionem commendarunt.

laborant Christiani, ultrò sibi persuadeant, Sacerdotum curationibus se submittere oportere: imò, ut curationis & medicinæ nomine, gratiam illis habeant. Et hoc est, quod Sozomenus dicit, post Nectarium, confessionem sacerdotalem factam fuisse ἀφαιρεθῆναι. Ita *Origenes in Psal. 37* dicit: *Proba prius medicum, cui debeas languoris causas exponere: ut, si quid ille dixerit, si quid consilii dederit, facias & sequaris.* Idem in 2 capite Levitici dicit, *sacerdoti indicari peccatum, & quæri medicinam, secundum eum, qui ait: Pronunciabo adversus me injustitiam meam Domino, & tu remisisti.* Ita homilia 1 in Ps. 37: *Deus sicut corpori medicamenta præparavit, ita & animæ, in his sermonibus, quos per divinas scripturas seminavit, ut quæramus medicinam. Archiatros Christus est: medici, sunt ministri verbi, quibus curandorum vulnerum disciplina commissa est.* Et huc refert publicas Episcoporum correptiones. Ibidem: *Si in corpore macula vel vulnus oriatur, solicitus es, & perquiris, quid cura debeas adhibere, quomodo corpori sanitas antiqua restituatur.* In eandem sententiam *Cyprianus sermone* de lapsis dicit, *peccatores per confessionem animi sui pondus Sacerdotibus exponere, salutarem medelam, parvis scilicet & modicis vulneribus, exquirere.* Basilius in quæstionibus compendio explicatis, 288. Quia modus conversionis debet esse οἰκεῖος τῷ ἁμαρτήματι, accommodatus ad rationem peccati: & debet fructus ostendere, dignos pœnitentiæ: *ad hoc aptus est modus confessionis, qua fit illis, quibus dispensatio mysteriorum Dei commissa est.* Et cap. 98. dicit, confessionem peccatorum hanc habere rationem, quam vulnus habet aliquod corporis, vel passio, quæ medico monstranda est, qui testimonium habet curæ & medelæ. Ita Hieronymus in sexto capite Matthæi: *Sicut in Veteri Testamento, Sacerdotes notitiam habebant leprosi, ut possent discernere, qui mundus, quivè immundus esset: ita in Novo Testamento, Sacerdotem non debere temere sibi arrogare clavem potestatis, absq; clave scientiæ & discretionis, sed pro varietate peccatorum, debere nosse, qui ligandus sit, quivè solvendus.* In Ecclesiasten cap. 10 Si quem serpens diabolus occultè momorderit, & nullo conscio eum peccati veneno infecerit: si tacuerit, qui percussus est, & non egerit pœnitentiam, nec vulnus suum fratri & Magistro voluerit confiteri: magister qui habet linguam ad curandum, facile ei prodesse non poterit. Si enim erubescat ægrotus vulnus suum medico confiteri, quod ignorat medicina, non curat.

Adhæc

Ad hæc novem capita, omnes veterum sententiæ commodè referri possunt.

§ CCCXIX *Quando Pontificiæ superstitiones taxantur, non rejiciuntur illico ea, quæ in Veteri Ecclesia fuere utilia. Ideò etiam Privata Confessio observatur apud nos Lutheranos.*

Prodest etiam ad hoc distributio illa, ut bonis viris ostendi possit, nostras Ecclesias, ea, quæ in veterum scriptis, de confessione vera, utilia, & scripturæ consentanea extant, non rejicere vel damnare, quando Pontificias superstitiones taxamus. Publicæ enim pœnitentiæ exempla quædam apud nos servantur. Et quidem optamus, posse in hoc genere plura quædam ex veteris Ecclesiæ disciplina in usum revocari, quæ in Pontificia Ecclesia vel prorsus collapsa, vel in superstitiones & ludibria conversa sunt. Privatæ Confessionis usus apud nos servatur, ut generali professione peccati, ex significatione pœnitentiæ, petatur absolutio. Cumq; non sine judicio usurpanda sit clavis, vel solvens vel ligans, in privato illo colloquio pastores explorant auditorum judicia, an rectè intelligant de peccatis exterioribus & interioribus, de gradibus peccatorum, de stipendio peccati, de fide in Christum, deducuntur ad considerationem peccatorum: explorantur, an seriò doleant de peccatis, an iram Dei timeant, & cupiant illam effugere, an habeant propositum emendationis: interrogantur etiam, si in certis quibusdam peccatis hærere existimentur. Traditur ibi doctrina, & exhortatio de emendatione: quæritur vel consilium, vel consolatio in gravaminibus conscientiæ: & tali confessioni, impertitur absolutio. Hæc certè sunt substantialia confessionis, de qua veteres loquuntur, quæ cum à nobis, sine conscientiarum laqueis, Christianâ libertate ad ædificationem retineantur & usurpentur: injustè accusamur, quasi totam antiquitatem convellamus, conculcemus & damnemus.

Hæc Chemnitius.

Sed præprimis hanc materiam persecutus est D. Balthasar Meisnerus in *Collegio Adiaphoristico Disputat. VII de Confessione & Absolutione Privata*, ubi pro Confessione privata in nostra Ecclesia usitata pluribus differit. Nos solum III & IV membrum hic adscribemus.

III MEMBRUM.

Absolutio & Confessio privata nituntur Scripturæ exemplis.

Confessio & Absolutio privata nituntur Scripturæ exemplis.

QVando Confessionem & Absolutionem privatam scripturæ exemplis niti dicimus, non volumus (1) in Scripturis reperiri omnes externas illas circumstantias, quæ in nostris Ecclesiis propter εὐσχημοσύνην καὶ οἰκονομίαν hodieque observantur, quales sunt, quod pastor in templo, & in peculiari ad hoc destinato sedili sedet, itemq; pro ratione confitentium examen instituit, in quo quid de præcipuis fidei articulis sentiant & credant, explorat; quod etiam confitentes in aures pastoris quasi insusurrent Confessionem, ne ipsi venator adsit cum auritis plagis; quod item, Confessio fiat diebus profestis, festis, dominicis, ante usum S. Cœnæ; & post auditam concionem. Neq; (2) volumus, quod exempla illa necessitatem privatæ confessionis inferant, quasi quilibet remissionem peccatorum inhians cogatur coram pastore confessionem edere, & sine ea voti compos non fiat, quo fine *Bellarminus* quædam pro Pontificiâ Confessione stabiliendâ, vanè profectò, adducit exempla, sed (3) contendimus, quod quædam in S. Scripturâ exempla satis superque evincant, non esse impium & idololatricum, Scripturis sanctis consentaneum; Vel (1) coram pastore confiteri, vel (2) Evangelii vocem remiss. peccatorum omnibus in genere adnunciantem, cuilibet credenti in Individuo applicare.

Tale argumentum nostrum.

Quodcunq; à sanctis Dei hominibus, imò ipso Christo usurpatum, illud non est impium, & temerè abrogandum.

§. CCCXX. *Confessio & absolutio privata à sanctis Dei hominibus; &c. Ergò.*

Fundamenta Scripturæ pro Confessione privata.

Majorem tantum abest, ut negent *Calviniani*, ut potiꝰ ipse Bucan. loc. 30 qu. 22 nec non Zanch. l. antè citato p. 758 col. 2 non obscurè eam ponant. *Minor* constat è Vet. tum N. Testamento. In V.T. qui sacrificia sua Hierosolymam adducebant, sive Levitæ sive auditores erant, ante mactationem & oblationem sacrificiorum, confitebantur non qui-

quidem omnes, sed insigniores & maximè notorias iniquitates, uti colligitur ex Lev. c. 4. 20 25 35 & *cum primis* c. 5 v. 5 Sic *David* quamvis suam ad Deum dirigeret confessionem, coram *Nathane* tamen nihilominus eam faciebat, qui etiam ipsi in specie absolutionem & peccatorum remissionem annunciavit, quando dixit: *Sustulit Deus peccata tua. Confer.* c. 12 v. 2. *Samuelis cum titulo* Ps. 51 in N. T. ut Confessionis ministro factæ unum Matt. 3, 6, ita absolutionis specialis ab ipso Christo pronunciatæ tria præclarissima extant exempla Matth. 9, 2. Luc. 7, 46 & c. 19, 9. Facessant ergò *Calviniani*, qui sine omni omninò fronte nullum privatæ confessionis & absolutionis in Scripturis extare exemplum ad ravim usque clamitarunt hactenus; His enim ceu helleboro aliquo ista ipsorum dementia si non expurgari, certè tamen retundi potest, uti videre est apud Bucanum & Zanchium locis citatis.

IV Membrum.

Confessio nititur orthodoxæ Antiquitatis exemplis.

Confessio Privata nititur exemplis orthodoxæ Antiquitatis.

HOc membrum accuratè notandum, cum eo solo funus facere possimus adversariorum isti ad nauseam usque repetito Coccysmo, quo salutarem hunc ritum fermenti papistici nomine suspectum reddere satagunt.

Nos ita argumentamur:

Si Confessionis & Absolutionis privatæ ritus longè ante Papatum, in Orthodoxa Ecclesia viguit, ex fœtidis Anti-Christi Romani lacunis ortum non habebit.

Sed viguit. *Ergo.*

PRo probatione transsumtionis notandum *papismum* primas radices agere cœpisse sub Cæsaricida Phoca; hic enim ut Romam sibi minus haberet contumacem, Romanum Episcopum, qui tunc erat *Bonifacius III*, Constantinopolitano superiorem dici & haberi

 juss-

jussit circa an. Christi 603, vel, ut alii volunt, 612. Jam demonstravimus supra th. 13 è receptæ fidei historicis *Socrate* scil. Sozomeno & Nicephoro, quod ritus Confessionis & absolutionis privatæ in Ecclesiam à sanctis Patribus fuerit introductus circa ann. Christi 260. Accedit primò, quod tum *Cyprianus*, tum *Basilius*, tum *Origenes*, tum *Augustinus*, tum *Chrysostomus* honorificam (loca infra citavi th. 42) ejus fecerint mentionem, qui tamen omnes antequam *Papa* & ipsius cum collativis ventribus *Monachi* esse cœperunt, esse quoad deteriorem sui partem desierunt, & ad plures abierunt. Accedit *Secundo*, quod *Nectarius* Episcopus Constantinopolitanus eundem Constantinopoli circa annum Christi 400 abrogaverit, propterea, quod mulier quædam nobilis consvetudinem, quam sæpiùs in templo habuerat cum Diacono, è cujus præcepto jejunârat, & Deo operibus supplicârat notam fecerat populo, qui propterea sæviebat in Sacerdotes, quasi per eos injuria esset facta Ecclesiæ, ut loquitur *tripart.* l. 9 c. 35.

§. CCCXXI *Pontificia Auricularis Confessio anno demùm 1213 exordium sumpsit.*

Denique tertiò accedit, quod Confessio auricularis pontificia Anno demùm 1213 Romanæ Ecclesiæ, (quæ à tempore Leonis istum, de quo nobis sermo, confessionis ritum observaverat) sit obtrusa ab *Innocentio tertio Pontifice*; id quod præter *Polydorum Virgilium* lib. 6 cap. 1 de inventoribus rerum testatur etiam Francus lib. 2 Chronicor. & ipse Innocentius. l. 2 de Martyribus hisce verbis.

Debet peccator omnem omninò peccati circumstantiam confiteri, secundum quod majus peccavit, in loco, in tempore, in numero, in persona, secundum ætatem, secundum scientiam, secundum gradum, secundum ordinem, si facilè, si frequenter, si manifestè, si perseveranter. Hæc omnia crimen exaggerant, & ideò debet singula confiteri, ne vel delictum allevet, vel peccata excuset, pudor enim confessionis pars est non modica satisfactionis.

Et cur mihi ipsi exercitium impero, cum nulla urgeat necessitas? Ipse quidem Zanchius inter Calvinianos non minus nobiscum statuens publicam primitivæ Ecclesiæ usitatam Exomologesin

gesin privatæ Confessioni natales dedisse, quid aliud quæso facit, quàm quod eandem in Orthodoxa S. Patrum Ecclesia viguisse affirmet? Ita vero ille in opere posthumo. cap. 19 pag. 691.

Quo ex loco, (intellige Cypriani istum, quem infra citavi thesi 42) apparet, unde ortum habuerit privata peccatorum Confessio, & qualis initio fuerit. Ortum habuit à piis, privatis tamen hominibus, sed sine verbo DEI & causa illis erat, partim ut se humiliarent coram DEO apud fidum Dei servum, partim ut pondus conscientiæ exonerarent; partim ut salutaria consilia adversus suos morbos à sancto atque erudito Ministro peterent atque acciperent. Cæterum libera erat, nemo ad hanc cogebatur, vel verbo DEI, vel *Ecclesia*. Hæc D. Meisnerus, quæ nobis jam nunc sufficiunt. Plura qui expetit, ipsum Tractatum evolvat.

ΚΕΦ. ΚΓ.

ΚΕΦΑΛΗ' ΚΓ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΩΣ ΕΡΧΟΝΤΑΙ ΜΕΤΑΛΑΜΒΑΝΕΙΝ ΤΑ ΑΓΙΑ.

Η Ἐκκλησία τῶν Ἑλλήνων, ἔχει κεχωρισμένον τόπον, ὅπου θυσιάζουσιν οἱ Ἱερεῖς, καὶ οὐδεὶς εἰσέρχεται ἐκεῖ, εἰ μὴ ὁ Ἱεροδιάκονος, καὶ ὁ Ὑποδιάκονος. Καὶ ὅταν θέλῃ ὁ Ἱερεὺς δοῦναι τὰ ἅγια τοῖς θέλουσι μεταλαμβάνειν, ἵσαται ἔσω τῆς πύλης, οἱ δὲ μέλλοντες μεταλαμβάνειν ἔρχονται ἐγγὺς τῆς πύλης, καὶ ἵσανται ὀρθοὶ ἔμπροσθεν τῆς πύλης. Ὅμως ἔρχονται τούτῳ τῷ τρόπῳ, ὅταν ἐγγίζῃ ὁ καιρὸς τοῦ μεταλαβεῖν, ἔρχονται ἔμπροσθεν τῆς πύλης ὅπου θυσιάζει ὁ Ἱερεὺς, καὶ γονυπετοῦσι κατὰ ἀνατολὴν, καὶ προσκυνοῦσι τῷ Θεῷ. Ἔπειτα σρέφονται πρὸς τὴν δύσιν καὶ γονυπετοῦσι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, λέγοντες, συγχωρεῖτε ἡμῖν Ἀδελφοὶ, ἔργῳ καὶ λόγῳ ἡμάρτωμεν. Οἱ δὲ ἄνθρωποι ἀποκρίνονται, λέγοντες· Ὁ Θεὸς συγχωρήσει ἡμῖν ἀδελφοί. Ἔπειτα σρέφονται πρὸς τὰ μεσημβρινὰ μέρη τῆς Ἐκκλησίας, καὶ γονυπετοῦσι, καὶ πρὸς ἐκείνους λέγοντες· Συγχωρεῖτε, ὡς καὶ πρότερον, κἀκεῖνοι δὲ ὁμοίως ἀποκρίνονται, καὶ συγχωροῦσιν, ὡς καὶ δυσικοὶ, ὡσαύτως σρέφουσι καὶ γονυπετοῦσι,

DE MODO, QVEM IN USU SACRÆ COENÆ OBSERVANT.

§. CCCXXII *Ritus Sacræ Communionis.*

GRæcæ Ecclesiæ separatum quendam locum habent, (A) in quo Sacerdotes sacrificant; & in hunc nemini patet introitus, nisi solis Hierodiaconis & Subdiaconis. Quando autem Sacerdos sacrã Cœnam communicare volentibus distribuit, intra portam consistit; illi verò, qui ejusdem participandæ causâ ad portam accedunt, erecto corpore ante eam consistunt. Id quod hoc ritu peragunt. Instante jam communionis tempore, ad ostium, ubi Sacerdos Sacra peragit, appropinquant, facieq; ad ortum conversâ, genibus in terram prostrati, Deum adorant. Dehinc ad Occasum sese convertunt, ac flexis genibus his verbis adstantes homines compellant: Condonate nobis oramus, fratres, factis & verbis peccavimus. [B] Ad quæ præsentes homines hunc in modum respondent: Deus condonabit nobis, ô Fratres. Post ad Meridionales Ecclesiæ partes sese vertunt, easdem iisdem, quibus antea, curvatis genibus alloquentes verbis: Remittite. Illi verò, ut modò commemorati, similiter remittentes, similia respondent, quemadmodum & Occidentales. Eundem in modum ad Borealem plagam conversi, eandem,

Petitio Veniæ.

ἐστι καὶ πρὸς τὸ βορειακὸν μέρος τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ὁμοίως κἀκεῖνοι συγχωροῦσιν ἐκείνοις. Καὶ μετὰ ταῦτα ἵστανται ἐγγὺς τῆς πύλης τοῦ θυσιαστηρίου, ὅπου ὁ Ἱερεὺς θυσιάζει, καὶ ὁ Ἱερεὺς ἔρχεται, κρατῶν τὰ ἅγια ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, καὶ ἵσταται ἐν τῷ μέσῳ τῆς πύλης τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ δίδωσιν ἐκείνοις ἑκάστῳ τὸ Σῶμα καὶ Αἷμα τοῦ Κυρίου ὁμοῦ, ἄρτον καὶ τὸν οἶνον μεμιγμένον, λέγων· Μεταλαμβάνει ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ὁ δεῖνα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, Ἀμήν. Ὁ δὲ μέλλων μεταλαβεῖν, ἐν τῇ στιγμῇ, ἐν ᾗ μέλλει μεταλαβεῖν, λέγει πρὸς τὸν Χριστόν. οὐ φίλημά σοι δώσω καθάπερ ὁ Ἰούδας, ἀλλ' ὡς ὁ λῃστὴς ὁμολογῶ σοι, Μνήσθητί μου, κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Καὶ τότε λαμβάνει ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ τὸ Σῶμα καὶ Αἷμα τοῦ Κυρίου. Μετὰ δὲ τὸ λαβεῖν τὴν Θείαν Μετάληψιν, αὐτίκα λαμβάνουσι καὶ τινα σμικρότατον κλάσμα ἄρτου, ὃ καλεῖται Ἀντίδωρον, περὶ τοῦ ὁποίου ἄρτου προείπομεν, ὅταν εἴπομεν περὶ τῆς προσευχῆς ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ τῶν Ἑλλήνων· ἐν κεφ. ΙΔ.

AD

quam à cæteris veniam, & orant & exorant. Atque singulis his & omnibus peractis, prope portam separati loci, ubi sacra mensa reposita est, & Sacerdos Sacra peragit, consistunt, Sacerdos autem Sancta manibus suis gestans progreditur, inque ipso medio ostii hujus separati loci (θυσιαστήριον ipsis dicti) consistens, unicuique illorum Corpus & Sanguinem Domini simul (sive conjunctim, sive unô eodemque actu,) h. e. panem & Vinum mixtum (vel panem vino intinctum) distribuit, (c) dicens: Communicat Servus hic (d) Dei in Nomine Patris, & Filii & Spiritûs S. in remissionem peccatorum, Amen. Communicaturus verò eo ipso, quo Sacrum epulum sumturus est, temporis puncto, his Christum alloquitur verbis: Non figam tibi osculum sicuti Judas, sed Latronis exemplo confiteor tibi: Memento mei, Domine, cum veneris in Regnum tuum. Quo dicto corpus & Sanguinem Domini ore suo accipit. (e) Acceptâ autem hâc Divinâ communione, extemplò quoque exiguum aliquod fragmentum Panis, quod Ἀντίδωρον, (h. e. donum dono relatum,) vocatur, accipiunt. Quo de pane jam supra, quando de precibus Græcorum, per totum annum frequentari solitis, locuti sumus, capite puta, XIV. à nobis aliquid est dictum.

§. CCCXXIII

Ad Caput XXIII.

CCCXXIV *Sacrum Bema.*

(A) *Separatum locum habent, in quem nemini patet introitus.* Vocatur hic locus Sacrum Bema, in quo Sacerdos solus Sacra peragit, in quod quidem olim Imperatori etiam introire licuit, at ab Ambrosio, ut insolentiam temperaret, illud mutatum, injunctumque Imperatori, at ante Bema inter reliquum populum primus consideret, atque ita Imperatoribus etiam locus ante Cancellos Bematis assignatus est, ut multis docet Græcarum rerum peritissimus *Leo Alatius Lib. de Recentiorum Græcorum templis.* pag. 122 & 125, ubi etiam refert, quot habeat altaria, & quænam ibi conservent. pag. 136 seq.

Montacutius Tom. 2 Origin. Eccles. pag. 328 *scribit* : θυσιαστήριον non fuit tantummodò altare, vel Dominica mensa : aut τὰ προσφερόμενα & consecrata in altari, sed & locus ille, in quô statuebatur altare cancellis quibusdam circumscriptum. Locum illum ἄβατον per tempora vetustissima omnibus hominibus extitisse, nisi solis hominibus consecratis unde ἐντὸς εἶναι θυσιαστηρίου & τῆς ἱερατικῆς εἶναι τάξεως pro eôdem sumitur. Neque enim Monachi olim apud Græcos cancellos illos ingredi debebant, nisi ad lumina accēdenda. Imperatores admissi, quod Rex esset *persona* non merè laica. Verba *Zonaræ* ad Canon. LXIX Trullan. p. 138 τὸ θυσιαστήριον τοῖς ἱερωμένοις ἀφώρισται. Διὸ καὶ ὁ Κανὼν τοῖς λαϊκοῖς ἀπαγορεύει τὴν πρὸς αὐτὸ εἴσοδον. Τῷ δὲ βασιλεῖ μόνῳ παραχωρεῖ τῆς εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσόδου, ὅτι προσάγει δῶρα τῷ θεῷ. Interpres reddit *sacrificandi locus* [non satis commodè, θυσιαστήριον vocarunt veteres altare, non quod censerent, mensam illam (verba D. Dorschei iterum recito) θυσιαστήριον & altare esse, in quo propriè dictum sacrificium offertur Deo ; sed quòd sanctissimi sacrificii, cujus umbram typumque gesserunt V. T. sacrificia in ea fieret dispensatio, *Exercit. ad Concil. Nic. pag. 48.*] *initiatis hominibus seorsim destinatus est. Proinde Laicos ab illo ingressu arceri jubet Canon, sed ita ut Imperatori tamen, cum sacra munera Deo oblaturus accesserit, sacra adyta intrandi sola sit facultas.* Et sic etiam *Aristenes & Balsamon* ad hunc Canonem apud *Allat. de Templis Græcorum p. 161.* edit.

dit. Colon. p. 122 edit. Parif. Minus æqua apud Zonaram in hunc Canonem *glossa marginalis* est, sic enim illa habet : Adulatio Græca fœdo abortu hunc canonem peperit. At Ambrosius universâ Ecclesiâ applaudente, Theodosium ab altari arcuit. Balsamon, ut hunc errorem excuset, sacrilega ausa in hôc genere Græcorum Imperatorum enumerat. Perstringitur à *Leone Allatiô* hôc nomine glossa, ut & Zonaras, & Balsamon pag. 17 seqq. concludit non adulationem Græcam fœdo abortu Canonem Trullanum peperisse, qui ante tot annos ita probantibus Pp. in Ecclesiam pedem fixerat. In *Concil. Aquensi. 1585 Concil. Novism. Galliæ*, quæ edidit *Odespoun. Presbyter Feronens. Paris.* 646 decretum, inter alia sic : *Laici verò nobiliores & qui vel Christianissimi Regis Consiliarii & officiales, aut ex militaribus Ordinibus, aut communitatum magistratibus fuerint, poterunt intra Chorum* (βῆμα) *admitti, si eo in loco divinis officiis interesse velint, ita tamen, ut post clericos sedeant, nec inter Clericos ipsis sedere liceat* : *In Conciliô Tholosano.* ann. 1590 pag. 531 rursus aliter habet *Canon.* 16 Clathris & cancellis altaria cingantur, in quos Laicis nullis aditus permittatur; peractis sacris, claudantur. An simpliciter omnes exclusos velit Canon, non satis liquet. Vide etiam *Canon. 31 Concil. Bracarens. 1 Tom. 4 Concil. Bin. pag. 422* Fœminas verò in totum arcuerunt ab accessu ad altare ingredi. *Zonaras ad hunc Canonem p. 356 hanc adfert causam* : Si Laici Viri altaris septa ingredi vetantur, fœminas multò magis, quæ menstrui sanguinis fluxu, vel invitæ, pollui solent. Tale decretum etiam est in *Concilio Aquensi 1585 pag. 489 Odespoun.* Fœminæ verò, cujuscunque Conditionis status sint, nullô unquam tempore, nullavè ex causa, dum divina officia celebrentur, intra eundem Chorum, aliquemvè ejus locum secretum etiam superiorem admittantur. Quod si ad hanc prohibitionem factum fuerit aut permissum eo ipso sint excommunicatæ. Qui verò Choro præsunt, si earum ingressum, etiam tacitum consenserint, permiserintvè, & non statim illas monuerint, aut per alium monere fecerint, ut discedant, præter excommunicationem, in quam ipso factò incurrant, sint ab officio per 6 menses ipso itidem facto suspensi.

§. CCCXXV

Nota insuper, in Bemate sive Chorô, duo sunt altaria, alterum *minus* & boreale, in quo fit πρόθεσις, à Ceremoniâ, quæ in eô peragitur, nomen habens. In alio altari, quod est *majus*, & ornatu illu-

ftrius, & ἁγία τράπεζα vocatur, facra peragunt. Adnotat. *Goar. in not. p. 116.* quosdam exiftimaffe ἐν σκευοφυλακίῳ & facrario prothefin fuiffe. Theffalonicenfis juxta Prothefin collocat σκευοφυλάκιον. In Ichnographia *Allatiana Templorum veterum*, ad latus finiftrum è regione ponitur. In Ichnographiis autem 2 Recentior. templ. altare jam non è regione, fed poftica parte cernitur.

§. CCCXXVI *Communicantes petunt veniam & reconciliationem cum proximis ante cœnam.*

(B) *Condonate nobis, oramus, fratres, & Verbis & Factis fi quà vos offendimus.*) De hoc ita Εὐχολόγ. pag. 149: Veniam petit Diaconus, communionem à Sacerdote percepturus, eamque fimiliter quilibet è populo ad Sacram Synaxin acceffurus, omnibus audientibus, in hodiernum usque diem vulgari linguâ folet expofcere, dicens: Συγχωρήσατε χριστιανοί; Condonate Chriftiani: cui omnes reciproco Charitatis affectu refpondent: Ὁ Θεὸς συγχωρήσῃ σε; Parcat tibi Deus! Quin etiam ipfos Sacerdotes fum miratus, facro Communionis Myfterio, à præcipuo celebrante jam in manus accepto ad dextram lævamque (priusquam fufis ad Deum precibus illud ori admoverent.) caput vertere, & de hoc ritu inquirenti, nunciatum eft: præcipuum Sacerdotem celebrantem, non prius Sacris operam dare, quàm juxta liturgicas rubricas, pacem, fi læfam fentiat, denuò cum proximo integrarit; alios verò concelebrantes, quos aperta talis Confeffio minus deceret, capite huc & illuc converfo, quafi tacito nutu, fi in aliquo fcandali caufam dederint, veniam poftulare. Hancque confvetudinem non certè illaudatam, fed & amplius ita probatam habent Latinorum vel Francorum quidam, ut Ecclefias noftras, [in quibus hujusmodi publica renunciatio non eft in ufu] communionis ergò adituri, prius in aliam fe conferant, ut tritum illud pacis cum omnibus expetitæ Symbolum: Συγχωρήσατε χριστιανοί elatâ voce proferant. Tam manifeftum verò & indubitatum mutuæ & finceræ charitatis in Oriente judicium eft apud Græcos hic Sermo, ut qui veniam de more publicè petenti obftinatâ mente, [quod quidam audent, dicentes: Ἀσυγχώρητόν σε ἀφήνω. Incondonatum te relinquo] denegare non formidant, confeftim ifti Ecclefiafticâ poteftate à corporis Chrifti unionis myfterio arceantur: benevolentiæ verò fuæ copiam, gratique animi affectum depromturi, five quâcunque de causâ alteri

benè

benè precaturi,hâc unicâ voce: ὁ Θεὸς συγχωρήσῃ σοι, soleant explicare. vid. Chrysost. de prodit.judæ.vers.Finem.

§. CCCXXVII. *Moscovitæ panem vino intinctum accipiunt, porrectum à Sacerdote parvo cochleari & certis verbis.*

(C) *Corpus & Sanguinem uno eodemq; actu, h.e. panem & Vinum mixtum distribuit.* Morem Moscovitarum hunc in modum describit *Adamus Olearius*: Sacram Cœnam quidem omnes sub utrâque specie usurpant, frangunt tamen & frustulatim injiciunt panem in benedictum rubrum vinum, aut ubi vino carent, in mulsum aut aquam, atque ita communicantibus ipsis parvo cochleari accipiendum porrigunt. Circa quod Sacerdos hæc verba profert: Hoc est verum Corpus & Sanguis Christi, qui pro vobis & multis traditur, in Remissionem vestrorum peccatorum, quod quoties accipitis,in Christi recordationem sumere debetis. Deus vobis benedicat. Credunt Transsubstantiationem, panem & Vinum sc. reverà in Corpus & Sanguinem Christi mutari. Et Vinum semper modicè calefit, quia verisimile est, Sanguinem Domini Jesu Christi, qui è latere fluxit, calidum quoque fuisse. Etiam infantibus Sacram Cœnam porrigunt; ratione carentibus autem labia solùm eâ attingunt.

Transsubstantiatio.

Vinum modicè calefit, quia sanguis è latere Christi fuit calidꝰ

Mittunt quoque eam aliò & die Viridium pistum, atque sic longo tempore induratum consecratum panem militibus & iter facientibus in viam dant, ut, modò domi Confessionem ediderint,eo, quando libuerit, uti possint. Hi autem custodiunt illum ut plurimum,donec morbo aliquo corripiantur, ut, si fortè non convalescant, tamen viatico vitæ æternæ instructi sint. Ægrotis quoque, apud quos usus medicamentorum jam est frustraneus, porrigunt cœnam, unà cum extremâ unctione, at tum æger medicamentis amplius uti nequit, sed se soli Deo totum cogitur permittere. Sani autem utuntur ea, quoties volunt, maximè in Festo Paschatos. Quid ad hæc verba annotet Gisbertus Voëtius,vide in ejus Politica Eccles. P.I. lib. II.Tract.II. Sect. IV.cap.III. p. 759.

Panis consecratꝰ etiam domū deferendus, & in viam datur, propter incidentem necessitatem.

Ægrotis etiam, quādo medicamentis ampliꝰ non utuntur, cœna porrigitur.

(D) *Communicat Servus hic &c.)* Græca ita habent: Μεταλαμβάνει ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς κτλ. Ita etiam Ἐυχολόγιον, & addit: p. 150. Antiquis communionem panis in utraque Ecclesiâ percipientibus solitum tantùm dici Σῶμα Χρ-

§. CCCXXVIII

χεῖρ, ad calicem verò delibandum Αἷμα scribit S. Clemens Apost. Constit.cap. 13. Illud etiam notabile, quod si plures Sacerdotes ad celebrandum simul concurrere contigerit, tunc prior illorum vel Pontifex (si præcipuus celebrans ille sit) panis Communionem, secundus autem Sacerdos calicem reliquis distribuit: ipsi verò Communione manu Pontificis acceptâ, illam deosculantur, atque etiam faciem. Sacerdote autem illam tradente, faciem quidem s. genam, non verò manum deosculantur: tunc enim propriam quisque manum Sacro Mysterio plenam osculo reverenter excipere tenetur. Osculi hujusmodi Pontifici dati rationem reddit Simeon Thessal. Lib. de Templo. Manus & gena suscipiunt osculum, illa, quia ministrat & tangit tremenda mysteria: Gena verò, quia instrumentum est, unde emittantur orationes, & quia dilectionem & orandi Societatem exhibet, confirmatque id, quod tum dicitur: Christus in medio vestrum. Cui Sigillatim omnes, dum sic Sanctum illud osculum mutuò impertiuntur, respondent: Καὶ ἔστι καὶ ἔσται. Et est & erit.

Prior Sacerdos vel Pontifex panis Communionē, secundus calicem distribuit.

Quanto in honore sint Sacerdotes, qui cœnam porrigunt.

§. CCCXXIX.

(E) *Corpus & Sanguinem Domini ore suo accipit.*] Laudat *Chytræus* p. 16 Græcam Ecclesiam, quod de Veteris & purioris Ecclesiæ ritibus aliquantò plus reliquum apud eos manserit, ut ex Liturgiis, scribit, ipsorum & narrationibus hominum Fide dignorum apparet. nec Missas privatas absque communicantibus ab eis celebrari solere, nec ullam in eorum Canone, sacrificii Corporis & Sanguinis pro Redemtione Vivorum & Mortuorum oblati mentionem fieri: sed λογικὴν λατρείαν, preces, gratiarum actiones, laudes Dei & Eleemosynas in usus pauperum præcipuè offerri, ut verba Canonis sonant: Τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν σοὶ προσφέρομεν, καὶ ἐν πᾶσι σε δοξάζομεν, σε εὐλογοῦμεν, σοὶ εὐχαριστοῦμεν, καὶ ἱκετεύομεν σε κύριε ἡμῶν. Præterea integrum Sacramentum, s. utramque speciem populo etiam distribui. *Hæc Chytræus.*

Descriptio Missæ Græcorū ex Leone Allatio.

De ipsorum Græcorum autem Missâ fusè tractat *Leo Allatius in Dissertationibus suis de Libris & Rebus Ecclesiasticis Græcorum*, è quibus nonnulla à me in compendium redacta Lectoris causâ huc transferre non inutile judico, ut tantò rectius de more hodie recepto judicare possit. Sic autem ille: Secundus Liber Græcorum est Liber Liturgiarum, in quo Missarum celebrandarum series habetur, non omni-

omnium, ſed trium ſolummodò, Johannis Chryſoſtomi, Baſilii Magni, illiusque quam ipſi vocant, προηγιασμένων Præſanctificatorum: licet enim pleræque apud eos Miſſæ fuerint, quæ etiam ad hæc tempora pervenerunt, ut Jacobi, Clementis, Petri, Marci, nihilominus illæ omnes poſt Baſilianam & Chryſoſtomianam neglectæ deſitæ ſunt, præter unam Jacobi, quæ ſemel in anno in Hieroſolymitanâ Eccleſiâ, uti mihi relatum eſt, dicitur. Apud Græcos primus omnium Baſilius, quod conſtat, prolixiorem Jacobi Miſſam, brevioribus finibus concluſit, quàm poſtmodum, licet decurtatam, Chryſoſtomus nimis prolixam exiſtimans, detruncatis, quæ ſibi videbantur, breviorem ad commodiorem populi uſum efficit pag. 17. profert quædam è Proclo de traditione Miſſæ contra Caſaubonum. Exercit. 14. n. 8. Qui putavit, his Miſſis editis Joannis Chryſoſtomi nomen additũ eſſe à Leontio, quod Alatius Fide Manuſcriptor. è Vaticanâ & Barberinâ Bibliothecâ conatur refellere. An verè refellat, judicium ſit apud Lectorem, qui ſimul conferat D. Chytræi Orationem ſupracitatam. p. 22. Hinc progreditur Allatius ad Miſſam Præſanctificatorum explicandam, de quâ in hunc ſonum ſenſumque: In Tertiâ Miſſâ, quam Græci τῶν Προηγιασμένων, tu Præſanctificatorum diceres, corpus Chriſti non conficitur, ſed confectum antea divinis Laudibus decantatis abſumitur. Nam in omnibus Sanctæ Quadrageſimæ diebus, præterquam Sabbatho & Dominicâ & Sancto Annunciationis die panem offerre non licet, ſed ſi Miſſâ celebranda eſt, non aliam quàm hanc, quam τῶν προηγιασμένων vocant, celebrant, in quâ Corpus Chriſti die Dominico in Miſsâ confectum abſumitur. Tum ſiquidem quilibet Sacerdos venturæ hebdomadis dies, quibus celebraturus eſt, digitis ipſe ſuis numerat. Inde tot particulas panis in oblatione abſcindit, quot Miſſas dicturus eſt, eas cum particulâ eo die abſumendâ conſecrat, & conſecratas Sanguineque Dominico intinctas, ubi moris eſt, conſervat in pixide, ex quâ poſtmodum celebraturus tempore oportuno, cochleari, aliis ibi ad alium uſum relictis, haurit, & in diſco reponit, & in altare majus advectam conſumit. p. 21. His prolatis citat Allatius Græcorum Patrum Sententias de Præſanctificatis ſc. p. 22. 23. 24. 25. 26. Pergit porrò: Particulæ conſecratæ ſanguine Domini intinguntur, intinctæque conſervantur, idque ex præſcripto Euchologii, uſuque ferè totius

§. CCCXXX.

Ecclesiæ Orientalis', quæ hoc tempore non alio modo præparat. Citat dehinc Arcudium Lib. 3. cap. 6. morem hunc & rubricas in Euchologio, quibus id præcipitur, improbantem, quem illicò refutat. Verba ejus hæc sunt: Nam vel fit ut habeatur sanguis Domini, vel ut habeatur per modum potus, si ut habeatur, frustra tingitur, cùm in specie panis non desit sanguis, uti dicunt Scholastici, per concomitantiam: unaquæque enim pars separatim sumpta effectum alterius cumulatissimè præstat & supplet: si verò, ut habeatur per modum potus, frustra etiam intingitur, quia sanguis ille exsiccatur, & panis ille sic tinctus, non bibitur, sed editur, & cavendum esse, ne Græci putent, species panis vel species vini seorsim acceptas non esse perfectum corpus Christi & sacramentum. Nos tamen dicimus, nullo modo Rubricam expungendam videri, sed usum antiquum illius Ecclesiæ jam per omnes Ecclesias disseminatum, cùm improbari neque damnari possit, omninò retinendum. Quamvis enim in Ecclesiâ Constantinopolitana aliquando in usu non fuerit & concedamus legi etiam scripta, quod nusquam apparet prohibitum esse, non inde colligitur etiam in aliis Græcorum Ecclesiis & Patriarchatibus eodem decreto abrogatum fuisse, quod ex universali illius Ecclesiæ usu comprobatur.

§. CCCXXXI. 2. Ad argumentum Arcudii: Illa commixtio carnis & sanguinis fit, non quasi prius illa essent separata & tunc unirentur: nullus enim apud Græcos unquam dubitavit vel asseruit, in hostiâ esse solum corpus, in calice solùm sanguinem, sed omnes uno ore fatentur, corpus simul esse cum sanguine, & sanguinem cum corpore. Quare illa commixtio fit non secundum suas veras & reales essentias, sed secundum formas & species sacramentales, sub quibus corpus & sanguis Christi veraciter continetur. Quia ergò specierum sacramentalium fit commixtio, dicitur fieri commixtio rerum contentarum. Et hæc specierum sacramentalium commixtio nescio quâ ratione improbari possit in Ecclesiâ Græcorum, cùm tantoperè probetur in Ecclesiâ Latinâ, in quâ etiam, nemine improbante, fit ista commixtio in calice. Nihil enim differt, sive corpus immittatur in sanguinem, seu sanguis infundatur in corpus. Par enim est utrorumque commixtio. Et quemadmodum Latinus hostiam immittens calici non dicitur propterea carnem ibi inesse negare ita & Græ-

Græcus sanguinem apponens corpori non propterea dicendus erit corpus illud exangue asserere. p.28.

Posteà ex Præscriptis Patriarchæ Constantinopolitani ad Paulum Hyposephium missis docet; Variare interdum in his, & quidem ita, ut ultimâ Tyrophagi Dominicâ, Quadragesimæ nempe, cùm Missa perfecta & integra celebratur, & panes Sacri, non uti moris est, sed plures præparantur, post communionem, panes, qui ad Parasceven usque sufficere debent, in pixide ad id muneris destinatâ asserventur, nullo in eos pretioso Sanguine immisso, qui Sanguis singulis jejuniorum diebus præparatur & consecratur, cum Præsanctificatorum Missa celebratur, in quem & ante perfectus Panis post elevationem in partes divisus immittitur. &c. &c.

Tunc autem divinus Panis sanguine tingitur, cum ex Anachoretis aliquis in montes se abdit, nec ad Ecclesiam accedit propter nimium erga Virtutem studium, avetque sæpius sacrorum particeps fieri, ob eam, quæ inde corporis & animæ consequitur sanctitatem. Panis Divinus in pixide mundâ hinc delatus, divino Sanguine intinctus est, vel rursus fortè, propter mortem advenientem panis ipse toto Quadragesimæ tempore conservatur Sanguine tinctus, & cum Communione opus fuerit, sive interdiu, sive nocte, aliquo moriente, cùm non sit Sacrum, in Calicem pars Panis injicitur, & humidum aliquid immittitur, ut possit moriens assumere, quod verò injicitur humidum, à pane Sancto sanctificatur. Alio verò tempore, cùm Sacrum perfectum absolvitur, in sacro Calice singulis diebus sanctificatorum particulæ conservantur, promtum tam, cùm minus expectamus, moribundos; si verò depositorum opus non fuerit, manè à puero mundo jejunoque absumuntur. Vid. p 29. ad 33.

Quantum ab hâc Missâ Præsanctificatorum differat Missa sicca & nautica. Vide Stephanum Durantium de Ritibus Ecclesiæ Catholicæ. Lib. 2. cap. 4. sc. in siccâ nec panis offertur, nec oblatus absumitur. Contra Præsanctificatorum, licet non offeratur, absumitur tamen p. 33. Hæc Allatius.

§. CCCXXXII. *Ritg Missales è Liturgiis cognoscendi.*

Ut autem Lector ritûs illos Græcæ Ecclesiæ, circa celebrationem Sacramenti Altaris observari solitos, eò melius cognoscat, lubet aliqua de illis hîc annotare.

Et possunt quidem hi ritûs optimè cognosci è *Liturgiis*, quarum aliquot possideo.

Variæ Liturgiæ recensentur.

Georgius Cassander in Liturgicis aliquot exempla Liturgiarum nobis proponit. Ut: I. *Ordinem Liturgiæ Johannis Chrysostomi, ex Versione Leonis Tusci, cum Græcis exemplaribus & aliis conversionibus recentioribus collatæ.* II. *Ordinem Liturgiæ B. Basilii, ex veteri translatione, collatæ cum Græco exemplari, & novâ Versione.* III. *Ordinem Liturgiæ B. Basilii, quâ Syri utuntur, & Anaphoram vocant, ex Syriacâ versione.* IV. *Ordinem Liturgiæ, quam servant Æthiopes, & Canonem universalem appellant, ex translatione Æthiopicâ.* V. *Ordinem celebrandæ Liturgiæ in Regno Preste Johannis, ex opere Lusitanico, & post: à Italico, Francisci Alvares.* VI. *Ordinem celebrandorum mysteriorum, quem Armenii hodie observant Leopoli civitate Russiæ, ex Liturgiâ Armeniorum conversâ ab Andrea Lubelczyk.* VII. *De Missa Armeniorum ex Libro observationum Petri Belonii. Lib. 3. cap. 12.* VIII. *Formam celebrandi mysterii Christianorum sive Armeniorum, qui sunt in India, ex Libro Italico Odoardi Barbosæ.* IX. *Ritûs, quos hodiè Moscovitæ in Sacris suis conventibus observant, ex Commentariis rerum Moscovitarum Sigismundi Liberi Baronis ab Herberstein.*

Exemplar trium Liturgiarū à Jos. Scalig. Augustam Vindel. missū, sed Romæ interpolatū.

Habeo prætereà tres Liturgias sc. *Basilii Magni, Gregorii Theologi, Cyrilli Alexandrini*, ex Arabico conversas à *Victorio Scialach, Accurensi Maronita è monte Libano, impressas Augustæ Vindelicorum apud Christophorum Mangium Anno M. DC. IV.* de quibus Liturgiis Præfatio ita loquitur: *Codicem trium Liturgiarum, sermone Ægyptiaco Veteri & Arabico conscriptum, Jos. Scaliger Lugduno Batavus ad M. Velserum Augustam Vindelic. Velserus porrò Romam ad Maronitarum collegium, Latinè vertendum, misit. Ibi integriore alio reperto, apud Gabrielem Negib, Abbatem Ægyptium, in comitatu Parsumi Archidiaconi, Patriarchæ Alexandrini ad Clementem VIII. Pont. Legati, lacunæ Scaligeriani Codicis expletæ, variantes lectiones ad oram adscriptæ sunt.*

Vide infra Quæst. 3. ad hoc Cap.

Ego doleo, quod non & ipsum exemplar Scaligerianum in Latinum conversum, atque ita neque Lectori liberum judicium de his Liturgiis relictum sit, sed integrius, ut ajunt, aliquod compertum, i. e. quod fortè magis Scenæ curiæ Romanæ servire potuit. Quemadmodum etiam ipse Victorius Scialach in Epist. Dedicatoria ad M. Vel-

M. Velserum expresse ita loquitur: *Illud quidem certè de hoc exemplari verissimè dici potest, nihil ipsi insertum esse ab Orthodoxâ Religione alienum, nihil admistum, quod Catholicæ Concordiæ & Societati repugnet. Id quod aliis recentioribus codicibus contigit, quos tamen hoc tempore Apostolicæ Sanctæq; Romanæ Ecclesiæ jussu correctos esse, non ignoramus, in cujus sinum quippe Germanæ, vereq; Parentis Alexandrina Ecclesia & honestissima illa natio nuper Clemente VIII. Pontif. Max. rediit.*

Nota hic, quod scribit Cl. *Christoph. Arnoldus in Epistola D. Vejelii Defensioni &c. præfixâ*, de Græco illo Calogero, cum illi ostendisset Synopsin Divinorum & sanctorum mysteriorum Græcè conscriptam & Romæ excusam. *Auctoritas* autem scribit, *ac fides illius Synopseos eundem Calogerum non nullam in dubitationem videbatur adducere, quoniam omnia Hieromonachum scripsisse, ceu libellus Romæ editus habet, persuadere sibi ipse haud poterat. Suum illud solenne, ait, servant in Græcia Jesuitæ, ut libros nostros inibi describant, Romam dein afferant, ac inserant quævis pro lubitu, vel demant.* Hisce Cl. Arnoldi verbis merito adjungo censuram Dn. D. Eliæ Vejelij, quam in Defensione sua contra L. Allat. pag. 68. 69. ita expressit; Verum nunc porro Rituales libros suos paululum inspiciamus, unde patebit, auctoritatem eorum satis quidem magnam, tantam verò non esse, quantam ipsis in hoc negotio tribuit Allatius; sunt enim corruptissimi castrationi Pontificiorum & Græculorum nec minus immutationibus variis obnoxii, hæresiumque refertissimi. Pet. Arcud. lib. 2. de Concord. c. 18. fine, *maximè optat; ut æquè rituale Græcum, atque cæteri libri Ecclesiastici Doctissimorum Virorum, piorumve censurâ castigati, & in Latinum conversi beneficio alicujus Principis, quàm emendatissimi in lucem Græco-Latinè prodirent. Sunt in iis non pauca potissimum vetera, adeò excelsa atque magnifica, ut maximam in animis legentium admirationem efficere, ac pietatem excitare facilè valeant. At verò, ut modò sese res habent, ut omittam cætera, hæreticum planè, minimeq; ferendum continent errorem, quæ in Euchologio typis excuso traduntur, circa hanc ceremoniam de forma Confirmationis recitanda.* De corruptione accinit Selden in Uxore Ebraicâ lib. 2. c. 24. f. *utinam verò, aut P. Arcudius ipse, aut quis alius Græcorum Euchologium illud (ex monasterio Cryptæ Ferrar.) aliquoties ab isto citatum in lucem edidisset, aut editiones, quibus utimur, inde emendasset, quæ sanè, ut m & fin-*

plurimæ sint, & subinde accurationis promissa in fronte gerant, sunt nihilominus omnes, quotquot vidi, usq; ad portentum depravatissimæ. Jam si complures Pontificii, & inter hos tuus Abr. Ecchellensis, auctoritati codicis Hebraici propterea detrahunt, noluntque controversias ad eum examinari, quia in leviusculis quibusdam de corruptione ipsis est suspectus: quantò magis auctoritatem Ritual. nobis subterfugere liceret. Et quamvis Goar multum insudârit emendationi Euchol. illud tamen adhuc suos habet nævos. Laboraverunt in codicis Hebræi puritate custodienda & defendenda innumeri Doctiss. homines, etiam Pontificii quidam, nec tamen Ecchellensis à sua discedit sententiâ. Quàm parum verò aliàs Ritual. in genere omnibus ipse Refutator tribuat, docere nos potest §. 16. c. 13. lib. 3. de P. C. *Quot & quàm variæ Græci posteriores libris suis Ecclesiasticis addiderunt? annon illi hisce additionibus in aliam faciem versi sunt? ut de antiquioribus sileam; quânam auctoritate recentiores priscis eorum Ritualibus addunt; ab eisq; demunt, quæ lubet? pudet dicere, sed tamen dicam.* Typographi Veneti, & correctores è foro vulgi, rerum omnium ignari, fastu tamen arrogantiâque elati, pro arbitrio; dum corrigunt, omnia immutant, posteaq; tanquam Ecclesiæ orientalis firma decreta, quibus sciolis imponunt, divenditant. Quid in iis despurcandis non est ausus Protopapa Nauplii Nicolaus Malaxus Peloponnesius. Tropazia, Canones, integra officia à se composita, licet malè compta, cum aliis antiquorum edidit. Synaxaria Xanthopuli, damnata aliàs à Græcis explosa ab Ecclesiâ, de novo in iisdem libris assuta sunt. Et Græci vident & sustinent, &, quod pejus est, in Ecclesiâ recitant.

§. CCCXXXIII.

Quātā discrepantiam Goar deprehenderit in Exemplaribꝰ Liturgiæ Chrysostomianæ.

In *Euchologio* s. *Rituali Græcorum* operâ *Jacobi Goar Parisiensis*, illustrato diversa quoque aliquot exemplaria Liturgiarum licet legere. Ut Chrysostomi à pag. 58. ad 87. hoc Titulo: Ordo Sacræ Missæ Sancti Patris nostri Johannis Chrysostomi. In quam Liturgiam Jacobus Goar p. 87. ita commentatur: Perlectis diligenter, & fideliter inter se collatis pluribus Chrysostomianæ Liturgiæ tum editis, tum M.SS. exemplaribus, tanta in eis discrepantia primâ fronte sese obtulit, ut quodnam præcipuum, ad quod referrentur cætera, & quâ ratione inter se cuncta comparentur, non invenirem. Difficultatem nihilominus superare omnem, & confusionem me illustra-

lustrare putavi, si ejus exemplaris textum, velut præcipuum in medio ponerem, quò frequentius inter celebrandum uterentur Græci: ea cùm insedisset animo Sententia, eundem esse comperi (paucis iisque levissimis dictionibus aut sententiis demtis) qui ut sanus magis, & à corruptionis Specie alienus, Romæ probatus, & ingressus in Reliquas deinde Orbis Regiones distribuendus evulgatur. Ad hunc itaque selectum magis & integrum textum, antiqua & recentiora edita, vel M.SS. quæ cum eo magis conveniunt, exemplaria refero, & iterum, quâ possum diligentiâ, confero: quæ verò tantoperè discrepant, ut penè diversa, vel valdè immutata appareant: ea deinceps ordine (quod & circa alia voluminis hujus officia præstabimus) separatim posita illustrata, quantum permittetur, si non penitus discussâ confusionis nube, producemus. Post collatas ita Liturgias Chrysostomi jam ante publicæ Luci per Typum expositas, profert Goar & aliquot alias M.SC. sequenti ordine.

I. E Bibliothecâ Regis Galliæ: in quam ita præfatur. p. 94. Compositis jam inter se, quæ magis consonabant, Chrysostomianæ Liturgiæ exemplaribus editis: ut fidem exsolvamus, aliquot M.SC. à se invicem absona separatim operæ pretium est è tenebris antiquitatis eruere, vel saltem clarioribus ingeniis illustranda proponere. Primum autem adest Ducentorum & amplius annorum è Bibliothecâ Christianissimi Regis, post diuturnas, quibus latuit, tenebras, non amplius sperans, sed potius obtinens lucem; imò lucem maximam obscuriori forsan hucusque & ignotiori Missæ Chrysostomianæ præstiturum. Σκόπει, monet, ἀκριβῶς τὸ Προοίμιον. Pensa diligenter, ait, Procemium.

II. Profert Goar exemplar Liturgiæ è M.SC. Barberino S. Marci ante septem & amplius secula, ut putatur, ex Arato transsumtum. p. 98. 99. 100.

III. Tertium exemplar Liturgiæ, quod p. 100. 101. 102. 103. producitur, hunc gerit titulum. Aliud Exemplar Chrysostomianæ Liturgiæ, quâ Monachi Græci in occiduis partibus Romæ, Campaniæ, Calabriæ, Apuliæ, Siciliæ, & aliis utuntur, è vetusto Dom. Basilii Falascæ Crypto Ferratæ Archimandritâ transsumtum.

IV. Quartum Exemplar Liturgiæ Chrysostomi ejus operibus insertum producitur. p. 104. 105. 106. 107. ſ. cccxxxiv.

Sub-

Subjungit porrò Jacobus Goar Liturgias alias Basilii M. alteram à pag. 158. usque ad p. 179. alteram à p. 180. ad 187.

Ex his Liturgiis omnium optimè ritus & ceremoniæ circa S. Cœnam observari solitæ possunt cognosci. Quia autem nimis prolixum esset ipsam Liturgiam hic adscribere, placet nudam Σκιαγραφίαν exhibere, quam quia jam consignavit *Cl. D. Matthias Zimmermannus*, amicus meus pl. dilectus, in *Dissert. Historico-Theologica*, pag. 304. placet ipsius operâ uti, ne actum agamus. Ita enim ille:

Brevis Delineatio Missæ s. Liturgiæ.

Introitus multa habet de Præparationibus animi, Corporis, multa de Vestibus & ornatu sacerdotum, quando sacrificant; ut & de Ceremoniis, quæ vide apud Goar. p. 48. ut & Habitum concernentia post. p. 113. p. 126. p. 147. 156. 210.

Ceremoniæ porrò sic se habent: Procedunt ad Propositionis Mensam (εἰς τὴν πρόθεσιν) Sacerdos & Diaconus, lavant manus, dicentes: Lavabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine, &c. Psal. 26. v. 5. seq. Diaconus præparat sanctum quidem Discum ad partem sinistram; calicem verò ad Dextram & alia cum illis. Posthæc sumit Sacerdos in sinistrâ manu panem, dextrâ verò Lanceam, & cum eâ crucis signum faciens super sigillum Oblatæ dicit ter: In memoriam Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Et statim infigit sanctam Lanceam in dextram partem Sigilli & scindens, dicit: Tanquam ovis ad occisionem ductus est. In sinistrâ verò similiter infigens sanctam Lanceam dicit: Et ut Agnus mansuetus coram se tondente obmutescens. In superiore verò parte sigilli rursus infigens, dicit: In humilitate ejus judicium sublatum est. In inferiori autem parte sigilli infigens iterum sanctam Lanceam, dicit: Generationem ejus, quis enarrabit? At Diaconus in quâlibet incisione dicit: Dominum precemur. Et Sacerdos immittens sanctam Lanceam ex obliquo dextræ partis oblatæ extollit sanctum Panem, sic dicens: Quoniam tollitur de Terrâ, vita ejus perpetuò nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. Et ponens supinum in sancto disco, dicit Diaconus: Immola Domine. Sacerdos autem pungens panem in dextrâ parte sanctâ Lanceâ, dicit: Unus militum Lanceâ latus ejus aperuit, &c. Diaconus infundit in sanctum Calicem Vinum & Aquam simul.

Sacer-

Sacerdos capit secundam Oblatam. Et elevans particulam sanctâ Lanceâ à sinistris, sancti Panis, eam deponit. Et Sacerdos cum asteriscum suffum gaverit, ponit eum super panem, & ait. Et veniens stella super locum, ubi positus erat puer, perpetuò nunc & semper & in secula seculorum. Amen. Sacerdos postquam primum velum suffumigaverit, recitat Psal. 93. Postmodum fit accessus ad altare, ubi Missæ initium sequitur, Primum, Secundum, Tertium, Antiphonum, Introitus Evangelii, Hymnus Ter sanctus, Alleluja. Lectio Epistolæ, Evangelii Lectio, Catechumenorum Dimissio, Missa Fidelium, Cherubicus Hymnus, Magnus Introitus, Offertorium majus, Osculum Pacis, Symboli Oratio, Oblatio, sive Canon Missæ, Hymnus Victoriæ. Diaconus verò accipit stellam, illamque in crucem super sanctum Discum ducit, & postquam super corporale abstersit, osculatur, & cum velo aëre πῆησιν αὐτὸν μετὰ τ̃ ἀέρος. Deinde transit ad Dextram partem, & supra sancta ventilat reverenter flabello (ῥιπιδίε.) Interim Diaconus circum circa sanctam mensam suffumigat, & Diptycha sive Tabb. & mortuorum & vivorum, quorum vult, memoriam agit. Sacerdos benedicit panem Sanctum, & calicem, altâ voce dicens: Accipite, Comedite, &c. Bibite ex hoc omnes. Sequitur Oratio Dominica. Hostiæ elevatio, ubi exclamat Diaconus: Πρόσχωμεν. Attendamus. Hostiam frangit Sacerdos dicens: Frangitur & dividitur. Agnus Dei, qui frangitur, atque non comminuitur, qui semper comeditur & non consumitur, sed eos, qui sunt participes, sanctificat &c. p. 81. Sacerdos verò attentè & devotè frangens illum in quatuor partes, dicit: Aquæ fervidæ immixtio fit à Diacono, quam infundit in modum Crucis, dicens: Fervor Fidei plenus Sp. S. Amen, In Crypto Ferratens. Liturg. sic p. 103. Goar. Et acceptum panem in tres partes frangens, dicit: Dividitur Agnus. Et acceptam partem unam in Calicem M. immittit, cum Diaconus dixerit: Imple Domine. Sic etiam Liturgia Marci est. M. S. Barberino: accipit è sancto Corpore particulas, & in sanctos Calices mittit. p. 100. Goar: Subsequitur Communio. Finitâ communione populus orat: Impleatur os meum laude tuâ, ut gloriam tuam celebremus, ὅτι ἠξίωσας ἡμᾶς μεταχεῖν τῶν ἁγίων σε μυστηρίων, in sanctitate tuâ nos totâ die Justitiam tuam meditantes custodi, Alleluja. Diaconus:

conus: ὀρθοὶ μεταλαβόντες &c. Hæc Crypto Ferrat. Liturg. p. 103. Goar claudit dimissorium. Et sic ferè in singulis Missa Basilii, quæ habetur pag. 158. apud Goar. Hactenus Doct. Zimmermannus.

Et hi sunt ritûs, quos Græci circa celebrationem S. Cœnæ observant.

§. CCCXXXV. *Fides Græcorũ de Cœna S. ex Critopulo.*

Quid autem de hoc Sacramento credant, & quomodo accedant, docet Metrophanes Critopulus, Hieromonachus in Confessione cap. IX. pag. 90. seqq. In Cœnâ Dominicâ, inquit, requiritur primò materia à Domino tradita. Est autem hæc Panis fermentatus unus, & mixtum, h. e. vinum aquæ admixtum, juxta illud: *Sapientia ædificavit sibi Domum, & fulsit Columnis septem: mactavit victimas, & in poculo miscuit vinum suum,* &c. Prov. IX. (*Prov. IX. v. 1.*) κιρνᾷν enim nihil aliud significat, quàm duo humida inter se commiscere. Si quis his contradixerit, in promptu nobis responsio est. Et quidem, quantùm ad panem fermentatum attinet, quòd etiam Dominus eo usus appareat, idq; tum ex nomine, tum ex tempore notum est, nec enim azyma panem simpliciter appellatum esse in divinâ Scripturâ quis reperit, sed Azymum aut panem Azymum. (*Cur Fermentato utantur Græci?*) Omnes autem Evangelistæ de Domino dicunt: Accipiens Panem, non Azyma; nempe Panem Azymum, sed simpliciter panem, quod fermentatum significat. Verùm dicunt, Emmaunte Dominus dicitur panem accepisse, in cujus fractione agnitus evanuerit. Hoc autem in festo Paschatos factum est, quando omnibus esus fermentati prohibebatur. Necesse itaque est extitisse azymum, quod frangebatur, & quidni simpliciter Panis vocetur? Nos ad hæc respondemus, quod Emmaus urbs Ethnicorum fuerit, non Judæorum, in quâ non agnoscebatur usus Azymorum. Quid autem commune erat Discipulis Domini & Ethnicis? Et quomodo potuerunt hi fermentato uti pane? Primò fortè Proselyti erant, qui ad Dominum primò accesserant, & idcircò nondum erant initiati ad omnia Hebraica tàm accuratè observanda, ut etiam Azyma omninò aversarentur. Deinde didicerant à Domino negligere ejusmodi inutiles observationes, ut etiam accuratam Sabbathi custodiam, cum ex eo audivissent: Sabbathum propter hominem factum esse, non hominem propter Sabbathum. Manifestum verò hoc inde est, quòd tot stadia tempore Festi confecerint, quo-

nom

nō licebat plus quàm Sabbathi iter cōficere, quod non est nisi bis mille & quadraginta pedū gressûs. Ipsi autem LX. stadia die illo, qui secūdus Paschatis Judaici erat, confecisse apparent, quorum unumquodque pedum Sexcentorum Viginti Quinque quoad longitudinem est. Quemadmodum igitur in itinere apparent Hebraicam observationem transgressi, ita etiam in usu azymi. Et quod majus est, necessitati servientes hoc fecerunt: cum enim in Ethnicorum civitate essent, ubi azyma invenire impossibile erat, ecquid eos oportebat comedere, quàm panem fermentatum? Imitati eâ in re sunt divinum Davidem, qui in casu necessitatis Propositionis Panes comedit, & suis distribuit, quos non licebat aliis nisi Sacerdotibus & quidem solis comedere. Quòd autem Panis fermentatus fuerit, quem Emmaunte Dominus fregerit, manifestum est, tùm quòd civitas Ethnica fuerit, ubi impossibile erat Azymum inveniri, tùm quod nusquam alibi in S. Scripturâ Azyma panis vocentur, s. ut Panis Azymus, aut Azyma tantùm. Illud autem, quod fractum est, Evangelista panem tantùm vocat, qui omninò fermentatum denotat. Sed nec eo opere, quo Dominus Pascha celebrabat, jam defecerat panis fermentatus, secundum Judaicam Legem: deficit enim & aboletur ille post prandium diei illius, cujus Vespera comedendum est Pascha. At Judæi, non illâ Vesperâ, quâ Salvator, peregerunt Pascha, adeò ut nec dum fermentatus Panis tum defuerit, ut Dominus quasi eo carens necessariò azymis usus fuerit. Unius autem ex duabus causâ non simul festum agitabant Judæi cum Salvatore, qui & ipse secundum legem feriabatur: certè enim cùm Sycophantæ multas criminationes contra eum finxissent, hanc vehementiorem utique habuissent, si præter legem ipse illud fecisset, nec alia indiguissent. Quandoquidem autem nullam ejus rei mentionem in criminationibus suis hâc de re faciunt, manifestum est, pudere & metuere eos, ne ipsi ab eo convincantur magis etiam legem transgredi. Nam vesperâ illâ, quâ Dominus, oportebat ipsos quoq; Pascha comedere, juxta Legem Mosis, cùm decima quarta Luna tum esset. Illi verò distulerunt hoc propter unam causam ex duabus, ut dictum est: vel enim ideò ut furorem suum adversus Dominum perficerent, quandoquidem in ipso Festo Paschatis non licebat eis judicia obire, & accusare & condemnare, vel secundum Veterum traditionem id fece-

f. cccxxxvi.

 runt,

runt. Habet autem sic traditio, ut dicunt, qui Hebræorum libris traditi sunt. Post occupatam ab Israëlitis terram promissam, cum Clima Palæstinæ calidius videretur, quàm ut ad biduum sine corruptione cibi & mortui conservarentur (nec enim licebat illis quodcunque opus facere primo Paschatos, quemadmodum etiam in Sabbatho) constituerunt cum Pascha fieret, sexto Hebdomadis die, differre illud in crastinum, quæ Sabbathum est. Sin autem in diem Dominicum incideret, rursus illud anteà celebrare Sabbatho. Idque tùm accidisse ex duobus sciri apud Evangelistam potest, tùm quòd dicat, primos sacerdotes postridiè non ingressos esse Prætorium, ne inquinarentur, sed ut comederent Pascha, (manifestum igitur est, quod tùm nondum comederint;) tum quòd diem illum Sabbathi magnum appellet: Erat enim, inquit, Joh. XIX. v. 31: Magnus ille Dies Sabbathi illius. Quid hoc sibi vult? vel quòd dies illa erat etiam Sabbathum, septimanum festumq Judæorum, erat etiam primus dies Paschatis. Verùm enim verò Ecclesia præterea etiam aliquam rationabilem causam adfert, cur non utatur Azymis in Sacramento. Omne quod ab hæreticis inventum est, propter malum sensum & noxam Ecclesiæ rejiculum est. Atqui, Azymum inventum primò est ab Hæresiarchâ Apollinari propter pravum sensum & noxam Ecclesiæ. Ergò Rejiculum est Azymum: Ille enim cùm statueret Dominum Carnem sine animâ & mente adsumsisse, ad Hæresin f. blasphemiam hanc confirmandam non obtulit in mysterio panem, sed Azyma, dicens, quod Anima est corpori, hoc fermentum esse Pani; qvam hæresin detestans Ecclesia, panem fermentatum, tanqvam animatum offert in mysterio ejus, qvi carnem & animam intelligentem, rationalem & semper mobilem pro nobis suscepit. Estqve hoc non absimile illius Nestorii; ab illo enim inventam vocem Christiparæ ad Orthodoxiæ perniciem Ecclesia Catholica hanc ut improbabilem rejecit; imò etiam Anathema contra eos dixit, qui semper Virginem Mariam Christiparam dicerent, nec Deiparam illam esse confiterentur & prædicarent, qvantumvis vox ipsa per se non videatur mala esse. Ecqvis enim ignoret, Dominam nostram & semper Virginem Mariam genuisse nec Deum nudum, nec nudum hominem, sed utrumqve Deum & Hominem, qvi est Christus? Et tamen, qvia vox illa ab Hæresiarchâ inventa est, & ob malum sensum inutilis de-

Azymū in Cœnâ est inventum Apollinaris.

Nestorius Mariam Christiparā dixit, non Deiparam.

cætero & rejicula Ecclesiæ visa est. Qvod si Adversarii objecerint Fermenti criminationem, qvasi non sit ubi in Divinâ Scripturâ in bonam partem accipiatur, adducto Apostolo, jubente expurgare vetus Fermentum, & Festum agere in Azymis sinceritatis, habemus qvod etiam de his respondeamus. Multa in Divinâ Scripturâ inveniuntur, qvæ eadem & laudantur & reprehenduntur, nec tamen in rebus unis iisdemqve; sed in aliis atque aliis. Sicut serpens olim execrabilis audiit, & ut in ventre reperet, damnatus, postea verò Christum apud Mosen præfiguravit; Sed etiam propter Prudentiam ita laudatur, ut etiam nos Prudentiam ejus imitari compellamur: Estote, inqvit Matth. X. v. 16. prudentes sicut serpentes. Columba olim propter stultitiam reprehensa: Oseæ VII. v. 11: Fuit Ephraim sicut columba insipiens, sed posteà à Domino propter simplicitatem laudatur, sicut & nos esse oportet: Estote prudentes sicut serpentes, simplicesqve sicut Columbæ. Ita sanè etiam fermentum illud, qvod apud Apostolum reprehendi videtur, idem à Domino laudatur, & Regno Cœlorum assimilatur: Assimilatum est Regnum Cœlorum Fermento: Matth. 18. v. 33. His adde, qvòd non de fermento Massæ Apostolo Sermo sit, sed de falsâ doctrinâ & malis moribus. Qvòd si qvis autem de fermento Massæ Apostolica verba intelligere velit, videat, ne insipiens à Domino audiat, sicut etiam illi, qvi falsam Pharisæorum doctrinam fermentum symbolicè vocatam non intelligentes, sed de vulgari fermento putantes, insipientes à Domino dicti sunt: Matth. 15. v. 16. Adhuc etiam vos insipientes estis, inqviente. Serò autem post acerbam reprehensionem cognoverunt ipsum de Pharisæorum Doctrinâ loqvi, at non de Panis Fermento. Unus autem Panis assumitur in Eucharistiâ, non multi. qvod unus est Christus, non multi. Deinde qvod Communio Christi est & hominum. Communio autem est, cùm multi unum participant. Unum dico ratione Qvantitatis (f. Numeri) non ratione Qualitatis. Etenim Apostolus. 1. Cor. X. v. 16. ait; Panis, qvem frangimus, nonne est participatio Corporis Christi? Qvoniam unus panis, unum Corpus multi (sumus). Vocabulum verò Unus & Unum de Qvantitate, non de Qualitate accipitur: omnia enim corpora humana ratione Qvalitatis unum sunt. Christus autem ratione Qvantitatis vult nos adunare, ut ipse solus sit unum caput nostrum. Verùm fieri neqvit, ut corpora, qvæ ratione

§. CCCXXXVII. Sed Apostolus inqvit: Expurgate Vetus Fermentum. Resp. Apostolus non loqvitur de Fermento Massæ, sed falsæ doctrinæ, & malitiæ.

tione Qvalitatis unum esse dicuntur, unum caput habeant. Qvòd si dicta Corpora unum continuum esse in Christo [tanqvam] sub u o tantùm capite, absurdum videatur, spirituali non corporeo modo hæc intellige. Unum namqve debemus esse qvoad singularem consensum, qvem habere debemus in rebus cultum divinum concernentibus, tanqvam corpus, qvod uni capiti paret. Ubi enim multa sunt capita, ibi concordia & consensus esse neqvit: qvoniam qvot capita, tot qvoqve sunt sensus. Itaqve non ratione Qvalitatis, sed Qvantitatis s. Numeri accipiendum est illud: Unus Panis. Præterea S. Ignatius, actus divino Numine, in Epistolâ ad Ephesios; *Unum Panem*, inqvit, *frangentes, qvod pharmacum est immortalitatis*. B. Dionysius autem addit qvoqve vocem Ταυτὸ, cum sic ait, *De uno eodemq; Pane*.

§. CCCXXXVIII. Cur Aqvã Vino admisceant Græci.

Cæterum Aqva, inquit, etiam assumitur, quoniam Deus ita tradidit. Manifestum verò id inde est, quia antiquissima Ecclesia ad eum modum accepit: cujus rei testes sunt multi antiquorum Patrum. Verum in præsenti unum sufficere existimo. Est autem is B. Justinus Philosophus & Martyr, qui ita ait: Deinde omnes simul exsurgimus, precesque offerimus, & sicut antea diximus, ubi finem orandi fecimus, panis, vinumque & aqua affertur, &c.

Omnes utrãq; speciẽ participant. Etiam Infantes, & ob quam causam?

Omnes porrò eorum, quæ in mensâ Dominicâ sunt, utramque Speciem participant; panis, inquam, & Calicis; tam Ecclesiastici, quàm Laici, tam Viri, quàm Fœminæ. Quin imò Infantes ipsi incipiendo statim à sacro Baptismate, deinde, quoties parentes volunt, participant. Quòd si quis nos propterea, quòd de Cœna Dominicâ infantibus impertimus, reprehendat, illi facile os obturamus. Etenim si hîc sit aliquis ex Anabaptistis, adversus eum utemur hoc dicto: Sinite parvulos ad me venire, & non prohibete eos. Item illo: Nisi manducaveritis carnem Filii Hominis, & biberitis ejus Sanguinem, non habetis vitam in vobis: Sed & Anna Prophetissa hîc valdè nobiscum facit, quæ Samuëlem ab Infantiâ statim Deo consecrat; qui etiam Judæorum primogenitos ab ipsâ nativitate, nondum præditos tali intelligentiâ, sibi dari postulat. Si verò adversarius non sit Anabaptista, nos iisdem, quibus ille contra Anabaptistas pro infantibus utitur, etiam adversus ipsum utemur argumentis, quòd, quemadmodum baptizari, ita quoque

Cœnæ

Cœnæ Dominicæ participes fieri infantes, oporteat: atque ita cum Deo vicimus. Cæterum causa, quare omnes Cœnam Dominicam in utrâque specie participent, est hæc, quòd omnes vitâ indigeant, quam sine sumptione Dominici Corporis & Sanguinis adipisci, impossibile est. Ipse enim Dominus dixit: Joh. 6. v. 53: Nisi ederitis Carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habetis vitam in vobis. Quemadmodum enim Majores nostri cibo interdicto mortem sibi conciliarunt, eorumque Posteri similiter eidem morti facti sunt obnoxii: ita qui Corpus & Sanguinem Domini participant, à morte a vitâ liberati, immortalitatem consequuntur. Est quippe Panis Benedictus reverà Corpus Christi, & quod in Calice, est indubitatè Christi Sanguis. Modus autem istius mutationis incognitus nobis atque ineffabilis. Harum namque rerum declaratio electis reservata est usque in Regnum Cœlorum, ut Fide Simplici & minus curiosâ majorem apud Deum gratiam obtineant. Qui verò rerum omnium causas volunt indagare, rationem juxta & Scientiam ipsam tollunt, secundum Theophrastum. Cum itaque reverà hoc Sacramentum sit Corpus Christi, & Sanguis Christi, convenienter apud Divum Ignatium appellatur Pharmacum Immortalitatis, Medicamentum expiatorium, salutare & Antidotum, nequis moriatur, sed in Deo per Jesum Christum vivat. Non temerè autem, nec sine discrimine omnibus divinum illud mysterium in Ecclesiâ impertitur, sed iis duntaxat, qui ad participationem ejus parati sunt atque instructi. Præparatio verò Orthodoxorum potissimum in eo consistit, ut omnibus reconciliati sint, nihilque adversus quenquam in corde moliantur. Deinde ab ipsis etiam exigitur modicum Jejunium, h. e. abstinentia ciborum die proximè participationem (Eucharistiæ) præcedente, & quidem, si fieri potest, in totum. Si qua verò Corporis imbecillitas prohibet, jentaculum sumunt. Verùm jentaculum illud constat fructibus Autumnalibus, iisque vel Recentibus; Ex. Gr. Uvis, Ficubus, Pomis, Pyris, & id genus aliis, vel Aridis, v. gr. Uvis passis, Caricis & similibus. Ad hæc nec pauxillo pane iidem prohibentur: Potus porrò ipsis aqua est: ægrotantibus autem necessariò paululum vini conceditur, & quidem diluti. Participaturi Eucharistiam, etiam nocte illâ vigilant. Ubi verò obdormiscendum est, in scamno aut sedili, haud

Cur omnes utramq; speciem participent?

Panis benedictus reverà est Corpus Christi, & quod in Calice, indubitatè est Christi sanguis.

Præparatio ad Cœnam Sacram.

tamen

tamen in lecto, hoc faciunt. Conjuges si sint, qui Eucharistiam accipere volunt, planè à se invicem nocte illâ abstinent. Præterea quoque tum ante participationem mysterii, tum eomet, quo illud participant, die, eleemosynas dant. Postremò quemlibet eorum, qui accepturi sunt (Cœnam Dominicam) confiteri sua peccata oportet apud aliquem de Spiritualibus Patribus ad id ordinatis, atq; ita ad mysterium accedere. Participes facti S. Eucharistiæ, mutuo se osculo salutant; altero quidem dicente: Christus est in medio nostrûm; altero respondente; Et est, & erit. A Festo autem Paschatos usque ad assumtionem (Domini) inter salutandum hic quidem dicit: Christus resurrexit, ille autem: Reverà surrexit. Posteà verò per totum annum priora repetunt. Cæterum Salutatio Paschatos non tantùm fit inter sumtionem (S. Eucharistiæ,) sed & in plateis, in vicis sibi invicem occurrentes salutant sese mutò, altero dicente: Christus surrexit, altero respondente: Revera surrexit. Hoc ipsum fit usque ad Assumtionem Domini. Similiter mulieres inter se faciunt.

Participes facti S. Cœnæ se osculo salutant.

§. CCCXXXIX. In uno autem eodemque templo haud sæpius de die Sacra celebramus, neque multas in uno templo mensas sacras habemus; sed unam duntaxat in unoquoque marmoream, eò, quòd Christus etiam unus sit, verus ille & summus Angularis Lapis. Et quoniam ille crucifixus est, in mundo non sæpè, sed semel per omne ævum ab initio usque ad finem; de quibus ævi veluti imaginem unaquæque dies, mundi verò unumquodque templum exprimit; ita etiam nos haud sæpius de die, sed semel quolibet die in unoquoque templo cœnam Dominicam celebramus. Dico semel, non necessariò. Neque enim cogimur singulis omninò diebus sanctum mysterium in eodem templo celebrare: sed sicubi Sacrificio opus est, semel de die, nec sæpius illud peragimus.

In uno templo de die non sæpius sacra celebrant, & unã quoq; mensam habent.

Observet hîc ὁδῷ πάρεργον, Benevolus Lector, hoc ipsum, quod hîc Metrophanes Critopulus scribit, jam pridem ante *Apologiam Augustanæ Confessionis p. m. 250. 251.* docuisse his verbis: Quod verò tantum fit apud nos publica Missa, f. communis, nihil fit contra Catholicam Ecclesiam. Nam in Græcis Parochiis ne hodie quidem fiunt privatæ Missæ, sed fit una publica Missa, idque tantùm Dominicis diebus, & festis. In Monasteriis fit quotidie Missa, sed

Apologia Aug. Conf. ide docuit, scil. in Parochiis Græcorũ, ne hodie quidẽ fieri privatas missas.

tantùm

tantùm publica. Hæc sunt vestigia morum veterum. Nusquam enim veteres Scriptores ante Gregorium mentionem faciunt privatarum Missarum. Qualia fuerint initia, nunc omittimus. Hoc constat, quòd postquam Monachi mendicantes regnare cæperunt, ex falsissimis persuasionibus, & propter Quæstum ita auctæ sunt, ut omnes boni Viri diu jam ejus rei modum desideraverint. Quanquam S. Franciscus rectè voluit ei rei prospicere, qui constituit, ut singula Collegia quotidie unicâ communi Missâ contenta essent. Hoc postea mutatum est, sive per superstitionem, sive Quæstûs causâ. Ita, ubi commodum est, instituta Majorum mutant ipsi, posteà nobis allegant auctoritatem Majorum. Epiphanius scribit, in Asiâ Synaxin ter celebratam esse singulis Septimanis, nec quotidianas fuisse Missas. Et quidem ait, hunc morem ab Apostolis traditum esse. Sic enim inquit: Συνάξεις δὲ ἐπιτελέμεναι ταχθεῖσαι εἰσὶν ἀπὸ τῶν Ἀποςόλων, τετράδι καὶ προσαββάτῳ καὶ Κυριακῇ. Vide etiam, quæ infra Quæst. V. producuntur, circa finem illius Quæstionis.

Origo multitudinis Missarum, superstitio & Quæstus.

Cæterùm de Mysterio consecrato aliquid recondimus ægrotantibus, atque derepentè vitâ decedentibus, ut nemo eorum sine extremo & necessariò viatico decedat; secundum Dogma Sancti & Oecumenici Primi Concilii credentes, reconditum mysterium, semper manere sanctum Mysterium, nec unquam abjicere illam, quam semel accepit, Sanctificationem. Quemadmodum enim Lana, semel quocunque colore tincta, deinde ablui nequit; ita quoque in hoc mysterio Sanctificatio manet perpetuò indelebilis: & sicut reliquiæ de mensâ Regiâ sublatæ quamdiu durant, utut quis illas in multos annos asservet, nunquam non reliquiæ mensæ Regiæ dicendæ erunt; ita quoque fieri non potest, quin asservatæ Sancti Mysterii reliquiæ, sint reliquiæ Corporis & Sanguinis Christi.

De mysterio consecrato recondunt aliquid ægrotantibus.

Non circumferimus autem Sanctum hoc mysterium per plateas, nisi tunc tantùm, quando in domum ægroti portatur: Propterea, quod illud nobis datum non fuit, ut per plateas circumferatur, sed ut religiosè participetur in remissionem Peccatorum, secundum Verba Domini. Præterea hoc quoque sciendum; locum ubi consecratur Sanctum Mysterium, quem nos ἱεράτειον vocamus & sanctum Altare, à reliquo templo separatum esse. Etenim fecerunt

Non circumferunt Græci sanctū Mysterium per plateas, nisi quando ad ægros deferetur, & cur?

nunt illi Cancelli benè elaborati, & artificiosè variéque distincti, quibus cancellis velamentum obtenditur, quod mysterio in Sacrâ mensâ reposito, per Cancellos diducitur, ut ne populus Sacerdotes sacrificantes videre queat; dato autem Symbolo Sacro, planè reducitur, ut populus per Cancellos omnia intueri possit, tùm Sacerdotes, tùm Sacra ipsa. Quâ re illud significatur; nos, si piè & orthodoxè quidem credamus, fidem verò haud ingenuè profiteamur, revelatione rerum divinarum indigos censeri: quod si verò orthodoxè & liberè fidem prædicemus, tunc Deum mysteria sua nobis revelare. *Hæc Critopulus de Græca Ecclesia.*

§. CCCXL. Jeremiæ Patriarchæ Cõstantinopol. confessio & defensio sententiæ Græcæ Ecclesiæ de S. Cœna.

Sed audito Critopulo, audiendus quoque ipse Patriarcha Constantinopolitanus Jeremias, quomodo ille, in primo ad transmissam Augustanam Confessionem Responso, Græcæ Ecclesiæ doctrinam de Usu Sacramentorum proponat. Verba ejus in Latinum transfusa *in Actis & Scriptis Theologorum VVirtenbergens. & Patriarchæ Constantinopolitani p. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. ita sonant*: De tertio decimo capite vestro, ubi dicitur: Sacramenta non tantùm in hunc usum instituta esse: ut Symbola quædam sint & notæ: quæ Christianos ab extraneis discernant: sed multò magis, ut signa & testimonia sint benevolentiæ gratiæque divinæ erga nos, sic sentimus & dicimus. Dominus noster Jesus Christus totâ, quam salutis nostræ causâ susceperat, œconomia seu dispensatione in terrâ absolutâ: antequam ad suum Patrem ascenderet, reliquit nobis sacrificium, seu missam, & quæ ibi sunt, divina mysteria seu Sacramenta: ut memores simus illius magnificæ, quâ se ad captum nostrum demisit, humilitatis. Hic primum Sacrorum Antistitem, ut fertur, Jacobum designavit cognomine Adelphotheum, id est, Domini fratrem. Jam si sanctorum intercessiones ex sententiâ præstantissimi in divinis rebus Dionysii, etiam in hâc vitâ, nedum post mortem, fidelibus efficaciter prosunt: multò plus adjumenti nobis sacra mysteria & sacri ritus adferunt.

Collatio sacrificii Noæ, cũ sacrificio Christi.

Quantum enim inde commodi emergat: & quantoperè hæc verenda sacrificia apud Deum delicta nostra expient: ipse inprimis jam olim demonstravit Deus. Justus enim ille Noah, postquam terrarum eluvies desiisset, sacrificium Deo obtulit: ut placatum hunc posterorum infirmitati, lenemque ante redderet, (ut magnus

gnus explicat Cyrillus) ut ne rursus unâ eâdem sententiâ universum hominum genus condemnatum, altera universali aquarum inundatione summergeretur. Quare factum est: ut cogitatione habitâ dixerit ei Deus: Non faciam iterum, ut execrer terram propter facta hominum: quia inclinata est hominis cogitatio ad malum ab ineunte ætate. Si igitur Noæ sacrificium licet Typicum tantùm, ita inflexit Deum: quantò magis unigenitus Dei filius, si pro nobis sacrificetur, nos reconciliaverit suo Patri: nos, inquam, qui cum fide accedimus ad sacros ritus? Quocirca condemnamus & ipsi illos, qui absque fide se remissionem peccatorum & utilitatem, quæ ex sacris his operationibus venit, habere arbitrantur. Quicquid enim ex fide non est, peccatum est. Contra qui operationis sanctorum mysteriorum proprium opus hoc statuunt: ut Dora, id est, dona (intellige panem & vinum) in divinum Christi corpus transmutentur: finem verò hunc, ut fideles iis sanctificentur: peccatorumque se remissionem, Regni hæreditatem, & id genus alia, accipere credant: nos tales beatos prædicamus. Præparatio autem ad id opus conducibilis, sunt preces, Psalmorum cantiones, frequens lectio S. Literarum: denique omnia, quæ ante consecrationem Donorum, & post consecrationem, ritè fiunt dicunturque. Quanquam enim gratis nobis omnia sancta dat Deus: nec eorum quicquam, antequam dederit, offerimus: Sed planè ab illius libertate profecta sunt: tamen ut idonei ad ea capienda conservandaque fiamus, prorsus à nobis requirit. Nec ille sanctificationem impertitur nobis, nisi sic dispositis. Sic baptizat, sic ungit, sic convivio excipit, & de verendâ communicat mensâ. Declaravit hoc in parabolâ de sementi. Exivit, inquit, seminator: scilicet non ad arandum agrum, sed ad seminandum: tanquam aratio & omnis præparatio à nobis adferri debeat. Quoniam igitur tanta recta ad participanda mysteria præparationis necessitas est; oportuit etiam hanc adesse hujus sacræ operationis constitutioni, ut & adest. Hanc enim vim possident preces, psalmi, cætera sacra ibi dicta factaque. Sanctificant enim nos, & disponunt: tùm ad rectam perceptionem, tùm ad firmam sanctificationis retentionem. Dupliciter autem sanctificant. Uno modo, quo ex ipsis precationibus, psalmorum cantionibus, & è lectionibus, meliores reddimur. Precationes enim ad

§. CCCXLI. Præparatio ad sacra.

Preces & Psalmi quomodo nos sanctificent? scil. & ad rectā perceptionē & ad firmā sanctificationis retētionem.

ad Deum convertunt, peccatorumqve veniam impetrant. Similiter & cantiones Psalmorum ipsum nobis placant: ejusqve inclinationem voluntatis ad nos attrahunt. Sacrifica (inqvit) DEO sacrificium laudis, eripiam te, teqve glorificabis me. Freqvens vero scripturarum lectio, tùm DEI annunciat bonitatem & humanitatem, & è contrario justitiam ac judicium: tùm timorem ejus animis nostris immittit, amoremqve in ipsum accendit: & hoc modo magnam ad mandata ejus observanda alacritatem injicit. Omnia hæc, tùm Sacerdotis, tùm populi animum, meliorem divinioremqve efficiunt. Conjunctè qvidem ambos, ad susceptionem & conservationem pretiosorum donorum idoneos faciunt: qvi sacræ operationi finis est præpositus. Seorsim vero Sacerdotem efficiunt talem: ut ad peragendum sacrificium dignè sit instructus: qvod est tractationis rei divinæ proprium munus, ut dictum est. Hoc ipsum passim in precibus continetur; & precatur Sacerdos, se non indignum esse officio, quod tractat: sed puris manibus & animâ, & linguâ, Mysterii peractioni inservire. Hic unus modus est: ubi ex ipsa vi verborum, qvæ dicuntur & canuntur, ad sacrum ritè apparamur.

Mysteria omnium actionum in Missa.

Alter est is, qvò cum ex his, tùm ex cæteris omnibus, qvæ in sacrificii administratione geruntur, sanctificamur: in qvibus videmus Christum typicè figuratum: & illa, qvæ ad salutem nostram tùm fecit, tùm passus est. Etenim in Psalmis, & lectionibus: & totâ Sacerdotis operatione, Domini œconomia & administratio significatur: principia ejus, primis sacrificii partibus repræsentantibus: media, secundis: reliqua, postremis; ita ut ii, qvi hæc exactè intuentur, possint omnia illa oculis subjecta habere. Donorum enim consecratio, ipsa sacrificatio, mortem ejus annunciat, & resurrectionem & assumptionem: qvia honorabilia hæc dona, in ipsum Dominicum transmutantur corpus: qvod hæc omnia recipit: scilicet, qvod crucifixum fuit, qvod resurrexit, qvod in cœlos ascendit. Qvæ sacrificationem antecedunt, significant ea, qvæ mortem præcesserunt: adventum scilicet Domini, exhibitionem, perfectam manifestationem. Qvæ verò seqvuntur, promissionem Patris annunciant, sicut ipse dixit: & Spiritûs S. in Apostolos descensum: & per hæc gentium conversionem ac communionem. Ita in totâ hâc sacrâ actione, velut una imago est unius corporis, & summa totam Salvatoris inter

homi-

hominesconversationem continens: omnes ejus partes, ab initiô ad finem usqve, sicut inter se connexæ & aptæ sunt, sub aspectum subjiciens & repræsentans. Unde Psalmi, qvi sub initium canuntur: atqve adeò qvicqvid ante horum decantationem, qvando ipsa Dora proponuntur, fit diciturqve: primum tempus œconomiæ Christi significant. Psalmos seqvuntur recitationes scripturarum: qvibus admonemur, ut nos ad virtutes, sicuti athletæ se ad palæstram, ungamus: ut DEUM nobis placatum reddamus: eaqve, qvæ Christi dispensatione significantur, auscultemus. Ac partim qvidem laudes DEI continent, ad virtutem incitant, canentiumqve chorum sanctificant: partim verò prædicant, talia apud Ecclesiam instituta esse, & hoc ordine disposita: sufficiuntqve ad significandum CHRISTI in terram adventum, & inter homines conversationem. Fitqve unumqvodqve eorum, qvæ in S. Missæ officio fiunt, ad eum modum, qvem formula ordinationis indicat & continet, usus qvidem & utilitatis: interim verò aliqvod etiam Christi opus, aut actionem, aut passionem significat. Exemplo est, libri Evangeliorum, aut donorum, ad altare portatio. Fit enim usus gratiâ utraqve: illa, ut recitetur Evangelium: hæc, ut sacrificium peragatur. Utraqve interim Domini & exhibitionem & manifestationem innuit: illa incipientis apparere, obscuram adhuc & imperfectam: hæc perfectissimam & extremam. Postremò, qvæ in consecratione administrationeqve donorum fiunt, (qvo qvidem modo Jacobus Domini frater, primus instituit, utpote à Domino edoctus: Sicut in divinis S. patrum canonibus, & in Ecclesiasticis historiis reperitur: sicut etiam ipsa veritas habet; & apud nos firmiter creditur: ac post Jacobum Basilius Magnus: sicut in typo Liturgiæ, qvam instituit, & sacris precibus, apparet: ac postea Chrysostomus) illa, inqvam, qvæ sic circa dona fiunt, ad Domini œconomiam referuntur omnia: ut hujus contemplatio nobis ante oculos versans, animas nostras sanctificet: & hoc modo capaces fiamus sanctorum donorum: ac qvemadmodum ea œconomia illo tempore administrata, orbem terrarum reparavit, ita nunc semper spectata, divinam efficiunt nostram animam. Verum ne tum qvidem illa qvicqvam utilitatis attulisset: nisi considerata creditaqve fuisset. Qvæ causa est, ut prædicata sit. Atqve ut fides ei haberetur, nihil à DEO intentatum relictum fuit:

§. CCCXLII.

Jacobus, Domini frater, creditur primus modum consecrationis donorum descripsisse, i.e. Liturgiã, & post hunc Jacobũ Basilius Magnus.

qvod scilicet vim nullam ad salutem hominibus conciliandam habitura fuisset: si qvanqvam facta esset, tamen eos, qvorum saluti inservire debebat, latuisset. Verum tunc qvidem annunciata, reverentiam erga Christum, & fidem, & dilectionem, in animis gratè accipientium efficiebat: nunc verò à piis, fide jam præditis, studiosè considerata, beatas has animi affectiones, non ingenerat eis illas qvidem: sed jam insitas conservat, renovat, auget. Et in fide qvidem firmiores efficit: in reverendo verò & diligendo ardentiores. Qvæ enim, cùm non essent, ut fierent, fecit: ea multò faciliùs custodire, conservare & renovare potest. Verum enimverò hæc sunt, qvibus hominem instructum accedere ad sacra necesse est: sine qvibus vel respicere ad illa, omninò impium est: reverentia Numinis, fides, dilectio ardens. Ideò oportuit hanc qvoqve omnia nobis repræsentantem inspectionis facultatem, in S. Liturgiæ constitutione exhiberi; ut non animo tantùm expendamus, sed oculis etiam cernamus magnam Dei, aliàs divitis, paupertatem: omnia loca possidentis, in terram descensum: probra benedicti, impatibilis passiones: qvanto odio pressus, qvantoperè dilexerit: ex qvantâ majestate, ad qvantam se humilitatem abjecerit: qvid patiendo, qvid agendo hanc nobis instructam proposuerit mensam: ut ita in admirationem mirabiliter impertitæ salutis adducti, magnitudine miserationum perculsi, revereamur eum: qvi ita nostri misertus est, qvi ita nobis salutem peperit: huic animas nostras credamus, vitam committamus: amoris erga eum igni corda nostra inflammemus: talesq; facti, igni Mysteriorum familiares simus absqve lapsu & convenienter.

Nam ad id, ut tales fiamus, non sufficit, didicisse à Christo: sed actu necesse est contemplemur: oculumqve mentis illic habeamus, omni vi cogitandi exprompta: si ad sanctificationem illam debeamus ita aptè, ut dixi, animam nostram instituere. Non enim verbis tantùm pietas metienda est, sed etiam factis. Etenim ante oculos qvodammodo statuit sacra operatio omnia, &, ut animus res cernat, efficit. Unde imago ab oculis evidentior in animum influens, ibi imprimitur: ut nullo modo oblivioni tradatur talis mensa: efficiturqve, ut hoc modo pleni sanctarum cogitationum, sacra mysteria percipiamus: sanctificationem sanctificationi addentes: & à gloriâ

riâ apicem gloriæ conſcendentes. Atqve hæc eſt in ſummum, totius hujus ſacrificii ſententia. Conſiderationem verò etiam cohærentia precum habet, & ipſum ſacrum opus, & ſanctificatio vivorum & mortuorum. Inprimis autem, qvæ per totum ſacrum ritum conſpicitur, conſervatoris œconomia; per qvamnam ſacrificii ceremoniam, qvæqve ejus particula ſignificetur: & qvare non initiò ſtatim in altari ponantur Dora: Ratio eſt: qvod antiqvitus offerebantur Deo, partim animalium irrationalium victimæ, partim aurea & argentea vaſa. Utrumqve autem corpus Chriſti habere videtur. Nam & mactatum eſt ad gloriam Patris: & ut donum ſacrum, ab initio repoſitum DEO erat: qvia ipſe, primogenitus eſt: & Dora hæc Deo dedicata ſunt, tanqvam primitiæ vitæ, & mutatur panis in illud ipſum corpus CHRISTI. Unde ſolet de toto pane pars abſcindi, nec ille apponi integer; qvæ res paſſionis Domini figura eſt. Ac qvamdiu propoſitus jacet, nihil niſi panis eſt, repoſitus tantùm Deo. Poſtea verus panis fit, & reverà transmutatur: cujus rei ratio & modus, nullo ingenio, nullo ore humano, explicari poteſt.

§. CCCXLIII. Transmutatio panis in corpus Christi.

Juſſit porrò ipſe Dominus, hoc fieri in ſui commemorationem: ut ne ingrati ſimus. Quodammodo enim gratia refertur pro beneficiis: ſi meminerimus illorum, qui ea dederunt, atq; adeò ipſorũ beneficiorum. Quod ut præſtarent homines, multa excogitarunt Monumenta, ſtatuas, cippos, dies feſtos, ludos: quarum rerum omnium finis eſt unus: ut benemeritorum memoria ab oblivione & interitu vindicetur. Quemadmodum autem in columnis & trophæis fortiſſimorum Ducum ſolemus victorias incidere, quibus conſervati fuimus: eodem modo, hiſce divinis Doris, mortem Domini transſcribimus, quæ omnibus ſaluti fuit: & quâ omnis vis mali debellata eſt. Neque typum ſed ipſum corpus victoris noſtri habemus, inſtrumento precationis ad Deum, gratiarum actionis, glorificationis, confeſſionis, petitionis. Petimus autem primùm: conſcientiæ pacem, & ſalutem animarum noſtrarum. Utiliſſima res, pax eſt: imò neceſſaria ubique nobis hæc virtus eſt: quia mens perturbata acceſſum ad Deum ut habeat, fieri non poteſt. Nam, ut pax ex multis unum facit: ita perturbatio ex uno multos. Idem de ſalute animarum facimus, ſicut Chriſtus juſſit: petere ſcil. ante omnia Regnum Dei (quæ unica ſalus eſt) ſic cætera omnia adjectum iri.

Hoc facite in mei Commemorationem.

Deſi-

Designatur porrò Ecclesia in Sacramentis: non ut in Symbolis, sed ut in corde membra, ut in plantæ radice rami: & quomodo Dominus ait, in vite palmites. Non enim hic nominis tantùm communicatio est, aut analogiæ similitudo: Sed rei identitas. Etenim verè corpus & sanguis Christi Mysteria sunt: non quod hæc in corpus humanum transmutentur: sed nos in illa, melioribus prævalentibus: siquidem ferrum igni impositum & excandescens, ipsum quoque ignis fit: non autem ignis mutatur in ferrum. Itaque sicut, quando ferrum excandefactum est, non ferrum videmus, sed simpliciter ignem: ferri proprietatibus ab igni plane occultatis: ita etiam, si quis Christi Ecclesiam oculis cernere posset eo ipso: quo hæc cum illo in unum conflata est, carniumque ejus particeps facta: nihil aliud nisi ipsum solum Dominicum cerneret corpus. Hâc ratione motus D. Paulus, vos, inquit, estis corpus Christi, & membra ex parte. Non enim, ut Domini de nobis providentiam, institutionem puerilem, mentis informationem & nostram erga ipsum subjectionem obedientiamque significaret: illum quidem caput, nos autem corpus, nuncupavit: sicut nos homines facere consuevimus: quando amoris quâdam abundantiâ ducti, interdum propinquos aut amicos membra hyperbolicè appellamus: non ita Apostolus vult: sed hoc ipsum significat, quod dixerat: quia videlicet sciebat, propter sanguinem hunc, fideles vitam in Christo vivere: & verè ex capite illos pendere, & hoc corpore indutos esse. Facimus porrò in ipso sacrificio mentionem sanctorum: quando apponuntur Dora, consecrantur, sacrificantur. Dorum enim res Deo consecrata est & rationalis victima. Meminimus excellenter illorum, quæ salutis nostræ causâ facta sunt, crucis, & quicquid pro nobis sustinuit Christus. Mentionem beatissimæ virginis facimus, laudes ejus prædicantes: intercessionem sanctorum omnium petentes, misericordiam Dei implorantes, pro vivis mortuisque supplicantes: rationalem cultum de illius rebus illi offerentes: hymnos ei canentes, laudibus eum celebrantes. Ac fit à nobis quidem oblatio: fit verò invisibiliter sacrificium, specierumq; mutatio in ipsum corpus & sanguinem Domini: dum occultâ quâdam ratione Deus suâ gratiâ, finem actioni perfectionemque adjungit, mysticarum & perficientium precum interventu. Vocatur autem Eucharistia,

§. CCCXLIV. *Errores Græcorum in Cœna.*

&

& rationalis cultus illa ceremonia, seu ritus sacer: quod solâ mysticâ & perfectrice verborum vi oblationem Deo offerat: transmutationemque sacratissimi corporis: & â principaliore effectu nomen Eucharistiæ habet. Plures enim causæ gratias agendi sunt, quàm supplicandi. Quippe plura accepimus, quàm adhuc rogamus. Accepimus enim, quantum ad Deum attinet, omnia, quia nihil non ille dedit: quorum partim contingendorum, tempus nobis nondum venit immortalitatis nimirum & cœlestis Regni: illa verò, quæ jam accepimus, non retinemus: remissionem videlicet peccatorum, & quæ in Mysteriis nobis præbentur Dona. Fons etenim sacrorum, & tractationis eorum, Magnus Pontifex, Dominus & Deus noster Jesus Christus est: conceptacula vero eorum & quasi cisternæ, immediatè, ipsius discipuli, & comites, qui omnia suis oculis viderunt: qui etiam fuerunt, tanquam ê lacu perfosso effluentes fluvii, exhilarantes civitatem Dei. Ex adhortatione sanè Domini, quæ auribus suis hauserant, ea in tectis quoque prædicaverunt: & impletum fuit, quod â Davide prædictum fuerat: Non sunt loquelæ, nec sermones, quorum non audiantur voces. Jam his fundamentis revelationis divinæ, rerumque Ecclesiasticarum, ita positis & defixis, superstruuntur ea, quæ ad sacram Missæ operationem pertinent: ab Apostolo Jacobo Adelphotheo Hierosolymæ Episcopo, tradita: sicut XXXII. Canon Synodi in Trullo celebratæ his verbis testatur. Etenim Jacobus, qui ratione carnis fuit frater Christi Dei nostri, cui Hierosolymitanæ Ecclesiæ thronus primò creditus fuit: & Basilius verè Cæsariensium Archiepiscopus cujus gloria totum terrarum orbem peragravit: scripto comprehensam mystici sacrificii administrationem nobis tradiderunt: in quo scripto peragendum id ad hunc modum sanxerunt; ut S. Liturgiæ poculum aquâ & vino constaret. Reperiuntur quoque annotationes sparsim in sermonibus Ecclesiasticis: S. Evangelistam Marcum, ipsius hujus sacratissimi sacrificii divina oracula & verba ordine deinceps composuisse. Num verò amborum Apostolorum scripta adulterata sint (sicut & insecutis temporibus Clementinæ constitutiones) an propter nimiam fortasse prolixitatem, œconomicè & commodius hæc à magno Patre nostro Basilio & deinde à Chrysostomo ad compendium redacta: de hoc nihil certi habetur. Hoc tamen constat, ab antiquo jam

Jacobus & Basilius primi Autores Liturgiæ.

Dubium est ipsis Græcis S. Marcum Liturgiam composuisse, & postea à

Ddd duos

Basilio vel Chrysostomo in compĕdiū redactam, id quod tamen Leo Allatius suprà in l. de Liberis Reb9 Ecclesf. Græcorū asseruit, qui tamĕ Do. §. CCCXLV.

S. Cœna apud Moscovitas quomodo celebretur?

Hist. nostrum D. Chytræū sæpè immodestè perstringit, V. All. l. de Perpetua Consĕsione l. III. C. XV. col. 1242 §. XLIII.

duos tomos nobis traditos esse, & authenticos agnosci, ex quibus Liturgiam celebramus: tùm ipsius magni Basilii, tùm S. Patris Chrysostomi. Ab uno eodemque Spiritu S. & unâ traditione profecti ambo: nisi quod verbis Basilius abundat, contractius loquitur Chrysostomus. Ex his sacris duobus codicibus, mystici sacrificii ritum obimus. Atque Dominicis quidem permagnam Quadragesimam Paschatis diebus, & nonnullis aliis, M. Basilii Tomus recitatur, ex ejusque præscripto S. Missæ mysterium peragitur: reliquis verò diebus Chrysostomi.

Ut autem, etiam quid in Moscoviticis Ecclesiis geratur, notum fiat, placet aliqua ex Cassandro & Fabro apponere. In Liturgicis Georgius Cassander ita scribit:

Ritus, quos hodie Moscovitæ in Sacris suis Conventibus observant, ex commentariis rerum Moscovitarum, Sigismundi Liberi Baronis ab Herberstein.

Nullus Sacerdos aut sacra obire, aut baptizare, aut alio quovis fungi munere audet, nisi Diacono præsente.

In singulis Templis unicum tantum altare, & in singulos dies unum quoque Sacrum faciendum putant.

Totum Sacrum f. Missa Gentili ac vernaculâ Linguâ apud illos peragi solet.

Epistola præterea, Evangelium pro tempore, quò magis à populo percipiantur, extra Chorum populo astanti clarâ voce recitantur. Communicant sub utrâque Specie, miscentes panem vino, f. Corpus Sanguine.

Sumit Sacerdos cochleari ex calice portiunculam, porrigitq; communicanti.

Johannes Faber, in Religione Moscoviticâ ad Ferdinandum Regem Romanorum, cui à Confessionibus erat, de Missâ ita loquitur: Est autem utraque Missa ter prolixior, quàm sit ea, quæ apud Latinos communis habetur, devotis quidem mentibus, accedunt illam populi audituri, tanquam participes futuri ejus. Solet autem hòc differre illorum missa à nostrâ, quòd Moscovitæ in pane fermentato, Græcorum more conficiunt. Calici item tantum aquæ, quantum vini rubri miscent: quam aquam & calidam esse volunt,

sunt, quòd ex latere Domini non sine mysterio magno profluxerit Sanguis & Aqua, quam calidam fuisse credere fas est, alioqui enim miraculum vix censeri posset. Hocque Sacramentum Corporis & Sanguinis à solo Sacerdote consecratur, qui veluti nostrâ ferè stolâ albâ indutus, totâ mente ad Deum elevatâ, id efficere conatur mysterium, quod pro sufficienti pignore omnium promissionum suarum Christus, in ultimâ cœnâ reliquit, quemadmodum universus orbis fatetur. Epistolam item & Evangelium æque in Missis habent. At lecto Evangelio non mox Nicenum illud Symbolum, sed post Angelicum Cantum, qui Sanctum appellatur, primum Fides Nicena decantari solet, cumq; Dominicæ Orationis Finis factus fuerit, mox Antiphona de Beatâ virgine Mariâ sequitur. Consecratio itaque æque ab ipsis verbis fit â Christo probatis, quibus & eam vim concessam credunt, ut prolatis ipsis à Sacerdote mox Creatura creatori suo cedat, illudque quasi necessarium esse. Dum verò sic conficitur, ecce panis justæ magnitudinis hordeaceus apponitur, in cujus medio hostia est, cum Crucifixi Formâ perinde, ut apud nos impressa cernitur, quam vi Benedictionis in Corpus Christi conversam Sacerdos sibi sumit & manducat, reliquum verò panis per frusta divisum petentibus distribuit: quem singuli non ut corpus Christi, sed veluti benedictum aliquem, & quodammodò Sanctum Panem, cum summâ devotione suscipiunt. Solent itaque Missas has celebrare de Trinitate, & B. Virgine, deqve aliis Sanctis. Et qvoniam illis procul dubio Purgatorii opinio est, assiduè pro defunctis orant, Missis subveniunt. In qvâ qvidem re tanta illorum est Religio, ut pleriqve bina pro mortuis anniversaria, ut vocant, agant. Alterum, qvod fatali qvo mortuus est die agitur. Alterum autem, qvod ab Ecclesiâ institutum, Sancti illius cujus nomen habuit, proprium Festum celebratur. Ad hæc fiunt freqventes oblationes & Eleemosynæ Christianorum. Hoc qvicquid est rituum, & potissimum Missarum, omne qvidem ex institutione primævæ Ecclesiæ esse affirmant, uti tradunt etiam Chrysostomus, Basilius M. ac Gregorius Theologus. Hæc igitur sunt brevius dicta, qvàm vel par sit huic mysterio: Eucharistiæ qvidem Sacramentum, qvantum ipsis in usu est, populo administrari solet, tempore qvo Christus ipse instituit: & dein secuta Ecclesia Paschali sc. aliâ tamen serie forsan

qvàm Romana Ecclesia faciat atqve decreverit. Hæc Faber. l.c. pag 174. 175. 176.

§. CCCXLVI. Et hactenus qvidem potissimùm recensuimus. Sententiam Græcæ Ecclesiæ de S. Cœnâ & Missâ. Jam subjungemus aliqvot notas Historicas nec non Qvæstiones, ex qvarum additione & Resolutione B. Lectori non difficile nec arduum erit, de totâ hâc Græcorum sententiâ, qvam de Missâ & S. Cœnâ ejusqve administratione & celebratione fovent, judicare.

Capita, quæ in hac materia pertractantur.

I. Initium autem faciemus ab ὀνοματολογία & Etymologia. Unde Origo Missæ, & variarum in eâ observari solitarum Ceremoniarum patescet.

II. Examen instituemus: Qvid de multitudine illâ Ceremoniarum & Cantionum sit judicandum?

III. Qvid de Liturgiis ipsis judicandum?

IV. Qvid de Pane Fermentato sit judicandum?

V. Qvid de intinctione & cochleari sit judicandum? Ubi ex Vossio hæ binæ Qvæstiones cum Responsionibus proponuntur:

1. Utrum necesse sit, panem & Vinum seorsim sumi, an verò sufficiat intincta?
2. Qvid statuere oporteat de Græçorum PANE, qvem interebant VINO, atqve exinde Cochleari sumebant?

VI. An Græci Missas privatas & Communionem sub Unâ doceant.

VII. An Græci Transsubstantiationem credant?

Circa qvam Controversiam variæ proponuntur & discutiuntur controversiæ.

E. Gr.

1. An Asservatio specierum Sacramentalium faveat communioni sub Unâ?
2. An vox Θυσιαστήριον notet Sacrificium propriè dictum, an verò locum, in qvo Sacra Mensa erat reposita, imò ipsum Templum?
3. Qvid de Gorgoniæ facto judicandum?
4. An Communio Domestica probet Communionem sub unâ specie, annon verò facta sit sub utraq; specie?

5. An

5. An Communicatio Infantum tantùm unâ ſpecie facta ſit? Ubi ſingulare exemplum recenſetur.
6. An Communio Ægrotorum facta ſit ſub unâ ſpecie? Ubi exemplum de Serapione excutitur.
7. An Communio Laica in Veteri Eccleſiâ facta ſit ſub unâ ſpecie?
8. An Præſanctificatorum Communio probet communionem ſub unâ ſpecie?
9. Qvomodo cum deportationibus & miſſionibus Eulogiarum ad infirmos in Veteri Eccleſiâ comparatum fuerit, & qvomodo jam eædem in Romanâ Eccleſiâ obſerventur?

VIII. Qvid de variis Utenſilibus Sacris Orientalium etiam circa celebrationem Cœnæ, qvæ in Euchologiis aliisqve ipſorum ritualibus nominantur judicandum ſit?

IX. Qvid de Elevatione Panis in Sacræ Cœnæ celebratione ſit ſtatuendum?

X. Moſcovitarum & Ruthenorum ſententia & conſvetudo in Uſu Cœnæ Dominicæ una cum Refutatione.

Sectio I.

Sectio I.

De Miſſa Ονομαϛολογία *&* *Etymologia.*

§. CCCXLVII. Synonyma S. Cœnæ.

I. Sacramenti Corporis & Sanguinis Chriſti celebrationem & adminiſtrationem Græci multis nominibus deſcripſerunt & inſigniverunt.

Vocarunt eam Σύναξιν, i.e. Congregationem, & Κοινωνίαν, i.e. Communionem, ut ex Dionyſio Eccleſ. Hierarch. apparet.

Vox Λειτεργία quid propriè ſignificet?

Vocatur aliis quoqve nominibus, ut Μυϛαγωγία, Ἱερεργία & potiſſimum Λειτεργία. De qvâ voce ita ſcribit Suidas: Λειτεργία κυρίως ἡ δημοσία ὑπυργεσία, παρὰ τὸ λήιτον καὶ τὸ ἔργον. i.e. Liturgia propriè dicitur officium ſ. Miniſterium & Munus Publicum à voce λήιτον, qvæ publicum ſignificat, & ἔργον, qvod eſt Munus ſ. Opus. Olim apud Scriptores profanos hoc verbum uſurpatum in publicis miniſteriis civilibus, ac ſignificare Græcis onera publica, ſicut tributum & ſumtum inſtruendæ Claſſis. Id teſtatur Demoſthenes

nes πρὸς Λειτουργίαν. Dicit indignos qvosdam homines inventâ immunitate detrectare Λειτουργίας. i. e. publica onera. Eum qvoqve vocis Intellectum secutus est Interpres Vet. Test. ubi dicitur Liturgiam Levitarum esse, gestare ligna & pelles tabernaculi. Num.1. Καὶ αὐτοὶ λειτουργήσουσιν ἐν αὐτῇ, Et ipsi, sc. Levitæ ministrabunt in eo, sc. tabernaculo.

In Novo Testamento hæc vox crebrius usurpatur. ut. Actor.13. Λειτουργούντων δ' αὐτῶν τῷ κυρίῳ. Vulg. Ministrantibus illis Domino. Erasmus verò reddidit: Cum illi sacrificarent Domino. In Annotat. sic explanat, Λειτουργούντων, qvod proprium est operantium Sacris. Nullum autem sacrificium DEO gratius, qvàm impartire Doctrinam Evangelicam. In Chrysostomi verò Commentariis ita legitur: Qvid est ministrantibus? prædicantibus. Sed vide, num hæc sententia sit? Λειτουργούντων, i.e. ministerium suum obeuntibus & exhibentibus DEO, non modò prædicatione divini verbi, sed etiam Sacramentorum Dispensatione. Rom. 15. Paulus ait: Datam sibi gratiam esse à Deo, εἰς τὸ εἶναι λειτουργὸν, ut sit Liturgus, i.e. Ministrum, &, ut ita dicam, Officiarius JESU CHRISTI in Gentes.

Quâ ansâ Jacobo Apostolo Liturgiæ opus adscriptum sit.

Propriè (scribit *Georgius Cassander in Liturgicis de ritu & ordine Dominicæ Cœnæ celebrandæ cap. 6.*) hâc voce significari videtur publicum ministerium in rebus Sacris obeundis positum. Unde & Egesippus apud Eusebium de Jacobo inqvit, Eum ab Apostolis primum constitutum fuisse Episcopum & Liturgum. i.e. Sacrarum & Divinarum rerum Administratorem. Unde qvidam putant opinionem natam, qvòd Jacobus primus Missæ ritum instituerit.

Missæ, Collectæ, Missas, Collectas facere quid significent?

Idem Cassander l.c.c 16. docet prolixè, qvid Latini intellexerint vocabulis Missarum sive Collectarum: Item his Orationibus, Missas sive Collectas facere & celebrare, item colligere & qvomodo hæ locutiones è Græciâ sint derivatæ. Qvod Græcis inqvit, est Συνάγειν, Συνάξεις ποιεῖν καὶ Ἐκκλησιάζειν apud Scriptores Tripartitæ Historiæ, id vetus Interpres Epiphanii vertit, Missas facere, Collectas celebrare collectas agere, Missas celebrare. Exempla ejusmodi phrasium & locutionum complura è Scriptoribus Veteribus Ecclesiasticis collecta, lege ap ipsum G. Cassandrum.

Vox Offerendi notavit ...

Ætate Augustini Offerendi verbum de totâ Sacramenti hujus celebratione & administratione dicebatur. Epist. 118. ad Januarium:

um: Alii qvotidie communicant Corpori & Sanguini Dominico: Alii certis diebus accipiunt: alibi nullus dies omittitur, qvo non offeratur. Alibi Sabbatho tantùm & Dominico: Alibi tantùm Dominico.

totam Sacramenti celebrationem & administrationem.

Nonnunqvam dicit: Offerre Christo: & qvia nonnulli etiam jejunium custodiunt, manè offertur Christo.

Aliqvando conjungit Offerre & Accipere s. sumere: Ibidem: Utrum jam refecti vel offerrent vel sumerent Eucharistiam.

Optatus Lib. I. contr. Parmenianum: Erat altare loco suo, in qvo Pacifici Episcopi retrò temporibus obtulerunt.

Qvod jam olim dicimus, Missas facere, Veteres qvoqve dixerunt, Divina Mysteriorum Sacramenta concelebrare. Hilarius.

Item: Sacri Convivii celebrare Mysteria. Ambrosius ad Gratianum de Fide.

Dicitur etiam Fidelis Populus unâ cum Sacerdote Divina Sacrificia celebrare. Cyprianus Serm. 5. de Lapsis: Qvando, inqvit, in unum cum fratribus convenimus, & Sacrificia Divina cum Dei Sacerdote celebramus.

Sacrificare qvoqve & Sacrificium celebrare. Cyprianus Serm. 5. de Laps. Missas autem appellabant officia divinorum Sacramentorum, ut Hilarius in Psalm. 65.

Hæc Georgius Cassander: Ex quibus apparet, quomodo vocabulum Missæ, Collectæ, (quibus verbis & nos Germani adhuc utimur: Hinc dicimus. Es ist noch unter der hohen Messe. Item: Die Collecte verrichten oder absingen.) Græcæ Ecclesiæ originem suam debeat. Idem Cassander Cap. XVII. Missam Cathechumenorum & Fidelium describit allatis ipsis Autorum antiquiorum verbis.

Duplicem apud Romanos, item apud Græcos fuisse Missam. Cathechumenorum & Fidelium, quæ posterior propriè Missa vocatur. Et quæ Nominis Origo sit.

§. CCCXLVIII. *Missa Catechumenorũ quænam? Missa ab emittendo dicta.*

Guilhel. Durand. in Rationali Divinorum Lib. 4. cap. I. *Missa Catechumenorum* est, ab introitu usque post Offertorium, quæ Missa ab emittendo dicitur, quoniam quando Sacerdos incipit consecrare Eucharistiam, Catechumeni foras de Ecclesiâ mittuntur, &c.

Missa

Missa Fidelium.

Missa Fidelium est, ab Offertorio usque ad post-Communionem, & dicitur Missa illa à dimittendo, quia eâ expletâ ad propria quisque Fidelis dimittitur &c. Quandoque quod usitatius est, dicitur *Missa totum Officium ab Introitu usq; Ite, Missa est.*
Idem de Consecratione Dist: I. Cap. Episcopus ex Concilio Carthag: IV. Episcopus nullum prohibeat ingredi in Ecclesiam, & audire Verbum Dei, sive Gentilem, sive Judæum sive Hæreticum usque ad Missam Cathechumenorum. Concilium Valent. Hisp. Cap. I.

Inter cætera hoc esse censuimus observandum, ut S. S. Evangelia ante Munerum illationem in Missâ Catechumenorum, in ordine lectionum post Apostolum legantur.

Exegesis Canonis ex priscis Scriptoribus collecta.

Ite, Missa est.

Ite, Missa est. Missa nihil aliud intelligitur, quàm Dimissio, id est Absolutio: Quam', celebratis omnibus tunc Diaconus esse pronunciat, cùm populus à solenni observatione dimittitur. Unde & Missam Catechumenorum Canones dicunt, quando post Evangelij Lectionem incipiunt celebrari Sacra Mysteria. Tunc enim, clamante Diacono, iidem Cathechumeni mittebantur, i. e. dimittebantur foràs. Missa ergò Catechumenorum fiebat ante Actionem Sacramentorum. Missa Fidelium fit post Consecrationem & Participationem eorundem Sacramentorum. Guilielm. Durand. in Rationali Divinorum: Secunda Pars Missæ in Offertorio, sive in, Dominus Vobiscum incipit, quæ in quatuor subdividitur particulas: *Prima* dicitur *Secretella*; *Secunda Præfatio*; Tertia *Canon*; Quarta *Oratio Dominica* cum suâ Præfatione.

Potest etiam quicquid ab hoc loco usque in Finem Missæ dicitur, Secreta vocari: quæ Secreta in V. dividitur partes: *Prima* est ab Offertorio usque ad Perfectionem, & hoc specialiter dicitur Secreta; *Secunda* dicitur Præfatio, *Tertia* Canon, *Quarta* Oratio Dominica, *Quinta* est Embolismus. Vid. reliqua.

Missæ Nomen unde.

Missa tempore Sacrificii est, quando Catechumeni foras mittuntur, clamante Levitâ: Si quis Cathechumenus mansit, exeat foràs, & inde Missa, quia Sacramentis Altaris interesse non possunt, qui nondum regenerati noscuntur.

Missæ etiam

Missæ etiam dictæ videntur Orationes, quibus solennes illæ Cano-

Canonicarum horarum preces concludi & absolvi solent, quod iis recitatis præsentes mittantur, i. e. dimittantur.

dicuntur Orationes dimissoriæ.

In Regulâ S. Benedicti; Explicato Ordine, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Vespertinæ Synaxis & completorii tandem subjicitur: Et sint f. fiant Missæ, i. e. Orationes & Benedictiones, quibus præsens cœtus dimittitur. Non nulli autem quasvis Orationes, quas Collectas vulgò dicimus, Missas appellabant.

Sic Missam dixit ea ætas pro Missione. Unde Sacrificio id vocabulum accommodatum hâc occasione:

Catechumeni, qui & Auditores dicuntur, & audientes Tertulliano, in Templo manebant, donec Evangelium exposuisset Episcopus.

Tunc clamabat Levita: Catechumeni exeunto, vel: Si quis Catechumenus remansit, exeat.

Ab hâc itaque Catechumenorum dimissione vulgus appellationem Missæ Sacro attribuit.

Sic Consul Romanus Senatum mittebat, & in quibusdam Gentilium Sacrificiis Lictor clamitabat: Exesto Hostis, Victus, Mulier, Virgo, ceu prodit Festus. Hodie in fine Sacri Levita pronunciat: Ite, Missa est, i. e. Missio est, quod olim in initio dicebatur, antequam inciperentur videlicet ipsa mysteria. Hinc juxta Vulgi consuetudinem Ambrosius Missas facere dixit. A parte totum est nominatum. Nam propriè Missa erat tempore Sacrificii, quando Catechumeni foràs mittebantur. Ambrosius Epist. 33. Lib. 5.

§. CCCXLIX.

Post Lectiones atque Tractatum dimissis Catechumenis Symbolum aliquibus competentibus dabam Basilicæ. Illic nunciatum est mihi comperto, quod ad Portianam Basilicam, de Palatio Decanos misissent, & vela suspenderent, ego tamen mansi in munere, Missam facere cœpi. &c. B. Rhenanus in Epistolâ præfixâ Liturgiis Chrysost. Loquitur, inquit, de Missâ Fidelium, qui SS. Communionis Futuri participes in Templo remanebant. Nam in singulis Sacrificiis proclamante Diacono: qui primum Catechumenos, deinde Fideles ipsos dimittebat: Ite, Missa est. Ita Missæ vocabulum auribus populi insonuit & inhæsit, ut ab eâ solenni dimissione Liturgiam ipsam non aliter quàm Missam dictitare consueverit. Et vulgò quidem id temporis receptam Sacrificii nomenclaturam etiam

Ab eâ solenni Dimissione Liturgia ipsa Missa dicta est.

Ecc Docti

Missam, Sacramenta, Sacrificia facere, sūt Synonyma.

Docti coacti sunt usurpare, & tota posteritas. Sic autem Ambrosius dicit facere Missam, ut Auctores Sacramenta Facere, & Facere Sacrificium. Apud Gratianum quoque Gelasius Pontifex Rom. hoc loquendi modo utitur: Et Missas, inquit, eum facere, nullo modo permittat.

Polyd. Vergilii de Missa vocabulo sententia.

Polydorus Vergilius Lib. 5. cap. 11. Existimat vocabulum Missæ nostros Sacerdotes ex moribus institutisque priscorum esse mutuatas, sicut pleraque alia. Adducit Apuleji Testimonium, apud quem Γραμματεὺς in Sacris Isidis, peractis Sacris renuntiat sermone rituque Græciensi λαοῖς ἄφεσις, i. e. populis missio: quæ Verba Græci Latinique juxta usurpabant post cuncta celebrata mysteria, ut diceretur Missio populis, i. e. vel datur, vel est, ut tum demum omnibus abire fas esset. Idem igitur, inquit, mos à nostris etiam servatur, ut peractis Sacris per Diaconum pronuncietur: Ite, Missa est, quod idem est ac Ilicet, h. e. Ire licet. Et hæc meritò annotanda fuêre circa nomen.

Apolog. August. Confes. de Voce Missæ.

Quibus meritò subjungimus, quæ *Apologia Augustanæ Nostræ*, quam confitemur, *Confessionis de vocabulo Missæ annotavit*. Ita autem illa pag. m. 250. DE MISSA.

Initio hoc iterum præfandum est, nos non abolere missam, sed religiosè retinere ac defendere. Fiunt enim apud nos Missæ singulis diebus Dominicis, & aliis Festis, in quibus porrigitur Sacramentum his, qui uti volunt, postquam sunt explorati atque absoluti. Et servantur usitatæ ceremoniæ publicæ, ordo Lectionum, Orationum, Vestitûs, & alia similia. Adversarii longam declamationem habent, de usu Latinæ Linguæ in Missâ, in quâ suaviter ineptiunt, quomodo prosit Auditori indocto in Fide Ecclesiæ, Missam non intellectam audire, videlicet, fingunt ipsum opus audiendi Cultum esse, & prodesse, sine intellectu. Hæc nolumus odiosè exagitare, sed judicio Lectorum relinquimus. Nosque ideò commemoramus, ut obiter admoneamus, & apud nos retineri Latinas Lectiones, atque Orationes. Cùm autem Ceremoniæ debeant observari, tum ut discant homines Scripturam, tum ut Verbo admoniti concipiant Fidem, Timorem, atque ita orent etiam, nam hi sunt fines ceremoniarum: Latinam Linguam retinemus propter hos, qui latinè discunt atque intelligunt, & admiscemus Germanicas Cantiones, ut habeat

&

& populus, qvod discat, & qvo excitet Fidem & Timorem. Hic mos semper in Ecclesiis fuit. Nam etsi aliæ frequentius, aliæ rarius admiscuerunt Germanicas Ca tiones, tamen ferè ubique aliqvid canebat populus suâ linguâ. Illud verò nusqvam scriptum aut pictum est, hominibus prodesse opus audiendi Lectiones non intellectas, prodesse ceremonias, non qvia doceant, vel admoneant; sed ex opere operato, qvia fiant, qvia spectentur. Malè valeant istæ Pharisaicæ Opiniones. Et juvat omnino his addere, qvæ eadem *Apologia* habet pag. 169. 170. usqve ad pag. 176. DE VOCABULIS MISSÆ. Adversarii revocant nos etiam ad Grammaticam, sumunt argumenta ex appellationibus Missæ, qvæ non habent opus longâ Disputatione. Non enim seqvitur, Missam, etiamsi vocatur Sacrificium, opus esse ex opere operato gratiam conferens, aut applicatum pro aliis, mereri eis remissionem peccatorum, &c. Λειτουργία, inqviunt, significat sacrificium. Et Græci Missam appellant Liturgiam. Cur hîc omittunt appellationem veterem Synaxis? qvæ ostendit Missam olim fuisse multorum Communicationem. Sed dicamus de Liturgiâ. Ea vox non significat propriè, Sacrificium, sed potius publicum ministerium, & aptè qvadrat ad nostram sententiam, qvòd videlicet unus minister consecrans, reliqvo populo exhibet Corpus & Sanguinem Domini, sicut unus minister docens exhibet Evangelium Populo, sicut ait Paulus: Sic nos existimet Homo, tanqvam ministros Christi, & Dispensatores Sacramentorum Dei, h. e. Evangelii & Sacramentorum; & 2. Cor. 5: Propter causam Christi Legatione fungimur, tanqvam Deo per nos adhortante, rogamus Christi causâ, reconciliamini &c. Ita aptè qvadrat nomen λειτουργία ad Ministerium. Est enim Vetus Verbum, usurpatum in publicis ministeriis civilibus, ac significat Græcè onera publica, sicut tributum, sumtum instruendæ Classis, aut similia, ut testatur Oratio Demosthenis πρὸς Λεπτίνην, qvæ tota consumitur in Disputatione de publicis muneribus, & immunitatibus: Φήσει δὲ ἀναξίους τινὰς ἀνθρώπους εὑρημένους ἀτέλειαν ἐκδεδυκέναι τὰς λειτουργίας, i. e. dicet indignos qvosdam homines inventâ immunitate detrectare publica onera. Et sic Romanis temporibus locuti sunt, ut ostendit, rescriptum Pertinacis ff. de Jure immunitatis L. Semper. E. καὶ μὴ πασῶν λειτουργιῶν τοὺς πατέρας ὁ τῶν τέκνων ἀριθμὸς ἀνεῖται. Etsi non liberat parentes

§. CCCL.

Liturgia Vox excutitur.

tes omnibus oneribus publicis numerus natorum. Et Commentarius Demosthenis scribit, Λειτεργίαν genus esse tributorum, sumtus ludorum, sumtus instruendarum navium, curandi Gymnasii, & similium publicarum curationum. Et Paulus pro collatione usurpavit. 2. Cor. 9: Officium hujus collationis non solùm supplet ea, qvæ desunt Sanctis, sed etiam efficit, ut plures Deo ubertim agant gratias, &c. & Philippenses. 2. appellat Epaphroditum Λειτεργὸν, Ministrum necessitatis suæ, ubi certè non potest intelligi Sacrificulus. Sed nihil opus est pluribus testimoniis, cum exempla ubiqve obvia sint legentibus Græcos Scriptores, in qvibus Λειτεργία usurpatur pro publicis oneribus civilibus, s. ministeriis. Et propter Diphthongum Grammatici non deducunt à λιτὴ, qvod significat preces; sed à publicis bonis, qvæ vocant λεῖτα, ut sit λειτεργέω curo, tracto publica bona. Vide reliqva.

Græcus Canon etiam multa dicit de Oblatione, sed palam ostendit, se non loqvi propriè de Corpore & Sanguine Domini, sed de toto cultu, de precibus & Gratiarum Actionibus. Sic enim ait: Καὶ ποίησον ἡμᾶς ἀξίες γενέσθαι τῦ προσφέρειν σοι δεήσεις καὶ ἱκεσίας καὶ θυσίας ἀναιμάκτες, ὑπὲρ παντὸς λαῦ. Nihil offendit rectè intellectum. Orat enim nos dignos effici, ad offerendas preces, & supplicationes & hostias incruentas pro populo. Nam ipsas preces vocat hostias incruentas. Sicut & paulò post: Ἔτι προσφέρομέν σοι τὴν λογικὴν ταύτην, καὶ ἀναίμακτον λατρείαν. Offerimus, inqvit, hunc rationalem, & incruentum cultum. Ineptè enim exponunt, qvi hîc rationalem hostiam malunt interpretari & transferunt ad ipsum Corpus Christi, cùm Canon loqvatur de toto Cultu, & λογικὴ λατρεία à Paulo dicta sit, contra opus operatum, videlicet, de cultu mentis, de Timore, de Fide, de Invocatione, de Gratiarum Actione, &c. Qvod verò defendunt Adversarii nostri applicationem ceremoniæ pro liberandis animabus defunctorum, qvâ ex re qvæstum infinitum faciunt, nulla habent testimonia, nullum mandatum ex Scripturis. Neque verò est leve peccatum, tales cultûs sine mandato Dei, sine exemplo Scripturæ, in Ecclesiâ instituere, & Cœnam Domini institutam ad recordationem & prædicationem inter vivos, transferre ad mortuos. Hoc est abuti Nomine Dei contra secundum Præceptum. Primùm enim contumelia est Evangelii, sentire, qvòd Cere-

remonia ex opere operato; sine Fide sit Sacramentum reconcilians Deum, & Satisfaciens pro Peccatis. Horribilis Oratio est, tantundem tribuere operi Sacerdotis, qvantum morti Christi. Deinde peccatum & Mors non possunt vinci nisi fide in Christum, sicut Paulus docet: Justificati ex Fide pacem habemus, qvare non potest vinci pœna purgatorii, applicatione alieni operis. Vid. seq.

Sed redeamus ad Causam. Cùm Missa non sit Satisfactio, nec pro pœnâ, nec pro culpa, ex opere operato sine Fide. Seqvitur applicationem pro mortuis inutilem esse. Neqve hîc opus est longiore Disputatione. Constat enim, qvòd illæ applicationes pro mortuis nulla habeant ex Scripturis testimonia. Nec tutum est in Ecclesiâ cultûs instituere, sine Auctoritate Scripturæ. Et si qvando opus erit, prolixius de totâ re dicemus. Qvid enim nunc rixemur cum Adversariis, qvi neqve qvid Sacrificium, neqve qvid Sacramentum, neqve qvid Remissio Peccatorum, neqve qvid sit Fides, intelligunt? §. CCCLI.

Nec Græcus Canon applicat oblationem tanqvam satisfactionem pro mortuis, qvia applicat eam pariter beatis omnibus Patriarchis, Prophetis, Apostolis. Apparet igitur, Græcos tanqvam gratiarum actionem offerre, non applicare tanqvam Satisfactionem pro Pœnis. Qvanqvam etiam loqvuntur non de solâ oblatione Corporis & Sanguinis Domini, sed de reliqvis Missæ partibus, videlicet Orationibus & Gratiarum Actionibus. Nam post consecrationem precantur, ut sumentibus prosit, non loqvuntur de aliis. Deinde addunt: Ἔτι προσφέρομέν σοι τὴν λογικὴν ταύτην λατρείαν ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει ἀναπαυσαμένων προπατόρων, πατέρων, πατριαρχῶν, προφητῶν, ἀποστόλων, &c. At Λογικὴ Λατρεία non significat ipsam hostiam, sed orationes, & omnia, qvæ ibi geruntur. Qvòd verò allegant Adversarii Patres de oblatione pro mortuis, qvam nos non prohibemus, sed applicationem Cœnæ Domini pro mortuis, ex opere operato improbamus. Nec patrocinantur Adversariis veteres de opere operato; Et ut maximè Gregorii aut recentiorum testimonia habeant, nos opponimus clarissimas, & certissimas Scripturas. Et Patrum magna dissimilitudo est. Homines erant, & labi ac decipi poterant. Qvanqvam si nunc reviviscerent, ac viderent sua dicta præ-

texi luculentis illis mendaciis, quæ docent Adversarii de opere operato, longè aliter se ipsi interpretarentur.

Falsò etiam citant Adversarii contra nos damnationem Aërii, quem dicunt propterea damnatum esse, quòd negaverit in Missâ oblationem fieri pro vivis & mortuis. Sæpè hoc colore utuntur, allegant Veteres hæreses. & cum his falsò comparant nostram Causam, ut illâ collatione prægravent nos. Epiphanius testatur: Aërium sensisse, quòd Orationes pro mortuis sint inutiles. Id reprehendit. Neque nos Aërio patrocinamur, sed vobiscum litigamus, qui hæresin manifestè pugnantem cum Prophetis, Apostolis & S. Patribus scelestè defenditis, videlicet, quòd Missa ex opere operato justificet, quòd mereatur remissionem Culpæ & Pœnæ, etiam injustis, pro quibus applicatur, si non ponant obicem: Hos perniciosos errores improbamus, qui lædunt gloriam Passionis Christi, & penitus obruunt Doctrinam de Justitiâ Fidei. Similis fuit persuasio impiorum in Lege, quòd mererentur Remissionem peccatorum, non gratis, per Fidem, sed per Sacrificia ex opere operato. Itaque augebant illos cultûs & Sacrificia, instituebant cultum Baal in Israël, in Judâ etiam sacrificabant in Lucis. Quare Prophetæ damnatâ illâ persuasione, belligerantur non solùm cum cultoribus Baal, sed etiam cum aliis Sacerdotibus, qui Sacrificia à Deo ordinata cum illâ opinione impiâ faciebant. Verùm hæret in Mundo hæc persuasio, ut hærebit semper, quòd Cultus & Sacrificia sint Propiciationes. Non ferunt homines carnales, soli sacrificio Christi tribui hunc honorem, quòd sit propitiatio, quia Justitiam Fidei non intelligunt, sed parem honorem tribuunt reliquis cultibus & Sacrificiis. Sicut igitur in Judâ hæsit apud impios Pontifices falsa persuasio de Sacrificiis, sicut in Israël Baalitici Cultûs duraverunt, & tamen erat ibi Ecclesia Dei, quæ impios cultûs improbabat: Ita hæret in Regno Pontificio Cultus Baaliticus, h. e. abusus Missæ, quam applicant, ut per eam mereantur injustis Remissionem Culpæ & Pœnæ. Et videtur hic Baaliticus Cultus unà cum Regno Pontificio duraturus esse, donec veniet Christus ad judicandum, & Gloria Adventûs sui perdet Regnum Antichristi. Interim omnes, qui verè credunt Evangelio, debent improbare illos impios cultûs

exco-

excogitatos contra mandatum Dei, ad obscurandam Gloriam Christi, & Justitiam Fidei.

Hæc de Missâ breviter diximus, ut omnes boni Viri ubique gentium intelligere queant, nos summo studio dignitatem Missæ tueri, & verum usum ostendere, & justissimas habere causas, quare ab Adversariis dissentiamus. Ac volumus admonitos esse omnes bonos viros, ne adjuvent adversarios defendentes prophanationem Missæ, ne gravent se Societate alieni peccati, Magna Causa, Magna res est, nec inferior illo negotio Eliæ Prophetæ, qui cultum Baal improbabat. Nos modestissimè causam tantam proposuimus, & nunc sine contumeliâ respondimus. Quòd si commoverint nos Adversarii, ut omnia Genera abusuum Missæ colligamus, non tam clementer erit agenda Causa.

Sectio II.

§. CCCLII. Sectio II. Judicium de variis Ceremoniis Liturgiarum.

Quandoquidem Græci tàm multas Ceremonias & tot ritûs in Liturgiâ suâ observant, quæritur, *Quid judicandum sit de illâ Multitudine Ceremoniarum & Cantionum?* Respondeo breviter: Primò CHRISTI institutionem, quæ nobis exemplo semper esse debet, tot ceremonias nobis minimè ostendere.

Juvat omninò hîc adscribere, quæ de prolixo ordine Missæ Romanæ habet G. Cassander, ex quibus & de Græcorum multis ceremoniis judicium fieri poterit: Verba ejus Cap. XVIII. pag. 37-38. ita habent:

Missæ quomodo initio apud Romanos celebrari solerent, quomodo paulatim accessio facta sit.

Quomodo paulatim à simplicitate Apostolicâ, & Primitivæ Ecclesiæ in celebratione Cœnæ discessum est.

Ration: Divinorum Lib. 4. cap. 1. In primordio nascentis Ecclesiæ Missa aliter dicebatur, quàm modò. &c.

Sequenti verò tempore Epistolâ tantùm & Evangelio recitatis Missa celebrabatur.

Subsequenter Celestinus Papa Introitum ad Missam cantari instituit.

Cætera

Cætera diversis temporibus ab aliis Papis, & à Gelasio, Celestino, Gregorio, diversis temporibus leguntur adjecta.

Rupertus Lib. 2. cap. 21: Olim non tanto exterioris decoris apparatu Missarum Solemnia celebrabantur; nec ab uno quolibet hæc omnis religiosi obsequii gloria consummata & perpolita est. Et sicut traditum, per Mosen à Domino sacrificii Veteris Ordinem præcipuè David & Salomon Sacerdotum & Levitarum Ministerio, cantorum multiplici numero, Psalmorum divinorum tripudio, templi vel altaris illustri Gloriâ, Sacrorumque multitudine vasorum splendidius amplificaverunt: Sic traditum à Domino mirabilem novi Sacrificii ritum per primos Apostolos Sancta Romana Ecclesia suscipiens, religiosâ Fide amplexata, fideli cura consecravit, diligenti apparatu exornavit. &c.

Non quidem sanctius hinc est, quàm erat prius, quando ad sola Verba Domini, solamque Dominicam orationem consecrabatur: sed maximè decuit, ut Fides, quæ adhuc erat illo tempore rudis, &, ut ait quidam tam doctus, quàm fidelis; Prudentius in Psychomachiâ:

- - - - - - Agrestis, turbida cultu,
Nuda humeros, intonsa comas, exerta lacertos.

Ubi ornari potuit, maximè in hâc parte tanquam in capite suo deauraretur. &c.

Ergo nos Lutherani vetustissimũ Apostolicũ morem observamus.

Walafridus Strabo de rebus Ecclesiasticis cap. 22. Quod nunc agimus, multiplici Orationum, Lectionum, Cantilenarum & Consecrationum officio, totum hoc Apostoli, & post ipsos proximi (ut creditur) orationibus & commemoratione Passionis Dominicæ, sicut ipse præcepit, agebant simpliciter. Unde circa Domos, secundum superius commemorata Testimonia, frangebant panem. Quod etiam alia Sententia Lucas declarat, dicens: Unâ autem Sabbathi, cùm convenissemus, ad frangendum panem, & reliqua. Et relatio Majorum est, ita primis temporibus Missas fieri solitas, sicut modò in Parasceve Paschæ (in quo die apud Rom. Missæ non peraguntur) communicationem facere solemus, i. e. præmissâ oratione Dominicâ, & sicut ipse Dominus noster præcepit, commemoratione Passionis ejus adhibitâ, eos Corpori Dominico communicasse & Sanguini, quos ratio permittebat.

Petrus

Petrus Cirvelius Doracensis in Expositione Libr. Missalis in Academiâ Complutensi, in Epist. Nuncupatoriâ.

Tempore Damasi Papæ Hispani, h. e. circa annos Domini, CD, præter Secretum Missæ Canonem solum Evangelium publicè legebatur in Templo Dei Fideli populo, quasi Sermo quidam præparatorius ante Eucharistiæ consecrationem & sumptionem.

Legimus circa Annos Christianæ Salutis, D, ferè jam institutas Epistolas in Officio Missali. &c.

Sic paulatim ventum est usque ad Pontificatum Sanctissimi Gregorii, qui circa Annum Domini DC Officiorum Missalium intelligentiam calluit. Quare ad majorem Ecclesiæ decorem, Introitum, Graduale, Offertorium, & alios Chori eidem Officio superaddidit.

Idem in Proœmio: Urgentibus Ecclesiam persecutionibus infidelium, Eucharistiæ Sacrificium, quod in Missâ conficitur, agebatur à Fidelibus valdè simpliciter, & sine pompâ alicujus solennitatis, quia offerebatur à Sacerdotibus Christi occultè in domibus privatis. Ideò nunc Missæ Officium erat satis breve. Nam Apostoli super verba Consecrationis Panis & Vini à Christo accepta solam Orationem Dominicam, i. e. PATER NOSTER apposuerunt, & statim communicabant, i. e. Eucharistiam assumebant, & aliis ministrabant.

Deinde Romani Pontifices, Petri Successores paulatim successu temporis addentes etiam devotas Orationes, totius Missæ Canonem secretum in trecentis ferè primis Annis Ecclesiæ perfecerunt.

Sect. III.

§. CCCLII. III. Quid judicandum de Liturgiis ipsis?

Qvid judicandum de Liturgiis ipsis? Proferam hîc Judicium Theologi Rostochiensis *Davidis Chytræi* ex Oratione de Statu Ecclesiarum hoc tempore in Græciâ, quod p. 16. ita sonat:

Judiciū D. Chytræi.

Etsi enim, de Veteris & purioris Ecclesiæ Doctrinâ & Ritibus, aliquantò plus reliquum apud Græcos mansit, ut ex Liturgiis ipsorum, & narrationibus hominum Fide dignorum apparet, nec Missas

ſas privatas abſque communicantibus ab eis celebrari ſolere, nec ullam in eorum Canone, Sacrificii Corporis & Sanguinis Chriſti pro Redemtione Vivorum & Mortuorum oblati, mentionem fieri: Sed λογικὴν λατρείαν, preces, Gratiarum Actiones, Laudes Dei & Eleemoſynas in uſum pauperum præcipuè offerri; ut verba Canonis ſonant: Τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν σοὶ προσφέρομεν, καὶ ἐν πᾶσί σε δοξάζομεν, σε εὐλογοῦμεν, σοὶ εὐχαριστοῦμεν, καὶ ἱκετεύομέν σε κύριε ἡμῶν: Præterea integrum Sacramentum, ſ. utramque Speciem diſtribui populo etiam, & maritos à Sacerdotio non arceri &c. tamen alioquin omnia non minus, quàm apud Pontificios ſuperſtitionum plena eſſe intelligo.

Baſilii Canon tanquā purior deſcribitur.

Et pag. 20. 21. Intelligo, ſcribit porrò Chytræus, & opiniones de Applicatione Sacrificii Miſſæ pro vivis & defunctis alicubi inolevisſe, & pecuniâ Miſſas emi, ac Baſilii Liturgiam duobus aureis; Chryſoſtomi verò paucis denariis redimi. Multò autem purior & ſplendidior cæteris eſt Baſilii Canon, illuſtri Oratione pro omnibus beneficiis, inde uſqve ab Exordio Mundi Eccleſiæ collatis, ac in primis pro Redemtione Generis Humani, per Filium Dei pro nobis natum, pasſum, mortuum, & reſuſcitatum facta, gratias Deo agens, & verba Inſtitutionis Cœnæ, qvam Ἀνάμνησιν ſuorum beneficiorum eſſe voluit, recitans; & propoſitis muneribus Panis & Vini à populo oblatis, petens, ut hæc Ἀντίτυπα Corporis & Sanguinis Chriſti à Deo conſecrentur, ac ut participantes dignè accipiant, & miſericordiam ac gratiam coram Deo in cœtu omnium Sanctorum Patrum, Prophetarum, Apoſtolorum, Mariæ Virginis, Johannis Baptiſtæ, &c. inveniant. Deinde Sacrificium Precum offerens, pro Eccleſiâ Catholicâ, pro iis, qvi obtulerunt Eleemoſynas, pro Imperatore, pro omni Populo, pro Republ. pro Archiepiſcopo, pro omnibus Eccleſiæ Miniſtris, pro fœcundis tempeſtatibus, pro extirpatione Hæreſium & Schiſmatum, deniqve ut omnes, uno corde & ore, Deum Patrem, Filium & Spiritum S. in omni æternitate celebrent. Hâc ſolenni precatione finitâ, & præmiſſis Litaniis ac Precatione Dominicâ, omnes communicant, & dum reliqvi Panes ac Eleemoſynæ à populo oblatæ in Sacrarium deferuntur, gratias Deo ſolennibus verbis Diaconus & populus agunt. Nec ulla omninò offerendi in hâc Liturgiâ Corporis & Sanguinis CHRISTI, multò minus redimendi hoc

Nulla in Canone Baſilii mentio oblationis Corpo-

opere

opere Vivos & Mortuos, aut pro aliis applicandi, mentio fit.

riis & Sanguinis Christi pro Vivis & Mortuis.

Chrysostomi verò Liturgiæ, etsi crebriùs oblationis meminerunt: tamen non de Propitiatorio, aut Ceremoniali Corporis ac Sanguinis Christi, sed de Eucharistico precum & laudum ac eleemosynarum Sacrificio præcipuè loqvuntur: Offerimus tibi rationalem hunc & incruentum cultum, & invocamus, & supplicamus, & offerimus tibi pro Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Evangelistis, pro Virgine Mariâ προσφέρομέν σοι τὴν λογικὴν λατρείαν pro orbe terrarum, pro S. Ecclesiâ, pro nostris Regibus & Exercitu illorum &c. sicut Tertullianus ad Scapulam inqvit: Sacrificamus pro salute Imperatoris, Deo nostro & ipsius, qvomodo præcipit Deus, purâ prece.

Chrysostomi Liturgia vocat oblationis non Propitiatorii; sed Eucharisticũ intelligũt sacrificium.

Extant autem aliqvot formæ Missarum Chrysostomi dissimiles: Græca ab Erasmo conversa: & alia ante Annos CD, Constantinopoli sub Emanuële Comneno, Cali Johannis Filio Imp. à Leone Tusco divulgata, qvæ in Canone, λογικὴν λατρείαν, pro fideliter dormientibus, pro Patribus & Avis nostris intervenientibus Patriarchis, Prophetis, & omnibus Sanctis offert, & Precationibus, alicubi nomen Chrysostomi additum habet. Unde & cætera non omnia eidem Authori adscribenda esse facile aliqvis ratiocinetur. Dissentit etiam ab his Formis ea, qvam Ambrosius Pelargus convertit, qvi aliam adhuc in Bibliothecâ Pontificiâ, ab omnibus his discrepantem, extare testatur. Qvæ varietas Liturgiarum, falsò eas Chrysostomo tribui, & haud dubiè ejus ætate multò puriorem ac sinceriorem adhuc Liturgiæ Formam fuisse, manifestè demonstrat. Nam & Dionysius, qvem Areopagiten vocant, qvemqve non multis annis Chrysostomi ætatem antecessisse, Erasmus etiam conjectat, cùm diligentissimè omnes suo tempore ritûs in Ecclesiâ usitatos recitet, nullam prorsus Oblationis aut Sacrificii pro mortuis mentionem facit. Recentiores etiam Formæ, etiamsi mortuorum animas in reqvie & luce vultûs Divini collocari petant; tamen oblationem pro animabus ex igne purgatorio liberandis nullam faciunt. Et qvanqvam tria loca discedentium ex hâc vitâ Græci discernunt: Eorum enim, qvi piè vixerunt, & in Domino mortui sunt, animas beatas rectà in cœlum transferri: Impiorum verò, qvi sine pœnitentiâ obierunt, rectà ad

Vide supra, ubi de Variis Liturgiis, nominatim de eâ, quam Staliger misit, egimus.

Græci, etiãsi tria loca discedentiũ ex hâc vitâ statuant, Purgatoriũ tamẽ

non credunt. Notetur hoc contr. Alex. Roß Angl. in Libr. de Cultu Divi- §.CCCLIV. no in toto mundo frequentato Delin. 4. p. m. 644. in Versione Belgicâ.

ad Infernum detrudi docent. Eos autem, qvi in fine vitæ primùm ad Deum conversi sunt, alio in loco, mediâ conditione inter beatos & damnatos, collocant: unde eos Eleemosynis & Precationibus vivorum liberari sentiunt: tamen hunc locum Ignem Purgatorium non appellant. Hæc ille.

Scripseram hæc ex oratione celeberrimi olim Rostochiensis Theologi & Polyhistoris Dn. D. Davidis Chytræi, Evolvens postea Leonis Allatii de Eccles. Occident. & Orient. Perpetuâ Consensione, offendo Chytræum nostrum cap. XV. lib. III. indignis modis propter illam orationem exagitari; præprimis etiam propter hæc, qvæ modo recitavimus, verba, de Communione sub unâ &c. qvod etiam aliis observatum est, qvi me etiam monuerunt, ut in repetitâ editione Christophori Angeli, famam D Chytræi tueri non intermitterem. Id dum facere molior, mittit mihi Præ-Cl. *Dn. D. Elias Vejelius*, Amicus & Frater in Christo mihi pl. honorandus, *Defensionem suam Exercitationis Historico-Theologicæ de Ecclesiâ Græcanicâ Hodiernâ*, in qvâ Chytræi famam contra φλυαρίας Allatii egregiè assertam deprehendo. Cujus verba meritò è pag. 147. 148. hic insero:

Chytræus contra φλυαρίας Allatii defenditur.

Facit argumenti affinitas, inqvit, ut de Missis solitariis, harumqve occasione de instituto B. Chytræi aliqvid disputemus. Cap. 15. lib. 3. operis de perpetuo dissensu destinavit Allatius Chytræo, in qvem immani flagrans odio, multumqve atræ bilis effundens, στηλιτευτικῷ λόγῳ hæc & alia effutit: *Finem scribendi feceram; cùm ecce mihi offertur oratio D. Chytræi, de statu Ecclesiarum suo tempore in Græciâ, Asiâ, Africâ, &c. in quâ Lutheranus pessimus, miro astu, & putidissimis mendaciis, Lutheranas hæreses ubiqve dominari, & literis nonnullorum Orientalium, post orationem appensis, Græcos in Confessionem Lutheranorum, qvibus illi in Germaniam scribunt, concessisse, persvadere simplicioribus conatur. Hominis imposturas atque mendacia doctè admodum refutavit Nicol. Milonius Theologus Germanus, (est hic, ut postea patuit, Ant. Possevinus) sed cùm nostri negotii sit, malè ab æmulis illi Ecclesiæ appicta convellere, ex illius Ecclesiæ intimis, qvid illis cum hæreticis, qvid cum Ecclesiâ Romanâ commune sit, aspiciamus.* Animum & stylum Allatii, lector, statim agnoscis, nimirum ferocem illum, protervum, & haud rarò ex insano erga curiam Roman. zelo furiosum & bacchantem. Unde amabo habes, Chytræum esse Lutheranum pessimum? ii, qvi ipsum

ipsum olim noverunt, vel scripta ipsius legerunt, omnes pronunciant, fuisse virum ingenii mitissimi, qvod vel sola hujus orationis adversus imposturas A. Possevini defensio te docere posset, dum proterviam sermonis Posseviniani, & à Christianâ mansvetudine alienissimam conviciorum scurrilitatem, de qvâ tantummodò p.5.& 7.conqveritur, ita suffert, ut Lojolitam istum nullibi acerbiùs excipiat. Fuit iste D. Chytræus Svevus patriâ, Regibus Principibus, Magnatibus aliis, viris dignitate & doctrinâ eminentibus, ipsiq; etiam gloriosiss. Imperat. Maximiliano II. gratissimus, ut epistolæ ipsius editæ testantur. unde etiam factum, ut ex Rostochiensi usqve Academiâ laudatissimus Cæsar ipsum evocârit ad ordinandas Ecclesias Evangel. in Austriâ, in qvo negotio non solùm proceribus Austriæ, sed ipsi qvoqve sacratiss. Imperatori suam fidem & pietatem ita probavit, ut non tantùm Cæsar cum eo coràm de variis rebus fuerit collocutus, sed literis qvoqve systaticis *eum Ducibus suis Megapolitanis commendârit, affirmâ, itq;, omnia sibi valde probari qvæ Chytræus divinâ auxiliante gratia in Austria perfecisset.* Et licet propter hanc ipsam orationem postmodum à Legato Pontif. Polonico apud Imperatorem accusatus fuisset, qvasi in illâ S.C. M. Lutheranismi insimulasset, suâ tamen epistolicâ purgatione id effecit, ut post aliqvot annos ad constituendas juxta normam Augus. Confess. Ecclesias in Stiriam qvoqve vocatus, iterumqve in Austriam intromissus fuerit, ad Ecclesiarum contra Pontif. molitiones ordinationem, qvæ & complura alia reperias in or. funebri, itemq; in VolumineEpp satis grandi. Quem autem viri summates, etiam Pontificii, pro Viro Bono habuerunt, hunc Allat. ex invidiâ pessimum reddere neqvit. Quem verò mihi dicis mirum astum, quæ putidissima mendacia, quibus simpliciores decipere conatus fuerit Chytræus? Omnium hominum jure me vocaveris pessimum, nisi probavero, te putidissimis mendaciis famam Chytræi subvertere voluisse. Ostende sodes, ubi Chytræus dixerit, Lutheranam doctrinam ubique dominari? ubi apex, Græcos in Confess. Lutheranor. concessisse? projectè nimis impudens & mendax es, dum tàm audacter hæc affirmas. Meminit Chytræus sub initium suæ orationis, se hæc partim coràm cognovisse, partim ex hominum fide dignorum, nobilium & eruditorum αὐτοπτῶν & oculatorum testium sermonibus, Viennæ & alibi

didicisse. Wenceslaus Budovvirzius Magister Aulæ Legati Cæsarei apud Turcam ad Chytræum scribit: *Hodiernus Græciæ status certè est per omnia talis, qualem tu esse scribis, nisi quis in minutulis illis & mutabilibus ceremoniis inquirendis curiosior esse velit, quod etiam nonnulli sine omni fructu & ineptè faciunt.* Mendaciorum igitur fontes, si qui essent, redundarent in nobiles & ministros Cæsareos αὐτόπτας.

§. CCCLV. Hæc cùm ita sint, rectè scripsi in exercitatione, Chytræum ab Allatio præter meritum & institutum tàm acerbè tractatum esse. De meritis audivimus; nunc de instituto & mente. Voluitne dominatum Lutheranæ Religionis simplicioribus in oratione illâ persuadere? nihil minus cogitavit. Ipsa pro se loquatur innocentia. *Mihi quidem in tantis vitæ humanæ & religionum confusionibus, & in tantâ multitudine & potentiâ hostium Christi, & tristissimis dilacerationibus eorum cœtuum, qui de nomine Christi gloriantur, pergrata & dulcis etiam consolatio fuit: Ecclesiam Christi, agnoscentem & colentem verum Deum æternum, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, non solùm conservari in mundo omnibus temporibus & locis, nec exiguis hisce & angustissimis Europæ finibus tantùm contineri; sed & in mediâ Turciâ, in Græciâ, Asiâ, Armeniâ, Iberiâ & Intimæ Africæ regnis latissimis, publico Evangelii Christi & Sacramentorum ministerio colligi & propagari.. Initio autem æterno Deo Conditori & custodi Ecclesiæ suæ, toto pectore gratias ago, quod immensâ bonitate & misericordiâ, Ecclesiam sibi æternam publicâ Evangelii voce ex genere humano, passim toto orbe terrarum colligit & conservat.* Hoc igitur Chytræo in oratione istâ, Rostochii habitâ, fuit propositum, ut ostendat, Deum ubique terrarum habere aliquam adhuc Ecclesiam, etiamsi non omninò incontaminatam: & ne quis calumniari posset, ipsum eo hanc confecisse orationem animo, quem Allatius eidem tribuit, apertè proclamat: *Etsi enim de veteris & purioris Ecclesiæ doctrinâ & ritibus aliquanto plus reliquum apud Græcos mansit, tamen alioquin omnia non minus quàm apud Pontificios superstitionum plena esse intelligo.* Sed sistamus ipsummet Chytræum de consilio suo contra Possevini imposturas causam suam apud Regem Sueciæ &c. perorantem: *Singulari cum voluptate & lætitiâ, quod antea mihi & multis in hac Germaniæ parte aliis ignotum erat, (ex narrationibus istis) didici, non libros solùm Sacræ Scripturæ, & Evangelii Christi, in templis Christianorum in Græcia publicè haberi & legi, & ritus à majoribus acceptos*

ptos servari; verùm etiam ordinem & gradus Episcoporum & Patriarcharum veteres , totamq́, politiam & jurisdictionem Ecclesiasticam, à Turcico Imperatore tolerari & defendi, ac si non puriorem, certè non minùs Christianam, quàm in Pontificis Romanâ Ecclesiâ, Religionem, in Græciâ, sub Turcarum tyrannide reliquam esse. Hæc ; domum in Scholam ad Chronici lectionem revertens, auditoribus nostris, non ut Lutheranam doctrinam adstruerem, aut Pontificias aliarumve sectarum opiniones refellerem, & illic vel alibi dominari ostenderem, sed velut simplicem & nudam præsentis status Ecclesiarum Græciæ & aliarum gentium historiam, nihil falsi fingens, nec quidquam in hujus vel illius gratiam reticens, simplici ac bonâ fide recitavi, μόνῃ τῇ ἀληθείῃ θύων, solam veritatem cum audientium utilitate & oblectatione habens propositam, nec quicquam suspicans, quàm post 15 (50. ferè) annos primum me publicè ὑπεύθυνον fore. Sui igitur interpres optimus Chytræus clarè satis scopum suum descripsit, nullas quoque imposturas & mendacia commisit, uti mentiuntur Possevinus & Allat. quod ipse eruditè admodum ostendit in detectione imposturarum Possevini, quem dum earundem convicit, eâdem operâ Allatium quoque refutavit: qui sua ex Possevino desumpsit, licet de suo plurima addiderit. Sine dubio illa defensio seorsim primò prodiit, verum editio, quâ nos usi sumus reperitur in Tom. 5. Doctrinæ Jesuiticæ Rupellæ impresso. Hinc potest Allatius, si stipes, si stultus, si delirus non omninò est (sua ipsi verba, quibus Chytræum ornat, reddo) intelligere, quàm insipidè hanc controversiam non modò auspicatus fuerit, sed etiam pari insulsitate finiverit, quando ex Chytræo refert, Græcos bonam religionis partem in horarum canonicarum recitatione , Mariæ, imaginum adoratione &c. collocare, hoc apposito *f*. 43. epiphonemate: *Quare ut verum fatear, expugnavit me Chytræus; palmarium habeat, triumphet, coronetur. Sed quid hoc tandem ad hæresin Lutheranam? Id est Græcos non cum hæreticis, sed cum Romanâ Ecclesiâ concordare. Et nota, mi Lector, qui suppetias sibi ac suis à Græcis conquisitum ierat, & jam se habere insolenter jactabat, solum destitutumq́, supellectili omni, atque illusum, inter amentes collocari, & fungos putridos. Nibil enim sapuit vel sensit.* Ecce tibi Senem delirum! Dixitne Chytræus se Allatium nondum fortassis tùm natum expugnaturum? an aliquis Lutheranorum hoc de oratione Chytræanâ dixit? Habet jam palmam & coro-

coronam suam in cœtu triumphantium, quam ipsi nullus Sophista & calumniator adimet. Illa suppetiarum ab Ecclesiâ Græcanicâ petitio, illa insolens & tantùm non insana jactatio, neminem magis ferit, quàm Allatium; non sanè Chytræum, qui Possevino pari modo insultanti, deque Consensu Græcorum ratione Idololatriæ & justitiariæ fiduciæ triumphanti & quærenti: *Ecquid hæc ad Lutheranismi comprobationem faciunt?* *Respondit*: *Nunquam mihi ne per febrim quidem somnianti, in mentem venit, quod Possevinus in hâc or. propositum mihi fuisse fingit, ut persuaderem imperitis, Græcorum religionem cum Lutheranâ prorsus convenire, aut ut præsidia & firmamenta nostræ doctrinæ à recentibus Græcis peterem: aut Græcos in Lutheranam confessionem, vel aliorum, qui ex Germaniâ eam Patriarchæ Græcorum miserant, concessisse: simplicem & nudam historiæ commemorationem, & formam Ecclesiarum Græcarum præsentem, sive nostris, sive Pontificiis, sive aliarum gentium Christianarum institutis congrueret, adumbrare auditoribus volui. Confirmationem verò & comprobationem nostræ doctrinæ, non à recentibus Græcis aut Latinis, non Possevinis vel Myloniis, sed ex summi Doctoris & Servatoris nostri Jesu Christi, & Apostolorum ipsius scriptis oraculis petimus, & primæ ac sincerioris Ecclesiæ, Apostolorum temporibus vicinæ, testimonia adjungimus. Non igitur meæ orationis propositum seu scopum, quem subdolè & sycophanticè transponit & pervertit; sed larvam à se confictam Possevinus (Allatius) oppugnat, & toties in singulis paginis iterat, asseverat, inculcat, quasi quod per se falsum est, crebrò asseverando verum fiat, ac mendacium esse desinat, si constanter idem ac subinde mentiaris.* Sed quia Possevinum doctè admodum dicis refutasse imposturas & mendacia Chytræi; agedum dispiciamus! annon impostor & mendax sit in summo gradu tuus Possevinus, nobilis Gesneri exscriptor & plagiarius. Primum mendacium est, quod se vocavit Nicolaum Mylonium, qui vocari debuisset Ant. Possevinus. Secundum mendacium, dum se nominat Theologum Germanum, qui fuit Italus. Tertium mendacium habet in Dedic. imposturarum suarum ad Seren. Regem Suecorum Johannem III. ubi ori vel calamo aliorum mendaci os quoque & pennam mendacem commodans, memorat: *Quæ dum curantur, ecce affertur nuncius, Chytræum non ita multos post ipsas ab eodem* (nec in præced. nec in seqq. verbis meminit, à quo, unde quis novum mendacium subesse suspi-

§.CCCLVI.

ſuſpicari poſſit) *literas acceptas, vel diem extremum obiiſſe, vel certè in inſaniam verſum, ac mente captum fuiſſe: Deo ſanè miſericordiſſimo, ſed & ipſo juſtiſſimo, nolente non juſtificari, qui eo quoque noviſſimo quaſi tempore Chytræum ad ſe (ni renuiſſet) revocare ſategerat.* Hoc ſcripſit & edidit Poſſevinus An. 1583. quo ipſo adhuc anno Idibus Julii reſponſionem ſuam ad Regem dedit, & 17. adhuc annos ſupervixit Chytræus, ô mendax os, ô caput inſanum, & mente captum Lojolitam! Sic olim ſæpe mentiti fuerunt Papæi, Lutherum dirâ morte obiiſſe, quin à Diabolo abreptum eſſe, quæ mendacia Vir Dei ipſemet audivit, legit, refutavit. Talia mendacia etiam ſunt, quæ idem Poſſevinus, Allatio propterea approbatus, Regi Poloniæ narravit de Republ. Genevenſium, Edurino Santi refutata c. 27. de ſtatu & conditione Religion. Quartum mendacium, quando idem Poſſev. reſponſiones ad Nobiliſſimi Viri Septentrionalis, ut habet editio Ingolſtad. interrogationes, qui de ſalutis æternæ comparandæ ratione, ac de verâ Eccleſiâ cupiebat inſtitui, & quas ipſe in dedic. libri contra Chytræum, ubi ſe præſtantem virum vocat, viro cuidam Septentrionali, non verò vel Daniæ vel Sueciæ Regi, inſcriptas eſſe atteſtatur, quando, inquam, has ipſas reſponſiones, l. 6. ſuæ Bibliothecæ ſelectæ ſub hoc inſeruit titulo: *Reſponſiones ad Regis Septentrionalis interrogationes, qui de ſalutis æterna comparandæ ratione, ac de verâ Eccleſiâ cupiebat inſtitui:* cumque in edit. Ingolſtad. quæ in ſtaturâ duodecimâ prodiit, interrogatione 14. diceret; *audi verò B. Auguſtinum.* in editione, quæ in Bibliothecâ ſelectâ extat, ait: *Audi verò, ô Rex, B. Auguſtinum &c.* quis hic non videat impoſturam Jeſuitæ, ſimpliciores nomine regio decipientis. Poteſt quidem cœna Domini vocari ἁγία προσφορά, quintum tamen eſt mendacium, quod Apoſtoli in Actis ita vocarint, quod Poſſevinus in detect. impoſt 3. audacter aſſerit. Sextum mendacium ſe prodit, quando detect. impoſt. 5. inquit Socratis hiſtoriam à Gregorio M. l. 6. ep. 31. tanquam mendacem reprobatam eſſe: nam Gregorius Sozomeni tantùm facit mentionem, non item Socratis. Mitto alias impoſturas & mendacia maledicentiſſimi ſocii, per citationes ſcriptorum ſuppoſititiorum aliorumque auctorum, in exiguo libello admiſſa. Habe igitur nunc tibi tuum Poſſevinum, teſtem aliàs contra te, non item contra me idoneum, qui dudum illuſus & illaudatus inter a-

mentes cum libello suo collocatus est & fungos putridos, nihil enim vel sapuit vel sensit, idemque fatum olim opus Allatianum manebit. Verum ad Missas privatas. Primum refutationis tuæ caput est, *falsò scripsisse Chytræum, Græcos missas absque communicantibus non celebrare.* Possevinus non audet hoc prorsus negare, sed cum crambe priore de patrocinio Græcor. resp. *non omnes tamen Græcos hoc facere, scil. in Corcyra, Creta, Chio, Mitylenis, Calabria sive magna Græcia, Pera, quæ propè Byzantium est, Sicilia.* Chytræus contrà: *Atqui non de Italiæ regione, quam ante Christi nati tempora magnam Græciam nominârunt: non de Sicilia, nunc Hispaniæ Regi: aut insulis paucis Venetæ aut Genuensi Reipublicæ subditis, vel alioquin Rom. Pontificis Imperium Ecclesiasticum agnoscentibus, sed de interiori & vera Græcia, Turcico Imperatori hoc tempore parente, & Byzantini Patriarchæ inspectioni subjecta, me locutum esse intelligit.* In sequentibus postmodum, tùm ex Pontificiis, Jo. Hoffmeistero, Erasmo, Cassandro, tùm ex antiquitate diligenter ostendit, missas solitarias primitivæ Ecclesiæ fuisse incognitas, quod etiam ipse concedit Allatius P. C. p. 1581. p. verò 1183. fatetur, *consuetudinem quidem illam, qua populus quotidie Eucharisticum cibum sumebat, in desuetudinem abiisse, Sacerdotes tamen & Clericos Græcorum Liturgiam celebrantes, simul communicare, & omnes ferè Græcorum missas esse solemnes, & non privatas,* pag. 1585. 1685. 1251. Jerem. quoque Patriarcha p. 130. seq. missas privatas quæstûs gratiâ institutas reprobat; In quas profectò convenit illud, quod de Missa siccâ censet Allatius: *Missa sicca est, ut tradit Eckius in annot. ad lib. oblatum Cæsari art. 21. Missæ simulatio, Sacerdote agente, quæ sunt celebrantis, cum Introitu, collectâ, epistola, Evangelio & canticis: tamen, quia non vult communicare, non consecrat: ac proinde verè Missa sicca est, sine corpore & sanguine Domini, & à plerisq; Theologis, Estio, Eckio, Landmetero, & Episcopis Belgis, tanquam recens, & non ante tempora Guidonis Rocheriani, auctoris Manipuli Curatorum, simulata & histrionica, condemnatur, conferturq́; cum cœnis Heliogabali, in quibus exhibebantur videnda de diversâ materiâ, quæ ille cœnabat: suos nihilominus & ipsa habuit defensores.* §. 10. Diss. de Præsanctif. Pari modo plebi in missis solitariis exhibentur videnda, quæ sacrificulus absumit, quin ipsa cœna Papistica sub unâ, verè est Missa sicca, salutari quippe potu privata. Sed postquam Chytræum

um ex mandato Refutatoris satis defendi, in viam me recipio.

Idem Doct. Vejelius iterum pag. 176, 177, 178. Obiter hic notamus fraudem Allatii contra Chytræum disputantis: dixerat optimus vir. pag. 14. *ex narrationibus hominum fide dignorum constare, nec missas privatas absque communicantibus ab eis celebrari solere, nec ullum in eorum canone sacrificii corporis & sanguinis Christi pro redemptione vivorum & mortuorum oblati, mentionem fieri.* Mox tamen aliam subjungit narrationem, dicens: *Intelligo & opiniones de applicatione sacrificii missæ pro vivis & defunctis alicubi inolevisse, & pecunia missas emi, ac Basilii Liturgiam duobus aureis, Chrysostomi verò paucis denariis redimi.* Deniqve ait: *Recentiores etiam Missarum formæ, etsi mortuorum animas in reqvie & luce vultûs divini collocari petunt, tamen oblationem pro animabus, ex igne purgatorio liberandis, nullam faciunt.* Fraus ergò est, dum hæc tantùm verba Chytræi citat: *Pro mortuis non offerri sacrificium, nec eorum fieri mentionem,* additâ solemni formulâ, *falsum est.* Chytræus non simpliciter dixit, mortuorum nullam fieri mentionem, sed in Canone non fieri mentionem sacrificii corporis & sanguinis Christi, pro Redemptione vivorum & mortuorum oblati. Cur hæc verba tàm malignè prætermittis? Ego, si simile qvid facerem, non dubito acclamares, hoc sycophantarum est. Cur omittis verba Chytræi, oblationem saltem pro animabus ex igne purgatorio liberandis fieri negantis? Non igitur ait, nullam fieri mentionem corporis & sanguinis Christi, nullam oblationis, nullam mortuorum mentionem, sed hæc omnia non fieri pro Redemptione animarum in purgatorio captivarum. Et tamen ex vesaniâ mentis, inqvis, *vesanum istum virum in tantum desipere, ut qvæ videt, non videat, & qvæ audit, non audiat.* Qvod profectò in te qvadrat. Sed præstat audire Chytræum, Allatio in Possevino respondentem: *Insigne puerilis sycophantiæ & cavillationis frivolæ specimen in hac Possevini collectione video, mentionem sacrificii corporis & sanguinis Christi pro mortuis è purgatorio liberandis in missa oblati, in his Basilii & Chrysostomi dictis ab eo allegatis, ut nec in toto canone Missæ utriusqve nullam omninò qvisqvam vel oculis præditus viderit. Qva enim hac consecutio est, Basilius in suo Canone meminit eorum, qvi in fide & spe resurrectionis & vitæ æternæ obdormierunt, & benè eis precatur, ut in pace & luce vultûs divini*

§. CCCLVII.

xi quiescant. Ergò Basilius sacrificium corporis & sanguinis Christi in Missa, pro mortuis,& ex igne purgatorio liberandis,offert, & hanc oblationem eis prodesse ex opere operato affirmat. Cætera, quæ ex Basilio, Chrysostomo, Dionysio adducit Allatius, illa omnia, in quantum contra Chytræum adducuntur, ab ipsomet Chytræo p.25 seqq. it. p.61. seqq. eruditè sunt exposita,& contra pseud-hermenias adversariorum vindicata. Iniqvitas autem est, hominem suâ sponte aliqvid affirmantem, tanqvam malitiosum, & qvi de studio verum reticere voluerit, suggillare, id verò Allatius Chytræo fatenti opiniones de applicatione sacrificii missatici alicubi inolevisse, iniquissimè impingit, dum ipsum *testem parum memorem, iniquum & malitiosum nominat.* Qvis enim credat Chytræum, virum ipsorum qvoqve Pontificiorum judiciô doctissimum, nullam nec memoriam, nec oculos ullos habuisse, ut neqve meminerit vel viderit, qvid in unâ eâdemqve ferè pagellâ scriberet? sed etiamsi sui parùm memor fuisset in aliqvâ parte, nunqvam tamen Allatius ex verbis Basilii habebit Redemtionem animarum ex purgatorio per sacrificium missæ. Verùm qvid agas cum ejusmodi homine, in qvo ne unica mica & humanitatis & mansvetudinis Christianæ? Nos igitur ad nostram revertamur exercitationem, ubi prius contradictionem Allatii notaverimus, ad Jo. Morinum ep.1. de Templis Græc. recent. §. 23. scribentis: *Missa præterea pro mortuis apud Græcos nulla alia est, nisi ea, quæ Jo. Chrysostomum præfert,* in disputatione verò contra Chytræum §. 4. dicit, *& Basilianam & Chrysostomianam modò in usu esse.* Hæc D. Elias Vejelius ad defensionem Chytræi.

§. CCCLVIII. Ivelli Anglicani Theologi Judicium de fraudibus, quæ sub Liturgiis sæpè latent.

Qvanta fraus sæpe sub illis Liturgiis lateat, docet Cl. Ivellus contra Hartingum. p.7. Divi Jacobi Liturgia separatam habet precationē pro illis, qvi in monasteriis degunt: cum nulla tamen essent Jacobi ætate exstructa atqve ædificata monasteria.

Chrysostomi Liturgia pro Papâ Nicolao orat his verbis: Nicolai Sanctissimi & universalis Papæ longa sint tempora. Nicolaus verò Papa, ejus nominis I. Secundus fuit à Johannâ Papâ Fœminâ, anno Domini DCCC. 57. Qvingentis ferè pòst annis, qvàm Chrysostomus è vitâ excessisset: eadem etiam Liturgia pro Imperio atqve Victoria Alexii Imperatoris vota facit. Primus autem Imperator eo nomine appellatus Anno Domini M. L X X X. fuit, annis post Chry-

Chrysostomi mortem septingentis. Non hic dicet (opinor) Hartingus, Chrysostomum nominatum pro illis hominibus orasse, septingentis annis priusquam nascerentur. Id qvidem vaticinari esset, non precari.

Vides, Christiane Lector, cujusmodi Doctores adduxerit Hardingus, quibus tuam, ut ait, Fidem ac salutem sustentes. Si quos meliores habuisset, istos (opinor) in aliud tempus reservasset. Verùm dignas habent labra lactucas, ut dicitur. Dubia hæc atq; ambigua Testimonia non patientur (spero) hominum Conscientias esse dubias aut incertas.

Non ingratum futurum reor Benevolo Lectori, si hîc inseruero ex *Confessione Johannis Basilii Magni Ducis Moscorum data Robitæ Ministro Christi in conspectu Magnificorum Legatorum Sigismundi Augusti in Urbe Moscena ineunte Anno 1570.* Mosci-semi russica ex versione Johan. Lasitii de Liturgia Moscovitarum, pag. 107, 108. hæc sunt: De Liturgia satis in Evangelio perscriptum Deinde S. Apostoli atque Patres & preces & modum ejus obeundæ constituerunt, nisi fortè eam simplicem panem & vinum esse existimas. At quomodo Mortis Domini memoria recoletur, nisi celebretur Liturgia? Apostolus enim Epistolâ ad Corinthios, inquit: Accepi à Domino, quod etiam tradidi vobis, nempe Dominum eâ, quâ proditus est nocte, panem acceptum benedixisse, fregisse ac dixisse: Accipite, hoc est Corpus meum pro vobis frangendum, hoc facite in meî memoriam. Similiter & Calicem. Hic Calix nova est Lex in meo Sanguine. Hoc facite, & ubicunque biberitis, mortis Domini memoriam colite. Similiter Jesus Christus, antequam pateretur, requiescens cum XII. Discipulis suis, allocutus eos est. Acceptumque Panem, dictis laudibus frangebat, iis demq; hisce cum verbis impertiebat. Hoc est Corpus meum, quod vobis traditur, hoc in memoriam mei facite. Consimilliter & Calicem à Cœnâ dicens: Hic Calix nova Lex in meo Sanguine, qui pro vobis profunditur. Ita enim apud Lucam, Matthæum, Marcum loquitur: Hic est Sanguis meus novæ Legis, qui pro multis effunditur, propter Remissionem Peccatorum, adverte ergò animum, ut non possit fieri memoria Domini, nisi sit Liturgia. Quod ut suos Discipulos facere doceret, preces ad Deum, laudans eum, tàm hîc, quàm Lazarum exci-

Conf. Jo. Basilii Magni Duc. Mosc. data Robitæ an. 1570.

citaturus habuit, quare si quis Liturgiam non obit, is non recolit mortem Domini: Estque AntiChristus & reversor (perversor) Fidei Christianæ. Adhuc Electum illud vas ait, omnia pura fieri Sanguine secundum Legem, nec absque effuso Sanguine esse Remissionem. Quâcunque verò re commemoratio Peccatorum agebatur, non fiebat eorum Absolutio sine Sanguine agnorum, atque caprarum, tum dixit; ecce veniet, ut faciat voluntatem tuam, ò Deus. Primum aufert, ut alterum statuat, quâ Voluntate, i. e. Oblatione Christi Corporis illuminati semel sumus. Percipisné quàm dignum sit, ut Liturgia observetur atque audiatur? Quod facere detrectantes, hæc sequitur Comminatio. Voluntariè, peccantibus, inquit, post acceptam rationem & veritatem non relinquitur hostia pro peccato: sed manet eos terribilis expectatio Judicii & Ignis Zelus, adversarios devoraturus, &c.

§. CCCLIX. *Quid ad hanc Confessionem respondet Lasitius.*

Audiamus jam, quid ad hæc respondeat Lasitius? Verba ejus pag. 110. 111. seq. ita sonant:

Num Patribus, Simplicissimæ Liturgiæ, (vox ea Ministerium publicitus exhiberi solitum significat) à Paulo & tribus Evangelistis descriptæ, addere quidpiam licuerit, de hoc in præsentiâ non disputo. Extat enim Regula universalis: Frustra Deum coli doctrinis Hominum: Extat & alia nihil verbis Dei addendum, nihil detrahendum esse. Non fecit hoc in antiquâ Lege Moses, non Aaron, nec ullus Propheta. Non est enim Discipulus supra Magistrum, & eum quidem talem, qui necessaria non omisit.. Cur igitur hoc in novâ Lege faceret Basilius, Gelasius, Innocentius, Urbanus, Gregorius Papa? Novimus autem, quòd quisque horum Cœnæ Domini de suo annexuit. Hic: Gloria in Excelsis. Illi: Sursum Corda. Alius: Te igitur. Quidam: Sanctus, Sanctus. Alius: Aquam vino miscendam. Alius; Ignem, clarâ Luce excitandum censuit usque eo, ut hodie res divina parùm differat ritibus, à Mosaico illo Sacrificio. Et qvidem omnia latinè, apud non Latinos, Germanos, Hungaros, Sarmatas. Nuda, inqvit, ab initio omnia & simpliciter mysteria à Christo tradita, inter Apostolos tractabantur. Nuda omnis Ceremoniarum ratio, plus pietatis habens, qvàm apparatûs. Auxit inde hæc mysteria Jacobus Hierosolymitanus Antistes, auxit Basilius, aliiqve alia subinde instituére. Hæc Polydorus de Inventoribus rerum

rerum Lib. V. cap. 10. *Egregiam verò precationem, memoriæ oblati semel pro peccatis hominum Filii Dei adjunctam. Offerimus tibi Domine Calicem salutaris: tuam deprecantes Clementiam, ut in conspectu divinæ Majestatis tuæ, pro nostrâ & totius mundi Salute, cum Odore svavitatis adscendat. Veni Sanctificator omnipotens æterne Deus, benedic hoc Sacrificium, tuo Sancto nomini præparatum. Suscipe, Sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam Passionis, Resurrectionis & Ascensionis Jesu Christi, & in honorem omnium Sanctorum. Scilicet offerendo, non autem manducando atque bibendo mors Domini recolitur: Et Deo parandum est aliud, præter ipsummet Christum Sacrificium, quod in Cœlum perferatur: atque Calix pro Mundi Salute offerendus eidem. O Impietatem, eò minus tolerandam, quòd verbis, memoria unici illius Sacrificii refricari dicatur: reipsâ aliud è Pane & Vino, Deo offerendum conficiatur. Quod etsi Augustinus quoque de Fide ad Petrum. cap. 19. Ecclesiam Catholicam facere dicat: tamen ibi nihil horum, quæ hîc audimus, meminit. Sed id tantùm: In isto, inquit, Sacrificio Panis & Vini Gratiarum Actio, atque commemoratio est Carnis Christi, quam pro nobis obtulit, & Sanguinis, quem pro nobis idem Deus effudit. Id quod & nos agimus. Etsi non Deo, sed Servis Dei Sacramentum Corporis Sanguinisque Filii ejus, jussi ab eo offerimus. Item hæc leguntur in Missâ pro quâcunque necessitate. Da misericors Deus, ut hæc Salutaris oblatio & à propriis nos reatibus indesinenter expediat, & ab omnibus tueatur adversis. • Quo quid magis impium dici potuit? Addunt etiam hæc iidem profectò mente capti. Suscipe Sancte Pater æterne Deus, hanc immaculatam hostiam: quam ego indignus Famulus offero tibi, pro innumerabilibus peccatis meis; sed & pro omnibus fidelibus Christianis, vivis atque defunctis. Ut mihi & illis proficiat ad salutem in vitam æternam. Horresco hæc referens, quibus impurus Sacrificulus id sibi suoque panis arrogat frustulo, quod est Christi proprium: qui se pro mundi peccatis tam præteritis, quam futuris Deo obtulit, nullo omninò super hâc re divino accepto mandato. Ad hæc negat homines expiatos à Peccatis esse Corpore Christi: nisi Idololatriâ pollutum panem, Deo s. toti Trinitati ob id quotidie offerat. Qvem errorem refellit Apostolus Heb. cap. 7. 9. 10. Et tamen

men hodie impudentissimè defenditur, nec absque peccato. Herclè ii parùm diligenter, vim Sacrificii Christi, certissimi contra omnia peccata remedii perpenderunt, qui hæc nova & Sacris ignota Literis piacula non Eucharistica; sed Propitiatoria excogitaverunt. Quamobrem rectè Gilbertus Cognatus, Erasmi quondam Amanuensis Lib. 3. Narrationum. Ad Missæ, inquit, usum sunt Canones diversi conditi. Primus à Gratiano: quem Gregorius IX. ANNO M.CC. XXVII. & post eum Bonifacius VIII. circiter ANNUM M.CCC. novis & terribilibus blasphemiis auxerunt. Verissimè id Cognatus. Num quid? An ulla major hâc blasphemiâ fingi potuit, quæ in Canone Missalis Cracoviensis, Anni M. D. IX. hisce verbis perscripta legitur? Oramus te Pater, uti accepta habeas & benedicas hæc dona, quæ tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro redemtione animarum suarum, pro spe salutis & incolumitatis suæ, memoriâ venerantes omnium Sanctorum tuorum, quorum meritis precibus concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Hanc igitur oblationem Servitutis nostræ, quæsumus placatus accipias, benedictam acceptabilemque facere digneris, ut nobis corpus fiat, Filii tui Domini Jesu Christi: Jube hæc perferri per manûs Angeli tui Sancti in sublime altare tuum, in conspectu Divinæ Majestatis tuæ, ut quotquot ex hâc Altaris participatione, Sacro-Sanctum Filii tui Corpus & Sanguinem sumserimus, omni benedictione Cœlesti & Gratiâ repleamur. Hæc S.S. cōmixtio Corporis & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi, fiat mihi & omnibus sumētibus Salus mentis & corporis, & ad vitam æternam promerendam & capessendam præparatio salutaris. Domine Sancte Pater, da mihi hoc Sacro-Sanctum Corpus & Sanguinem Filii tui Domini nostri Jesu Christi ita sumere, ut merear per hoc Remissionem omnium peccatorum meorum accipere, & tuo S. Spiritu repleri, libera me per hoc à cunctis iniquitatibus & universis malis meis. Sed quid ego adeò putida commemoro? Templa fugiendi, in quibus hæc summâ cum ignominia Christi fiunt, an non satis justa est Causa? Liturgiam fratres Bohemi, melius Mosci meâ sententiâ obeunt, quater in Anno, Absonum quoddam, & præceps murmur, solâ corporis theatricâ agitatione conditum, apud Russos sive Moscos audias. Ferventem Dei cultum, lentis omnis Ecclesiæ vocibus, gestuque modesto, declarari

§. CCCLX.

rari

rari apud Fratres videas. Ibi ornatus Aaronicus, tintinabulorum companarumque creber pulsus, Gemmarum, Argenti, Ignis clarâ die splendor, oculos auresq; spectatorum præstringit, & Sacrum venerabile multis ceremoniis fit : Hic simplici modo, nullius organi pulsu, noto omnibus cantu, puris ad solum Deum precibus, perpaucis ritibus, res divina, mensâ instratâ sic agitur, ut etiam profanus ipsâ pietate hominum moveatur in Moscoviâ (ut me quædam docuit vir eximius Daniel Printz, Nobilis Silesius, Anno 1575. ab Imperatore Maximiliano, ad hunc ipsum Moscorum Ducem Legatione functus.) Mysta ex adyto parietibus à Plebe distincto, forâs prodiens, manu in capite Calicem tenet populo flexis capitibus, Hospodi Pomilui, i. e. Κύριε ἐλέησον, vociferante. Quod & in nostrâ Russiâ vidi. Deinde per alias, in idem Sacrarium redit fores. Eodemque rursus ad Sacra peragenda egresso, & panem fermentatum cum vino rubro (talibus enim utuntur,) consecrante canunt doctiores quique Linguâ vulgari unà cum Clero, addentes Symbolo Niceno hæc verba : Et in Spiritum S. verum & vivificantem, qui ex Patre procedit, quem cum Patre & Filio adoramus. Durante Liturgiâ, populus identidem clarâ voce repetit Hospodi pomilui. Si rubrum desit vinum succum ex pomis expressum, baccis quibusdam rubris tingunt. Vino aquam calidam, quòd talis è latere Christi fluxerit, infundunt. Panem Sacratum calici intritum, cochleari argenteo, è manibus Mystæ calicem tenente hauriunt, quem & puerulis triennibus, hæc dicentes ingerunt : Telo Krystovo przimite, i stocznika besmertucho ukusiite, i. e. Corpus Christi accipite, & ex fonte immortali gustate. Nam verbis consecrandi eam vim tribuunt, scribit Johannes Faber, ut postquam prolata fuerint, creaturam Creatori cedere existiment. Quod si verè fit, quæro cur non cessit creatori venenum, à Monacho Dominicano Senensi, pecuniâ corrupto, clam in calicem immissum (annus erat M. CCC. XIII.) cum Henricus VII. Imperator hausto Sacramento periit ? Si quid id, quamvis historicis ajentibus negaverit, is faciat licet ejus rei etiam hodie periculum : ubi videmus, non speciem tantùm Vini & Panis, sed ipsummet Vinum & Panem permanére in Sacramento. Quod Mosci non circumferunt, ita uti Latini solent. Verè Erasmus Roterodamus, ad Jodocum Decium Lib. Epist. 22. Nullum, inquit, reperio

Dn. Printzii Missaticū in Moscovia usitatū describit.

locum in Scripturis Divinis, undè certò constet, Apostolos consecrasse panem & vinum in carnem & Sanguinem Domini, & Lib. 16. ad Cuthertum. Nusquam in Canonicis Literis invenitur, ubi Apostoli certò consecraverint Corpus Domini sicut nunc consecratur in altari excepto uno loco, 1. Cor. 11. & tamen in 10. cap. unde fluxerat hic Pauli Sermo, non videtur agi de Consecratione Sacerdotali. Panem Liturgiæ destinatum, quemque vetula pinsit, *Prascuram* Mosci appellant, opinor à Græco Προσφορᾶ Oblatione, in cujus circuitu, supra Crucem hæc leguntur: Jesus Christus, Czar Gloriæ. Czar autem illis nomine à Cæsare deducto, Rex est: & hunc sibi Moscus titulum vendicat. Peracto Sacro Panes, ex quibus sunt particulæ excisæ, astantibus distribuuntur. Quæ autem supersunt consecrata: ea in usum, & peregrè euntium & morientium servantur. Tum enim frustulum, vino superinfuso emollitum, quasi quoddam Viaticum expetentibus datur. Hæc paucis Lectoris gratiâ de Liturgiâ Moscoviticâ. At verò Fratribus Bohemis, Panis & Vinum in Sacrâ Synaxi, hoc Album vel Rubrum, ille infermentatus, ac triticeus, Corpus sunt & Sanguis Domini. Non mutatis ad verba Sacrificuli suis naturis, alioqui Sacramenta esse desinerent: verùm ideò, quia tum ea Christus, id esse voluit. Idem crediturus, vel de Lapide, si eum Christus corpus suum appellasset. *Hæc Lasicius.*

§. CCCXI. *Judic. Riveti de Liturgia Basilii.*

Plura de his Liturgiis vide apud *Rivetum in Critic. Sacro*, & quidem *de Basilii Liturgiâ: Lib. III. Cap. 20. pag. 334. 335.* Extant sub nomine Basilii Liturgiæ duæ, sive de ritibus Sacræ Synaxeos, quarum una Græca jam diu innotuit, altera, quæ Anaphora, etiam Græco nomine à Syris appellatur, ex Syriacâ Linguâ in Latinam Linguam conversa ab Andræa Masio, edita est à Plantino 1569. quam habuit à Mose quodam Mardeno Syro Præceptore suo. Quisquis autem Liturgias s. Anaphoras illas inter se comparabit, nullo negotio comperiet, non posse illas esse unius & ejusdem autoris, & temporis progressu ab aliis ita fuisse vel decurtatas, vel auctas, vel interpolatas, ut præter autoris nomen, nihil penè reliquum sit ejus, à quo profectæ dicuntur. Id tamen in utrâque manifestum est, ignotam fuisse apud eos, qui illis utuntur, privatam Missam, Communionem sub unâ specie & similes corruptelas posteriorum temporum. Quòd autem non pauca legantur in Græcâ Liturgiâ, quæ in Syriacâ non sunt expressa, hanc

affert

affert rationem Masius : Fateor equidem prolixiorem esse Græcam, quippe is fuit perpetuò hominem in Religione sensus, ut intra præscriptas à Patribus Ceremonias quantumvis sanctissimas, sese continere pauci potuerint, unde pro temporis tractu, ad illas pro vario Antistitum Pietatis affectu, alia atque alia addita, multa etiam mutata videre est, & quod est longè majus malum, non paucas etiam superstitiones esse enatas. Quâ in re mihi videntur fuisse Syri tantò Græcis Latinisque tempore antiores, quantò minus in tranquillo, ne dicam Luxurioso apud illos Christiana res statu est versata. Hæc ille, minimè dissimulans Græcam & Latinam Liturgiam plurimùm à primâ illâ simplicitate recedere, superstitionibus scatére; & in illâ, quam Græcè Basilii nomine habemus, addita & mutata esse non pauca. Quod Masii judicium eò magis notandum est contra Adversarios, quod à Jesuita Possevino, qui hujus meminit, non est improbatum, ut meritò Nob. Mornayus Liturgiam illam falsi postulans, cum eâ, quæ Chrysostomo tribuitur, probet autem nunquam ab illo scriptas, aut si quasdam celebrandæ Eucharistiæ formulas suis diœcesibus scripserant, quod verò simile, eas ut abusus ingruerunt & invaluerunt à successoribus corruptas & adulteratas. Ordinariam (inquit) Basilii cum eâ, quâ Syri utuntur comparanti quantum discrimen? imò ejus, quæ ordinaria dicitur exemplaria, quam variant? de Missâ. Lib. 1. cap. 6.

Videatur idem *Rivetus in Critico Sacro Lib. IV. cap. 3. pag. 393. ad 396.* Erasmus subdubitavit de commentariis in Acta Apostolorum num essent Chrysostomi, quia stylus videbatur abruptus & à Chrysostomi phrasi alienus. Quanquam alioquin alia multa congruere viderentur. Proinde paucas homilias initio in gustum dedit, pollicitus reliquas, si docti censerent opus esse Chrysostomo dignum. Cùm autem interpretationem posteà absolverit, & pollicitis steterit, videtur tandem opus genuinum Chrysostomi agnovisse. Confirmat Bellarm. in Lib. de Script. Ecclesiasticis. De his commentariis videat Lector Henrici Savilii censuram, in quâ expendit Erasmi argumenta, Billii judicium, & Censuram Flaminii Nobilii, concludit tamen esse Chrysostomi.

Liturgia Johannis Chrysostomi nomine, aut omninò supposititia est, aut valdè corrupta, & variè interpolata. Exemplariorum *§. CCCLXII.*

magna eſt diverſitas: & apertè Pelargus fatetur, ſuum exemplar, nec cum Leonis Thuſci, nec cum Eraſmi in omnibus convenire. Et addit ſe Romæ in Rotâ aliud vidiſſe, quod ab omnibus variet. Porrò in hâc Liturgiâ, ipſius Chryſoſtomi nomen legitur in commemoratione Sanctorum, & pro Nicolao Papâ oratur his verbis: Nicolai Sanctiſſimi & Univerſalis Papæ longa ſint tempora. Nicolaus verò Papa hujus nominis ſecundus fuit à Joannâ Papâ Fœminâ, Anno Chriſti DCCC. LVII. Quingentis ferè annis poſtquam Chryſoſtomus è vitâ exceſſiſſet. In eâdem quoque Liturgiâ pro Imperio & Victoriâ Alexii Imperatoris vota fiunt; Primus autem hujus nominis Imperator fuit anno Domini M. LXXX. Annis poſt Chryſoſtomi mortem DCC, cujus tempore Patriarchatum Conſtantinopoli geſſit Nicolaus, ut Zonaras ſub imperio Alexii Commeni, & Onuphrius, Faſt. Anno M.LXXXIV. ſub Alexio agnoſcunt, qui fuit is, quem Liturgia illa commemorat potius quàm Romanus aliquis Epiſcopus. Quis credat Chryſoſtomum pro illis oraſſe, quos conſtat natos multis poſt ſeculis? Prætereà, Liturgia hæc confuſio potius variarum rerum videtur, quàm apta & concinna rituum circa Euchariſtiam deſcriptio. Denique Carolus Calvus Imperator in quâdam Epiſtolâ ad Ravennalem Eccleſiam, formulæ ejus Miſſæ mentionem faciens, quæ in Conſtantinopolitanâ Eccleſia uſurpata ſit, eam Baſilii non Chryſoſtomi fuiſſe apertè dicit, quòd mirum eſſet, ſi Chryſoſtomus ejus Eccleſiæ Archiepiſcopus, Liturgiam compoſuiſſet. Claudius Eſpenſeus Theologus Pariſienſis de Miſſâ Privatâ pag. 220. fatetur in eâ Scholion de ſolo Sacerdote communi ante adſcriptum fuiſſe à Leone Thuſco, qui ad ſua magis tempora, quàm ad Chryſoſtomi reſpexit, i.e. ad annum Domini circiter M.C.LXX. quo Immanueli Græcorum Principi ab Epiſtolis, & Interpres, Trithemio fuit, & paulò poſt addit; Quod equidem non admonuerim, quaſi vel Chryſoſtomo Græcâque Eccleſiâ indignam, aut aliàs ſuſpectam habeam. Sed ut à Sanctiſſimo cæptam & compoſitam ita multis pro temporum varietate inſitis ampliatam. Hæc ille: quæ ſufficiunt, ut totum opus ſuſpectum reddatur, in quo ſunt nonnulla adſperſa doctrinæ Chryſoſtomi & totius Eccleſiæ horum temporum adverſantia, de quibus, qui plura volet, adeat illuſtrem Pleſſeum de Miſſâ Lib. 1. c. 6. ex quo & Hoſpiniano, præcedentia deſumſimus.

Quæ

Quæ ab Erasmo dicitur Latina facta, supprimit quidem orationes mortuorum, è quibus Græcum exemplar evincitur habere, quæ Chrysostomi non sunt. Nomen etiam Nicolai & Alexii eradit, sed alia habet, quæ evincunt eam Chrysostomi non esse, quale est id, quòd hyperbolicè ait; Virginem Deiparam esse Cherubim honoratiorem, & Seraphim incomparabiliter gloriosiorem. Cum tamen autor legitimus Hom. 2. in Ep. ad Hebr. dicat Christum nisi naturâ esset Filius Dei, Angelis non solùm non Excellentiorem, sed minorem etiam fore. Quem etiam Canus inter eos recenset, qui B. Virginem in Peccato Originali conceptam fuisse docuerunt. Vide Joannem Rainoldum de Idol. Rom. Eccles. Lib. 1. cap. 3. Ubi etiam evidentibus rationibus ostendit versionem Erasmi interpretis nomine commendatam, & anno post ejus obitum evulgatam, suppositam fuisse ab eo, qui Erasmo vivo, nonnulla sub ipsius nomine edidit, quæ pro suis non agnovit. Cui rei firmandæ facit, quod Erasmus ipse in Ep. præfixâ Paraphras. in 1. ad Corinth. Liturgiam Chrysostomi nomine à Græcis ementitam, suppositionis his verbis arguat: Legi Græcorum Liturgiam, quam illi Chrysostomo tribuunt, cui nihil ferè non tribuunt, mihi non fit verisimile. De eâdem Liturgiâ hæc est censura Savilii, miram esse in scriptis codicibus inconstantiam, versiones Erasmi & Morellii nihil ferè simile habere, multa passim in operibus Chrysostomi ex Liturgiâ, quâ tunc utebatur Ecclesia Orientalis, recitari, quæ hîc non reperiantur; multa hîc reperiri, quæ vix illorum temporum esse videantur. Hujus viri, & eorum, quos ad elegans illud opus Etonæ editum concinnandum adhibuit, nunquam satis poterit laudari diligentia. Quoniam autem de plerisque Homiliis Tom. V. VII. & VIII. tanquam supposititiis judicium suum apposuerunt, ad illud recurret Lector, ne patiatur se falli. Hæc ille.

Nos hanc materiam de Liturgiis claudemus verbis Rudolphi Hospiniani, quæ habet in Historiâ Sacramentariâ lib. II. cap. IV. & ita sonant: §. CCCLXIII.

LITURGIA VETERIS ECCLESIÆ.

In Liturgiâ Dionysii, quem multi Areopagitam & Pauli discipulum faciunt, cum ad inferiorem ætatem referendus sit, qui hanc *Liturgia Dionysii.*

 scri-

ſcripſit, incenſum in altari adoletur, deinde omnes Pſalmorum melos concinunt: tùm fiunt precationes & lectiones Scripturæ: deinde egredi jubentur Cathechumeni, energumeni & pœnitentes; poſtea panis & vinum imponitur altari & ſacra precatio perficitur: Sacerdos, peractâ oratione ſanctiſſimâ, pacem omnibus nunciat: & ad medium altaris aſſiſtens myſteria vel Sacramenta præparata reverenter oſtendit: utque omnes communicent, hortatur: traditâ deinde & ab omnibus ſumptâ Euchariſtiâ, gratiis actis finem myſteriis imponit. Paulò pòſt indicat, hoc Sacramentum omnibus ſub utrâque ſpecie exhiberi. Sic enim ſcribit: Sanè opertum panem & individuum aperit, in fruſta concidens, & ſingularem calicem omnibus impartiens, unitatem ſignanter multiplicat, atq; diſtribuit, ineq; his conſummat cœleſte myſterium.

In Eccleſia Alexandrina.

In Alexandrinâ Eccleſiâ conſvetudo fuit, ut communicaturi de Cœnâ Domini, ad gratiarum actionem à Sacerdote dictam, reſponderent, Amen: menſæ aſſiſterent, & manus ad ſuſcipiendum ſanctum cibum extenderent, eumque acciperent: ut Dionyſius Alexandrinus in epiſtolâ ad Sixtum Rom. Epiſcopum apud Euſeb. l. 7. cap. 9. teſtatur.

Auguſt. tota ſui temporis liturgiam deſcribit.

Auguſtinus epiſt. 59. ad Paulinum, in quâ totam ferè ſui temporis Liturgiam deſcribit, in celebratione Sacramentorum dicit, fieri precationes, ante benedictionem ejus quod eſt in menſâ Domini: deinde fieri orationes, cùm illud benedicitur, ſanctificatur, & ad diſtribuendum comminuitur. Interpellationes autem fieri, cùm ante Communionem populo benedicitur: & poſt Communionem dicit omnia in gratiarum actionem deſinere. Verba ejus hæc ſunt: Precationes, ait, accipimus dictas, quas facimus in celebratione Sacramentorum, antequam illud, quod eſt in Domini menſâ, incipiat benedici: orationes, cùm benedicitur & ſanctificatur, & ad diſtribuendum comminuitur, quam totam petitionem ferè omnis Eccleſia oratione Dominicâ concludit: ad quem intellectum verbi Græci origo προσευχῆς nempe, nos adjuvat. Sic enim propriè intelligenda eſt oratio, quam facimus ad votum, id eſt, προσευχήν. Voventur autem omnia, quæ offeruntur Deo, maximè ſancti altaris oblatio, quo Sacramento prædicatur votum illud maximum, quo nos vovimus in Chriſto eſſe manſuros, utique in compage corporis ſui, cujus

rei

rei Sacramentum est, quod unus panis unum corpus multi sumus. Interpellationes autem sive postulationes fiunt, cùm populus benedicitur. Tunc enim Antistites, velut Advocati, susceptos suos per manûs impositionem misericordissimæ offerunt potestati: quibus peractis, & participato tanto Sacramento, gratiarum actio cuncta concludit.

Chrysostomus homil. 18. in 2. ad Corinth. indicat suo tempore primo factas fuisse preces à Sacerdote & populo communiter. Deinde exclusis illis, qui non potuerint sacris mysteriis interesse, aliam orationem factam esse. Tertiò, pacem communicaturis imprecatam: verba ejus hæc sunt: Est, ubi nihil differt Sacerdos à subdito, ut quando fruendum est horrendis mysteriis. Similiter enim omnes, ut illa percipiamus, digni habemur. Non sicut in veteri lege, partem quidem Sacerdos comedebat, partem autem populus, & non licebat populo participem esse eorum, quorum particeps erat Sacerdos: Sed nunc non sic, verum omnibus unum corpus proponitur, & poculum unum. Quin & in precibus, viderit quis populum multum simul offerre, cùm pro energumenis, tùm pro pœnitentibus: communes enim preces à Sacerdote & ab illis fiunt, & omnes unam dicunt orationem, orationem misericordiâ plenam. Iterum ubi excluserimus à Sacerdotalibus ambitibus eos, qui non possunt esse participes sanctæ Mensæ, alia facienda est oratio, & omnes simpliciter super terram jacemus, & omnes similiter surgimus. Quando iterum pax communicanda, omnes similiter salutamus. In iisdem iterum horrendissimis mysteriis benè precatur Sacerdos populo, & benè precatur populus Sacerdoti. Nam cum Spiritu tuo, nihil aliud est, quàm hoc: Ea, quæ sunt Eucharistiæ, id est, gratiarum actionis, communia sunt omnia: neque enim ille solus gratias agit, sed etiam omnis populus: prius enim acceptâ illorum voce, deinde congregatis illis, ut dignè & justè hoc fiat, Eucharistiam incipit. Et quid miraris, si cum Sacerdote populus loquitur? Ubi sanè & cum illis Cherubin & supernis potestatibus, communiter sanctos illos hymnos personant. Ex quibus intelligimus, in primitivâ Ecclesiâ factas fuisse preces, antequam illud, quod in mensâ Dominicâ fuerat appositum, benediceretur. Deinde in ipsâ benedictione & consecratione panis & vini adhibitas alias preces. Tertiò communicaturis datam pacem seu bene-

Chrysost. Liturgiam sui temporis describit.

ſeu benedictionem. Quartò ſecutam fuiſſe Communionem omnium eorum, qui ſimul aderant: & tandem actionem totam gratiarum actione concluſam fuiſſe.

§. CCCLXIV. *Argumentū precum, poſt lectionem & interpretationem Scripturæ, ante conſecrationem.*

Quod autem fuerit argumentum iſtarum precum, quæ poſt lectionem & interpretationem Scripturæ ante conſecrationem fiebant, Chryſoſtomus luculenter docet homil.1.in cap.2. Timoth. & dicit: In obſequio quotidiano oblationis Sacramentorum, fieri ab Eccleſiâ obſecrationes & gratiarum actiones: non pro fidelibus ſolùm, ſed pro infidelibus etiam, pro regibus, & omnibus, qui in ſublimitate poſiti ſunt, ut illorum præſidio defenſi, tranquillam vitam agamus in pietate & caſtitate, ipſoſque faciat ad agnitionem veritatis venire. Item: Referimus, inquit, Deo gratias, pro felicibus omnium ſucceſſibus, quod Solem ſuum oriri faciat, & pluat ſuper juſtos & injuſtos. Et: præcipuè agimus gratias pro his, qui nobis junguntur, & pro beneficiis Dei, quæ nobis & illis contingunt, ſive clam ſive manifeſtè proveniant, ſive læta ſint, ſive triſtia. Homil.26.in Matth. Altari, inquit, Sacerdos aſſiſtens, jubet nos Deo offerre gratias, pro univerſo terrarum orbe, pro abſentibus atque præſentibus, pro iis, qui ante nos fuerunt, & qui poſtea futuri ſunt. Homil.18.in 2.ad Corinth. In precibus, ait, viderit quis populum ſimul cum Sacerdote offerre, pro energumenis & pœnitentibus.

Sic etiam Tertullianus in Apologetico: Oramus, inquit, pro Imperatoribus, pro miniſtris eorum, pro ſtatu ſeculi, pro rerum quiete, pro morâ finis. Et Ambroſius lib. 4. de Sacram. capite quarto: Per reliqua, ait, omnia, quæ in ſuperioribus ante conſecrationem dicuntur, laus Deo refertur, oratione petitur pro populo, pro Regibus, pro cæteris. *Hæc fuit materia precum illarum, quæ in primitivâ Eccleſiâ ante benedictionem Euchariſtiæ dicebantur.*

Quæ materia fuerit precum in ipſa benedictione.

Quod autem fuerit earum argumentum, & quæ materia in ipſâ benedictione, Dionyſius his verbis indicat: Sacerdos, inquit, ſtans ad altare, celebrat divinas operationes Jeſu, pro ſalute generis humani, quas beneplacito Patris in Spiritu Sancto, juxta Scripturas perfecit. Deinde procedit ad ſymbolicam adminiſtrationem: ubi prius per apologiam excuſans ſe, quod auſit ſacram illam adminiſtrationem aggredi, exclamat: Tu dixiſti: Hoc facite in mei commemorationem. Poſtea petit, ut idoneus fiat ad hanc ſacram adminiſtrationem

tionem, quâ Christum Deum imitari debet, perficiendam, utq; sanctè possit distribuere: & ut illi, qui participaturi sint, ut sanctos decet, participent. Cyrillus dicit, hic fieri annunciationem incarnationis, mortis, resurrectionis & ascensionis Christi, cujus pulcherrimam formulam paulò pòst in Liturgiâ Basilii recensebimus. Et qualis ibi gratiarum actio de mysterio redemptionis celebrata fuerit, Chrysostomus homil. 16. in Matthæum indicat.

Inprimis autem recitata sunt verba institutionis Cœnæ Dominicæ, ut Ambrosius libro quarto de Sacramentis testatur cap. 4. Cùm enim dixisset ibi, panem esse corpus Christi consecratione: mox quærit, quibus verbis, & cujus sermone benedictio illa fiat? Et respondet, verbis & sermone Domini. Et addit, differentiam esse, inter reliqua, quæ in illâ actione dicuntur, quæ vel sint precationes, vel Eucharistiæ; illa verò dicit, non pertinere ad consecrationem seu benedictionem Eucharistiæ. Sed quando jam consecrandum & conficiendum Sacramentum est, tunc dicit, Sacerdotem jam non suis ampliùs, sed Christi verbis uti. Quæ verò illa Christi verba sint, capite quinto indicat, recitans verba institutionis. Irenæus quoque dicit: Quando mixtus calix, & fractus panis percipit verbum Dei, fit Eucharistia corporis & sanguinis Domini. Et quod verbum institutionis intelligat, explicat, cùm dicit: Panem terrenum accipere vocationem Dei, nimirum, quando de Pane Christus pronunciat: Hoc est corpus meum. Ita Ambrosius etiam de his, qui initiantur mysteriis, cap. 9. dicit: Sacramentum illud non hominis benedictione, sed sermone Christi confici. Et Chrysostomus Homil. de proditione Judæ docet: Non hominem esse, qui nobis res in mensâ Dominicâ propositas sanctificet, ut sint corpus & sanguis Domini: sed eundem Christum, qui primam suam Cœnam sanctificavit, etiam nunc nostram Cœnam Dominicam sanctificare. Licet enim verba per os Sacerdotis proferantur, Sacramenta tamen, gratiâ & virtute Dei sanctificari.

Christi enim, non Sacerdotis verbum est: Hoc est corpus meum. Et per illud proposita sanctificantur. De Consecratione dist. 2. capite 72. Augustinus dicit: Reliqua omnia: quæ Sacerdos dicit, aut Clerus chori canit, nihil aliud sunt quàm laudes & gratiarum actiones, aut certè obsecrationes & fidelium petitiones. Sacerdos

verò consecraturus assumit verba Evangelistarum. Et hanc orationem in benedictione Eucharistici panis & vini, omnem Ecclesiam concludere oratione Dominicâ, Augustinus testatur epist.59.ad Paulinum. His precibus finitis,& consecratione peractâ, datâque pace, facta est distributio non unius tantùm, sed utriusque speciei, videlicet panis & vini, quæ sumebantur ab omnibus præsentibus. His omnibus peractis, actio tota gratiarum actione finiebatur. Hæc Rudolph. Hospinianus.

§.CCCLXV. *Quomodo Missa in Civitate Cairo celebretur.*

Quibus non possum non subjungere, quæ refert *Hottingerus* ex Relatione *Nicolai Hemmingii*, quomodo Missa in Civitate Kairo celebretur. Verba ejus *in Historiâ Ecclesiasticâ Secul. XVI. f. Parte Quintâ, p.53. 54. 55. 56. 57.* sic sonant: Sed & aliud ἀποσπασμάτιον inter Epistolas Blaurerianas reperi ἀνέκδοτον, quod; vel Theodori Bibliandri, vel alterius manû scriptum, ex Relatione Nicolai Hemmingii, ita habet: Ante Biennium,h.e. Anno 1557. fuit hic Hafniæ vir Senex & Gravis, missus à Constantinopolitano Patriarcha, Demetrius Nomine, natione Thessalonicensis,qui mihi narravit multa de Religione Christianorum inter Turcas degentium. Et quia in nobilissimâ illâ Civitate Kairo, quæ & Mizrim dicitur,vixerat decennium, ejus Ecclesiæ ritum ex Arabiâ translatum in celebrandâ Missâ mihi exposuit; Cujus narrationem hoc pacto distinxi:

I. Habent in Kairo Christiani multa templa,omnia insignita Lunâ falcatâ, quæ est Turcicum insigne; sed sine Campanis (Humanâ enim voce convocantur ad Sacra) & sine Idolis: Nisi quòd picturas Historicas ex Veteri & Novo Testamento in parietibus Templorum habeant depictas.

II. Antiochenus (forsan voluit dicere Alexandrinum) Pastor est illorum Patriarcha: qui ut agnoscatur Patriarcha esse, pileum latum (in cujus medio est Crux Rubra) sui muneris insigne in capite gestat.

III. Quatuor vicibus in Anno, Die Nativitatis Domini,Die Resurrectionis, Die Pentecostes, & XV. Augusti communicant omnes Christiani, qui illic sunt, sub utrâque specie. Non est discrimen Laici & Sacerdotis, sed eadem Mysteria porriguntur utrisque.

IV. Missæ celebratio hoc modo fit: Sacerdos induit Albam

bam & Pallium; noſtro ferè more. Niſi quòd rubras cruces quatuor habeat in veſte Sacerdotali, in dextro brachio unam, in Siniſtro Alteram, in Pectore Tertiam, quartam in Dorſo, ut quocunque ſe vertat, inſignia Summi Sacerdotis contemplanda exhibeat.

V. Sacerdos ita in Sacrario ornatus prodit, & mox ad Populum converſus, verba hæc altâ voce, ut exaudiri poſſit ab omnibus, qui adſunt, pronunciat : Εὐλογημένη ἡ Βασιλεία τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. h.e. Benedictum Regnum Patris, & Filii, & Spiritûs Sanct. & ſemper, & in Secula Seculorum. Et reſpondet totus Populus, Ἀμήν. Amen.

VI. Huic Confeſſioni mox Precationem ſubjungit ad Trinitatem, ad quam totus populus Amen reſpondet.

VII. Finitâ Precatione canitur à Populo : Ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος· ἐλέησον ἡμᾶς. i.e. Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis : Miſerere noſtri.

VIII. Huic Lectioni ſubjungitur Lectio ex Scripturis Apoſtolis primùm Græcè, deinde & Arabicè. Quia plerique Chriſtiani, qui ibi ſunt, ex Arabiâ translati ſunt. Canitur Halleluja, poſt ea.

IX. Evangelium legitur Græcè, deinde Arabicè.

X. Finito Evangelio canitur à toto cœtu Carmen, quod Cherubim vocant.

XI. Carmine Cherubim finito, fit Concio à Summo Miniſtro, idq́; ferè ad horam.

XII. Nunquam illa concio ſe ultra horam extendit.

XIII. Finitâ Concione recitantur Cœnæ verba in ipſo Suggeſtu, idq́; tantùm in Quatuor Feſtis.

XIV. Reverſus à Suggeſtu ad Menſam, quæ in medio Templo ſita eſt, ad populum ſe convertit Sacerdos hæc Verba pronuncians: Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν Φώτων.

XV. Sacerdos diſtribuens Sacramenta Cœnæ ſingulos Communicantium hiſce Verbis alloquitur. Λάβε χάριν παρὰ κυρίου, καὶ ἐλεημοσύνην παρὰ θεοῦ Σωτῆρος ἡμῶν.

XVI. Ad hæc reſpondet, qui accipit Sacra Cœnæ Myſteria;

ria: Τοῦ δείπνου σου τοῦ μυστηρίου υἱὲ θεοῦ κοινωνόν με παράλαβε. οὐ μὴ γὰρ σε ἀρνήσω, οὐδὲ φίλημά σοι δώσω. καθάπερ ὁ Ἰούδας. Ἀλλὰ ὡς ὁ λῃστὴς ἀπολογῶ σε μνήσθητί μου κύριε ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. H. e. Cœnæ tuæ mysticæ, Fili Dei, fac me hodie participem. Nequaquam enim te negabo, nec osculum dabo ut Judas; sed veluti Latro te confitebor: Memento mei Domine in Regno tuo.

XVII. Nihil canitur inter communicandum, sed omnes spectatores singulari devotione meditantur hæc sacra mysteria.

XVIII. Communicatione finitâ additur Gratiarum Actio cum Precatione. Et vertens se ad populum Minister in hunc modum benedicit populo: Ἡ εὐλογία τοῦ κυρίου ἐφ᾽ ὑμῶν. Et respondet cœtus: Amen.

Hæc de Missâ retulit Demetrius, quæ quater in Anno celebratur. Verùm in quotidianis conventibus hunc morem habere Christianos. Omnium primum orditur Sacerdos à Benedictione, ut in Missâ. 2. Fiunt preces publicæ. Recitatur aliqua Lectio ex Sacris literis: & fit brevis Concio. 3. Distribuitur precibus finitis, sine Vino, Panis. Hunc Panem dicunt non esse Corpus Domini, sed tantùm dari in Signum mutuæ fraternitatis, ut hoc Symbolo admoniti ipsorum animi coalescant, qui de eodem pane participant. 4. Percepto hoc Pane Populus, cum hâc benedictione: ἡ εὐλογία κυρίου ἐφ᾽ ὑμᾶς, dimittitur. Hæc Hottingerus.

De Moscis ita *Neugebauerus*, pag. 81. cap. 11. Missæ Sacrificium more Græcorum pane fermentato & non Azymo peragunt: Calici item tantùm aquæ, quàm etiam aquam volunt esse calidam, quòd ex latere servatoris nostri non sine mysterio profluxerit Sanguis & Aqua, quam fuisse calidam credere pium existimant, alioqui enim miraculum vix censeri posse.

Seqvitur

QVÆSTIO IV.

§. CCCLXVI.

Quid de Pane Fermentato, quem Græci in Sacra Cœna adhibent, sit judicandum?

AD enodationem bujus Quæstionis merito hic subjungimus, quæ de eodem Pane fermentato doctè collecta leguntur in.

in Programmate Academiæ Regiomontanæ Anno 1665. de Paschate, non in Fermentato, sed in Azymis celebrando, in Honorem Triumphantis Christi ex 1. Corinth. V. v. 8.

Emergente novâ controversiâ inter Occidentis Ecclesias & Orientis de pane Eucharistico, num azymus an fermentatus esse debeat; & hæc Apostolica pericope 1. Cor. 5. v. 8. in scenam produci & litigio immisceri cœpit. Eandem quidem ante hac ab antiquissimis Ecclesiæ Doctoribus ad S. Eucharistiæ Sacramentum accommodatam esse, non inficias eo. Verum isti, quam indicavi, liti primitus substravêre nonnulli recentiores, qui pro azymis pugnantes undecunque munimenta & præsidia conquisiverunt. Inter illos fuerunt præcipui *Anselmus* Cantuariensis, peculiari libello de fermentato & azymo, Tom. 3. operum: *Algerus*, Leodiensis l. 2. de Sacramento corp. & sangv. c. 10. *Rupertus* Tuitiensis l. c. Ociosa & perniciosa hæc ἀρτομαχία in flammam erupit anno 1054. quo Pontifex Romanus Leo IX. suos Apocrisiarios Constantinopolim misit, eisque literas ad Constantinum Monomachum Imperatorem, & Michaëlem Patriarcham dedit. Legati benignè ab Imperatore excepti, primo coëgerunt Nicetam Monachum anathematizare & incendere librum suum, contra Romanos de azymo &c. compositum. Videntes posthæc, Patriarcham præsentiam & colloquium ipsorum declinare, quin templis etiam ad sacra celebranda interdixisse, chartâ excommunicationis coram Clero & populo super Altare S. Sophiæ positâ, in Italiam remeavere. Narrat hæc Sigebertus Gemblac. Chron. ad d. annum, & Baronius Tom. XI. annal. Hinc ultro citroq; certare non tam rationibus, quàm dicteriis & sectariis cognominibus insectari, ut Græci Latinos vocarent *Azymitas*, illi istos *Fermentarios*. Testatur hoc Algerus loc. cit. *Utrum ex Azymo an ex fermentato pane corpus Christi sumi debeat, inter Latinos & Græcos, magna contertatio est: in tantum ut illi istos Azymitas, isti illos Fermentarios, quasi cujuslibet hæresis notent vocabulô: cùm tamen, ut multis bonis Catholicis videtur, non sit contra fidem Christianam, seu azymum seu fermentatum sacrificetur.* Optimè cum Catholicis illis ἐπικρίνειν, quæstionem non tangere ipsum fidei Christianæ fundamentum, adeoq; tam vehemente animorum collisione non opus fuisse. Rationes utriusque partis in medium proferre aut examinare pagellarum modulô prohibemur:

Controversia de pane fermentato & azymo in S. Eucharistia adhibendo.

Lat. Eccles. laudatur propter prudentiam & moderationem.

id tamen fateri cogimur, Latinam Ecclesiam laudabili & Christianæ charitati conveniente prudentiâ, controversiam tractâsse, suamque opinionem cum tantâ moderatione tuitam esse, ut Græcis, contrariam defendentibus, ecclesiasticam communionem nunquam denegaret, sed tanquam verè catholicis libenter communicaret. *Adhuc multi sacrificant de fermentato, quibus tanquam verè Catholicis Ecclesia Romana communicat*, sunt verba ipsiusmet Pontificis Innocentii III. l. 4. myst. Myssæ. cap. 33. Utinam ejusmodi modestiæ in Lateranensi suo Concilio, ejusque successores in aliis memores fuissent, atque hodienum essent, longè felicius se Resp. ecclesiastica in Occidente haberet! Græca verò Ecclesia pro fermentato, tanquam pro aris & focis, acerrimè depugnavit, tota, ut Plautinâ phrasi utar, in fermento jacens, & rem, suâ naturâ & confessione Latinorum indifferentem, in fidei dogma convertens. Ita Panis, Symbolum fraternæ unionis, rixarum & inanium vitilitigationum pabulum fuit! Concordiæ quidem spes effulgebat A.C. 1438. quô Papa Eugenius IV. Concilium Florentinum celebravit, ubi ipse Constantinopolitanus Imperator Palæologus cum Patriarcha multisque aliis Græciæ Antistitibus comparuit, & post longam disceptationem capitum inter Latinam & Græcam Ecclesias controversorum, consensus tandem initus, ac formula definitionis, sub titulo *sanctæ unionis literæ*, concepta fuit, quæ extat Tom. 8. Concil. f. 851. edit. Paris. 1636. In illa Eugenius ita intonat: *Lætentur Cœli, & exultet terra, sublatus est vero de medio paries, qui Occidentalem Orientalemq; dividebat Ecclesiam, & pax atq; concordia rediit &c.* Hinc seqvuntur definitiones dogmatum, quarum secunda ad nostrum propositum faciens, ista est: *Item* (definimus) *in azymo, sive fermentato pane triticeo, corpus Christi veraciter confici, Sacerdotesq; in altero* (alterutro) *ipsum Domini corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suæ Ecclesiæ sive Occid. sive Orientalis consvetudinem.* Verumenimverò nihil minus quam illa unio Florentina servata fuit. Græci enim domum reduces, pactis conventisque minimè stare voluerunt, quin adhuc in Italia Bononiæ hærentes, cum Legatis ex Anglia, qui in eandem tabernam solverant, collocuti, non obscurè prodidêre, quàm unio illa revera nulla fuerit. Colloquium hoc describit Rob. Creyghton, hist. Concilii Florent. f. 307. seq. Atque ex eo tempore Græci antiqvum obtinuerunt,

Græc. Eccles. pro fermentato pane, tota in fermento est.

Conc. Flor.

runt, litem redintegrarunt, & pro fermento in præsentem usque diem dimicant. Videre illud est tum ex Jeremiæ Patriarchæ Constantinop. responso primo ad Aug. Confess. c.10. tum ex c.9. Confessionis, quam Metrophanes Critopulus illustri Juliæ ante pauca lustra reliquit, & Clarissimus Joh. Hornejus Latinitate donatam publicis typis exscribi curavit an. 1661. Græcorum ritum, Eucharistiam de fermentato conficiendi, imitantur quam plurimi per Orbem Christiani, utp. MOSCOVITÆ, attestantur scriptores rerum Moscov. *Sigismundus*, L.B. ab Herberstein p.33. seqq. *Alex. Guagninius* f.89. b. Sal. Neugebauerus p.81. & *Josephus* Patriarcha in literis Anno 1644. ad Woldemarum Daniæ Principem, p.t. in Moscovia degentem, exaratis, quas manu scriptas possideo. Item JACOBITÆ, à Jacobo Zanzalo dicti, quorum Patriarcha *præest Chaldæis Medis & Persis & Armeniis; & in aliis regnis in tantum dilatatur ejus prælatio, quod 70. Provinciæ ei obediunt, in quibus inhabitant innumerabiles Christiani*, ut narrat Frater Philippus Epist. ad Gregorium IX. apud Matth. Paris. histor. Angl. f.415. Hosque in fermento communicare refert *Antonius de Aranda*, Monachus Hispanus, qui multos annos Hierosolymis vixit, & vernaculâ linguâ *informationem veram de terrâ s. juxta statum, in quo erat anno 1530.* edidit, excusam Toleti 1550. cap.18. f.46. b. Sic NESTORIANI, à Nestorio hæretico appellati, cujus tamen *nomen potius, quàm errores retinuerunt*, ut rectè videtur Onuphrio Panvinio continuat. Platinæ p.339. quosve, ut & Jacobitas, Maronitas, Georgianos & similes, Brocardus Monachus. A.C. 1183. plerumque invenit *bonos & simplices esse homines, sincereq; erga Deum & homines viventes*, de ipsorum consensu cum Græcis in hoc puncto vid. *Joachimus Abbas*, citante Claudio Duret, Gallico scriptore, in thesauro historiæ omnium linguarum, cap.52. pag.594. *Joh. Heseus*, peregrinat. p.27. Barth. Chassanæus catal. gloriæ mundi f.506. Philippus à sanctissima Trinitate Itinerar. Orient. pag.247. Porro fermentato pani favent GEORGIANI, dicti à S. Georgio: in omnibus enim cum Græcis faciunt, & Sacramentis, illorum more, utuntur, testibus Jac. de Vitriaco c.79. Chassanæô l.c. Heseô pag.29. Adhæc Cophtitae Ægypti incolæ, scribente Ant. de Aranda l.c. sequuntur Suriani seu Syri, vid Jac. de Vitr. c.74. Chassanæus f.507. Duret. l.c. Maronitae circa Libanum montem habitan-

§. CCCLXVII. *Græcorũ ritũ imitãtur quãplurimæ per orbem Ecclesiæ.*

tes,

tes, & Græcorum rituum in sacramentis administrandis æmuli, autoribus *Phil. à S.S. Trinitate p. 124. Jac. de Vitr. c. 77.* ABYSSINI denique, si fides tribuenda est relationi *Antonii de Aranda* f. 47. Zagæzabo n. in cit. confess. quem sequitur Boterus l. c. p. 515. & Autor libri Gallici de statibus & Imperiis mundi, p. 1302. contrarium profitetur. Imo & ipsa Latina Ecclesia fermentatô usa est usque ad *Alexandrum*, primum Papam Seculi II. ille enim *oblationem ex azymo, non autem ex fermentato, ut antea, fieri mandavit*, ut referunt *Platina* & *Stella* in vita ejus, *Phil. Bergomas* Chron. f. 136. Gob. *Persona* Cosmodrom. f. 141. *Pol. Virgilius* l. 5. de invent. rer. c. 10. Hæc ita Græci cum sequacibus: Latinorum instituti & moris in azymo celebrandi tenaces fuerunt soli ex omnibus Orientalibus ARMENI, sicuti narrant *Boterus* p. 479. Autor libri de statibus &c. p. 1263. *de Aranda* f. 45. *b. Cassander* in Liturg. f. 29. & MOZARABES, Christiani olim in partibus Africæ & Hispaniæ, regnantibus Almohadibus; nunc verò pauci vel pene nulli; nominati, quòd Arabibus misti essent, ut tradit *Joh. Vasæus* Chron. Hisp. ad. A. C. 717. Eos in azymo confecisse referunt *de Vitriaco* c. 80. Hessus p. 90. Chassanæus f. 507. Duret. p. 595. *Hæc ex laudato illo Programmate.*

Etiam Lat. Eccl. fermẽtato usa est.

QVÆST. V.

Quid de Intinctione & Cochleari judicandum?

§. CCCLXVIII. *V. Quid de Intinctione & Cochleari judicãdum?*

HUmbertus Silvæ Candidæ Episcopus, Cardinalis Rom. Eccles. & Leonis IX. ad Imperatorem Constantinopolitanum Legatus, Græcos, quòd Benedictum Panem in Calicem immiserunt, & cochleari unà cum vino hauserunt, reprehendit. Extat in fine Tom. IX. Baron. & Tom. IV. Part. 2. Bibl. Pp. Col. 203. Inter alia sic, col. 216. Quod Sanctum Panem vitæ æternæ in calice intritum cum cochleari sumere consvestis, quid opponitis? Neque enim ipse Dominus panem in vino intrivit, & sic Apostolis dedit, dicens: Accipite cum cochleari, & comedite &c.

Lanceam ferream nesciunt (Latinæ sc. Ecclesiæ) nisi, quæ latus Domini nostri Jesu Christi aperuit. Cochlear verò, cum quo

com-

communicent, sicut in Ecclesiâ Græcorum minimè habent, quia non commiscent ipsam Sanctam Communionem in Calice &c. Sed & in nonnullis Ecclesiis Latinis intinctio frequentari cœperat, quæ tamen improbata fuit. Docet hoc Calixtus ex Micrologo & Hildeberto Cenumanensi Episcopo concludens: Qui ægrè adeò tulerunt panem intinctum populo præberi, qvum interim Benedictum Vinum non omninò subtraheretur, aliter tamen, quàm Dominus instituit, distribueretur, atque adeò ad normam institutionis divinæ, administrationem hujus Sacramenti exegerunt, quid dicturi fuissent, si audissent benedictum illud Vinum prorsus denegari. Invaluit deinde magis magisque Transsubstantiatio, & sic intinctio cœpit haberi excusatior. Cassander producit Carnotensem Ivonem Seculi XI. Patrem excepto poculo, quem intincto pane non Autoritate, sed summâ necessitate timoris Sanguinis Christi effusionis, permittitur communicare. Ex Institutis Cluniacens: idem Cassander: Quantis ipsum Corpus Sacerdos dederit Sanguini singulis intingit &c. vide Calixtum §. 20.

Audiamus quæso quid de Controversiâ judicet Doctissimus *Joh: Gerhard. Vossius: Is in Thesibus Theologicis & Historicis Disput. 23. Thes. VII. & VIII. p. 334. ad 337. duas format Quæstiones. I. Utrum necesse sit panem & Vinum seorsim sumi, an verò sufficiat intincta? II. Quid statuere oporteat de Græcorum Pane, quem interebant Vino, atq; exinde cochleari sumebant?* ad Prius Thesi VII. ad Posterius Thesi VIII. respondet; Sequentem in modum:

Thesis VII.

Satis igitur apertum est, Laicos etiam sub Geminâ specie communicare oportere. Sed porrò quæritur, utrum necesse sit Panem & Vinum seorsim sumi? An verò sufficiat intincta? quam Cypriani jam ætate parvulis & infirmis dabant, ac circa annum Christi ccc. xl. in publicâ etiam & ordinariâ Synaxi quibusdam locis usurpabant. Nostra hæc Sententia est, sequendum esse judicium Christi, & Apostolorum exemplum, qui separatim atque seorsim Panem & Vinum dabant. Ratio quoque gravis, cur ita facerent, erat. Nam cùm in intinctâ Vinum non bibatur, sed edatur; integra autem hominis re-

Utrū necesse sit, Panem & Vinum seorsim sumi, an verò sufficiat intincta?

tes, & Græcorum rituum in sacramentis administrandis æmuli, autoribus *Phil. à S.S. Trinitate p. 124. Jac. de Vitr. c. 77.* ABYSSINI denique, si fides tribuenda est relationi *Antonii de Aranda* f. 47. Zagæzabo n. in cit. confess. quem sequitur Boterus l. c. p. 515. & Autor libri Gallici de statibus & Imperiis mundi. p. 1302. contrarium profitetur. Imo & ipsa Latina Ecclesia fermentatô usa est usque ad *Alexandrum*, primum Papam Seculi II. ille enim *oblationem ex azymo, non autem ex fermentato, ut antea, fieri mandavit*, ut referunt *Platina* & *Stella* in vita ejus, *Phil. Bergomas* Chron. f. 136. Gob. *Persona* Cosmodrom. f. 141. *Pol. Virgilius* l. 5. de invent. rer. c. 10. Hæc ita Græci cum sequacibus: Latinorum instituti & moris in azymo celebrandi tenaces fuerunt soli ex omnibus Orientalibus ARMENI, sicuti narrant *Boterus* p. 479. Autor libri de statibus &c. p. 1163. *de Aranda* f. 45. b. *Cassander* in Liturg. f. 29. & MOZARABES, Christiani olim in partibus Africæ & Hispaniæ, regnantibus Almohadibus; nunc verò pauci vel pene nulli; nominati, quòd Arabibus misti essent, ut tradit *Joh. Vasæus* Chron. Hisp. ad. A. C. 717. Eos in azymo confecisse referunt *de Vitriaco* c. 80. Heseus p. 90. Chassanæus f. 507. Duret. p. 595. *Hæc ex laudato illo Programmate.*

Etiam Lat. Eccl. fermẽtato usa est.

QVÆST. V.

Quid de Intinctione & Cochleari judicandum?

§. CCCLXVIII. V. Quid de Intinctione & Cochleari judicãdum?

HUmbertus Silvæ Candidæ Episcopus, Cardinalis Rom. Eccles. & Leonis IX. ad Imperatorem Constantinopolitanum Legatus, Græcos, quòd Benedictum Panem in Calicem immiserunt, & cochleari unà cum vino hauserunt, reprehendit. Extat in fine Tom. IX. Baron. & Tom. IV. Part. 2. Bibl. Pp. Col. 203. Inter alia sic, col. 216. Quod Sanctum Panem vitæ æternæ in calice intritum cum cochleari sumere consuestis, quid opponitis? Neque enim ipse Dominus panem in vino intrivit, & sic Apostolis dedit, dicens: Accipite cum cochleari, & comedite &c.

Lanceam ferream nesciunt (Latinæ sc. Ecclesiæ) nisi, quæ latus Domini nostri Jesu Christi aperuit. Cochlear verò, cum quo

com-

communicent, ſicut in Eccleſiâ Græcorum minimè habent, quia non commiſcent ipſam Sanctam Communionem in Calice &c. Sed & in nonnullis Eccleſiis Latinis intinctio frequentari cœperat, quæ tamen improbata fuit. Docet hoc Calixtus ex Micrologo & Hildeberto Cenumanenſi Epiſcopo concludens: Qui ægrè adeò tulerunt panem intinctum populo præberi, qvum interim Benedictum Vinum non omninò ſubtraheretur, aliter tamen, quàm Dominus inſtituit, diſtribueretur, atque adeò ad normam inſtitutionis divinæ, adminiſtrationem hujus Sacramenti exegerunt, quid dicturi fuiſſent, ſi audiſſent benedictum illud Vinum prorſus denegari. Invaluit deinde magis magisque Transſubſtantiatio, & ſic intinctio cæpit haberi excuſatior. Caſſander producit Carnotenſem Ivonem Seculi XI. Patrem excepto poculo, quem intincto pane non Autoritate, ſed ſummâ neceſſitate timoris Sanguinis Chriſti effuſionis, permittitur communicare. Ex Inſtitutis Cluniacens: idem Caſſander: Quantis ipſum Corpus Sacerdos dederit Sanguini ſingulis intingit &c. vide Calixtum §. 20.

Audiamus quæſo quid de Controverſiâ judicet Doctiſſimus *Joh. Gerhard. Voſſius: Is in Theſibus Theologicis & Hiſtoricis Diſput. 23. Theſ. VII. & VIII p. 334. ad 337. duas format Quæſtiones. I. Utrum neceſſe ſit panem & Vinum ſeorſim ſumi, an verò ſufficiat intincta? II. Quid ſtatuere oporteat de Græcorum Pane, quem interebant Vino, atq; exinde cochleari ſumebant?* ad Prius Theſi VII. ad Poſterius Theſi VIII. reſpondet; Sequentem in modum:

Thesis VII.

Satis igitur apertum eſt, Laicos etiam ſub Geminâ ſpecie communicare oportere. Sed porrò quæritur, utrum neceſſe ſit Panem & Vinum ſeorſim ſumi? An verò ſufficiat intincta? quam Cypriani jam ætate parvulis & infirmis dabant, ac circa annum Chriſti ccc. xl. in publicâ etiam & ordinariâ Synaxi quibusdam locis uſurpabant. Noſtra hæc Sententia eſt, ſequendum eſſe judicium Chriſti, & Apoſtolorum exemplum, qui ſeparatim atque ſeorſim Panem & Vinum dabant. Ratio quoque gravis, cur ita facerent, erat. Nam cùm in intinctâ Vinum non bibatur, ſed edatur; integra autem hominis re-

Utrũ neceſſe ſit, Panem & Vinum ſeorſim ſumi, an verò ſufficiat intincta?

scripsit, incensum in altari adoletur, deinde omnes Psalmorum melos concinunt: tùm fiunt precationes & lectiones Scripturæ: deinde egredi jubentur Cathechumeni, energumeni & pœnitentes; postea panis & vinum imponitur altari & sacra precatio perficitur: Sacerdos, peractâ oratione sanctissimâ, pacem omnibus nunciat: & ad medium altaris assistens mysteria vel Sacramenta præparata reverenter ostendit: utque omnes communicent, hortatur: traditâ deinde & ab omnibus sumptâ Eucharistiâ, gratiis actis finem mysteriis imponit. Paulò pòst indicat, hoc Sacramentum omnibus sub utrâque specie exhiberi. Sic enim scribit: Sanè opertum panem & individuum aperit, in frusta concidens, & singularem calicem omnibus impartiens, unitatem signanter multiplicat, atq; distribuit, inq; his consummat cœleste mysterium.

In Ecclesia Alexandrina.

In Alexandrinâ Ecclesiâ consvetudo fuit, ut communicaturi de Cœnâ Domini, ad gratiarum actionem à Sacerdote dictam, responderent, Amen: mensæ assisterent, & manus ad suscipiendum sanctum cibum extenderent, eumque acciperent: ut Dionysius Alexandrinus in epistolâ ad Sixtum Rom. Episcopum apud Euseb. l. 7. cap. 9. testatur.

August. totã sui temporis liturgiam describit.

Augustinus epist. 59. ad Paulinum, in quâ totam ferè sui temporis Liturgiam describit, in celebratione Sacramentorum dicit, fieri precationes, ante benedictionem ejus quod est in mensâ Domini: deinde fieri orationes, cùm illud benedicitur, sanctificatur, & ad distribuendum comminuitur. Interpellationes autem fieri, cùm ante Communionem populo benedicitur: & post Communionem dicit omnia in gratiarum actionem desinere. Verba ejus hæc sunt: Precationes, ait, accipimus dictas, quas facimus in celebratione Sacramentorum, antequam illud, quod est in Domini mensâ, incipiat benedici: orationes, cùm benedicitur & sanctificatur, & ad distribuendum comminuitur, quam totam petitionem ferè omnis Ecclesia oratione Dominicâ concludit: ad quem intellectum verbi Græci origo προσευχῆς nempe, nos adjuvat. Sic enim propriè intelligenda est oratio, quam facimus ad votum, id est, προσευχήν. Voventur autem omnia, quæ offeruntur Deo, maximè sancti altaris oblatio, quo Sacramento prædicatur votum illud maximum; quo nos vovimus in Christo esse mansuros, utique in compage corporis sui, cujus

rei

rei Sacramentum est, quod unus panis unum corpus multi sumus. Interpellationes autem sive postulationes fiunt, cùm populus benedicitur. Tunc enim Antistites, velut Advocati, susceptos suos per manûs impositionem misericordissimæ offerunt potestati: quibus peractis, & participato tanto Sacramento, gratiarum actio cuncta concludit.

Chrysostomus homil. 18. in 2. ad Corinth. indicat suo tempore primo factas fuisse preces à Sacerdote & populo communiter. Deinde exclusis illis, qui non potuerint sacris mysteriis interesse, aliam orationem factam esse. Tertiò, pacem communicaturis imprecatam: verba ejus hæc sunt: Est, ubi nihil differt Sacerdos à subdito, ut quando fruendum est horrendis mysteriis. Similiter enim omnes, ut illa percipiamus, digni habemur. Non sicut in veteri lege, partem quidem Sacerdos comedebat, partem autem populus, & non licebat populo participem esse eorum, quorum particeps erat Sacerdos: Sed nunc non sic, verum omnibus unum corpus proponitur, & poculum unum. Quin & in precibus, viderit quis populum multum simul offerre, cùm pro energumenis, tùm pro pœnitentibus: communes enim preces à Sacerdote & ab illis fiunt, & omnes unam dicunt orationem, orationem misericordiâ plenam. Iterum ubi excluserimus à Sacerdotalibus ambitibus eos, qui non possunt esse participes sanctæ Mensæ, alia facienda est oratio, & omnes simpliciter super terram jacemus, & omnes similiter surgimus. Quando iterum pax communicanda, omnes similiter salutamus. In iisdem iterum horrendissimis mysteriis benè precatur Sacerdos populo, & benè precatur populus Sacerdoti. Nam cum Spiritu tuo, nihil aliud est, quàm hoc. Ea, quæ sunt Eucharistiæ, id est, gratiarum actionis, communia sunt omnia: neque enim ille solus gratias agit, sed etiam omnis populus: prius enim acceptâ illorum voce, deinde congregatis illis, ut dignè & justè hoc fiat, Eucharistiam incipit. Et quid miraris, si cum Sacerdote populus loquitur? Ubi sanè & cum illis Cherubin & supernis potestatibus, communiter sanctos illos hymnos personant. Ex quibus intelligimus, in primitivâ Ecclesiâ factas fuisse preces, antequam illud, quod in mensâ Dominicâ fuerat appositum, benediceretur. Deinde in ipsâ benedictione & consecratione panis & vini adhibitas alias preces. Tertiò communicaturis datam pacem seu bene-

Chrys. sti Liturgiam sui temporis describit.

ſeu benedictionem. Quartò ſecutam fuiſſe Communionem omnium eorum, qui ſimul aderant: & tandem actionem totam gratiarum actione concluſam fuiſſe.

§. CCCLXIV. *Argumentū precum, poſt lectionem & interpretationem Scripturæ, ante conſecrationem.*

Quod autem fuerit argumentum iſtarum precum, quæ poſt lectionem & interpretationem Scripturæ ante conſecrationem fiebant, Chryſoſtomus luculenter docet homil. 1. in cap. 2. Timoth. & dicit: In obſequio quotidiano oblationis Sacramentorum, fieri ab Eccleſiâ obſecrationes & gratiarum actiones: non pro fidelibus ſolùm, ſed pro infidelibus etiam, pro regibus, & omnibus, qui in ſublimitate poſiti ſunt, ut illorum præſidio defenſi, tranquillam vitam agamus in pietate & caſtitate, ipſoſque faciat ad agnitionem veritatis venire. Item: Referimus, inquit, Deo gratias, pro felicibus omnium ſucceſſibus, quod Solem ſuum oriri faciat, & pluat ſuper juſtos & injuſtos. Et: præcipuè agimus gratias pro his, qui nobis junguntur, & pro beneficiis Dei, quæ nobis & illis contingunt, ſive clam ſive manifeſtè proveniant, ſive læta ſint, ſive triſtia. Homil. 26. in Matth. Altari, inquit, Sacerdos aſſiſtens, jubet nos Deo offerre gratias, pro univerſo terrarum orbe, pro abſentibus atque præſentibus, pro iis, qui ante nos fuerunt, & qui poſtea futuri ſunt. Homil. 18. in 2. ad Corinth. In precibus, ait, viderit quis populum ſimul cum Sacerdote offerre, pro energumenis & pœnitentibus.

Sic etiam Tertullianus in Apologetico: Oramus, inquit, pro Imperatoribus, pro miniſtris eorum, pro ſtatu ſeculi, pro rerum quiete, pro morâ finis. Et Ambroſius lib. 4. de Sacram. capite quarto: Per reliqua, ait, omnia, quæ in ſuperioribus ante conſecrationem dicuntur, laus Deo refertur, oratione petitur pro populo, pro Regibus, pro cæteris. *Hæc fuit materia precum illarum, quæ in primitivâ Eccleſiâ ante benedictionem Euchariſtiæ dicebantur.*

Quæ materia fuerit precum in ipſa benedictione.

Quod autem fuerit earum argumentum, & quæ materia in ipſâ benedictione, Dionyſius his verbis indicat: Sacerdos, inquit, ſtans ad altare, celebrat divinas operationes Jeſu, pro ſalute generis humani, quas beneplacito Patris in Spiritu Sancto, juxta Scripturas perfecit. Deinde procedit ad ſymbolicam adminiſtrationem: ubi prius per apologiam excuſans ſe, quod auſit ſacram illam adminiſtrationem aggredi, exclamat: Tu dixiſti: Hoc facite in mei commemorationem. Poſtea petit, ut idoneus fiat ad hanc ſacram adminiſtrationem.

tionem, quâ Christum Deum imitari debet, perficiendam, utq; sanctè possit distribuere: & ut illi, qui participaturi sint, ut sanctos decet, participent. Cyrillus dicit, hic fieri annunciationem incarnationis, mortis, resurrectionis & ascensionis Christi, cujus pulcherrimam formulam paulò pòst in Liturgiâ Basilii recensebimus. Et qualis ibi gratiarum actio de mysterio redemptionis celebrata fuerit, Chrysostomus homil. 16. in Matthæum indicat.

Inprimis autem recitata sunt verba institutionis Cœnæ Dominicæ, ut Ambrosius libro quarto de Sacramentis testatur cap. 4. Cùm enim dixisset ibi, panem esse corpus Christi consecratione: mox quærit, quibus verbis, & cujus sermone benedictio illa fiat? Et respondet, verbis & sermone Domini. Et addit, differentiam esse, inter reliqua, quæ in illâ actione dicuntur, quæ vel sint precationes, vel Eucharistiæ: illa verò dicit, non pertinere ad consecrationem seu benedictionem Eucharistiæ. Sed quando jam consecrandum & conficiendum Sacramentum est, tunc dicit, Sacerdotem jam non suis ampliùs, sed Christi verbis uti. Quæ verò illa Christi verba sint, capite quinto indicat, recitans verba institutionis. Irenæus quoque dicit: Quando mixtus calix, & fractus panis percipit verbum Dei, fit Eucharistia corporis & sanguinis Domini. Et quod verbum institutionis intelligat, explicat, cùm dicit: Panem terrenum accipere vocationem Dei, nimirum, quando de Pane Christus pronunciat: Hoc est corpus meum. Ita Ambrosius etiam de his, qui initiantur mysteriis, cap. 9. dicit: Sacramentum illud non hominis benedictione, sed sermone Christi confici. Et Chrysostomus Homil. de proditione Judæ docet: Non hominem esse, qui nobis res in mensâ Dominicâ propositas sanctificet, ut sint corpus & sanguis Domini: sed eundem Christum, qui primam suam Cœnam sanctificavit, etiam nunc nostram Cœnam Dominicam sanctificare. Licet enim verba per os Sacerdotis proferantur, Sacramenta tamen, gratiâ & virtute Dei sanctificari.

Christi enim, non Sacerdotis verbum est: Hoc est corpus meum. Et per illud proposita sanctificantur. De Consecratione dist. 2. capite 72. Augustinus dicit: Reliqua omnia: quæ Sacerdos dicit, aut Clerus chori canit, nihil aliud sunt quàm laudes & gratiarum actiones, aut certè obsecrationes & fidelium petitiones. Sacerdos

verò consecraturus assumit verba Evangelistarum. Et hanc orationem in benedictione Eucharistici panis & vini, omnem Ecclesiam concludere oratione Dominicâ, Augustinus testatur epist. 59. ad Paulinum. His precibus finitis, & consecratione peractâ, datâque pace, facta est distributio non unius tantùm, sed utriusque speciei, videlicet panis & vini, quæ sumebantur ab omnibus præsentibus. His omnibus peractis, actio tota gratiarum actione finiebatur. Hæc Rudolph. Hospinianus.

§. CCCLXV. *Quomodo Missa in Civitate Cairo celebretur.*

Quibus non possum non subjungere, quæ refert *Hottingerus* ex Relatione *Nicolai Hemmingii*, quomodo Missa in Civitate Kairo celebretur. Verba ejus *in Historiâ Ecclesiasticâ Secul. XVI. s. Parte Quintâ, p. 53. 54. 55. 56. 57.* sic sonant: Sed & aliud ἀποσπασμάτιον inter Epistolas Blaurerianas reperi ἀνέκδοτον, quod; vel Theodori Bibliandri, vel alterius manû scriptum, ex Relatione Nicolai Hemmingii, ita habet: Ante Biennium, h. e. Anno 1557. fuit hic Hafniæ vir Senex & Gravis, missus à Constantinopolitano Patriarcha, Demetrius Nomine, natione Thessalonicensis, qui mihi narravit multa de Religione Christianorum inter Turcas degentium. Et quia in nobilissimâ illâ Civitate Kairo, quæ & Mizrim dicitur, vixerat decennium, ejus Ecclesiæ ritum ex Arabiâ translatum in celebrandâ Missâ mihi exposuit; Cujus narrationem hoc pacto distinxi:

I. Habent in Kairo Christiani multa templa, omnia insignita Lunâ falcatâ, quæ est Turcicum insigne; sed sine Campanis (Humanâ enim voce convocantur ad Sacra) & sine Idolis: Nisi quòd picturas Historicas ex Veteri & Novo Testamento in parietibus Templorum habeant depictas.

II. Antiochenus (forsan voluit dicere Alexandrinum) Pastor est illorum Patriarcha: qui ut agnoscatur Patriarcha esse, pileum latum (in cujus medio est Crux Rubra) sui muneris insigne in capite gestat.

III. Quatuor vicibus in Anno, Die Nativitatis Domini, Die Resurrectionis, Die Pentecostes, & XV. Augusti communicant omnes Christiani, qui illic sunt, sub utrâque specie. Non est discrimen Laici & Sacerdotis, sed eadem Mysteria porriguntur utrisque.

IV. Missæ celebratio hoc modo fit: Sacerdos induit Albam

bam & Pallium; nostro ferè more. Nisi quòd rubras cruces quatuor habeat in veste Sacerdotali, in dextro brachio unam, in Sinistro Alteram, in Pectore Tertiam, quartam in Dorso, ut quocunque se vertat, insignia Summi Sacerdotis contemplanda exhibeat.

V. Sacerdos ita in Sacrario ornatus prodit, & mox ad Populum conversus, verba hæc altâ voce, ut exaudiri possit ab omnibus, qui adsunt, pronunciat: Εὐλογημένη ἡ Βασιλεία τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. h.e. Benedictum Regnum Patris, & Filii, & Spiritûs Sanct. & semper, & in Secula Seculorum. Et respondet totus Populus, Ἀμήν. Amen.

VI. Huic Confessioni mox Precationem subjungit ad Trinitatem, ad quam totus populus Amen respondet.

VII. Finitâ Precatione canitur à Populo: Ἅγιος ὁ θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος· ἐλέησον ἡμᾶς. i.e. Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis: Miserere nostri.

VIII. Huic Lectioni subjungitur Lectio ex Scripturis Apostolis primùm Græcè, deinde & Arabicè. Quia plerique Christiani, qui ibi sunt, ex Arabiâ translati sunt. Canitur Halleluja post ea.

IX. Evangelium legitur Græcè, deinde Arabicè.

X. Finito Evangelio canitur à toto cœtu Carmen, quod Cherubim vocant.

XI. Carmine Cherubim finito, fit Concio à Summo Ministro, idq; ferè ad horam.

XII. Nunquam illa concio se ultra horam extendit.

XIII. Finitâ Concione recitantur Cœnæ verba in ipso Suggestu, idq; tantùm in Quatuor Festis.

XIV. Reversus à Suggestu ad Mensam, quæ in medio Templo sita est, ad populum se convertit Sacerdos hæc Verba pronuncians: Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν Φώτων.

XV. Sacerdos distribuens Sacramenta Cœnæ singulos Communicantium hisce Verbis alloquitur. Λάβε χάριν παρὰ κυρίου, καὶ ἐλεημοσύνην παρὰ θεοῦ Σωτῆρος ἡμῶν.

XVI. Ad hæc respondet, qui accipit Sacra Cœnæ Myste-

 ria;

ria: Τοῦ δείπνου σου τοῦ μυστηρίου υἱὲ θεοῦ κοινωνόν με παράλαβε. οὐ μὴ γὰρ σε ἀρνήσω, οὐδὲ φίλημά σοι δώσω. καθάπερ ὁ Ἰούδας. Ἀλλὰ ὡς ὁ λῃστὴς ὁμολογῶ σε μνήσθητί μου κύριε ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. H. e. Cœnæ tuæ mysticæ, Fili Dei, fac me hodie participem. Nequaquam enim te negabo, nec osculum dabo ut Judas; sed veluti Latro te confitebor: Memento mei Domine in Regno tuo.

XVII. Nihil canitur inter communicandum, sed omnes spectatores singulari devotione meditantur hæc sacra mysteria.

XVIII. Communicatione finitâ additur Gratiarum Actio cum Precatione. Et vertens se ad populum Minister in hunc modum benedicit populo: Ἡ εὐλογία τοῦ κυρίου ἐφ᾽ ὑμῖν. Et respondet cœtus: Amen.

Hæc de Missâ retulit Demetrius, quæ quater in Anno celebratur. Verùm in quotidianis conventibus hunc morem habere Christianos. Omnium primum orditur Sacerdos à Benedictione, ut in Missâ. 2. Fiunt preces publicæ. Recitatur aliqua Lectio ex Sacris literis: & fit brevis Concio. 3. Distribuitur precibus finitis, sine Vino, Panis. Hunc Panem dicunt non esse Corpus Domini, sed tantùm dari in Signum mutuæ fraternitatis, ut hoc Symbolo admoniti ipsorum animi coalescant, qui de eodem pane participant. 4. Percepto hoc Pane Populus, cum hâc benedictione: ἡ εὐλογία κυρίου ἐφ᾽ ὑμᾶς, dimittitur. Hæc Hottingerus.

De Moscis ita *Neugebauerus*, pag. 81. cap 11. Missæ Sacrificium more Græcorum pane fermentato & non Azymo peragunt: Calici item tantùm aquæ, quàm etiam aquam volunt esse calidam, quòd ex latere servatoris nostri non sine mysterio profluxerit Sanguis & Aqua, quam fuisse calidam credere pium existimant, alioqui enim miraculum vix censeri posse.

Sequitur

QVÆSTIO IV.

§. CCCLXVI.

Quid de Pane Fermentato, quem Græci in Sacra Cœna adhibent, sit judicandum?

AD enodationem bujus Quæstionis merito hic subjungimus, quæ de eodem Pane fermentato doctè collecta leguntur in

in Programmate Academiæ Regiomontanæ Anno 1665. de Paschate, non in Fermentato, sed in Azymis celebrando, in Honorem Triumphantis Christi ex 1. Corinth.V.v. 8.

Emergente novâ controversiâ inter Occidentis Ecclesias & Orientis de pane Eucharistico, num azymus an fermentatus esse debeat; & hæc Apostolica pericope 1.Cor.5.v.8. in scenam produci & litigio immisceri cœpit. Eandem quidem ante hac ab antiquissimis Ecclesiæ Doctoribus ad S. Eucharistiæ Sacramentum accommodatam esse, non inficias eo. Verum isti, quam indicavi, liti primitus substravêre nonnulli recentiores, qui pro azymis pugnantes undecunque munimenta & præsidia conquisiverunt. Inter illos fuerunt præcipui *Anselmus* Cantuariensis, peculiari libello de fermentato & azymo, Tom.3. operum: *Algerus*, Leodiensis l.2.de Sacramento corp. & sangv. c.10. *Rupertus* Tuitiensis l.c. Ociosa & perniciosa hæc ζετομαχία in flammam erupit anno 1054. quo Pontifex Romanus Leo IX. suos Apocrisiarios Constantinopolim misit, eisque literas ad Constantinum Monomachum Imperatorem, & Michaëlem Patriarcham dedit. Legati benignè ab Imperatore excepti, primo coëgerunt Nicetam Monachum anathematizare & incendere librum suum, contra Romanos de azymo &c. compositum. Videntes posthæc, Patriarcham præsentiam & colloquium ipsorum declinare, quin templis etiam ad sacra celebranda interdixisse, chartâ excommunicationis coram Clero & populo super Altare S.Sophiæ positâ, in Italiam remeavere. Narrat hæc Sigebertus Gemblac.Chron.ad d. annum, & Baronius Tom.XI.annal. Hinc ultro citroq; certare non tam rationibus, quàm dicteriis & sectariis cognominibus insectari, ut Græci Latinos vocarent *Azymitas*, illi istos *Fermentarios*. Testatur hoc Algerus loc. cit. *Utrum ex Azymo an ex fermentato pane corpus Christi sumi debeat, inter Latinos & Græcos, magna contentatio est: in tantum ut illi istos Azymitas, isti illos Fermentarios, quasi cujuslibet hæresis notent vocabulô: cùm tamen, ut multis bonis Catholicis videtur, non sit contra fidem Christianàm, seu azymum seu fermentatum sacrificetur.* Optimè cum Catholicis illis ἐπικρίνει, quæstionem non tangere ipsum fidei Christianæ fundamentum, adeoq; tam vehemente animorum collisione non opus fuisse. Rationes utriusque partis in medium proferre aut examinàre pagellarum modulô prohibemur:

Controversia de pane fermentato & azymo in S. Eucharistia adhibendo.

Lat. Eccles. laudatur propter prudentiam & moderationem.

id tamen fateri cogimur, Latinam Ecclesiam laudabili & Christianæ charitati conveniente prudentiâ, controversiam tractâsse, suamque opinionem cum tantâ moderatione tuitam esse, ut Græcis, contrariam defendentibus, ecclesiasticam communionem nunquam denegaret, sed tanquam verè catholicis libenter communicaret. *Adhuc multi sacrificant de fermentato, quibus tanquam verè Catholicis Ecclesia Romana communicat*, sunt verba ipsiusmet Pontificis Innocentii III. l. 4. myst. Myssæ. cap. 33. Utinam ejusmodi modestiæ in Lateranensi suo Concilio, ejusque successores in aliis memores fuissent, atque hodienum essent, longè felicius se Resp. ecclesiastica in Occidente haberet! Græca verò Ecclesia pro fermentato, tanquam pro aris & focis, acerrimè depugnavit, tota, ut Plautinâ phrasi utar, in fermento jacens, & rem, suâ naturâ & confessione Latinorum indifferentem, in fidei dogma convertens. Ita Panis, Symbolum fraternæ unionis, rixarum & inanium vitilitigationum pabulum fuit! Concordiæ quidem spes effulgebat A. C. 1438. quô Papa Eugenius IV. Concilium Florentinum celebravit, ubi ipse Constantinopolitanus Imperator Palæologus cum Patriarcha multisque aliis Græciæ Antistitibus comparuit, & post longam disceptationem capitum inter Latinam & Græcam Ecclesias controversorum, consensus tandem initus, ac formula definitionis, sub titulo *sanctæ unionis literæ*, concepta fuit, quæ extat Tom. 8. Concil. f. 851. edit. Paris. 1636. In illa Eugenius ita intonat: *Lætentur Cœli, & exultet terra, sublatus est vero de medio paries, qui Occidentalem Orientalemq; dividebat Ecclesiam, & pax atq; concordia rediit &c.* Hinc seqvuntur definitiones dogmatum, quarum secunda ad nostrum propositum faciens, ista est: *Item* (definimus) *in azymo, sive fermentato pane triticeo, corpus Christi veraciter confici, Sacerdotesq; in altero* (alterutro) *ipsum Domini corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suæ Ecclesiæ sive Occid. sive Orientalis consvetudinem.* Verumenimverò nihil minus quam illa unio Florentina servata fuit. Græci enim domum reduces, pactis conventisque minimè stare voluerunt, quin adhuc in Italia Bononiæ hærentes, cum Legatis ex Anglia, qui in eandem tabernam solverant, collocuti, non obscurè prodidêre, quàm unio illa revera nulla fuerit. Colloquium hoc describit Rob. Creyghton, hist. Concilii Florent. f. 307. seq. Atque ex eo tempore Græci antiqvum obtinuerunt,

Græc. Eccles. pro fermentato pane, tota in fermento est.

Conc. Flor.

runt, litem redintegrarunt, & pro fermento in præsentem usque diem dimicant. Videre illud est tum ex Jeremiæ Patriarchæ Constantinop. responso primo ad Aug. Confess. c.10. tum ex c.9. Confessionis, quam Metrophanes Critopulus illustri Juliæ ante pauca lustra reliquit, & Clarissimus Joh. Hornejus Latinitate donatam publicis typis exscribi curavit an. 1661. Græcorum ritum, Eucharistiam de fermentato conficiendi, imitantur quam plurimi per Orbem Christiani, utp. MOSCOVITÆ, attestantur scriptores rerum Moscov. *Sigismundus*, L.B. ab Herberstein p.33. seqq. *Alex. Guagninus* f.89. b. Sal. Neugebauerus p. 81. & *Josephus* Patriarcha in literis Anno 1644. ad Woldemarum Daniæ Principem, p.t. in Moscovia degentem, exaratis, quas manu scriptas possideo. Item JACOBITÆ, à Jacobo Zanzalo dicti, quorum Patriarcha *præest Chaldæis Medis & Persis & Armeniis; & in aliis regnis in tantum dilatatur ejus prælatio, quod 70. Provinciæ ei obediunt, in quibus inhabitant innumerabiles Christiani*, ut narrat Frater Philippus Epist. ad Gregorium IX. apud Matth. Paris. histor. Angl. f.425. Hosque in fermento communicare refert *Antonius de Aranda*, Monachus Hispanus, qui multos annos Hierosolymis vixit, & vernaculâ linguâ *informationem veram de terrâ s. juxta statum, in quo erat anno 1530.* edidit, excusam Toleti 1550. cap.18. f. 46. b. Sic NESTORIANI, à Nestorio hæretico appellati, cujus tamen *nomen potius, quàm errores retinuerunt*, ut rectè videtur Onuphrio Panvinio continuat. Platinæ p.339. quosve, ut & Jacobitas, Maronitas, Georgianos & similes, Brocardus Monachus. A. C. 1183. plerumque invenit *bonos & simplices esse homines, sincereq́; erga Deum & homines viventes*, de ipsorum consensu cum Græcis in hoc puncto vid. *Joachimus Abbas*, citante Claudio Duret, Gallico scriptore, in thesauro historiæ omnium linguarum, cap.52. pag.594. *Joh. Heseus*, peregrinat. p.27. Barth. Chassanæus catal. gloriæ mundi f. 506. Philippus à sanctissima Trinitate Itinerar. Orient. pag.247. Porro fermentato pani favent GEORGIANI, dicti à S. Georgio: in omnibus enim cum Græcis faciunt, & Sacramentis, illorum more, utuntur, testibus Jac. de Vitriaco c.79. Chassaneô l.c. Heseô pag.29. Adhæc COPHTITÆ Ægypti incolæ, scribente Ant. de Aranda l.c. seqvuntur SURIANI seu Syri, vid Jac. de Vitr. c.74. Chassanæus f.507. Duret. l.c. MARONITAE circa Libanum montem habitantes,

§. CCCLXVII. *Græcorū ritū imitātur quāplurimæ per orbem Ecclesiæ.*

tes, & Græcorum rituum in sacramentis administrandis æmuli, autoribus *Phil. à S.S. Trinitate p. 124. Jac. de Vitr. c. 77.* ABYSSINI denique, si fides tribuenda est relationi *Antonii de Aranda* f. 47. Zagæzabo n. in cit. confess. quem sequitur Boterus l. c. p. 515. & Autor libri Gallici de statibus & Imperiis mundi. p. 1302. contrarium profitetur. Imo & ipsa Latina Ecclesia fermentatô usa est usque ad Alexandrum, primum Papam Seculi II. ille enim *oblationem ex azymo, non autem ex fermentato, ut antea, fieri mandavit*, ut referunt *Platina* & *Stella* in vita ejus, *Phil. Bergomas* Chron. f. 136. Gob. *Persona* Cosmodrom. f. 141. *Pol. Virgilius* l. 5. de invent. rer. c. 10. Hæc ita Græci cum sequacibus: Latinorum instituti & moris in azymo celebrandi tenaces fuerunt soli ex omnibus Orientalibus ARMENI, sicuti narrant *Boterus* p. 479. Autor libri de statibus &c. p. 1263. *de Aranda* f. 45. *b. Cassander* in Liturg. f. 29. & MOZARABES, Christiani olim in partibus Africæ & Hispaniæ, regnantibus Almohadibus; nunc verò pauci vel pene nulli; nominati, quòd Arabibus misti essent, ut tradit *Joh. Vasæus* Chron. Hisp. ad. A. C. 717. Eos in azymo confecisse referunt *de Vitriaco* c. 80. Hesεus p. 90. Chassanæus f. 507. Duret. p. 595. *Hæc ex laudato illo Programmate.*

Etiam Lat. Eccl. fermẽtato usa est.

QVÆST. V.

Quid de Intinctione & Cochleari judicandum?

§. CCCLXVIII. *V. Quid de Intinctione & Cochleari judicãdum?*

HUmbertus Silvæ Candidæ Episcopus, Cardinalis Rom. Eccles. & Leonis IX. ad Imperatorem Constantinopolitanum Legatus, Græcos, quòd Benedictum Panem in Calicem immiserunt, & cochleari unà cum vino hauserunt, reprehendit. Extat in fine Tom. IX. Baron. & Tom. IV. Part. 2. Bibl. Pp. Col. 203. Inter alia sic, col. 216. Quod Sanctum Panem vitæ æternæ in calice intritum cum cochleari sumere consvestis, quid opponitis? Neque enim ipse Dominus panem in vino intrivit, & sic Apostolis dedit, dicens: Accipite cum cochleari, & comedite &c.

Lanceam ferream nesciunt (Latinæ sc. Ecclesiæ) nisi, quæ latus Domini nostri Jesu Christi aperuit. Cochlear verò, cum quo com-

communicent, ſicut in Eccleſiâ Græcorum minimè habent, quia non commiſcent ipſam Sanctam Communionem in Calice &c. Sed & in nonnullis Eccleſiis Latinis intinctio frequentari cœperat, quæ tamen improbata fuit. Docet hoc Calixtus ex Micrologo & Hildeberto Cenumanenſi Epiſcopo concludens: Qui ægrè adeò tulerunt panem intinctum populo præberi, qvum interim Benedictum Vinum non omninò ſubtraheretur, aliter tamen, quàm Dominus inſtituit, diſtribueretur, atque adeò ad normam inſtitutionis divinæ, adminiſtrationem hujus Sacramenti exegerunt, quid dicturi fuiſſent, ſi audiſſent benedictum illud Vinum prorſus denegari. Invaluit deinde magis magiſque Transſubſtantiatio, & ſic intinctio cœpit haberi excuſatior. Caſſander producit Carnotenſem Ivonem Seculi XI. Patrem excepto poculo, quem intincto pane non Autoritate, ſed ſummâ neceſſitate timoris Sanguinis Chriſti effuſionis, permittitur communicare. Ex Inſtitutis Cluniacens: idem Caſſander: Quantis ipſum Corpus Sacerdos dederit Sanguini ſingulis intingit &c. vide Calixtum §. 20.

Audiamus quæſo quid de Controverſiâ judicet Doctiſſimus *Joh. Gerhard. Voſſius: Is in Theſibus Theologicis & Hiſtoricis Diſput. 23. Theſ. VII. & VIII p. 334. ad 337. duas format Quæſtiones. I. Utrum neceſſe ſit panem & Vinum ſeorſim ſumi, an verò ſufficiat intincta? II. Quid ſtatuere oporteat de Græcorum Pane, quem intinctebant Vino, atq; exinde cochleari ſumebant?* ad Prius Theſi VII. ad Poſterius Theſi VIII. reſpondet; Sequentem in modum:

THESIS VII.

Utrū neceſſe ſit, Panem & Vinum ſeorſim ſumi, an verò ſufficiat intincta?

Satis igitur apertum eſt, Laicos etiam ſub Geminâ ſpecie communicare oportere. Sed porrò quæritur, utrum neceſſe ſit Panem & Vinum ſeorſim ſumi? An verò ſufficiat intincta? quam Cypriani jam ætate parvulis & infirmis dabant, ac circa annum Chriſti ccc. xl. in publicâ etiam & ordinariâ Synaxi quibusdam locis uſurpabant. Noſtra hæc Sententia eſt, ſequendum eſſe judicium Chriſti, & Apoſtolorum exemplum, qui ſeparatim atque ſeorſim Panem & Vinum dabant. Ratio quoque gravis, cur ita facerent, erat. Nam cùm in intinctâ Vinum non bibatur, ſed edatur; integra autem hominis re-

 fectio

fectio atque alimonia esu & potu perficiatur: Omninò Symbola Panis & Vini seorsim sumi attinebat, ut ita melius repræsentaretur integra refectio Spiritualis. Atque idem Julii Papæ circa annum CCC.XL. judicium fuit, cujus autoritate mos intingendi, qui invehi cœperat, aliquamdiu repressus fuit. Posteà tamen repullulavit: inprimis circa annum CM, quo tempore, quia jam tum illud dogma in Ecclesiam irrepserat, intinctam aliqui reducere cœperunt, ad Effusionis, ut ajebant, periculum evitandum. Cum Quæstione superiori de Calice Laicis dando conjuncta est ista, An ut utrumque aliquis Symbolum accepisse dicatur, sufficiat intincta, h. e. Panis tinctus in Vino, quem utriusque Symboli locum obtinere posse, aliqui veterum putarunt. De hâc probamus sententiam Julii, qui copse anno factus est Urbis Episcopus, quo naturæ concessit magnus Constantinus. Verba Julii ad Ægypti Episcopos hæc sunt, apud Gratianum autem audivimus, quosdam Schismaticâ ambitione detentos, contra divinos ordines, & Apostolicas institutiones intinctam Eucharistiam populis, pro complemento Communionis, porrigere: quòd quàm sit Evangelicæ & Apostolicæ doctrinæ contrarium, & consvetudini Ecclesiasticæ adversum, non difficile ab ipso fonte Veritatis probabitur, à quo ordinata ipsa Sacramentorum Mysteria processerunt. Et paulò post: Quod pro complemento communionis intinctam tradunt Eucharistiam populis: nec hoc probatum ex Evangelio Testimonium receperunt, ubi Apostolis Corpus suum commendavit & Sanguinem. Seorsim enim Panis, & seorsim Calicis commendatio memoratur. Nam intinctum Panem aliis Christum præbuisse non legimus, excepto illo tantùm Discipulo, quem intincta bucella Magistri Proditorem ostenderet, non quæ Sacramenti hujus institutionem signaret. Idem iisdem verbis repetitur Concilio Bracarensi III. Cap. I. Videtur autem hæc Consvetudo primùm cœpisse ab ægris, qui panem siccum deglutire non possunt. Unde ut Dionysius Alexandrinus apud Eusebium refert, Serapioni Seni extrema agenti portio Eucharistiæ madefactæ data est, ac Puella à Diabolo vexata, quæ (ut Prosper Aquitanicus narrat) dies jejunarat 82. brevem particulam Corporis Domini tinctam à Sacerdote percepit. Sed aperté inprimis, quod dixmus, confirmatur Concilii Toletani XI. Canone XI. cujus hæc verba: Solet Humanæ Naturæ infirmitas in ipso

§. CCCLXIX.

mor-

mortis exitu prægravata tanto siccitatis pondere deprimi, ut nullis ciborum illationibus refici, sed vix tandem illati delectetur poculi gratiâ sustentari. Quod etiam in multorum exitu vidimus, qui optatum suis votis Sacræ Communionis expetentes viaticum, collatam sibi à Sacerdote Eucharistiam rejecerunt. Non quod in fidelitate hoc agerent, seu quod præter Dominici calicis haustum, traditam sibi non possent Eucharistiam deglutire. Non ergò hujusmodi à corpore Ecclesiæ separandi sunt: Propter hanc causam Concilii Turoniensis Patres statuerunt, ut Eucharistia, quæ in viaticum à Vitâ excedentium reservatur, intincta sit in Sanguinem Domini, ut Presbyter possit veraciter dicere Corpus & Sanguis prosit in vitam æternam, ubi τὸ veraciter satis indicat, non veraciter Sanguinis Symbolum præberi, nisi vel Calix seorsim, vel saltem intincta præbeatur.

Circa annum verò CM. mos iste etiam in sanis cæpit frequentari. Ac primum in monasteriis. Docent hoc instituta Cluniacensium. Lib. II. cap. 35. de Sacerdote Hebdomadario: Quantis ipsum Corpus Sacerdos dederit, singulis Sanguini intingit: quanquam sit contra usum aliarum Ecclesiarum, quia quidam, maximè Novitii nostri, adeò sunt rudes, ut si Sanguinem ita separatum accipiant, quandam negligentiam incurrerent. Ubi in considerationem venit, tùm quòd fateantur, id se facere contra morem Ecclesiarum aliarum: tum quòd Causam adferant, ne negligentiâ quâdam peccetur, h. e. ob Effusionis periculum. Posteà verò etiam in Paræciis consvetudo ea recepta est. Unde Ivo Carnotensis de Divinis Officiis: Non juxta Concilii Toletani Definitionem intincto pane; non Auctoritate, sed summâ necessitate, Timoris Sanguinis Christi effusionis permittitur communicare. Ubi videmus, ut Clero Panem & Vinum seorsim, populo intincta daretur; idque eâdem de causâ, ob quam posteà Calix populo est ereptus. Non tamen ea consvetudo omnibus probabatur: quod ostendit Joannes Micrologus (qui Gregorii VII. & Anselmi Lucensis temporibus vixit.) Cap. XIX. Non est Authenticum, quod quidam Corpus Domini intingunt & intinctum pro complemento Communionis populo distribuunt. Nam ordo Romanus contradicit, quia & in Parasceve Vinum non consecratum, cum Dominicâ Oratione, & Dominici Corporis immis-

verò consecraturus assumit verba Evangelistarum. Et hanc orationem in benedictione Eucharistici panis & vini, omnem Ecclesiam concludere oratione Dominicâ, Augustinus testatur epist. 59. ad Paulinum, His precibus finitis, & consecratione peractâ, datâque pace, facta est distributio non unius tantùm, sed utriusque speciei, videlicet panis & vini, quæ sumebantur ab omnibus præsentibus. His omnibus peractis, actio tota gratiarum actione finiebatur. Hæc Rudolph. Hospinianus.

§. CCCLXV. *Quomodo Missa in Civitate Cairo celebretur.*

Quibus non possum non subjungere, quæ refert *Hottingerus* ex Relatione *Nicolai Hemmingii*, quomodo Missa in Civitate Kairo celebretur. Verba ejus *in Historiâ Ecclesiasticâ Secul. XVI. s. Parte Quintâ, p. 53. 54. 55. 56. 57.* sic sonant: Sed & aliud ἀποσπασμάτιον inter Epistolas Blaurerianas reperi ἀνέκδοτον, quod; vel Theodori Bibliandri, vel alterius manû scriptum, ex Relatione Nicolai Hemmingii, ita habet: Ante Biennium, h.e. Anno 1557. fuit hic Hafniæ vir Senex & Gravis, missus à Constantinopolitano Patriarcha, Demetrius Nomine, natione Thessalonicensis, qui mihi narravit multa de Religione Christianorum inter Turcas degentium. Et quia in nobilissimâ illâ Civitate Kairo, quæ & Mizrim dicitur, vixerat decennium, ejus Ecclesiæ ritum ex Arabiâ translatum in celebrandâ Missâ mihi exposuit; Cujus narrationem hoc pacto distinxi:

I. Habent in Kairo Christiani multa templa, omnia insignita Lunâ falcatâ, quæ est Turcicum insigne; sed sine Campanis (Humanâ enim voce convocantur ad Sacra) & sine Idolis: Nisi quòd picturas Historicas ex Veteri & Novo Testamento in parietibus Templorum habeant depictas.

II. Antiochenus (forsan voluit dicere Alexandrinum) Pastor est illorum Patriarcha: qui ut agnoscatur Patriarcha esse, pileum latum (in cujus medio est Crux Rubra) sui muneris insigne in capite gestat.

III. Quatuor vicibus in Anno, Die Nativitatis Domini, Die Resurrectionis, Die Pentecostes, & XV. Augusti communicant omnes Christiani, qui illic sunt, sub utrâque specie. Non est discrimen Laici & Sacerdotis, sed eadem Mysteria porriguntur utrisque.

IV. Missæ celebratio hoc modo fit: Sacerdos induit Albam

bam & Pallium; nostro ferè more. Nisi quòd rubras cruces quatuor habeat in veste Sacerdotali, in dextro brachio unam, in Sinistro Alteram, in Pectore Tertiam, quartam in Dorso, ut quocunque se vertat, insignia Summi Sacerdotis contemplanda exhibeat.

V. Sacerdos ita in Sacrario ornatus prodit, & mox ad Populum conversus, verba hæc altâ voce, ut exaudiri possit ab omnibus, qui adsunt, pronunciat: Εὐλογημένη ἡ Βασιλεία τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. h.e. Benedictum Regnum Patris, & Filii, & Spiritûs Sanct. & semper, & in Secula Seculorum. Et respondet totus Populus, Ἀμήν. Amen.

VI. Huic Confessioni mox Precationem subjungit ad Trinitatem, ad quam totus populus Amen respondet.

VII. Finitâ Precatione canitur à Populo: Ἅγιος ὁ Θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος· ἐλέησον ἡμᾶς. i.e. Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis: Miserere nostri.

VIII. Huic Lectioni subjungitur Lectio ex Scripturis Apostolis primùm Græcè, deinde & Arabicè. Quia plerique Christiani, qui ibi sunt, ex Arabiâ translati sunt. Canitur Halleluja post ea.

IX. Evangelium legitur Græcè, deinde Arabicè.

X. Finito Evangelio canitur à toto cœtu Carmen, quod Cherubim vocant.

XI. Carmine Cherubim finito, fit Concio à Summo Ministro, idq; ferè ad horam.

XII. Nunquam illa concio se ultra horam extendit.

XIII. Finitâ Concione recitantur Cœnæ verba in ipso Suggestu, idq; tantùm in Quatuor Festis.

XIV. Reversus à Suggestu ad Mensam, quæ in medio Templo sita est, ad populum se convertit Sacerdos hæc Verba pronuncians: Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν Φώτων.

XV. Sacerdos distribuens Sacramenta Cœnæ singulos Communicantium hisce Verbis alloquitur. Λάβε χάριν παρὰ κυρίου, καὶ ἐλεημοσύνην παρὰ θεοῦ Σωτῆρος ἡμῶν.

XVI. Ad hæc respondet, qui accipit Sacra Cœnæ Myste-

in Programmate Academiæ Regiomontanæ Anno 1665. de Paschate, non in Fermentato, sed in Azymis celebrando, in Honorem Triumphantis Christi ex 1. Corinth. V. v. 8.

Emergente novâ controversiâ inter Occidentis Ecclesias & Orientis de pane Eucharistico, num azymus an fermentatus esse debeat; & hæc Apostolica pericope 1. Cor. 5. v. 8. in scenam produci & litigio immisceri cœpit. Eandem quidem ante hac ab antiquissimis Ecclesiæ Doctoribus ad S. Eucharistiæ Sacramentum accommodatam esse, non inficias eo. Verum isti, quam indicavi, liti primitus substravêre nonnulli recentiores, qui pro azymis pugnantes undecunque munimenta & præsidia conquisiverunt. Inter illos fuerunt præcipui *Anselmus* Cantuariensis, peculiari libello de fermentato & azymo, Tom. 3. operum: *Algerus*, Leodiensis l. 2. de Sacramento corp. & sangv. c. 10. *Rupertus* Tuitiensis l. c. Ociosa & perniciosa hæc ζυμομαχία in flammam erupit anno 1054. quo Pontifex Romanus Leo IX. suos Apocrisiarios Constantinopolim misit, eisque literas ad Constantinum Monomachum Imperatorem, & Michaëlem Patriarcham dedit. Legati benignè ab Imperatore excepti, primo coëgerunt Nicetam Monachum anathematizare & incendere librum suum, contra Romanos de azymo &c. compositum. Videntes posthæc, Patriarcham præsentiam & colloquium ipsorum declinare, quin templis etiam ad sacra celebranda interdixisse, chartâ excommunicationis coram Clero & populo super Altare S. Sophiæ positâ, in Italiam remeavere. Narrat hæc Sigebertus Gemblac. Chron. ad d. annum, & Baronius Tom. XI. annal. Hinc ultro citroq; certare non tam rationibus, quàm dicteriis & sectariis cognominibus insectari, ut Græci Latinos vocarent *Azymitas*, illi istos *Fermentarios*. Testatur hoc Algerus loc. cit. *Utrum ex Azymo an ex fermentato pane corpus Christi sumi debeat, inter Latinos & Græcos, magna contertatio est: in tantum ut illi istos Azymitas, isti illos Fermentarios, quasi cujuslibet hæresis notent vocabulô: cùm tamen, ut multis bonis Catholicis videtur, non sit contra fidem Christianam, seu azymum seu fermentatum sacrificetur.* Optimè cum Catholicis illis ἀπαιχρίνει, quæstionem non tangere ipsum fidei Christianæ fundamentum, adeoq; tam vehemente animorum collisione non opus fuisse. Rationes utriusque partis in medium proferre aut examinare pagellarum modulô prohibemur:

Controversia de pane fermentato & azymo in S. Eucharistia adhibendo.

Lat. Eccles. laudatur propter prudentiam & moderationem.

id tamen fateri cogimur, Latinam Ecclesiam laudabili & Christianæ charitati conveniente prudentiâ, controversiam tractâsse, suamque opinionem cum tantâ moderatione tuitam esse, ut Græcis, contrariam defendentibus, ecclesiasticam communionem nunquam denegaret, sed tanquam verè catholicis libenter communicaret. *Adhuc multi sacrificant de fermentato, quibus tanquam verè Catholicis Ecclesia Romana communicat,* sunt verba ipsiusmet Pontificis Innocentii III. l. 4. myst. Myssæ. cap. 33. Utinam ejusmodi modestiæ in Lateranensi suo Concilio, ejusque successores in aliis memores fuissent, atque hodienum essent, longè felicius se Resp. ecclesiastica in Occidente haberet! Græca verò Ecclesia pro fermentato, tanquam pro aris & focis, acerrimè depugnavit, tota, ut Plautinâ phrasi utar, in fermento jacens, & rem, suâ naturâ & confessione Latinorum indifferentem, in fidei dogma convertens. Ita Panis, Symbolum fraternæ unionis, rixarum & inanium vitilitigationum pabulum fuit! Concordiæ quidem spes effulgebat A.C. 1438. quô Papa Eugenius IV. Concilium Florentinum celebravit, ubi ipse Constantinopolitanus Imperator Palæologus cum Patriarcha multisque aliis Græciæ Antistitibus comparuit, & post longam disceptationem capitum inter Latinam & Græcam Ecclesias controversorum, consensus tandem initus, ac formula definitionis, sub titulo *sanctæ unionis literæ*, concepta fuit, quæ extat Tom. 8. Concil. f. 851. edit. Paris. 1636. In illa Eugenius ita intonat: *Lætentur Cœli, & exultet terra, sublatus est vero de medio paries, qui Occidentalem Orientalemq; dividebat Ecclesiam, & pax atq; concordia rediit &c.* Hinc seqvuntur definitiones dogmatum, quarum secunda ad nostrum propositum faciens, ista est: *Item (* definimus *) in azymo, sive fermentato pane triticeo, corpus Christi veraciter confici, Sacerdotesq; in altero (* alterutro*) ipsum Domini corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suæ Ecclesiæ sive Occid. sive Orientalis consvetudinem.* Verumenimverò nihil minus quam illa unio Florentina servata fuit. Græci enim domum reduces, pactis conventisque minimè stare voluerunt, quin adhuc in Italia Bononiæ hærentes, cum Legatis ex Anglia, qui in eandem tabernam solverant, collocuti, non obscurè prodidêre, quàm unio illa revera nulla fuerit. Colloquium hoc describit Rob. Creyghton, hist. Concilii Florent. f. 307. seq. Atque ex eo tempore Græci antiqvum obtinuerunt,

Græc. Eccles. pro fermentato pane, tota in fermento est.

Conc. Flor.

runt, litem redintegrarunt, & pro fermento in præsentem usque diem dimicant. Videre illud est tum ex Jeremiæ Patriarchæ Constantinop. responso primo ad Aug. Confess. c.10. tum ex c.9. Confessionis, quam Metrophanes Critopulus illustri Juliæ ante pauca lustra reliquit, & Clarissimus Joh. Hornejus Latinitate donatam publicis typis exscribi curavit an. 1661. Græcorum ritum, Eucharistiam de fermentato conficiendi, imitantur quam plurimi per Orbem Christiani, utp. MOSCOVITÆ, attestantur scriptores rerum Moscov. *Sigismundus*, L.B. ab Herberstein p.33. seqq. *Alex. Guagninus* f.89. b. Sal. Neugebauerus p.81. & *Josephus* Patriarcha in literis Anno 1644. ad Woldemarum Daniæ Principem, p.t. in Moscovia degentem, exaratis, quas manu scriptas possideo. Item JACOBITÆ, à Jacobo Zanzalo dicti, quorum Patriarcha *præest Chaldæis Medis & Persis & Armeniis; & in aliis regnis in tantum dilatatur ejus prælatio, quòd 70. Provinciæ ei obediunt, in quibus inhabitant innumerabiles Christiani*, ut narrat Frater Philippus Epist. ad Gregorium IX. apud Matth. Paris. histor. Angl. f.415. Hosque in fermento communicare refert *Antonius de Aranda*, Monachus Hispanus, qui multos annos Hierosolymis vixit, & vernaculâ linguâ *informationem veram de terrâ s. juxta statum, in quo erat anno 1530.* edidit, excusam Toleti 1550. cap.18. f. 46. b. Sic NESTORIANI, à Nestorio hæretico appellati, cujus tamen *nomen potiùs, quàm errores retinuerunt*, ut rectè videtur Onuphrio Panvinio continuat. Platinæ p.339. quosve, ut & Jacobitas, Maronitas, Georgianos & similes, Brocardus Monachus. A. C. 1183. plerumque invenit *bonos & simplices esse homines, sincerèq; erga Deum & homines viventes*, de ipsorum consensu cum Græcis in hoc puncto vid. *Joachimus Abbas*, citante Claudio Duret, Gallico scriptore, in thesauro historiæ omnium linguarum, cap.52. pag.594. *Joh. Heseus*, peregrinat. p.27. Barth. Chassanæus catal. gloriæ mundi f. 506. Philippus à sanctissima Trinitate Itinerar. Orient. pag.247. Porro fermentato pani favent GEORGIANI, dicti à S.Georgio: in omnibus enim cum Græcis faciunt, & Sacramentis, illorum more, utuntur, testibus Jac. de Vitriaco c.79. Chassaneô l.c. Heseô pag.29. Adhæc COPHTITAE Ægypti incolæ, scribente Ant. de Aranda l.c. seqvuntur SURIANI seu Syri, vid Jac. de Vitr. c.74. Chassanæus f.507. Duret. l.c. MARONITAE circa Libanum montem habitantes,

§. CCCLXVII. *Græcorũ ritũ imitãtur quãplurimæ per orbem Ecclesiæ.*

tes, & Græcorum rituum in sacramentis administrandis æmuli, autoribus *Phil. à S. S. Trinitate p. 124. Jac. de Vitr. c. 77.* ABYSSINI denique, si fides tribuenda est relationi *Antonii de Aranda* f. 47. Zagæzabo n. in cit. confess. quem sequitur Boterus l. c. p. 515. & Autor libri Gallici de statibus & Imperiis mundi. p. 1302. contrarium profitetur. Imo & ipsa Latina Ecclesia fermentatô usa est usque ad Alexandrum, primum Papam Seculi II. ille enim *oblationem ex azymo, non autem ex fermentato, ut antea, fieri mandavit*, ut referunt *Platina* & *Stella* in vita ejus, *Phil. Bergomas* Chron. f. 136. Gob. *Persona* Cosmodrom. f. 141. *Pol. Virgilius* l. 5. de invent. rer. c. 10. Hæc ita Græci cum sequacibus: Latinorum instituti & moris in azymo celebrandi tenaces fuerunt soli ex omnibus Orientalibus ARMENI, sicuti narrant *Boterus* p. 479. Autor libri de statibus &c. p. 1163. *de Aranda* f. 45. b. *Cassander* in Liturg. f. 29. & MOZARABES, Christiani olim in partibus Africæ & Hispaniæ, regnantibus Almohadibus; nunc verò pauci vel pene nulli; nominati, quòd Arabibus misti essent, ut tradit *Joh. Vasæus* Chron. Hisp. ad. A. C. 717. Eos in azymo confecisse referunt *de Vitriaco* c. 80. Hesſeus p. 90. Chassanæus f. 507. Duret. p. 595. *Hac ex laudato illo Programmate.*

Etiam Lat. Eccl. fermẽtato usa est.

QVÆST. V.

Quid de Intinctione & Cochleari judicandum?

§. CCCLXVIII. *V. Quid de Intinctione & Cochleari judicãdum?*

HUmbertus Silvæ Candidæ Episcopus, Cardinalis Rom. Eccles. & Leonis IX. ad Imperatorem Constantinopolitanum Legatus, Græcos, quòd Benedictum Panem in Calicem immiserunt, & cochleari unà cum vino hauserunt, reprehendit. Extat in fine Tom. IX. Baron. & Tom. IV. Part. 2. Bibl. Pp. Col. 203. Inter alia sic, col. 216. Quod Sanctum Panem vitæ æternæ in calice intritum cum cochleari sumere consvestis, quid opponitis? Neque enim ipse Dominus panem in vino intrivit, & sic Apostolis dedit, dicens: Accipite cum cochleari, & comedite &c.

Lanceam ferream nesciunt (Latinæ sc. Ecclesiæ) nisi, quæ latus Domini nostri Jesu Christi aperuit. Cochlear verò, cum quo com-

communicent, ſicut in Eccleſiâ Græcorum minimè habent, quia non commiſcent ipſam Sanctam Communionem in Calice &c. Sed & in nonnullis Eccleſiis Latinis intinctio frequentari cæperat, quæ tamen improbata fuit. Docet hoc Calixtus ex Micrologo & Hildeberto Cenumanenſi Epiſcopo concludens: Qui ægrè adeò tulerunt panem intinctum populo præberi, qvum interim Benedictum Vinum non omninò ſubtraheretur, aliter tamen, quàm Dominus inſtituit, diſtribueretur, atque adeò ad normam inſtitutionis divinæ, adminiſtrationem hujus Sacramenti exegerunt, quid dicturi fuiſſent, ſi audiſſent benedictum illud Vinum prorſus denegari. Invaluit deinde magis magisque Transſubſtantiatio, & ſic intinctio cæpit haberi excuſatior. Caſſander producit Carnotenſem Ivonem Seculi XI. Patrem excepto poculo, quem intincto pane non Autoritate, ſed ſummâ neceſſitate timoris Sanguinis Chriſti effuſionis, permittitur communicare. Ex Inſtitutis Cluniacens: idem Caſſander: Quantis ipſum Corpus Sacerdos dederit Sanguini ſingulis intingit &c. vide Calixtum §. 20.

Audiamus quæſo quid de Controverſiâ judicet Doctiſſimus *Joh. Gerhard. Voſſius: Is in Theſibus Theologicis & Hiſtoricis Diſput. 23. Theſ. VII. & VIII p. 334. ad 337. duas format Quæſtiones. I. Utrum neceſſe ſit panem & Vinum ſeorſim ſumi, an verò ſufficiat intincta? II. Quid ſtatuere oporteat de Græcorum Pane, quem interebant Vino, atq; exinde cochleari ſumebant?* ad Prius Theſi VII. ad Poſterius Theſi VIII. reſpondet; Sequentem in modum:

Thesis VII.

Utrū neceſſe ſit, Panem & Vinum ſeorſim ſumi, an verò ſufficiat intincta?

Satis igitur apertum eſt, Laicos etiam ſub Geminâ ſpecie communicare oportere. Sed porrò quæritur, utrum neceſſe ſit Panem & Vinum ſeorſim ſumi? An verò ſufficiat intincta? quam Cypriani jam ætate parvulis & infirmis dabant, ac circa annum Chriſti ccc. xl. in publicâ etiam & ordinariâ Synaxi quibusdam locis uſurpabant. Noſtra hæc Sententia eſt, ſequendum eſſe judicium Chriſti, & Apoſtolorum exemplum, qui ſeparatim atque ſeorſim Panem & Vinum dabant. Ratio quoque gravis, cur ita facerent, erat. Nam cùm in intinctâ Vinum non bibatur, ſed edatur; integra autem hominis re-

fectio atque alimonia esu & potu perficiatur: Omninò Symbola Panis & Vini seorsim sumi attinebat, ut ita melius repræsentaretur integra refectio Spiritualis. Atque idem Julii Papæ circa annum CCC.XL. judicium fuit, cujus autoritate mos intingendi, qui invehi cœperat, aliquamdiu repressus fuit. Posteà tamen repullulavit: inprimis circa annum CM, quo tempore, quia jam tum illud dogma in Ecclesiam irrepserat, intinctam aliqui reducere cœperunt, ad Effusionis, ut ajebant, periculum evitandum. Cum Quæstione superiori de Calice Laicis dando conjuncta est ista, AN ut utrumque aliquis Symbolum accepisse dicatur, sufficiat intincta, h. e. Panis tinctus in Vino, quem utriusque Symboli locum obtinere posse, aliqui veterum putarunt. De hâc probamus sententiam Julii, qui copse anno factus est Urbis Episcopus, quo naturæ concessit magnus Constantinus. Verba Julii ad Ægypti Episcopos hæc sunt, apud Gratianum autem audivimus, quosdam Schismaticâ ambitione detentos, contra divinos ordines, & Apostolicas institutiones intinctam Eucharistiam populis, pro complemento Communionis, porrigere: quòd quàm sit Evangelicæ & Apostolicæ doctrinæ contrarium, & consvetudini Ecclesiasticæ adversum, non difficile ab ipso fonte Veritatis probabitur, à quo ordinata ipsa Sacramentorum Mysteria processerunt. Et paulò post: Quod pro complemento communionis intinctam tradunt Eucharistiam populis: nec hoc probatum ex Evangelio Testimonium receperunt, ubi Apostolis Corpus suum commendavit & Sanguinem. Seorsim enim Panis, & seorsim Calicis commendatio memoratur. Nam intinctum Panem aliis Christum præbuisse non legimus, excepto illo tantùm Discipulo, quem intincta bucella Magistri Proditorem ostenderet, non quæ Sacramenti hujus institutionem signaret. Idem iisdem verbis repetitur Concilio Bracarensi III. Cap. I. Videtur autem hæc Consvetudo primùm cœpisse ab ægris, qui panem siccum deglutire non possunt. Unde ut Dionysius Alexandrinus apud Eusebium refert, Serapioni Seni extrema agenti portio Eucharistiæ madefactæ data est, ac Puella à Diabolo vexata, quæ (ut Prosper Aquitanicus narrat) dies jejunarat 82. brevem particulam Corporis Domini tinctam à Sacerdote percepit. Sed apertè inprimis, quod dixmus, confirmatur Concilii Toletani XI. Canone XI. cujus hæc verba: Solet Humanæ Naturæ infirmitas in ipso mor-

§. CCCLXIX.

mortis exitu prægravata tanto siccitatis pondere deprimi, ut nullis ciborum illationibus refici, sed vix tandem illati delectetur poculi gratiâ sustentari. Quod etiam in multorum exitu vidimus, qui optatum suis votis Sacræ Communionis expetentes viaticum, collatam sibi à Sacerdote Eucharistiam rejecerunt. Non quod in fidelitate hoc agerent, seu quod præter Dominici calicis haustum, traditam sibi non possent Eucharistiam deglutire. Non ergò hujusmodi à corpore Ecclesiæ separandi sunt: Propter hanc causam Concilii Turoniensis Patres statuerunt; ut Eucharistia, quæ in viaticum à Vitâ excedentium reservatur, intincta sit in Sanguinem Domini, ut Presbyter possit veraciter dicere Corpus & Sanguis prosit in vitam æternam, ubi τὸ veraciter satis indicat, non veraciter Sanguinis Symbolum præberi, nisi vel Calix seorsim, vel saltem intincta præbeatur.

Circa annum verò CM. mos iste etiam in sanis cœpit frequentari. Ac primum in monasteriis. Docent hoc instituta Cluniacensium. Lib. II. cap. 35. de Sacerdote Hebdomadario: Quantis ipsum Corpus Sacerdos dederit, singulis Sanguini intingit: quanquam sit contra usum aliarum Ecclesiarum, quia quidam, maximè Novitii nostri, adeò sunt rudes, ut si Sanguinem ita separatum accipiant, quandam negligentiam incurrerent. Ubi in considerationem venit, tùm quòd fateantur, id se facere contra morem Ecclesiarum aliarum: tum quòd Causam adferant, ne negligentiâ quâdam peccetur, h. e. ob Effusionis periculum. Posteà verò etiam in Paræciis consvetudo ea recepta est. Unde Ivo Carnotensis de Divinis Officiis: Non juxta Concilii Toletani Definitionem intincto pane, non Auctoritate, sed summâ necessitate, Timoris Sanguinis Christi effusionis permittitur communicare. Ubi videmus, ut Clero Panem & Vinum seorsim, populo intincta daretur; idque eâdem de causâ, ob quam posteà Calix populo est ereptus. Non tamen ea consvetudo omnibus probabatur: quod ostendit Joannes Micrologus (qui Gregorii VII. & Anselmi Lucensis temporibus vixit.) Cap. XIX. Non est Authenticum, quod quidam Corpus Domini intingunt & intinctum pro complemento Communionis populo distribuunt. Nam ordo Romanus contradicit, quia & in Parasceve Vinum non consecratum, cum Dominicâ Oratione, & Dominici Corporis im-

missione jubet consecrare, ut populus plenè possit communicare. Quod utique superfluè præciperet, si intinctum Dominicum à priori die Corpus servaretur, & ita tinctum populo ad communicandum sufficere videretur. Julius quoque Papa, in ordine XXXVI. Episcopis Ægypti scribens, hujusmodi intinctionem penitus prohibet, & seorsim Panem, & seorsim Calicem, juxta Dominicam institutionem, sumenda docet. Unde & B. Gelasius Papa in ordine LI. Episcopus, excommunicari illos præcepit, quicunque sumto corpore Dominico, à calicis participatione se abstinerent. Nam & ipse in eodem decreto asserit. Hujusmodi Sacramentorum divisio sine grandi Sacrilegio provenire non poterit. Etiam acriter hunc morem improbabat Hildebertus Cenomanensis Epist. LXIV: Hoc ideò tibi frater exaravi, ut excitatus evigiles, ut videas, quoniam traditioni Sacramentorum Altaris, quæ in vestro celebris est monasterio, nec Evangelia consonant, nec decreta concordant. In eo enim consvetudinis est, Eucharistiam nulli intinctam dari: quod nec ex Dominicâ Institutione, nec ex sanctionibus authenticis reperitur assumtum. Item: Si Matthæum consulis, si Marcum, si Lucam, seorsum Panem traditum invenies, seorsim Vinum. Nam intinctum panem aliis præbuisse Christum non legimus, excepto tantummodò illo Discipulo, quem intincta bucella Magistri proditorem ostenderit, non quòd hujus Sacramenti institutionem signaret. Et sic Papa Julius ait, &c. etiam Lombardus Lib. IV. D. 11. Lit. F. Eucharistia intincta non debet dari populo pro Supplemento Communionis: quia non legitur Christus alicui Discipulorum præbuisse Panem intinctum, nisi Judæ.

§. CCCLXX. Quid statuere oporteat de Græcorũ Pane, quẽ interebant vino, atq; exinde cochleari sumebant?

THESIS VIII.

Ex iis verò, quæ de intinctâ diximus, etiam liquet, quid statuĩ oporteat, de Græcorum Pane, quem interebant Vino, atque exinde cochleari sumebant. Hunc morem Græcorum quorundam refert simul & damnat Humbertus, Episcopus Sylvæ Candidæ Disputatione de Azymo adversus Græcos. Deinde quod Sanctum Panem Vitæ Æternæ in Calice intritum cum cochleari sumere consvestis, quid opponitis? neque enim ipse Dominus Panem in calice Vini in-

intrivit, & sic Apostolis dedit: Accipite & cum cochleari comedite, hoc est enim Corpus meum. Sed sicut Sancta Romana Ecclesia usque nunc observat, panem integrum benedixit, & fractum singulis particulatim distribuit, dicens: Accipite & comedite, hoc est corpus meum: Quibus, postquam cœnatum est, calicem porrexit, dicens: Bibite ex eo omnes. Interea quin mos iste præstabilior sit, quàm ut in totum Calix auferatur, dubium non est. Nam, ut optimè Bucerus ait Resp. II. ad Latomum, si vinum infusum contrito pani, quem morem Veterum aliqui introduxerunt, exhibeatur, modus dispensandi mutatur, non autem Symbolum totum tollitur unà cum sacratissimis verbis, quibus Dominicum Symbolum hoc sanctificat, & sanguinem suum præbere instituit. Nunc autem sustulerunt Romanæ Ecclesiæ Sacrificuli omnem Sanguinis Dominici dispensationem, & signo, & Verbis.

QVÆST. V.

An Græci Missas privatas & Communionem sub unâ doceant?

§. CCCLXXI. V. An Græci Missas privatas, & Communionē sub unâ doceant?

ITa censet Thomas Hardingus contra Ivellum Theologum Anglicanum his verbis: Ut sæpè adversus nos; ita etiam in miseros Græcos ementiris: adeò ne tantillum quidem dicere potes, ut simul dicas verum. Celebrantur enim vulgò apud hos Missæ, cùm intereà adsunt nulli, qui sint eâ in re Sacerdoti participes. Has tu Missas privatas appellas. Idem per universam Græciam fit, idem in Asiâ, Syriâ, Assyriâ, Armeniâ, & quaquâ Christianismi fines patent, quod quidem sæpè egomet, & Anglorum prætereà non pauci, ab iis Græcis, qui Venetiis degunt, observatum vidimus. Iidem etiam pro mortuis deprecantur omnes, quos precibus, oblationibus, eleemosynâ & Charitatis operibus, quæ eorum nomine à viventibus fiant, relevari existimant. Qui cùm ita sentiant, ac judicent, haud obscura ejus Fidei indicia præbent, quam de Purgatorio tenet Ecclesia. Ad hoc Ivellus inter cætera ita respondet: Malè me pudet profectò, ineptiis tam puerilibus orbi terrarum fieri negotium. Laudandum est, inquis, Apologetici istius ingenium. Retinere id aliquem facit, quod non habeat. Quid autem retinent? inquis, nempe illud,

& illud non habent. Sed ut ineptias tuas & miseras nugas, cum Turcis, Saracenis, & Vervecibus Cotpoldiants omittam, Hardinge, non adhuc retinere id Græcos dicimus, quod nunquam habuerunt, sed quod semper, privatas missas vestras, & communiones dimidiatas non retinent. Neque enim unquam habebant: Sacram autem, & integram utrâque parte communionem & hodie retinent, & semper jam inde ab Apostolorum temporibus habuerunt.

Iidem etiam pro mortuis deprecantur, inquis, atque eâ in re haud obscura Fidei vestræ de Purgatorio indicia præbent. Non hic Rhetoricæ, non Dialecticæ Facultatis tuæ tenuitatem perstringam Hardinge, illud unum monebo, ut tibi majori curæ sit Theologia. Quantum igitur intelligere possum, nunquam tàm arcto inter se nexu conjuncta erant, preces pro mortuis, & futile illud de purgatorio Commentum, quin rectè & facile possent disjungi. Græci ut pro mortuis; ita & pro Apostolis precantur, pro Patriarchis, Prophetis, atque ipsâ Beatâ Virgine Christi Matre, id quod nullo negotio è Basilii & Chrysostomi Liturgiis discas licet. Lectorem tamen credere, & pro Fidei Articulo habere non vis puto, Apostolos Christi, Patriarchas, Prophetas, & B. Virginem etiam nunc inclusos attineri in Purgatorio. Quicquid alioqui de iis, qui vitâ excesserunt, sentiunt Græci, certum hoc est, adduci eos nunquam potuisse, ut Purgatorium vestrum esse crederent. Roffensis, qui in partium vestrarum primoribus numeratur: Est illud (quod quidem & supra à me positum est) Purgatorium Græcis usque ad hunc diem non creditum. Ita Dialecticæne, an Theologiæ tuæ ope dicam, nescio Hardinge, (nam in utrâque mirificus es) miseris Græculis tuis eam vim afferre vehementer vis, ut retineant quod nunquam habuerunt. Paulò post: Celebrantur privatæ Missæ, inquis, per omnem Græciam, Asiam, Syriam, Assyriam, Armeniam, & quaquâ Christianismi fines patent. Hæc omnia tibi affirmanti credamus necesse est. Nam probationem aliam aliquem exquirere ne conaris quidem. Veruntamen si per Regiones has omnes in usu sunt Missæ privatæ, dic oro, Missis istis authores qui fuerint? Nempe Jacobus, inquies, Chrysostomus, aut Basilius: nam de horum nominibus, & Missis multa præclara sanè memorastis. At si rectè rem reputes, easdem istas Missas, Communiones nostras fuisse reperies, nec Missis vestris quicquam

E precibus pro mortuis Commentum Purgatorii in Ecclesiâ Græcâ concludi nequit

Missæ Græcorum sunt nostræ Communiones,

quam omnimò habuisse simile: qvum in illis, contra ac Commentorum vestrorum novitas fert, divina Sacramenta omni ex æquo populo promiscuè, & sub utraque specie diviserunt. Nimirum sic in Missâ suâ *Jacobus, Diaconi tollunt discos & calices, ad impertiendum populo.* Sic in suâ *Chrysostomus, post, Mysteria feruntur ad locum, ubi populus debet communicare.* Sic in suâ *Basilius: Nos omnes de uno pane, & de uno calice participantes, &c.* Cantores cantant Communionem, & sic communicant omnes. Ergò necessariò tibi fatendum est, Hardinge, vel Missarum istarum nullâ uti hodie Græcos, vel eorum Missas non esse eas, quæ sint apud vos, sed, quæ apud nos sunt, Communiones: quorum utrumvis contra te est. In Armeniorum Liturgiâ ita: Qui non sunt digni communicare hanc oblationem Dei, exeant forâs ante fores Ecclesiæ, & ibi orent.

non Pontificiorum Communio sub unâ. Probatur id ex ipsis verbis antiquarum Liturgiarum.

De Græcorum hâc in re more atque instituto, ita narrat magnus ille χολδεχης vester Bessarion Cardinalis, nempe Græcus & ipse: Hoc ipse ordo rerum poscebat, primùm consecrare, deindè frangere, postea distribuere (f. populo dividere) quod nos (Græci) in præsenti facimus. Vides itaque Hardinge, Sacramenta â Græcis hodiè consecrari, frangi, & nostro more populo dividi Non sibi privativè sumunt, adstante interim & spectaculum admirante populo, id quod apud vos fit. Quamobrem parùm verè narras, agitari ab his hodiè privatas Missas.

Falsum est, quod Hardingus scribit: Per omnem Græciam agitari privatas Missas.

De Græcis, qui Venetiis jam degunt, quem morem sequantur, nescio, cæterùm Missis privatis carent, ut audio: quas tamen si habeant sub imperio Papæ viventes, mirum utique non est. At hoc certum est, nullam Græciæ Partem esse Venetias.

§. CCCLXXII. De Græcis Venetiis viventibus.

Matthias Illyricus in Dalmatiâ, non longè â Græciæ finibus natus, cui propterea, ut existimari potest, Græcorum instituta familiarius ex vicino nota sunt, sic narrat: Ecclesia Græca, eique conjunctæ, Asiatica, Macedonica, Valachica, Ruthenica, Moscovitica, & Africana, i. e. totus Mundus, vel certè ejus maxima pars, nunquam primatum Papæ communi consensu concesserunt: nunquam privatas Missas, nunquam Communionem sub unâ Specie.

Testimoniũ egregium Matthiæ Flacii.

In Concilii Ferrariensis Proëmio ita est: Proximâ Dominicâ Quindecim Græci Sacerdotes domi Imperatoris, jussu ejus, missam (f. Communionem) solenniter celebrarunt. Ubi etiam Marchio

cum

factum esse fortassis, ut viri Docti negarint Trans-Substantiationem à Græcis admitti, & proinde exilis sanè causa, sit Arcudio Chemnit. adoriendi, & hoc modo lancinandi: Chemnitius, ut est Hæreticis familiarissimum, mentitur Græcos in Concilio Florentino admittere noluisse mutationem panis in Corpus Christi. Nam in eo Concilio non fuit Quæstio: An Panis verè & substantialiter mutetur in Corpus Domini, sed quibusnam verbis illa ineffabilis mutatio fieret. Sed non ita mentitus est Chemnitius prout tu solennitibi Phrasi dictitas, Cl. Arcudi; Chemnitius enim cum inquireret in antiquitatem dogmatis de Trans-Substantiatione quemadmodum Pontificii eam describunt, ait tandem, Sexto, ne Florentini quidem Concilii temporibus, universalis Ecclesiæ, omnium gentium consensu approbatum & receptum fuit dogma de Trans-Substantiatione. In ultimâ enim Sessione inter Articulos, in quibus Græca Ecclesia à Rom. dissentiebat, primo loco ponitur de Divinâ Trans-Substantiatione Panis in Eucharistiâ, & cum conficiendæ essent Literæ unionis, disertè & expressè exceptus fuit Articulus ille de Divinâ transmutatione Panis, quam Latini tunc docebant. Et ante Annos C. sicut hæc Historia indicat, nondum subjecti fuerunt anathemati, qui Trans-Substantiationis Opinionem non receperunt, vel approbarunt. De Recentioribus enim, quorum ætate magna doctrinæ inclinatio fieri cœperat, ut de Damasceno, Theophylacto &c. nihil disputamus, quando de antiquitatis Sententiâ Quæstio est. Hactenus Chemnitius.

Dicit ergò Chemnitius: 1. Antiquitatem non facere pro Trans Substantiatione, quod ex Veteribus ostendit, eorumque locutiones ex ipsis interpretatur. 2. Trans Substantiationem ne quidem in Concilio Florentino à Græcis admissam fuisse, prout eam Latini docebant. 3. multò minus anathemate munitam. 4. Fatetur inclinationem jam Damasceni & Theophylacti ætate factam, sc. ex malè intellectis phrasibus & vocabulis vetustiorum, utputa

Transmutationis, Versionis, &c. nec non præpostero metu, ne si transmutatio non crederetur, nuda & typica Significatio emergeret: si inclinationem horum temporibus factam esse largitur, non negat in totum, Græcos Concilii Florentini tempestate secius, quàm

par erat sensisse.' Sed qui Arcud. ad morem Bell.tantoperè amat vocem mendacii, monstrabo ei manifestum mendacium Bellarmini scribentis : Porrò Græcos agnoscere pro vero Sacramento extremam unctionem patet ex Concilio Florentino, ubi sine ullâ contradictione receperunt instructionem Armeniorum, ubi inter alia Sacramenta numeratur extrema unctio. Atqui instructionem Armeniorum non modò Græci non sine ulla contradictione (quod sine fronte affirmat Bellarminus) receperunt, sed ne quidem eam oculis usurpaverunt, cum, ut supra audivimus, Armenis adventantibus, Græci in procinctu ad abitum starent. Hæc D. Vejelius. Qui porrò videri debet in Defensione Exercitat. ubi hanc suam sententiam contra objectiones Allatii masculè tuetur, & Græcæ Eccles. fidem uberius explicat à p. 121. 122. ad p. 146. 147.

§. CCCLXXIV. Quibus adjicio, quæ habet Rodolphus Hospinianus in Historia Sacramentaria lib. 4. cap. XIII. p. 438. Concilium Tridentinum non dubitavit ita decernere : Si quis dixerit, in sacro sanctæ Eucharistiæ Sacramento, remanere substantiam panis & vini, una cum corpore & sangvine Domini nostri Jesu Christi : negaveritque mirabilem illam & singularem conversionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis & vini : quam quidem conversionem catholica Ecclesia aptissimè Transsubstantiationem appellat, anathema sit.

Florentinum Concilium. Ad alterum genus referendum est primò loco Florentinum Concilium anno Domini 1439. propter Orientalium seu Græcorum, & Occidentalium seu Latinorum unionem celebratum. Nam ex literis unionis, quibus in hoc Concilio Græca Ecclesia Romanæ reconciliata atque unita fuit in reliquis ferè omnibus articulis, liquidò constat, quòd ne tum quidem, vel maximè hoc urgente Eugenio Papa, recipere Transsubstantiationem & formulæ consensus inferi voluerint, qui advenerant Patriarcha Constantinopolitanus, & Orientales Episcopi: Verum ne id fieret, serio præcaverunt, apertè se quæstionem de Transsubstantiatione panis, sine totius Orientalis Ecclesiæ authoritate, tractare posse negantes : quod tamen cùm de conjungenda, in quorundam articulorum dissidio, Ecclesia Græca cum Latina ageretur, non facturi fuissent, sicut nec prorsus opus fuisset hanc quæstionem movere, si eadem fuisset tunc Græcæ Ecclesiæ,

quæ

quæ Romanæ, de Transſubſtantiatione ſententia. Quin imo Nicephorus Gregoras lib.5. Hiſt. nullum in Græca Eccleſia,ne ad ſua quidem uſque tempora, Liturgiam ad Romani Pontificis rationem & placitum celebraſſe ſcribit.

Iſidorg Ruſſor. Epiſcop.

Iſidorus etiam Ruſſorum Epiſcopus poſtquam domum à Concilio Florentia reverſus, conſenſum quendam opinionum atque rituum cùm in hac re, tum in cæteris etiam rebus omnibus inter ſuam & Romanam Eccleſiam inducere & ſtabilire tentaſſet, officio & munere ſuo abdicatus eſt, atque à Clero ſuo prorſus deſertus: adeò illi novum hoc Transſubſtantiationis figmentum improbarunt.

Hæc Hoſpinianus; unde iterum de Conſenſu Eccleſiæ Græcæ cum Romana in ritibus & dogmatibus uti Allatius loqui ſolet,poterit ferri judicium. *Dn. Georgius Calixtus in Exercitat. de Transſubſtantiat.* §. LXIX. de ſententia Græcæ Eccleſiæ hæc habet:

Calixt. de Reverentia Græcæ Eccleſ. erga Symbola non conſecrata, contra Trãsſubſtantiat. Pontific.

Græca Eccleſia pari reverentiâ proſequitur ſymbola nondum perfectè conſecrata, & jam plenè conſecrata. Quod ſanè transſubſtantiationis doctrinæ adverſatur. Nempe habent menſam,quam πρόθεσιν vocant: ei imponuntur panis & vinum, & benedictione ac precibus aliquibus quaſi præparantur, ſacriſque uſibus deſtinantur. Inde transferuntur in menſam,vel altare majus, εἰς τὴν ἁγίαν τράπεζαν, ubi demum perfectè cònſecrantur. Interea verò dum transferuntur, circumſtantes ea capitis profundâ inclinatione & totius corporis flexu (in genua, niſi fallor, non procumbunt) venerantur:nec aliter erga ea poſt conſecrationem plene peractam ſeſe gerunt. Neque ubi pronunciata fuerint verba, *Hoc eſt corpus meum*,mox ad adorationem, uti apud Pontificios iſtis verbis transſubſtantiandi vim tribuentes in uſu eſt, ruunt. Quæ etiam verba clarâ voce, non murmure, proferunt. Tandem perfectè conſecrato vino calidam aquam affundunt,ut eò magis referat ſanguinem,qui calidus è corpore manavit. Quod qui inſtituerunt,non exiſtimarunt in calice aliud nihil,niſi merum Chriſti ſanguinem eſſe. Nam ſi exiſtimaſſent, eum utique tali mixturâ profanare auſi non fuiſſent. Memorat illam Germanus, qui ante medium octavi ſeculi Conſtantinopolitanus fuit Patriarcha, & fieri ſcribit, ἵν' ὥσπερ ἐκ ζωῆς προῆλθον τῆς θείας πλευρᾶς ἀμφότερα θερμότητος, πεπληρωμένα, οὕτω δὴ καὶ τὸ ὕδωρ θερμότατον ἐν τῷ καιρῷ τῆς μεταλήψεως ἐπεμβαλλόμενον πλεί-

ὀν τὸν τόπον τοῦ μυστηρίου ἀναπληρῇ. *Ut quemadmodum ex vivo divino latere* (vivificandi virtute propter unitam divinitatem prædito) *utraque* ſanguis ſcilicet & aqua, calore plena manarunt: ita quoque calidiſſima aqua ipſo communionis tempore affuſa perfectum myſterii typum expleat. Hæc Calixtus.

§. CCCLXXV.

QVÆSTIO VII.

An ex Aſſervatione Specierum Sacramentalium, Communicatione Domeſticâ, Communicatione Infantum, Communicatione Ægrotorum, Communicatione Laicâ, Communicatione Præſanctificatorum probari poſſit Communionem ſub Unâ Specie in Veteri Græcâ Eccleſiâ fuiſſe uſitatam?

Reſpondeo Negando.

An Aſſervatio Specierũ Sacramentaliũ faveat Communioni ſub Unâ?

Conatur quidem poſt alios promiſcuam Fidelium nunc ſub unâ, nunc ſub utrâque Specie Communionem Bellarminus Lib. IV. de Euchariſt. cap. 24. probare ex Aſſervatione Specierum Sacramentalium, ex Communicatione domeſticâ, ex Communicatione Infantum, Ægrotorum, Laicâ, Præſanctificatorum &c. Sed Reſpondeo aſſervatum fuit & Vinum in Sacrario. Ita Bellarminus, in Lib. de Euchariſtiâ. IV. c. 4.

Poſt annum S. Chryſoſtomi in Ep. 1. ad Innocentium Papam, quæ extat tùm inter opera ejusdem Chryſoſtomi Tom. V. tum apud Nicephorum Lib. 13. cap. 19. ſcribit: Milites quoſdam ad Veſperam magni Sabbathi Sanctuarium ingreſſos tantum excitaſſe tumultum, ut & Sacratiſſimus Domini Sanguis, qui erat in Sanctuario, in eorum veſtes effunderetur. Quod autem id geſtum non fuerit, dum S. Cœna celebraretur, ſed extra actionem illam, patet ex eodem loco. Ubi enim Chryſoſtomus hoc factum dicit, cùm mulieres jam præpararentur ad Baptiſmum. Conſtat autem, Myſterium Euchariſtiæ ſemper celebrari poſt Baptiſmum. Quare Sanguis ille Dominicus, qui in

in Sanctuario erat, non tunc consecrabatur, aut distribuebatur, sed alio aliquo die consecratus fuerat, Card. Baron. ad Annum Christi 404. cùm recitat Epistolam Joannis Chrysost. ad Innocent. Num. 32. post enumeratam militum in Sacrarium irruptionem, quâ omnia intus recondita spectarunt, *sanctissimusq́, Christi Sanguis in tanto tumultu in militum vestimenta fusus est*, subdit: *Videmus non sub Specie Panis tantùm, sed etiam sub Specie Vini olim sacratissimam Eucharistiam consuevisse recondi.* Addit. Habes id quoque probatum auctoritate S. Gregorii, Romani Pontificis, dum ait, in navi navigantes portâsse Christi Corpus & Sanguinem. Confer & quæ ad factum Gorgoniæ, Sororis Gregorii Nazianzeni, disseruimus in Exercit. ad Hypotyposin Concilii Nicæni Sect. 2. §. 10. p. 107. scribit Beatus noster D. Dorschæus. Nos autem Lectori gratam, sine dubio, præstabimus operam, si ipsa Verba *D. Dorschæi ex* citatâ modò *Hypotyposi* hîc adduxerimus. Illa sic sonant: Gregorius Nazianzenus in Laud. Gorgon. Orat. 15. edit. Leoncl. II. edit. Bill. §. meminit θυσιαςηρίυ, sed intelligit Sacram Mensam Orationibus & Eucharistiâ fruendâ frequentatam. Sic enim de Gorgoniâ. Desperans omnium aliorum auxiliis ad mortalium omnium Medicum confugit, noctisque intempestâ Caligine observatâ, cùm levius aliquantò morbus urgeret, *τῷ θυσιαςηρίῳ προσπίπτει μετὰ τῆς πίςεως.* Ad Altare cum Fide procumbit, eumque qui supra illud colitur *τὸν ἐπ᾽ αὐτῷ τιμώμενον*, cum magno labore obtestans, omnibusque nominibus appellans, atque omnium rerum, quas unquam mirificè gesserat, commonefaciens (nam utriusque Temporis Historias callebat) tandem pia ac præclara quædam *ἀναισχυντία* impudentiâ effertur. Eam, cui Christi fimbria sanguinis profluvium compresserat, imitata quid fecerit, audite. Caput cum pari clamore uberrimisque lachrymis (muliercula illius instar, quæ olim Christi pedes irrigârat) altari admovens, nec se ante ab eo discessuram minitans; quam sanitatem consecuta sit, ac deinde hoc suo pharmaco totum Corpus perungens, ac sicubi quippiam *τῶν ἀντιτύπων τοῦ τιμίου σώματος, ἢ τοῦ αἵματος ἡ χεὶρ ἐθησαύρισας.* Signorum pretiosi Corporis aut Sanguinis manus ceu Thesaurum arripuerat, id lachrymis admiscens, ô rem admirandam, protinus se à morte liberatam sentit! Ubi θυσιαςήριον Sacram Mensam denotare, clarum est. Malè ergò hinc concludunt Bellarm.

§.CCCLXXVI. Ex voce θυσιαστήριον Sacrificiū propriè dictum concludi nequit; sed θυσιαστήριον notat locum, in quo Sacra Mensa erat reposita, imò ipsū Templum.

Lib.1.de Missâ cap.16. Durandus l.c. & alii, quia Nazianzenus θυσιαστήριον vocat, Sacrificium propriè sic dictum ibi fieri. Certè θυσιαστήριον antiquitus etiam vocatur locus, in quo Sacra Mensa erat reposita. Dionysius vulgò Areopagita, de Eccles. Hierarch. cap.5. ὁ μὲν ἱεράρχης ἐν μέσῳ τοῦ θείου θυσιαστηρίου καθίσαται. Quid per θυσιαστήριον notetur, explicat Scholiastes Nazianz. ὁ δὲ Ναὸς θυσιαστήριον, ἐν ᾧ ἡμῖν ἡ θεία τῶν μυστηρίων πρόκειται τράπεζα. Hinc in antiquorum ritualibus Περικυκλῶν θυσιαστήριον. Ignatius Ep.ad Ephes. Ἐὰν μή τις ᾖ ἐν τοῖς τοῦ θυσιαστηρίου ὑστερεῖται τοῦ ἄρτου τοῦ θεοῦ. Ubi ἐν τοῖς τοῦ θυσιαστηρίου εἶναι, est, ibi esse, ubi Sacra Mensa est. &c. vide reliqua. Et, quod hic verbis Dn. Dorschæi merito insero, Christophorus quoque noster Angelus ita vocem θυσιαστηρίου in hoc XXIII. capite usurpat, scribens: Καὶ μετὰ ταῦτα ἵστανται ἐγγὺς τῆς πύλης θυσιαστηρίου, ὅπου ὁ ἱερεὺς θυσιάζει, Et his peractis, prope portam separati loci, ubi Sacra mensa reposita est, & Sacerdos sacra peragit, consistunt. Itaque τὸ προσκυνεῖν ad atrium integrum referendum est, non ad ipsum altare, &c. videantur cætera. Gorgoniæ igitur recursus ad θυσιαστήριον ad opinionem Sacrificii ibi fieri soliti, aut etiam præsentis, trahi non debet, quorsum insuper eum trahit Bellarm. Lib.4. de Eucharist. cap.4. §.11. Neque enim verba Nazianzeni requirunt, ut cum Jacobo Billio in Schol. dicamus, morem antiquissimum à Gorgoniâ observatum fuisse, quo Christiani domi quoque Eucharistiam asservare atque esitare soliti sunt: Verba Nazianzeni ita habent: Εἴπου τι τῶν ἀντιτύπων τοῦ τιμίου σώματος, ἢ τοῦ αἵματος ἡ χεὶρ ἐθησαύριζεν, sicubi quippiam Antityporum pretiosi Corporis, aut Sanguinis thesaurizaret manus ipsius. Id dici non potuit de Gorgoniâ, si Sacra illa Elementa, quibus Corpus & Sanguis Domini dispensatur, secum domo attulit, & in altare ipsa reposuit. Quomodo namque Nazianzenus eventualiter esset locutus & dixisset, Gorgoniam caput altari admovisse, in complexu ejus hæsisse, lacrymis illud madefecisse, & solicitam fuisse, εἴπου sicubi thesaurizare posset Ἀντίτυπα Corporis & Sanguinis Christi, si illa ipsa attulit secum? Præterea quomodo dicere potuit Nazianzenus, intentam fuisse Gorgoniam, ut manus ipsius thesaurizaret illa antitypa, si jam illis fuerunt impletæ? Θησαυρίζειν est thesauri instar aliquid consequi, aliquid in Thesaurum reponere. Hoc ergò voluit Nazianzenus Gorgoniam,

goniam, cùm nocturno tempore in templum se contulisset, inprimis ad Sacram se Mensam contulisse, eam ardentissimis suspiriis fuisse amplexam, lacrymas ad eam sparsisse, & in eâ manu avidâ, ut nocturno tempore fieri solet, quæsivisse in illâ palpitatione, an ex elementis Sacro maximo adhibitis aliquid, sive Panis esset, sive Vinum, reperire, & ingentis thesauri instar arripere, sicque suis lachrymis solatium aliquod acquirere posset. Hoc verbis Nazianzeni congruum est. Nimirum fiebat, ut Panis & Vini aliquæ reliquiæ superessent interdum in Sacrâ Mensâ. Has illa legere instar ingentis thesauri, has cum lachrymis sumere voluit. Quid de facto Gorgoniæ judicandum, hic non attinet disquirere. *P. Martyr contra Stephanum Gardinerum Part.1. Object.38 cap.175.* Te, inquit, pie Lector, tui maximè causâ fideliter moneo, Exemplum istud Gorgoniæ & aliorum similium non esse proponendum nobis ad imitandum: nimirum, ut reliquias & frustula Sacramentorum nobiscum in sudariolis aut mantilibus circumferamus. Vis enim universa illorum est, ut ad S. Cœnam adhibeantur, ut comedantur & bibantur, quemadmodum Dominus præcepit. Dum enim ibi usurpantur, ut verbis Domini clarè atque apertè recitatis adhibentur, magnum ad Salutem nostram adjumentum adferunt: præter hunc autem usum nihil est in illis aliud, quàm abusus & Superstitio.

P. Martyris judicium de facto Gorgoniæ.

Deinde ista muliercula, quod salvâ ejus fratris quæ nempe Gregorii Pace dicatur, videtur in Christianâ Religione non satis fuisse instructa, quæ altari opus esse crediderit, ut preces suæ à Domino audirentur. Sacra quidem loca preces Fidelium faciunt efficaciores si adsit Cœtus Piorum. Dominus enim promisit se effecturum, quicquid à duobus aut tribus in ejus nomine convenientibus peteretur. Neque unquam deest promisso suo; sed quæcunque in Sacro Cætu impetu & impulsu S. Spiritûs postulantur, benignè largitur. Adest etiam orantibus in cubiculo & intimis penetralibus, qui Sacri conventûs copiam non habent. Pollicitus enim, qui vel sic orant, eos quoque Patrem Cœlestem, qui videt in abscondito, auditurum. Est item id attendendum, Sacram Mensam, ubi cœna Dominica est celebranda, non propriè dici altare, licet Patres eâ voce passim abusi fuerint, quod cùm fecissent, credidit plebs, illam Sacram Mensam non minus Symbolum fuisse, quàm Hebræorum altare, sicut

Epi-

Epiſtola ad Hebræos interpretatur. Quod tamen non ita eſt. Præterierunt enim Veterum umbræ; utque non amplius habemus altare, ſic illud genus Figuræ ac Symboli apud nos deſiit. Chriſtiani tamen illis temporibus, moti, plus quàm oportuit, verbis Patrum, in ipsâ Mensâ, ceu in Symbolo Chriſti, cum conſveverunt adorare, quem in illo ſignificari putarunt. Sic Martyr.

Bellarminus, Lib. 2. de Euchariſt. cap. 18. malè accipit cenſuram de Gorgoniâ: Illam, inquit, Sanctam Fœminam ſatis defendit ab iſtius impii Apoſtatæ petulantiâ, tùm S. Gregorii Auctoritas, qui illam non ſolùm prædicat, ut Sanctiſſimam & optimam, ſed etiam teſtatur, fuiſſe doctiſſimam in literis utriusque Teſtamenti, tùm evidens miraculum, quod illâ ipsâ nocte accidit &c. Nihil in ipſo negotio arbitramur. Notamus tantùm Gorgoniam in facto, & Gregorium Nazianzenum in pronunciato judicio de facto non eſſe infallibilem, cùm nec Pontifici Rom. hoc caſu hanc excellentiam adſcribere velit Bellarminus. Certè Gorgonia parùm ante obitum baptiſata eſt, adeoque & myſteriis divinis contra ordinem divinum interfuit, quod ad id, de quo ſupra Sect. I. §. 32. dictum, annotari poteſt.

Hæc ex exercitatione Dorſchæanâ ad Hypotypoſin Concilii Niceni huc tranſtulimus: ſequamur nunc Hodegum in Exegeſi in Auguſtanam Confeſſ. Part. Alt. de Articulis abuſuum, & audiamus, quid de Communione Domeſticâ, Ægrotorum, Laicorum ſcribat: annè illa Communionem ſub unâ, doceat? Ita autem ille p. 22, 23. *Communicatio Domeſtica facta eſt etiam ſub utrâque ſpecie ad ædes privatas delata.* Hieronymus Ep. 4. ad Ruſticum. cap. 10. Sanctus, inquit, Exuperius, Toloſæ Epiſcopus viduæ Sareptenſis imitator, eſuriens paſcit alios, & ore pallente, jejuniis, fame torquetur alienâ, omnemque Subſtantiam Chriſti viſceribus erogavit. *Nihil illo ditius, qui Corpus Domini in caniſtro vimineo, ſanguinem portat in vitro* &c. Guil. Alanus Card. de Euchar. Sacrament. Lib. 1. cap. 46. p. 488. *Apud Hieronymum Euchar. ſervatam & geſtatam in utrâque Specie ab Epiſcopo Toloſano Exuperio, videmus in Epiſt. ad Ruſticum.* Juſtinus Martyr in Apolog. Διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι. Diſtribuunt unicuique præſentium, ut participet eum, in quo gratiæ

§. CCCLXXVII. *Communicatio Domeſtica non probat Communionē ſub unâ Specie, ſed facta eſt ſub utraq; Specie.*

actæ

actæ ſunt, Panem & Vinum, & ad abſentes deferunt. Et poſt: Ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς οὐ παροῦσι διὰ τῶν διακόνων πέμπεται. Diſtributio & Sumtio ex conſecratis (ſunt autem Panis & Vinum) unicuique fit. Et ad abſentes per Diaconos mittuntur. Recitat iſta verba etiam Petrus Halloix Jeſuita in vitâ & document. Juſtini cap. 18. p. 106. nec quicquam circa ea monet Cardin. Alanus. l. c. Juſtinus Apol. 2. narrat, aliquid & de Pane & de Calice transmiſſum ad abſentes.

Communicatio Infantũ non facta eſt unâ tantùm Specie.

Communicationem Infantum unâ tantùm Specie peractam ex antiquitate non liquet. Provocant ad Cypriani Sermonem de Lapſis. Narrat is, quid ſe præſente, puellæ in Infantiâ Idolis oblatæ contigerit. Parentes, inquit, fortè fugientes, dum trepidè minus ſibi conſulunt, ſub nutricis alimento parvulam filiam reliquerunt, relictam nutrix detulit ad Magiſtratûs. Illi ei apud Idolum, quo populus confluebat, quod carnem nec dum edere poſſet per ætatem, Panem mero mixtum, quod tamen & ipſum de immolatione pereuntium ſupererat, tradiderunt. Recepit filiam poſtmodum Mater, ſed facinus puella commiſſum tàm loqui & indicare non potuit, quàm nec prius intelligere potuit, nec arcere. Ignoratione igitur obreptum eſt, ut ſacrificantibus nobis, eam ſecum mater inferret. Sed enim puella mixta cum ſanctis, precis noſtræ & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis æſtu cæpit fluctibunda jactari, & velut tortore cogente, quibus poterit indiciis conſcientiam facti in ſimplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. Ubi verò ſolennibus adimpletis calicem offerre præſentibus cæpit, & accipientibus cæteris locus ejus advenit, faciem ſuam parvula inſtinctu Divinæ Majeſtatis avertere, & labiis obturantibus premere, calicem recuſare. Perſtitit tamen Diacônus & reluctanti licet, de Sacramento Calicis infudit. Tunc ſequitur ſingultus & vomitus. In corpore atque ore violato Euchariſtia permanere non potuit. Sanctificatus in Domini ſanguine potus de pollutis viſceribus erupit, tanta eſt Poteſtas Domini, tanta Majeſtas. Quis hinc eliciet morem Veterum, quo, ut loquitur Bellarminus, aliquando communicaverint infantes ſub unâ tantùm Specie, inſtillando in illorum os aliquid Sanguinis Domini? Potuit Diaconus eſſe perſvaſus, puellam accipientibus Sacrum Panem

Singulare Exemplum.

Judicium de hoc Exemplo.

nem cæteris, ubi locus ejus advenit, & ipsam participasse, &c. vide Autorem. Autor Hypognost. Lib. VII. Op. Aug. Lib. V. Quomodo vitam Regni Cœlorum promittis parvulis, non renatis ex aquâ & Spiritu S. non cibatis carne, non potatis Sanguine Christi, qui fusus est in Remissionem Peccatorum. Pamelius in Notat. ad S. de Lapsis p. 210. de Communione Infantum, quandoquidem apud alios Autores rarissima fit illius mentio, suspicor, neque universalem fuisse, neque post D. Augustinum diu illam perdurasse.

§. CCCLXXVIII. Communicatio Ægrotorũ non est peracta sub unâ Specie. Exemplũ de Serapione.

Communicatio Ægrotorum sub unâ duntaxat Specie nullo idoneo teste probatur. Nam modus communicandi Serapionem in extremis positum, an sit institutioni Divinæ usquequaque conformis, anceps est. Interim utriusque Speciei in eâdem repræsentatio est. Presbyter, quem per puerum suum Serapion advocaverat, cùm ipse venire non posset, inquit Eusebius. Lib. 6 H. E. cap. 36. vel Sec. Græc. 4.1. Βραχύ τι τῷ παιδαρίῳ τῆς εὐχαριστίας ἐπίδωκεν, ἀποβρέξαι κελεύσας καὶ τῷ πρεσβύτῃ κατὰ τοῦ στόματος ἐπιστάξαι. Parùm quid Eucharistiæ puero dedit, jubens madefactam sc. partem Eucharistiæ in vino etiam à puero ex manu Presbyteri accepto in os Senis infundere. Quia dixit Βραχύ τι, non τοῦ ἄρτου sed τῆς Εὐχαριστίας misisse Presbyterum ad Serapionem, nec mandasse, quo madefacere Panem missum debeat puer, ut moribundi Senis faucibus siccatis præberi possit, ideò verisimile est, vinum à Presbytero unâ missum fuisse. Facit huc, quod Burchard. Episcopus Wormatiensis Lib. 5. Decretorum cap. 9. ex Concilii Turonensis cap. 4. monet, Ut omnis Presbyter habeat pyxidem, aut vas tanto Sacramento dignum, ubi Corpus Dominicum diligenter recondatur, ad viaticum recedentibus à seculo. Quæ tamen sacra oblatio intincta debet esse in Sanguine Christi, ut veraciter Presbyter possit dicere infirmo, Corpus & Sanguis Domini proficiat tibi, &c.

Ut hoc, quod de Serapione objicitur, tanto melius intelligatur, notandum quod benè monet Hospinianus Histor. Sacram. lib. 2. c. 1. p. 37. 38. *Lapsis*, inquit, *quoniam excommunicatorum loco habebantur, non ferè Eucharistiæ communio ante concedi solebat, quàm sub mortis articulum: neque id etiam omnibus, sed iis solis, qui eam magnis precibus antea efflagitassent, & in quibus pœnitentiæ signa manifesta existerent. Ac ne id quidem, ceu periculum de salute foret, si sine Eucharistia morerentur: sed*

sed contestationis tantùm gratiâ privatim iis datum est, ut quoniam à cœtu & Ecclesia Sæculi, cum castato ac certo tempore non communicassent, Eucharistia demùm ad illos missa intelligerent, & se pace donatos ob resipiscentiam, & ut umbra Christi in communionem Ecclesiæ benignè receptos: atq; ita læti è vita, utpote Christi membra migrarent. Nam & pacis & unitatis symbolum Eucharistia est. Sic enim Nicænum Concilium c. 13. decrevit : De his, qui vita excedunt *Pœnitentibus*, decernunt vacuum nullum debere dimitti. De eodem sic sancitur in Carthaginensis Synodi 4.c.76. Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum Sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesin versus fuerit, dent testimonium, qui eum audierunt, & pœnitentiam accipiat. Et si continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & ori ejus Eucharistia infundatur. Si supervixerit, admoneatur à supradictis testibus, petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quamdiu sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probaverit.

Serapion.

Habemus hujus apertissimum exemplum in Serapionis historia, qui grassante persequutione mortis & cruciatus terrore victus idolo immolaverat, ob eamq; causam ab Ecclesia expulsus & Satanæ potestati traditus fuerat. Historiam narrat Eusebius lib.6.c. 44. ex Dionysio Alexandrino. Serapion, *ait*, quidam erat apud nos fidelis senex, qui diu quidem inculpatè vixerat, in persecutione verò ceciderat. Hic sæpenumero recipi petierat, verum illi nemo attenderat. Sacrificaverat enim. In morte autem constitutus totum triduum mutus & sensuum facultate destitutus mansit. Post ubi quarto die nonnihil convaluisset, nepoti ex filia ad se vocato dixit: Quousque ô Fili, detinetis me? Obsecro properate, & me velociter absolvite. Voca ad me aliquem ex Presbyteris: quibus dictis iterum obmutuit. Cucurrit Puer ad Presbyterum. Erat autem nox. Presbyter ægrotabat, ideoque ire cum Puero non poterat. Quoniam verò mandaveram, morituros si petant, & maximè si etiam antea suppliciter petierunt, admitti debere, ut spe bonâ fulti migrent, parum Eucharistiæ puero dedit, jussitque ut id infunderet, & in os senis instillaret. Puer redit adferens Eucharistiam. Cum autem è vicino esset, antequam ingrederetur rursus Serapion, venis, inquit, Fili? Presbyter quidem venire non potest, tu verò confestim facito, quod ille præcepit, meque

 dimit-

dimitte. Infundit puer ac simul ori senis instillavit. Qui cum parum gustasset, mox spiritum reddidit. Hæc Hospin.

Idem quoque contra Hardingum urget Joannes Ivellus Theol. Anglus celeberrim. Articulo primo Sectione 17. de privata missa pag. 31. Quod ad illam, *inquit*, de Serapione spectat historiam, magnus hic verborum apparatus adhibetur ad fidem ei conciliandam: veluti fuisse eam à Dionysio Alexandrino scriptam, ab Eusebio recitatam, quasi Serapion nihil aliud, quam Sacramentum, antequam decederet, postulasset. Quod autem præcipuum est, quodque historia ipsa refertur, silentio præteritur. Eusebius disertis verbis refert librum illum, in quo hanc Dionysius historiam est complexus, inscriptum fuisse *de Pœnitentia*. Ex quo intelligere licet, Sacramenta non ad omnes promiscuè missa domum fuisse, sed ad eos duntaxat, qui excommunicati fuissent, nec interesse fidelium cœtui potuissent, & jam de valetudine ac vita desperassent.

Eusebius l.6. c.44. Res autem ita se habuit: Serapion grassante persequutione mortis & cruciatus terrore victus idolo immolaverat. Fideles eô facto graviter offensi illum ex Ecclesia expulerunt, & Satanæ potestati tradiderunt. Is ergo tanquam Ethnicus & Idololatra derelictus, neque publicam Ecclesiam adire, neque precari, neq; sanctam communionem percipere, neque spiritualis omnino cujusquam inter fratres solatii particeps esse potuit. Adeò nempe severa tum fuit in eos Ecclesia, qui in Idololatriam fuissent prolapsi. Postquam verò nihil intentatum reliquisset, & fratres cum lacrymis obsecrasset, ut ei ignoscerent, nec quicquam tamen profecisset, animi dolore contabuit, & in morbum incidit, triumque dierum spatio mutus, & prope ex animis jacuit. Quarto pòst die aliquantulum recreatus, ad eos, qui præsentes aderant, dicit: Quousque tandem me hîc detinebitis, accersite aliquem sacerdotem, ut priùs restituar, quàm ex hâc vita abeam.

Mens ipsius tristissima suæ conditionis recordatione cruciabatur, cùm se à Deo defecisse reputaret. Sacerdos & ipse ægrotus, quo eum & restitutum esse, & tanquam Christi membrum posse hinc decedere declararet, Sacramentum ei deferendum ipsius pusioni tradidit. Cætera, quæ Hardingus addidit (*atque hac solennitate peracta,*

cta, ut historia refert, veluti quædam vincula confregisset, lætabundus animam efflavit) hæc inquam vel à Rufino, vel ab alio quovis mihi incognito attexta fuerunt, nec omnino ad historiam pertinent. Nam nec Dionysius, nec Eusebius in suis archetypis, vel celebritatis, vel vinculorum, vel catenarum meminerunt vel de læto Serapionis decessu quicquam scripserunt: tantum hæc habent, *καὶ μικρὸν καταβροχθίσας εὐθέως ἀπέδωκε τὸ πνεῦμα* id est, *& parum deglutiens statim exspiravit*. Quod autem lætus decesserit, nihil quicquam dubito. Verùm ab homine morti jam propinquo, atque puero, non video quid effici potuerit magnopere solenne, cum præsertim illa externa pompa, atque magnificentia tunc temporis non invaluisset, quæ pòst solennioris ornatus causâ instituta fuit.

Nunc mihi rogandus es, Lector, ut velis ad Hardingianam notam respicere in margine ad rei memoriam firmiùs tibi injiciendam propositam, his verbis: *Confirmationes privatæ Missæ*: quam in fine & conclusione cujusque argumenti repeti necesse est. Ex istis itaque ab illo propositis historiis sic concludere debemus. Tertulliani Uxor itemque mulier illa, cujus meminit Cyprianus, sacramentum solæ sumpserunt: Ergo Uxor Tertulliani, & altera illa fœmina privatam Missam celebrarunt. Aut sic, Serapionis puer Sacramentum domino suo præbuit: Ergo Serapionis puer Missam privatam procuravit. Nam ni hoc modo concludimus, aliud pro alio concludimus. Atque sanè hunc pusionem Hardingus perinde Sacerdotem, atque hujus rei gerendæ rationem Missam esse docuerit. Hæc Ivellus. Nos pergimus.

§.CCCLXXIX. Communio Laica quid in Veteri Ecclesia fuerit?

Communionem Laicam non esse Communionem sub unâ specie; sed vel eam, quæ circa S. Eucharistiam inter Laicos peragitur, ut Pamelius, Durantius, Lorinus & alii volunt, *vel in universum Communionem, Conversationem, Statum in Ecclesiâ Laicum, & privationem Jurium & Prærogativarum Clericalium*, ut vult Gabr. Albaspineus, Episcopus Aurelian. quem sequitur Joh. Lud. de la Cerda Lojolita, ostendimus scribit D. Dorschæus in Mysariâ Missæ cap. 8. §. 35. p. 288. verbis auctorum adductis. Itaq; cùm in illo Ecclesiasticæ disciplinæ rigore stellæ omnes manerent in custodiis suis, & aliter Episcopi invicem, aliter Presbyteri & Clerici, atque aliter Laici Sacramenta, Preces, vitæ communis consvetudinem obirent, diversæ pro cujusque modo &

& statu Communiones distinctæ sunt: Sacerdotalis, quæ Episcoporum; Ecclesiastica, quæ Clericorum; Laica, quæ Sancti Populi, ut aliud nihil sint, quàm vitæ Sacræ & Profanæ inter fideles modus, tali statui, puta Episcopo, Sacerdoti, Diacono, Laico conveniens & assvetus: & Laicè communicare sit in Ecclesiâ & extra Ecclesiam inter Laicos censeri, more Laicorum vivere, ritu Laico Sacramenta participare, privilegiis Clericalibus non participare. Nam Laica communio Laico homini gloria est, Clerico dedecus & pœna &c. vide verò de Laicâ Communione latissimè disputantem Chamierum Tom. IV. Panstrat. Cath. Lib 9. Cap. 3. num. 21. seq. Hæc D. Dorschæus. Idem etiam docet & contra Bellarmin. probat Rodolphus Hospin. in Histor. sacr. l. 2, c. 1, p. 23. 24. 25.

Sequitur jam, ut de Præsanctificatorum Communione aliquid annotemus. Quæritur itaque: *Anne Præsanctificatorum Communio probet Communionem sub unâ?*

Præsanctificatorū Communio non probat Communionē sub unâ?

Respondetur Negando.

Id probat *D. Dorschæus* in Exercitat. ad Hypotyposin Concilii Nicæni cap. 2. §. 28. p. 129. his sequentibus verbis: Canonem XLIX. Bellarminus ad Communionem Præsanctificatorum refert, cùm Lib. IV. de Eucharist. cap. 25. §. sexto: Ritus, ait, Communionis Præsanctificatorum usus apud Græcos erat in totâ Quadragesimâ, exceptâ die Dominicâ & Sabbatho, in Ecclesiâ Latinâ iste usus fuit, & adhuc manet Feria VI. Hebdomadæ Sanctæ. Nam eo die non fit consecratio, & ipse etiam Sacerdos in publicâ Actione communicat sub unâ Specie. Hujus consvetudinis, quod ad Græcos attinet, meminit Laodicenum Concilium Can. 49. & Trullanum Can. 52. quod attinet ad Latinos, meminit Innocentius Ep. 1. cap. 1. Liber Sacrament. S. Gregorii in officio Parasceves, Ordo Romanus antiqvus in officio ejusdem diei. Rabanus Lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 37. Micrologus Lib. de Eccles. Observ. cap. 19. Confer etiam Theod. Balsamon. Canon. 49. Laodic. cum Trullano, in quo Præsanctificatorum (Προηγιασμένων) disertè fit mentio. Illa autem non sunt fermentum Baronii. Ita enim Canon Trullanus. *In omnibus S. Quadragesimæ Jejunii diebus, præterquam Sabbatho, & Dominicâ, & S. Annunciationis Die, fiat Sacrum Præsanctificatorum Ministerium.* Theodor.

dor. Balſamon in Comment. h. l. Præſanctificatorum miniſterium incruentum, Sacrificium non dicimus, ſed oblationem prius oblati & perfecti Sacrificii, Sacriqve Myſterii. Non ſunt præſanctificata vel Panis fermentatus, vel Azymus tantùm prius conſecratus, & in Sacrario conſervatus, ut vult Bellarminus, qvem meritò hoc loco in fraude corripimus. Ita enim Sacramentarium (quod Pamelius Gregorio Magno tribuit incerto fundamento) ad Feriam VI, quæ eſt Paraſc. *Diaconus cum Subdiacono & Acolytu pergant in Sacrarium, vel ubi poſitum fuerat Corpus Domini, quod pridiè remanſerat, & indè, cum calice & patinâ ſummo cum honore & reverentiâ ad Altare deferant. Quo ſupermiſſo Sacerdos ſtans ante altare dicat: Præceptis ſalutaribus moniti &c. Pater noſter. Sequitur: Libera nos quæſumus Domine. Et cùm dixerint Amen, ſumet Sacerdos de Sancto & ponet in Calicem, nihil dicens. Deinde communicat & omnis Clerus. Nihil pro Communione ſub unâ. Panis & Calicis fit mentio.* At Micrologus Bellarminum planè confundit: Ita is cap. 19. Non eſt, inqvit, Authenticum, quod quidam intingunt Corpus Domini, & intinctum pro complemento Communionis populo diſtribuunt. Nam ordo Romanus contradicit, qui & in Paraſceve vinum non conſecratum cum Dominicâ Oratione, & Dominici Corporis immiſſione jubet conſecrare, ut populus plenè communicaret. Qvod utiqve ſuperfluo præciperet, ſi intinctum Dominicum Corpus à priori die ſervaretur, & ita intinctum populo ad communicandum ſufficere videretur. Julius qvoqve Papa in ordine ſuo Epiſcopis Ægypti ſcribens, hujusmodi intinctionem penitus prohibet, & ſeorſim Panem, ſeorſim Calicem, juxta Dominicam inſtitutionem, ſumenda docet. Unde & Beatus Gelaſius Papa in ordine XVII. ſcribens quibusdam Epiſcopis, Excommunicari illos præcipit, qvicunqve ſumto Corpore Dominico à Calicis participatione ſe abſtinerent. Nam (ut ipſe in eodem decreto aſſerit) hujusmodi Sacramentorum diviſio ſine grandi Sacrilegio provenire non poterit. Ita Micrologus.

§. CCCLXXX. Juvat nunc ſubjungere, quæ etiam D. Dorſchæus habet de hâc materiâ *in Exegeſi in Articulos Abuſuum.* Is p. 26. numer. XI. ita: Certè Liturgia præſanctificatorum disertè meminit τῶν προηγιασμένων θεϊκτῶν μυστηρίων, & rurſus aliquantò poſt: τῶν ζωοποιῶν μυστηρίων, qvæ non ſunt ſolus Panis, ut ex communi loqvendi conſvetudi-

tudine apparet. Imò Gratiarum Actio meminit τῆς μεταλήψεως τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος Christi. Et in ejusdem Liturgiæ initio dicitur, tunc Sacrum Panem cum conveniente honore, in Sacrum autem Poculum infundere, Vini & Aquæ quantum satis est. Meminit etiam factæ in Communione Præsanctificatorum, τῆς τῶν μυστηρίων πληρότης. Socrates Lib.5. cap.22. Τῶν θείων τοῦ χριστοῦ τοῦ Θεοῦ μυστηρίων. Theodorus Petreor. Episcop. in Vitâ S. Theodosii Archimandritæ: τῶν θείων μυστηρίων Cyrillus Scythopolitanus in vitâ S. Sabæ, quos allegat Leo Allatius in Ep. de Miss. Præsanctificat. numer.2. ad Gabriëlem Nauclæum. Eodem allegante num.7. Nicol. Cabasilas in Exposit. Missæ cap.24. ipsa προηγιασμένα, præsanctificata vocat Δῶρα τέλεια καὶ ἡγιασμένα, καὶ σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ. Et Simeon Thessal. in Opusc. contra Græcos vocat in Missâ Præsanctificatorum τὸ κατεχόμενον ἐν τῷ δίσκῳ, τὸ πανάγιον τοῦ χριστοῦ σῶμα μετὰ τοῦ θειοτάτου αἵματος. Et Gabriel Pentapolitanus Metropolitan. jure Græco-Roman. Resp.56. vocat proposita in Missâ Præsanctificatorum. τετελεσμένα μυστήρια, καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ αἷμα χριστοῦ, & propterea summâ veneratione excipienda. Nam, inquit, si πρὸ τοῦ πλεσθῆναι antequam perficiantur, vel ritu Sacro Deo commendentur digna existunt τὰ δῶρα, dona (h. e. Panis & Vinum, Sacro usui destinatum, hæc enim in omnibus Liturgiis Δῶρα vocantur) veneratione, velut antitypa, Deoque consecrata, multò magis cum divinâ gratiâ perfecta sunt τετελεσμένα, ὄντα τῇ θείᾳ χάριτι, sc. illa ipsa. Δῶρα & Corpus verè & Sanguis sunt Christi, venerationem merentur. Et num. 16. citat Nicetum Pectoratum, qui ait: Post lectionem Prophetarum, constitutas orationes à magno Basilio facientes, à propositionis Altari & orantes super ipsis Δώροις, insuper autem & traditam nobis à Domino orationem dicentes, τὰ προηγιασμένα ἅγια τοῖς ἁγίοις, præsanctificata Sancta Sanctis; Καὶ ἑνώσαντες μεταλαμβάνομεν. Humbertus Sylvæ Candidæ Episcopus vertit: *Et unientes illa communicamus Pane & Calice mysteriorum Christi.* Tanquam aliquid in Græco omissum esset, Numer.17. adducit Michaëlem Anchial. Patriarch. Constantinopol. cujus hæc sunt verba de Communione Præsanctificatorum: Cùm tempus Communionis instat, paulò ante præjacentem calicem tangunt Diaconi, nec clamant ut in perfectis Liturgiis fieri solet: *Reple* Domi-

Προηγιασμένα f. Præsanctificata vocantur perfecta Mysteria, factâ expressâ mentione Corporis & Sanguinis Christi.

Domine, sed *Benedic* Domine. Et Sacerdote dicente: Benedictus Dominus Deus semper, præsanctificatus & anteà perfectus Panis S. in mysticum Calicem injicitur,& sic vinum,quod in eo est,in Sanctum Sanguinem Domini immutatur, atque immutari creditur. Postmodum Sanctorum Communio sequitur. Et Michaëlem Thessalonicens. qui ait: Quæ in Calice sunt in Præsanctificatorum Missâ, sanctificantur participatione & unione Vivifici Panis, qui verè Corpus Christi est, & jam Sanguine tinctus. Et num.19. notat Allatius dictam Corporis Christi illiusque Sanguinis, ac si ibi essent,memoriam inculcari à Græcâ Ecclesiâ. In oratione enim,quæ in ingressu & asportatione ipsa præsanctificatorum habetur, dicitur: Ecce immolatum illius Corpus & vivificans Sanguis, postmodum introeuntia, mystico huic sunt apponenda altari, à multitudine Cœlestis Exercitûs invisibiliter constipata. quorum communionem inculpatam nobis impendito. Confer officium de Mysteriis ante consecratis in Euchologio Græcorum p. 187. seq. & notas ad id Jabobi Goarii Parisini p. 205. Petr. Arcudium Corcyræum de Cons. Orient.& Occidentalis Ecclesiæ Lib.3. cap.57.& seq. p.341.&c. Ex his igitur variis ritibus indifferentia Communionis Eucharisticæ nunquam stabilitur.

§. CCCLXXXI. Lubet etiam hîc annotare, quæ Cl. noster D. Matth. Zimmermannus, laudatus à D. Hottingero in Bibliothecario pag. 407. de hâc Communione Præsanctificatorum collegit, is pag. 314. §. 132. ita scribit: Communio Præsanctificatorum τῶν προηγιασμένων in Græcâ Ecclesiâ officium constituit, quo de vide Goar. Euchologii p. 192. & notas ejus. *Est autem quando in Missa non conficitur Eucharistia, sed sumitur pridiè ejus diei consecrata.* Binius ad Concil. Quinisext. p. 205. Nihil tamen facit pro Communione sub unâ,quam exinde exsculpere conantur Pontificii, Nicetæ Pectorati Studitæ Hieromonachi verba docent; utramque Speciem datam fuisse. *Nos Græci*, inquit, *exaltamus præsanctificatum Panem, & damus præsanctificata Sancta Sanctis, & uniti Communione, Pane & Calice mysteriorum Christi.* Hunc Nicetam vocat Goar Schismaticum, in eo, quod ignoret Jejunii Naturalis & Ecclesiastici discrimen. Et Nicol. Cabasitas Archiepiscop. Thessal. Secul. XIV. Discrimen ostendit inter Præsanctificatorum Liturgiam usitatam, & inter τὰ δῶρα, quæ in hâc, quæ

item in illâ inferri & proponi solita. Verba sic habent: T. XII. Bibl. Patr. p. 474. Αὐτὴ μὲν γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ εἰσόδῳ ἄθυτα ἔχει τὰ δῶρα, καὶ ὄπω τετελεσμένα· ἐκείνη δὲ τέλεια καὶ ἡγιασμένα, καὶ σῶμα, καὶ αἷμα χριστοῦ. i. e. Hoc in ipso ingressu habet dona non immolata, & nondum perfecta; Hæc perfecta & sanctificata corpus & Sanguinem Christi. Trullan. Concil. Canon. LIII. verba sunt: Ἐν νηστείᾳ ἡμέραις παρεκτὸς σαββάτου καὶ κυριακῆς, καὶ τῆς ἁγίας τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἡμέρας, γινέσθω ἡ τῶν προηγιασμένων ἱερὰ λειτουργία, h. e. in omnibus S. Quadragesimæ Jejunii diebus præterquam Sabbatho & Dominicâ & S. Annunciationis Die fiat Sacrum Præsanctificatorum Sacrificium. Zonaras & Balsamon hanc adferunt rationem, quòd Sacrificium Deo offerre Actus sit lætitiæ & festivitatis; jejunare verò luctûs & mœroris. Et Eching. ad h. l. fatetur se hunc Canonem non totum intelligere, sed satis apparere eum de ceremoniis quibusdam agere ad veram fidem nihil facientibus. B. Höpfnerus monet ex ipso Vocabulo Græco in plurali usurpato, patere apud Græcos Præsanctificata fuisse non solùm Panem, sed etiam Vinum. Vocantur enim ζωοποιὰ μυστήρια. Sect. II. p. 1.171. Discrepant Romani à Græcis, quod illi non nisi uno die in anno, i. e. Parasceves, isti verò omnibus Quadragesimæ diebus, præterquam Sabbathis, Dominicis, & Annunciationis Die, Præsanctificatorum usum admittant, item, quod illi solum Panem, isti verò etiam præsanctificatum Vinum adhibeant. Vide Leon. Allat. Differt. 1. de libb. Ecclesiast. Græcorum p. 20. seqq. prolixè. Ritus tamen ille Romanus hodiernus magnis abusibus est contaminatus. Neque enim Sacra solus sumebat Sacerdos, sed commmunicabat etiam populus, neque sumebat unam Speciem, sed utramque, quia immisso in Vinum non consecratum consecrato Pane Vinum consecrari, sive Sanctificari credebant. Sic Micrologus cap. 19. de Observationibus Ecclesiasticis. T. X. Bibl. Pp. Ordo Romanus. Ad hoc inquit Höpfner) fecit Romana Ecclesia contra institutum Domini, qui non tantùm Panem voluit Sanctificari & communicantibus dari, sed etiam Vinum. Hæc Symbola Sacra nonnunquam secum domum deportabant, asservantes illa, vel in cistulâ, vel in linteolo eaque domi, vel ante cibum, vel in periculis, vel inchoaturi aliquid, sumebant. Ita Gregorii Naziazeni soror tàm Panem, quàm Vinum Sacrum secum domum sum.

Nomē plurale Præsanctificata docet & Panē & Vinū fuisse.

sumsit. Basilius ad Cæsarem Patricium scribit: Eremitas, quibus in desertis Sacerdotis Copia non erat, ex Ecclesiæ conventu in eremum secum solitos deferre & domi servare, ut à se ipsis, cùm opus fuerit, communicentur; hanc privatam etiam Communionem commendarunt mirè Veteres, ut Nazianz. in Epitaph. Sororis suæ, Ambros. de obitu fratris Satyri. Sic teste Hieronymo Ep. 4. Exuperius Episcop. Tholosan. Corpus Domini portavit canistro vimineo, sanguinem in Vitro. Sed postmodum abrogata est tàm antiqua consvetudo, & anathema iis dictum, qui Eucharistiam domum secum portarent. Concil. Toletan. I c. can. 14. Cæsar. Augustan. cap 3. Sic ferè Chemnitius p. 2. Examinis Concil. Trident. p. 167. de Asservat. S. Cœnæ: *Quando diversa allegantur consvetudines, semper attendendum est, quid simplicius, rectius, & propius accedat ad institutionem divinam, eiq; magis consentaneum sit, & quid, pro ratione circumstantiarum, magis serviat ad ædificationem.* Hanc enim normam s. Regulam Ecclesia in hâc ipsâ materiâ, de reservatione Eucharistiæ secuta est. Vetustissima enim & latissimè patens fuit consvetudo domesticæ s. privatæ Communionis, quando sc. in cætu Ecclesiastico celebratur Communio, tunc diviso Pane Eucharistiæ, pars ejus vel in manûs dabatur communicantibus, vel (sicut Clemens Alexandrinus inquit) permittebatur unicuique ex populo, partem ejus sumere, quam vel in Ecclesiâ manducabant, vel secum domum asportabant, asservantes illam vel in cistulâ (ut apud Cyprianum,) vel in linteolo, (ut apud Augustinum Serm. 252. de tempore) & eam domi vel ante cibum, vel in periculis, vel inchoaturi aliquid sumebant. Atq; ita (sicut Ruardus Tapenes, Decanus Lovaniensis, ex Sermone Cypriani de lapsis colligit) in Ecclesiâ, calix Domini præsentibus offerebatur, ex quo communicantes bibebant; Panis verò Dominicus in manûs communicantium dabatur, ut vel statim sumerent, vel secum portarent domum, ibique sumerent: ut per temporum intervalla, prius biberent ex calice in Ecclesiâ, Corpus verò Domini postea domi manducarent. Ita Ruardus.

§. CCCLXXXII. Notatu dignissima Regula.

§. CXXXIII. Hæ & tales deportationes, missiones, Eulogiarum, delationes ad infirmos, tum liberæ erant, nec sub anathemate præceptæ. Fiebant etiam sub utrâque Specie; imò adhuc seculo XI. post exortum Berengarium utraque Species ægrotis porrecta. Do-

Adhuc seculo XI. utraq; Species ægrotis est porrecta.

 cet

cet hoc ex Epistolâ Petri Damiani. Lib. 6. XII. vide Espencæum Lib. 2. de Adoratione Eucharistiæ: cap. 3. addit D. Höpfner. Canon. Deus §. Dist. 8. de Pœnitent. Quo sancitur, ut omnibus baptizatis Corporis & Sanguinis Domini Sacramentum in articulo mortis porrigatur. Insuper notat ritum hunc fuisse mutabilem. Nam intinctum quandoque Panem fuisse in Sanguinem Domini fatente Ivone & Burchardo, ut veraciter Presbyter dicere possit: Caro & Sanguis Domini nostri Jesu Christi tibi prosit ad vitam æternam. Reservationis Eucharistiæ, unicum tantùm Serapionis Exemplum invenit Chemnit. in totâ, in verâ & veteri antiquitate, de quo Eusebius Lib. 6. cap. 34. Noctem fuisse quando Presbyter in ædibus suis infirmus decumbens, puero Eucharistiam ad Serapionem tradidit deferendam. Factum est hoc temporibus Novatiani. Vide Chemnit. p. 2. Concil. Trid. Exam. de Asservat. Eucharistiæ p. 67. G. Calixtum de Communione sub utraque Specie §. 145. seq. Dorschæ. Exercit. ad Diatypos. Concilii Nicæni Sect. II. §. 24. p. 125. & 169. Gerhard. Joh. Voss. Thes. Theolog. XXIII. th. 8. p. 294. Jac. Goar. Not. Eucholog. p. 205. seq.

§. CCCLXXXIII. Ego totam hanc materiam de Communione Græcorum sub utraque specie concludam insigni loco, qui legitur in Cantacuzeni historiâ lib. 1. c. 41. p. 124. & annotatione in eundem Jacobi Gretseri, in quâ expressè testatur recentiores Græcos communionem sub utraque specie statuere, quos ideo & Hussitis & Confœderatis accenset.

Insignis loco Cantacuzeni pro communione sub utraque.

Verba Cantacuzeni hæc sunt: *Post hæc Coronam de capite suo auferens Imperator, Diaconis tradit: cui Patriarcha in manum dat partem corporis Dominici; factusq; ejus particeps, etiam de sanguine vivifico communicat; non quomodo vulgus è vasculo, sed ipso cratere seu calice, Sacerdotum more.*

In h. l. Gretserus hanc annotationem subdit: Apud Græcos populus sub utrâque specie Eucharistiam percipit æquè ac Sacerdotes cum Sacris operantur, diverso tamen modo; Nam Sacerdotes & Clerici etiam extra Liturgiam Sanguinem Christi hauriunt, ipso Sacro Calice ad os admoto, eo modo, quo in nostris Ecclesiis à Sacerdotibus Sacrificantibus id fieri consvevit, at plebs tubulo in Calicem immisso sanguinem eductum bibit, ut docent, cùm alii, tùm Meletius

Pro-

Proto-Syngelus Alexandrinus. Quæst.II.de Euchariſtiæ Sacramento; Nec intra Βῆμα, ſ. Adyta, ſed extra. Hunc ritum hoc loco exprimit Cantacuzenus : Ὁ δὲ Πατριάρχης εἰς τὰς χεῖρας αὐτῷ τοῦ δεσποτικοῦ σώματος ἀποδίδωσι μερίδα· Μεταχὼν δὲ αὐτῆς, καὶ τοῦ ζωοποιοῦ αἵματος κοινωνεῖ, οὐ λαβίδι καθάπερ οἱ πολλοὶ, ἀλλ' αὐτῷ κρατῆρι τὸν τῶν ἱερομνημόνων τρόπον. Quibus verbis indicat, Imperatorem Sacerdotibus Clericisque hâc in re exæquatum fuiſſe, idque ob Imperatoriam Majeſtatem : Quod totidem fermè Verbis teſtatur Curopalata : Ὁ δὲ Πατριάρχης μετὰ τὸ κοινωνῆσαι τοῦ τιμίου σώματος, δίδωσι καὶ τῷ βασιλεῖ εἰς τὰς χεῖρας μερίδα τοῦ δεσποτικοῦ σώματος, οὗ καὶ μεταχὼν κοινωνεῖ ὁμοίως. Καὶ τοῦ ζωοποιοῦ αἵματος, κοινωνῆ δὲ τοῦ μὲν Πατριάρχου τὸν ἅγιον κρατῆρα κατέχοντος, αὐτὸς δὲ προσάγων τῷ κρατῆρι τὸ στόμα, ὥσπερ καὶ οἱ ἱερεῖς. Circa quæ Duo monenda duximus, quæ forſan imperitiori ſcrupulum moveant ; Alterum eſt de Conſvetudine tradendi Euchariſtiam ſumturo in manûs : Alterum de more præbendi ſub utrâque Specie.

Primo non eſt à recentioris Græciæ abuſu, ſed à Priſco ævo, quod duplici argumento liquet. Nam ſub ipſa quaſi Eccleſiæ Incunabula, dabatur Euchariſtia fidelibus domum ferenda, ut cùm oportunum judicarent, privatim ſumerent. Tangebant S. Euchariſtiam & in manûs ſumebant. vid. Tertullian. Lib. 2. ad Uxor. cap. 5. S. Cyprianum Libro de Spectaculis, & Libro de Lapſis, &c. &c.

Secundò, multa etiam extant Veterum Teſtimonia, quæ Euchariſtiam, in ipſo quoque Templo percipiendam, non in os communicantis à Sacerdote inſertam, ſed in manûs datam demonſtrant, ut ipſe poſtea S. Hoſtiam ori admoveret. Quare S. Cyrillus Catecheſ. Myſtagog. 5. Accedens ad Communionem non expanſis manuum velis accede, neque disjunctis digitis; ſed ſiniſtram veluti ſedem quandam ſubjicias dextræ, quæ tantum Regem ſuſceptura eſt, & concavâ manu ſuſcipe Corpus Chriſti, dicens: Amen. Sanctificatis ergò oculis tam Sancti Corporis contactu communica, Cave, ne quid excidat tibi. Sexta Synodus Can. 101. Antequam fiat Communio, Euchariſtiam percepturus manûs in Crucis Formam figurans, ſic accedat, & Gratiæ Communionem accipiat. Eos e-

 nim,

nim, qui ex Auro, vel ex aliâ Materiâ quædam locô manûs receptacula efficiunt ad Divini Muneris susceptionem, minimè admittimus, ut qui inanimatam subjectamque Materiam Dei imagini præferant. Si quis autem deprehensus fuerit, immaculatam Communionem eis impartiens, & ipse segregetur, & is, qui affert. Quem Canonem Balsamon scholiis illustrans eundem morem firmat. Etsi indicat sua ætate, aliquibus Ecclesiis (Græcanicis videlicet, de his enim loqui videtur) alium modum fuisse in usu. Nec satis mihi compertum, an & hodie eadem consvetudo in Græciâ perseveret. Apud Latinos certè desiit proscripta circa tempora Hormisdæ Papæ hoc Concilii Cæsaraugustani Decreto: Eucharistiæ gratiam, si quis probatur acceptam non consumsisse in Ecclesiâ, anathema sit in perpetuum. Quod postea approbatione omnium receptum, vim roburque Legis Generalis acquisivit. Nec minus exolevit mos alter ob Reverentiam, tanto Sacramento debitam. Par enim est, ut res omnium Sacratissima non nisi manibus consecratis attingatur, licet Latina Ecclesia nullam litem Græcæ ob contrariam consvetudinem moverit, ut nec Græca Latinæ. Huc enim vel maximè spectat præclara illa Divi Augustini Admonitio. Ep. 118. ad Januarium. Faciat unusquisque quod secundum Fidem suam pie credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat Corpus & Sanguinem Domini, si saluberrimum Sacramentum certatim honorare contendunt, neque enim litigaverunt inter se, aut quisque eorum se alteri præposuit Zachæus & ille Centurio, cum alter eorum Gaudens in domum suam susceperit Dominum: alter dicit, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, ambo Salvatorem honorificantes, diverso & quasi contrario modo.

Quod attinet ad Communionem sub utrâque Specie, illud constat, nec Græcos à Latinis ob Duplicem, nec Latinos à Græcis ob simplicem Speciem damnatos esse, sed quamlibet Ecclesiam suas rationes secutam, salvâ Pace & Caritate id egisse, quod optimum factu existimabat. Quapropter Caput hoc Græcis & Latinis tametsi sæpius præsertim in Florentinâ Synodo congressis, nunquam ut dubium aut Controversum in Disceptationem venit; quæ res certũ Argumentũ suppeditat, Græcos non eâ mẽte utramq; Speciẽ usurpasse, quasi id simpliciter ex Præcepto & Præscripto Christi facere oportteat,

teat, sitq; absolutè & ad integritatem Sacramenti, & ad Salutem Hominum necessarium; quo Consilio illi, qui à Romanâ & Catholicâ Ecclesiâ desciverunt, hodiè Calicem urgent.

Nunquam enim id Græci in omnem Occasionem Latinos carpendi nimis quàm intenti dissimulassent. Et quis vel obiter in Antiquitatis memoriâ versatus ignorat morem sumendi unam Speciem vetustissimum esse: & variis locis modò hunc, modò alium, nunc utrumq; viguisse, licet ab Octigenti Annis occiduum Orbis magis ad unam Speciem propenderit, novisque postea Hæreticis ex Wiclefi & Hussi Scholâ exortis, & magno clamore Calicem, tanquam ad Salutem necessarium, deposcentibus, decreverit, ut Laicis Species duntaxat Panis præbeatur. Quæ Novatorum malè sana Contentio, illud etiam effecit, ut Ministris, qui Pontifici rem Divinam solenni apparatu facienti inserviunt, Panis tantùm Species data sit, licet longâ temporis diuturnitate inveteratus usus obtinuisset, ut utraque Species Diacono & Sub-Diacono porrigeretur: imò, ut videtur etiam Imperatori, si Romam venisset, Inaugurationis Gratiâ. Quare Augustinus Patricius in Libello de Friderici III. Imperatoris in Urbem adventu (quem citat Franciscus Turrianus Lib. Octavo Apostolicarum constitutionum Clementis Romani) tanquam insolitum quid referens, Communicavit, inquit, Summus Pontifex Altaris Sacramentum cum Imperatore, Diacono, & Sub Diacono, de Pane tantùm, de Calice autem etiamsi consvetudo est, communicantes cum Pontifice participare, propter insurgentem tamen Hussitarum & Boëmorum damnatam Hæresin, quæ Calicis Potum, ad Salutem Necessarium putat, præter Pontificem bibit nemo. Hæc Fabricius, qui dicit se communioni Pontificis interfuisse. Nec plura de his. Cui hæc satis non sunt, is Illustrissimum Cardinalem Bellarminum adeat, qui Antiquitatem unius Speciei, & jus Ecclesiæ, summamque æquitatem, quâ, dum calicem vetat, utitur, copiosè omni Argumentorum Genere demonstrat. Tom. IV. Lib. 4. de Eucharist. Cap. XX. seq. Illud tamen adjecerim, hodiernos Græcos, si non omnes, certè aliquos, ut ætate, ita & Eruditione Majoribus suis inferiores, videri transitionem fecisse ad Castra Hussitarum & Confœderatorum. Id adeò ut mihi persvadeam, facit Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus in Censurâ ad Tubingenses, quos ita affatur:

Φατὲ

Φατὲ ὖν, κτλ. h.e. Dicitis igitur Primum utrasque Species accipiendas esse. Et rectè dicitis. Id enim & nos agimus, cùm tremenda Mysteria sumimus. Clarius Proto-Syngelus, cujus supra Mentio facta. Non defraudatur, inquit, apud nos Populus Dei, Hæreditas Christi altissimi semisse Sacramenti: utraque enim Species ex æquo omnibus offertur ad participandum &c. Filius enim Dei, qui hoc fieri jussit, ita jussit fieri, &c. Utraque Species ad Communionem necessariò pertinet Hæc & id Genus alia Græcus ille Hussitarum & similium Spiritu afflatus, quem Bellarminus verò, h.e. Dei Spiritu difflat, perspicuè demonstrans usu unius Speciei nihil adversus ullum Præceptum Divinum committi. Quod, ut prius dictum, superioris ævi Græcis, & illis ipsis, qui Cantacuzeni ætate vivebant minimè ignotum erat. Verum justo Dei judicio contingere solet, ut qui se ab Ecclesiæ concordiâ segregarunt, in plures & graviores errores semper delabantur, nisi eò, unde exierunt, revertantur. Hæc Jacobus Gretserus d. l. Editionis Regiæ Luparææ. pagin. 913. 914. 915.

Ita omninò, censente etiam Jesuita Gretsero, Hodierni Græci in Doctrina de Communione sub una cum Lutheranis consentiunt. Idem asseruit recenter Græcus ille Caloger, de quo Christophor. Arnoldi Eccles. & Prof. Altorf. in Epistola, Defensioni D. Vejelii præfixa ita scribit: Veni cum eodem in collocutionem de S. Cœna, & *communione* hujus *sub utraque*: quam ille seriò defendit, & librum in monasterio suo, contra vicinos quosdam Jesuitas, singularem, Græco idiomate abs se scriptum, ultrò affirmavit; in quo non mediocre telum ad res gerendas autumans, vocem λάβετε, de pane pariter & poculo usurpatam, contra eosdem se venisse & stetisse, dixit. Unum atque idem sentire confestim vidi, quod superiore seculo D. Hieremias, Patriarcha Constantinopolitanus, Theologis Wirtenbergensibus prima vice respondit, ad Augustanam Confessionem de Abusibus. fol. 129. Φατὲ ὖν ἀνὰ, ὅτι μεταλαμβάνειν δεῖ καὶ ἀμφοτέρων τῶν εἰδῶν. καὶ ΚΑΛΩΣ ΛΕΓΕΤΕ. ὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐκτελῦμεν, τῶν φρικτῶν μεταλαμβάνοντες μυστηρίων, οἱ ἄξιοι ὄντες. Dicitis itaque primum, in S. Cœna percipiendam esse utramque speciem: & RECTE DICITIS. Sic enim & nos facimus; quando veneranda percipimus mysteria, qui quidem digni sumus.

QUÆST.

Quæst. *Quid de variis Utensilibus Sacris Orientalium etiam circa celebrationem Cœnæ, quæ in Euchologiis aliisq; ipsorum ritualibus nominantur, judicandum sit?*

§. CCCLXXXIV. *Quid de variis Utensilibus Sacris Oriental. circa celebrat. Cœna judicandum?*

D. Gisb. Voëtius in Polit. Eccles. p.1. Lib.11. Sect.4. cap.4. pag. 793. ita respondet: Esse prolagmata, quibus Simplicitas Fidei, Pietatis, Devotionis, nimis pressa, si non oppressa; & τὰ πάρεργα humana ἔργοις divinitus mandatis in praxi prælata. Hic sc. fructus Pseudo-theologiæ de Opere Operato. Notanda autem inter Orientalium peculiaria utensilia Sacra Spongia & Sacrum Cochlear, quo Sacerdotes Fidelibus Panem Vino intinctum porrigunt. De quibus Goar, in Notis ad Euchologium. Et de posteriore Rituale Cophtitarum cum Leonis Allatii opusculis συμμίκτοις, à Bertholdo Nihusio Coloniæ Anno 1653. editum &c.

Est quòd nostræ Ecclesiæ à talibus circa ritûs contentionibus liberatæ Deo Gratias agant, & in simplicitate suâ constanter permaneant. Calumniatur Henricus Fitz-Simon Lib.2. Britannomachiæ Ministrorum Cap.2. Part.3. in Galliâ, Scotiaqve nihil honesti, nihil decori (nec enim digna est ornatu, quam cœnant, Cœna) permittitur in templis. Sed si per honesta & decora intelligit infinitas penè Papales ceremonias; Superstitionis & Idololatriæ partim Seminaria, partim administras, utique libenter agnoscimus, quod de nobis prædicat. Quod ibidem verba unius atque alterius ex nostris adducit, quibus aliqua utensilia aut aliquos ritûs Cœnæ vocant Adiaphora, illud Choragio Missatico patrocinium non præstat: cùm Autores citati satis ostenderint, quam illud ipsis abominandum sit. Hæc Voëtius Thelogus Reformatus.

Quæst. *Quid de Elevatione Panis in S. Cœna celebratione sit statuendum?*

§. CCCLXXXV. *Quid de Elevatione Panis in S. Cœnæ celebratione sit statuendum?*

De eâ seqventem in modum differit Gisb. Voëtius Polit. Eccles. p.1. Lib.11. Tract.11. Sect.4. cap.5. p.818. 819. Ex Recentioribus Car-

Cardinalis de Richelieu in Tractatu Gallico contra Ministros Charentonenses Anno 1630 cap.6. Sect. 1. elevationem defensurus, hanc ejus rationem adfert, quòd cùm Eucharistia s. Missa sit Sacrificium, elevatio hostiæ propriè significet oblationem. Ubi citato textu Levitic. 8. subjicit in N. T. hunc ritum ab Apostolis descendere; idque haberi per traditionem: quod probat ex Basilio Lib. de Sp. S. cap. 27. & Liturgiis Basilii ac Chrysostomi, nec non Dionysii Areopagitæ, deniqve ex autoritate Ecclesiæ. Concludit eam non esse mutandam, sed solicitè servandam. Cùm nullus Scripturæ textus afferri possit, qui eam prohibeat. Joh. Stephan. Durandus ex Dionysio & Maximo Originem & antiqvitatem elevationis apud Latinos adstruens, rejicitur à Goar in Notis ad Eucholog. Græcorum p. 146. ubi asserit non planè constare: nihilominus tamen contra Plessæum concilio Later. sub Innocentio 3. Anno 1214. Originem ejus adscribentem allegat versûs Hildeberti (qui Episcopus Turonensis & Cenomanensis floruit circa annum 1090.)

Tollit utrumq; manu, cùm sit communibus escis,
Altiùs, & qviddam majus utrumqve ferat.

Dum illi contendunt de Origine, nec certi esse possunt esse prius, h.e. ab Apostolis, & non esse posterius: Nos in hoc Axiomate acquiescimus, sublatis causis tolli Causatum. Si ergò probetur (uti à nostris abundè probatum est) Eucharistiam non esse Sacrificium propriè dictum, nec Panem in Christi Corpus transsubstantiari, ideoqve nec hostiam adorandam: Jam sponte corruit elevatio, quæ propter rationem Sacrificii à Richelio, & propter rationem adorationis ab aliis supra citatis, & ab ipso Missali adhibenda dicitur. Apud Græcos elevatione aliqvâ Panis, qvem παναγίας h.e. Mariæ Virginis appellant, utuntur etiam extra Eucharistiam, in mensis privatis, & cum qvis iter aggressurus est, idqve in honorem Mariæ & in Paschate in memoriam Resurrectionis Christi. De hujus Panis Consecratione videndum Euchologium Græcorum, & Notæ Goar. p. 865. 867. De Elevatione in Eucharistiâ dubitare nos non sinit Missa, qvam ita vocant, Chrysostomi Euchologio inserta p. 81. cum Notis Goar pag. 146. Apud Armenios eandem obtinere testis est Vir Doctus αὐτόπτης apud Hottingerum in Topograph. Ecclesiast. c. 3. p. 65. Ubi magnâ Reverentiâ & sonitu tintinnabulorum elevant & inter elevandum

dum populus pectus pulsat, cruce se signat, terqve osculatur terram. Ritus hic cum primo ortu pertendentis in Occidente reformationis, rejectus fuit in Germaniâ, Helvetiâ, Angliâ, Galliâ, &c. de Germaniâ discimus ex Lutheri dicto, qvòd sit Idololatrica: quamvis de eâ actu & universaliter abolendâ aliter in fervore contentionis contra Carolstadium (Lib. 1. coram cœlestes Prophetas fol. 20. seqq. Tom. II. German.) locutus videatur. Qvo nomine ab Adversariis apud Fitz-Simonem Lib. 3. Britannomachiæ, &c. p. 269. & apud Cardinalem de Richelieu loco citat. exagitatur. Chytræus in Præfection. de Baptismo & Cœnâ Sect. V. titulo de Elevatione pag. 485. præmissa ἀδιαφορία ex sensu Lutheri loc. cit. mentem suam sic aperit.

Sed tamen quia multæ impiæ & idololatricæ opiniones ac superstitiones huic ritui apud Pontificios adhærent; rectius est omittere elevationem Sacramenti, qvàm vulgi errores & cultûs Idololatricos, nostro exemplo confirmare, sicut Christus lotiones Pharisæorum, & alias traditiones, suâ Naturâ adiaphoras omisit, ut annexas illis impias & Pharisaicas opiniones, qvod servatu necessaria aut cultus Dei vel justitia coram Deo sint, vel merita Remissionis Peccatorum, taxaret. Est autem ritus levandi Sacramentum, Nervus & Vinculum persvasionis de oblatione Corporis & Sanguinis Christi in Missâ, pro expiandis viventium & defunctorum peccatis, ex Opere operato.

Accedat, qvod praxis nulla apud Lutheranos hodie superesse videatur: qvia Eckardus in Fasciculo cap. 27. Hinc melius in Collegio Irenico Disp. 8. aliiqve recentiores ejusdem non meminerunt: ubi ex professo de adiaphoris illic adhuc usitatis, disserunt. Bucerus in Retractatione de Cœnâ Præmissâ Commentar. ipsius in Johannem Anno 1536. editis & postea scriptis Anglicanis Anno 1577. inserta. p. 658. &c. &c. &c.

Melanchthon in Consiliis Part. II. p. 147. ad Joh. Mathesium: Scio esse magnas & justissimas causas abrogandæ Elevationis. Et pag. 148. ad Joh. Schlag. Pastorem Ecclesiæ consensis An. 1550. etsi multa disputata sint à multis de Elevatione Sacramenti, tamen in Ecclesiis nostris placuit eum morem mutare; qvod allegatâ hâc E-

levatione alii confirmabant morem circumferendi & adorandi Panis.

§. CCCLXXXVI. Et pag. eâdem & 149. refert Lutherum Anno 1542. suo judicio non relatâ re ad aliorum deliberationem jussisse, omitti ritum seu offerendi s. levandi Sacramentum & sciscitantibus, tres allegasse rationes; quarum prima, qvòd ritus ille nervus sit illius impiæ persvasionis fingentis Sacrificulos offerre Christum pro vivis & mortuis, & hâc oblatione eos mereri Remissionem peccatorum. Secunda, quod eo confirmatur circumgestatio Sacramenti, ejusdemqve ratio extra usum institutum. Tertia, qvod populus opinetur bonum opus esse videre illum ritum elevandi & eo viso concipiat falsam fiduciam & negligi pœnitentiam, & veram manducationem. A quâ opinione liberandus est. Hæ rationes ait Melanchthon, multas Ecclesias moverunt, ut Lutheri exemplum imitarentur. Abolitus est enim in Ecclesiis Electoratûs Saxonici, in pluribus Misniæ & Silesiæ, in totâ Thuringiâ, in omnibus Ecclesiis Saxoniæ instauratis, Hamburgi, Lubecæ, Lüneburgi, Brunsvvigi, in totâ Pomeraniâ in Ducatu Mechelebergensi Zepperus lib. 1. Polit. Ecclesiast. cap. 12. eam inter Papisticas Ceremonias numerat, ab Honorio III. Anno 1226. impositam & Juri Canonico lib. 3. Decretal. Tit. de Celebrat. Missarum insertam. In Ecclesiâ Anglicâ sub Edvardo VI. eandem expurgatam fuisse constat ex Liturgiâ tunc editâ, & in Latinum ab Alesio Scoto Theologiæ Professore Lipsiensi traducta. Verba paulò antè exhibuimus. Qvibus addimus ipsius Alesii sententiam Buceri scriptis Anglicanis in Præfat. dictam Liturgiam de abrogatione Elevationis insertam pag. 378.

Jam qvis nescit temporum momenta & inclinationes multa monere, qvædam subjicere, non etiam nulla extorqvere. In hoc genere pono & abrogatam ostensionem consecrati panis atqve calicis, qvam Elevationem vocarunt, elevantem hanc qvidem in multis locis tanti Sacramenti pondus & excellentiam. Neqve ideò tamen damnamus eos, qvi hunc gestum ostensionis absqve impietate aut superstitione retinent. Utrisqve enim in re non necessariâ suum judicium reliqvendum est. Non voluerunt scilicet in hac parte Britanni aliqvid qvod dubium videretur, aut cogitationes humanas seqvi &c.

Vide

Vide plura apud eund. Autorem p.831.832.833.& 834.

Ego hîc tantùm adjiciam, qvod *Rudolph. Hospinianus Theol. Calvinianus*, de hâc Elevatione ex Antiqvitate observet. Ita autem ille Historiæ Sacrament. lib.2.c.1.p.31.

Hospin. de Elevatione & ostensione Calicis quid scribat.

De Elevatione & ostensione panis & Calicis in Cœnâ.

In primitivâ Ecclesiâ Symbola Eucharistica, panis nimirum & vinum, paululum elevata & populo ostensa non autem supra caput ad adorationem elata fuerunt. Dionys. enim lib.3. de Ecclesiast. Hierarchiâ sic scribit: Pontifex divina munera seu dona laude prosecutus, sacrosancta & augustissima mysteria conficit, & collaudata εἰς ὄψιν ἄγει, in conspectum agit s. producit, per Symbola reverenter proposita: & dona sacrificiorum commonstrans ad sacram illorum Communionem & ipse accedit & hortatur alios. Sacerdos igitur non supra caput extulit aut elevavit symbola illa, sed in conspectum solùm produxit, hoc est, commonstravit populo: nisi velis dicere, nihil posse à qvoqvam conspiciendum monstrari, nisi supra caput efferatur. Neqve etiam ostendit, ut adorarentur, sed ut consecratum panem, adeóqve paratam Communionem indicaret, & ut populus ad communionem se pararet, atqve ad mensam accederet: Hoc ex verbis Dionysii clarè perspicitur, inqvit enim Dona sacrificiorum commonstrans ad sacram illorum Communionem & ipse accedit & hortatur alios. Hanc ob causam etiam sic in Chrysostomi Liturgiâ scribitur: Sacerdos ostendit calicem populo, dicens: Cum timore Dei, & fide, & dilectione accedite. Huc etiam pertinet, qvod apud Chrysostom. homil. 36. in 1. Corinth. & hom. 3. ad Ephes. legitur: Eucharistiam consecratam ad mensam velis obductam, & deinde reductis velis populo ostensam: diducebantur igitur vela, ut mysteria præparata à populo cerni possent in mensâ: & ostendebantur populo, non in altum supra caput, sed parùm à mensâ sublata. Basilius etiam libr. de Spiritu S. cap. 27. Panem Eucharistiæ & poculum benedictionis ostendi ait. Hæc Hospinianus l.c.

§. CCCLXXXVII Moscovitarum & Ru-

X. Ultimo loco ego annectam illa, qvæ *D. Mich. Sriciu in Disp. de Relig. Moscoviticâ*, de Moscovitarum & Ruthenorum tùm

thenorum sententia de Cœna cum Refutatione.

tùm sententiâ, tùm erroribus de S. Cœnâ, & eorum refutatione annotavit, & ita sonant: Seqvitur jam articulus de S. Cœnâ, in qvo verum est, Moscos sub utrâqve specie Eucharistiam porrigere, licet id in suâ de statu regni Moscoviæ relatione apud *Honorium* pag. 283. neget *Philippus à Pernisten.* Nam sub utrâqve specie communionem celebrare Moscos docet *Guagninus in descriptione Moscoviæ c. 2. Sacramento,* inqviens, Eucharistiæ Rutheni sub utrâqve specie utuntur. Idem testatur *Sigismundus ab Herberstein in Comm. rer. Moscovit.* p. 29. qvando expressè Moscos sub utrâqve specie communicare ait: confer qvoqve *Petrejum part. 6. Chron. Moscovit.* p. 66. *D. Philippum Nicolai lib. 1. de Regno Christi* p. 11. *Olear. part. 3. Itiner. Persici p. 310.* Certum qvoqve est, consecrationem panis Eucharistici fieri per verba Christi in linguâ Ruthenicâ. vid. *Autorem epistolæ ad D. Chytræum;* Interim & hic qvædam eaqve non levia deprehenduntur Moscorum errata. 1. *dum azymis rejectis urgent necessitatem panis fermentati, & in parte alterâ etiam loco vini alium substituunt qvandoq; liqvorem. 2. dum mistionem specierum introducunt; 3. dum pueros nondum probare se valentes ad sacram Cœnam admittunt. 4. dum asservant, circumgestant & venerantur panem Eucharisticum 5. Missas pro mortuis instituunt.* Breviter ut de singulis agam, res ipsa efflagitat.

Errata Moscovitarum.

1. *Azymis rejectis Moscos urgere necessitatem panis fermentati patet ex Elucidar. Sacrani artic. 2. error. 8.* ubi ait: de consecratione corporis Christi dicunt, in azymis ipsum consecrari non posse: Paria tradit *Scarga, Guagninus, Autor Epistolæ ad Chytræum, Olearius, Philippus à Pernisten. Johannes qvoqve Metropolita Russia* in epist. ad P. R. consecratione in Azymis factâ manifestè Judaicum servitium seu cultum indicari ait apud *Sigismundum ab Herberstein in Comment. rer. Moscovit. p. 23.* Licet autem in Moscovitis damnare noluimus, qvod pane utantur fermentato, cùm & ille sit verè & propriè dictus panis: illud tamen serio improbandum est, qvod ex re liberâ faciant rem necessariam, & nostras Ecclesias, qvâ decenter propter exemplum Christi & utiles commonefactiones, & ex consvetudine Ecclesiæ S. Cœnam administrant in pane azymo, pertinaciter Hæreseos accusent, qvâ de re legendi Theologi *VVirtenbergenses in responso ad primum Patriarchæ responsum Actor. Constat.* p. 192. it. B. *Dominus Doct. Gerh. T. 5. LL. de S. Cœnâ, §. 23.* Illud etiam hîc probamus in Mosco-

Error primus. Azymis rejectis urgent necessitatem panis fermentati.

scovitis minimè, *qvod in S. Cœna parte alterâ interdum loco vini alium substituant liqvorem*; Si rubrum vinum (solent namqve Mosci alias rubrum adhibere vinum) desit, inqvit *Lasizius in Theol. Mosc. p.* 114. succum ex pomis expressum, baccis qvibusdam rubris tingunt. Loci vini solet qvoqve adhiberi Medo, uti testatur *autor epistolæ ad D. Chytræum.* it. *Petrejus part. 6. Chron. Moscovit. p. 667.* Est autem Medo ex melle lupulisqve decoctus, qvi picatis in cadis veterascit, & ex antiqvitate nobilitatem adseqvitur, sicuti habetur in libro de re militari & civili Moscorum libri, qvi inscribitur *Respublica Moscovitica*, Lugduni Batavorum excuso p. 305. imò etiam aqvam meram sumere solent, inprimis qvando deficit vinum. Parvi id pendunt, inqvit *Scarga*, si vino accedentium freqventiâ exhausto, tantùm aqvæ post consecrationem effundatur, ut nullus ejus sapor supersit conf. qvoqve *Petrejum part. 6. Chron. Moscov. p. 667.* Nullum autem est dubium, qvin sic vehementer errent Moscovitæ, cùm non succus ex pomis expressus, non medo, non aqva habeant divinam vocationem ad id, ut sint vehiculum sanguinis Christi, sed γέννημα ἀμπέλου genimen vitis, id est, vinum, sicuti hæc periphrasis vini occurrit Deut. 22. v. 9. Ab hâc Christi institutione non licet ullo modo recedere vel eam immutare. Unde & Antiqvitas perniciosam judicavit hæresin eorum, qvi in Mysteriis aqvâ utuntur. vid. *Chrysost. homil. 83. in Matth. 26. Epiphan. hæres. 64. August. hær. 30. & 46. l. 4. de doctrin. Christ. c. 21.* confer qvoqve *Cyprian. lib. 1. epist. 63.*

Errant, dum loco Vini alium interdum substituunt liqvorem.

2. Ab institutione Christi recedunt Moscovitæ dum mistionem specierum introducunt. Non enim primò panem seorsim, post seorsim calicem sumunt, sed panem calici, in qvo vinum rubrum & paululùm aqvæ tepidæ continetur, intritum cochleari communicantes sumunt. Unde *Lasizius in Theol. Moscov. p. 114.* inqvit: Panem sacratum calici intritum cochleari argenteo è manibus mystæ calicem tenentis hauriunt, hæc dicentes: Telo Ktistovo przimite, Hstoczonika besmertueho ukussite, id est, corpus Christi accipite, ex fonte immortali gustate. Hunc improbandum errorem animadvertit etiam *Johannes Faber* in fine *discurs. de Relig. Moscovit.* vide qvoqve *Sacrani elucid. capit. 2.* error. 17. *Gvagninum in descript. Moscov. cap. 2. de Relig. Mosc. tit. de SS. Eucharistiæ usu Petrejum part. 6. Chron. Moscov. p. 667. Olear. part. 3. Itiner. Persici p. 311.* Ast & hoc est con-

§. CCCLXXXIIX *Error secundus, dum mistionē specierum introducunt.*

contra institutionem Christi, qvi jussit in uno actu Cœnæ non panem & vinum simul sumere, sed successivè. 2. Jussit vinum sumere, & sub eo sanguinem, tanqvam rem potulentam per modum bibitionis. Jam autem, qvando vinum, cui panis intritus est, cochleari sumitur, non sumitur per modum bibitionis sed manducationis, confer *Dn. D. Höpfnerum in Tractat. Theoret. de S. Cœna Sect. 2. art. 1. cap. 8. pag. 245. 246.* Et qvia de mistione agimus specierum, non hîc omninò silentio sepelire possumus mistionem, qvam faciunt, vini & aqvæ tepidæ. Cui mistioni licet nimiùm tribuant, iterum sine factâ qvâdam in verbis institutionis mistionis mentione, non tamen puto illos eam facere absolutè necessariam, cùm in communione ægrotorum interdum hanc mistionem omittant, sicuti testatur *Olear. part. 3. Itiner. Pers. pag. 311.* saniores Pontificii, qvi eam necessariam esse clamant, sicuti etiam videre est in Concil. Trident. sess. 22, cap. 8.

Mistio Vini & aquæ tepidæ.

Nec se 3. nobis probant Moscovitæ in distribut. Eucharistiæ, *cùm ejus etiam participes faciant illos, qvi propter teneram ætatem censentur incapaces.* Panem namqve sacratum calici intritum etiam puerulis triennibus ingerunt, sicuti testatur *Lasizius in Theolog. Moscovit. pag. 114.* *Johannes Faber* qvoqve pueris vix tres annos natis Eucharistiæ sacramentum præberi ait sub finem discursûs. *Gvagninus* tamen pueros septem annorum admitti dicit *in descript. Moscov. c. 2. tit. de SS. Eucharistiæ usu:* Qvintum & septimum annum exprimit *Petrejus part. 6. Chron. p. 667.* Conciliationem ita instituendam esse puto, ut pueris trium annorum porrigant partem aliqvam Sacramenti, septennibus integrum Sacramentum. Atqve hûc videtur spectare etiam *Olear. part. 3. Itiner. Persici. p. 312.* ubi hæc habet verba: Sie geben auch etwas vom Abendmahl an die krancken kleinen Kinder / denen aber / die über sieben Jahr alt / wird es vollkömmlich gereichet. Denn sie sagen / nach sieben Jahren fänget der Mensch an zu sündigen. Licet autem antiqvitus etiam hæc fuerit consvetudo, ut infantes baptizati participes fierent Eucharistiæ, sicuti videre est ex *Cypriani libro de Lapsis,* it. *Augustino lib. 1. de peccator. merit. & remissione,* it. *lib. 1. contr. Julian. c. 2.* qvæ consvetudo etiam post Augustini tempora in Ecclesiâ obtinuit, qvâ de re legatur *Voss. Hist. Pelag. lib. 2. part. 3. pag. 276.* Non tamen ea est tenenda, cùm infan-

Errãt Mosc. quod pueros nondũ probare se valentes ad Sacrã cœnam admittunt.

tes

tes sese probare neqveant, qvòd à dignè communicantibus reqviritur 1. Cor.11. p 26.28.29.

5. CCCLXXXIX. *4. Mosc. errât, quod in usu habent asservationẽ & circũgest. Sacramẽti. Asservatio Sacram.*

4. *Asservationem, circumgestationem & venerationem cùm etiam in usu habeant Moscovitæ, nec in eo nobis placent.* *De asservatione* panis consecrati illud primò memorabile est, qvod pro infirmis Sacramentum in hebdomadâ magnâ, ante pascha die Jovis consecratum in vase mundo, supra altare, (ne mures morsu id petant) suspensum per integrum annum servent. Dum autem id sacerdos pro infirmis daturus est, tùm parùm vini & aqvæ tepidæ addit, portiunculamqve benè humectatam ægroto cochleari de calice porrigit. vid. *Gvagnin. in descript. Moscov. c. 2. tit.* de S.S.Eucharistiæ usu. confer etiam *Sacran. elucid. c.2. error 19. Olear. part.3. Itiner. Pers.p. 311.* Deinde meminerunt etiam scriptores hujus consvetudinis, qvâ militibus in bellum ituris asservandus datur panis Eucharisticus, eodem die, qvo sacramentum infirmorum præparari solet, consecratus. Exstat id apud *Sacran. elucid. c.2. error.18.* Consecrant pro bellantibus panem similagineum in corpus Christi, & Laicis in bella procedentibus tradunt in manus, qvi cùm sunt cum hoste confli-cturi, & jam manûs conserturi, replent vas escarium aut pocularium, qvod in promptu fuerit, aliqvo liqvore, qvi tũc occurrerit, & illic pane illo posito se ipsos ordine communicant. Hujus etiam consvetudinis mentionem facit *Petrejus part. 6. Chron. Moscovit. p. 668.* Qvam tamen consvetudinem non ampliùs observari innuit *Olearius part.3. Itin. Pers. c. 30. pag. 312.* Ast præterqvam, qvod de asservatione Eucharistiæ in S. Cœnâ nihil contineatur, & proinde non magis liceat asservare Eucharistiam, qvam assare ac vendere. Verba Distributionis, sumptionis, manducationis, Bibitionis.it. exemplum primæ Cœnæ Marc.14.v.24. sunt huic asservationis ritui contraria. Qvemadmodum autem in asservatione hâc sacramenti errant, ita & cognatum quendam errorem fovent *de circumgestatione & veneratione* specierum Eucharisticarum, ita tamen, ut hanc circumgestationem & venerationem peragant, non sicut Pontificii solent post, sed ante consecrationem; Unde & ab ipsis Pontificiis scriptoribus improbantur. Ex qvibus *Sacranus elucid. cap. 2. error. 20.* ponit hunc: *Ante præparationem calicis, incensis cereis, panem consecrandum cum vino & aqvâ calidâ in calicem fusâ, velut dictum est, cum reverentia summa spectan-*

Circũgest & Ven. Sacrã. fit à Mosc. non sicut Pontificii, post, sed ante consec. unde etiã à Pontific. improbatur.

dum, populo offerunt & circumferunt, ubi populus pronus cadit, veneratur & idololatrat. Et post in altari positum & consecratum, neqve veneratur, neqve elevatur. *Scargæ* hæc sunt verba: *In missa panem nondum consecratum genibus flexis adorant: cùm autem consecratus fuerit, nullum honorem sanctissimo Christi corpori exhibent.* Qvæ cùm iterum verbis institutionis, & præceptis de solo Deo adorando sint contraria, qvæ argumenta jam anteà consideravimus, non est, ut nos hîc detineamus. Missas etiam pro demortuis apud Russos dicit institui *Johannes Faber*; nec dissentit *Petrejus part. 6. Chron. Moscov. p. 660.* in qvo nullum est dubium, qvin etiam graviter errent, cùm & institutioni con-

Russi etiam Missas pro mortuis instituunt.

ΚΕΦΑΛΗ' ΚΔ.

ΠΕΡΙ ΒΑΠΤΙΣΜΑΤΟΣ.

Ἔχουσιν οἱ Ἕλληνές τινα σκεύη μακρὰ, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἃ καλοῦσι βαπτιστήρια, τουτέστι σκεύη μακρὰ, ἐν οἷς ὅλον τὸ νήπιον εἰσβάλλουσι, καὶ ὅταν μέλλῃ βαπτισθῆναί τι νήπιον, οἱ συγγονεῖς τοῦ Νηπίου προθερμεύουσιν ὕδωρ μετὰ φύλλων τινῶν εὐωδῶν, καὶ εἰσβάλλουσιν ἐν ἐκείνῳ τῷ προλεχθέντι σκεύει τὸ ὕδωρ. Ἔτι δὲ θερμαινομένου τοῦ ὕδατος εὔχεται ὁ Ἱερεὺς, καὶ τίθησιν ἔλαιον ἐν τῷ ὕδατι, μετὰ δὲ τὰς εὐχὰς λαμβάνει ὁ Ἱερεὺς τὸ νήπιον ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, καὶ κρατεῖ ταῖς δυσὶ χερσὶν ἐκ τῶν ὤμων, καὶ εἰσβάλλει ἔσω τοῦ ὕδατος ὅλον νήπιον, σὺν κεφαλῇ, λέγων· Βαπτίζεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ὁ δεῖνα, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ ἀνέλκει τὸ νήπιον, ἔπειτα πάλιν λέγει,

καὶ

contrariæ, & mortuis non proficuæ sint istiusmodi Missæ. Qvâ de re alibi prolixiùs agi solet. Amant qvoqve præterea Russi hanc superstitionem, ut consecrationem experientiâ quâdam probare soleant. Sumunt namqve, inqvit *Sacranus Elucidar. cap. 2. error. 17.* experientiam de calicis consecratione, tanqvam dubitantes de consecratione ejus. Nam anteqvam communicant in sacrificio, faciunt eis dari aqvam calidam, qvam infundunt in calicem consecratum, unde si vapor exhalaverit, credunt verè illic esse sacramentum. Hæc Sacranus l. c. Qvam experientiam certè non opus est, ut ratio refutet, sed fides irrideat.

Consecrationem Russi superstitiosè aliqua experientia probant.

Caput XXIV
DE BAPTISMO.

f.cccxc.

SErvant Græci in Ecclesiis suis vasa qvædam ampla, qvæ Baptisteria appellitant; h. e. tantæ capacitatis vasa, ut infantem, qvantus qvantus est, iisdem possint immittere. Qvando igitur infans aliqvis fonte hoc Sacro tingendus est, Consanguinei infantis primò omnium aqvam, floribus odoriferis inspersis curant calefieri, inqve prædictum vas infundunt. Intereà temporis verò, dum aqva calefit, orat Sacerdos [A] & Oleum aqvæ adfundit. Precibus autem finitis, infantem manibus suis accipit Sacerdos & utrâqve manu ex humeris firmiter prehensum, totum, nec capite qvidem ipso excepto, aqvæ immergit, dicens: Baptisatur servus hic Dei in nomine Patris; qvod effatus, infantem retrahit. Postea addens: Et Filii, rursus & immittit, & ex-

καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ εἰσβάλλει, καὶ πάλιν, ἀνέλκει, ἔπειτα λέγει· Καὶ τοῦ Ἁγίου πνεύματος, καὶ εἰσβάλλει, καὶ ἀνέλκει, τελέσι, τρεῖς καιροὺς, εἰσβάλλει, καὶ ἀνέλκει, καθὰ ἔφη ὁ κύριος· βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος. Μετὰ ταῦτα ἀναγινώσκει τινὰς εὐχὰς, καθὰ καὶ ὧδε ἐν τῇ μεγάλῃ Βρεττανίᾳ ποιοῦσι, καὶ ἀποδίδωσι τὸ νήπιον.

AD CAPUT

§ CCCXCI. *Forma Baptismi apud Græcos ex Euchološ.*

(A) ORat *Sacerdos.* Preces usitatas lege in Euchološ. pag.350. ad pag. 357. Aquæ immergit. De eo ita Euchol. pag.357. Tunc puerum rectum acceptum Sacerdos aquæ immergit, quousque manus ejus aquâ operitur, & illa abscondatur, dicens: N. Ego te baptizo in nomine Patris. Et educit illum, dicens: Et Filii, & educit illum, & dicit: Et Spiritûs S. nunc & semper, & in secula Seculorum. Tum Susceptores illum suscipiunt & imponit cucullam Sacerdos, & dicit: Accipe lucidum & immaculatum ornatum, quem perferas absque sorde coram tribunali Domini nostri Jesu Christi, & habebis vitam æternam, Amen. Et psallunt: Beati, quorum remissæ sunt iniquitates. Hoc ter psallitur. Dominum precemur. Sacerdos dicit Orationem: Benedictus es Domine, &c.

Ritg Baptismatis apud Moscovit. è Neugeb.

Moscovitarum Baptismum *Neugebauerus* cap.12. pag.82. strictim ita describit: Nato Infante, mox accersitus Sacerdos, ante habitationis januam, in quâ puerpera est, certas stando recitat orationes, infantique nomen imponit. Post quadragesimo communiter die, si fortè infans malè habeat, defertur in templum, ac Sacro fonte abluitur, terque in aquam totus immergitur, alioquin baptismum esse non crederent. Mox inungitur Chrismate hebdomadâ

magnâ

trahit, deniqve verba hæc: & Spiritûs S. proferens, & immergit, & extrahit, h. e. ter immergit & ter retrahit, qvemadmodum dixit Dominus: Baptiſantes illos in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Qvibus peractis, ultimò preces nonnullas legit, ſicut & hîc in Magnâ Britanniâ more receptum eſt, atqve infantem reddit.

XXIV.

magnâ initiato, tandem & myrrha. Aqua verò Baptiſmatis ſingulis ſacratur infantibus, ac continuò poſt baptiſmum extra templi portam effunditur. Semper verò infantes in templo baptiſantur, niſi longinquitas loci nimia, aut frigus infanti obſit, neque unquam aquâ tepidâ, niſi pro infirmis, utuntur. Sal, nec ſaliva cum pulvere mixta ab illis adhibentur. Suſceptores ſive baptiſmi teſtes ex parentum voluntate aſſumuntur, ac quoties circa baptiſmum, præeunte certis verbis Sacerdote, Diabolo renunciant; toties in terram exſpuunt. Sacerdos etiam infanti capillos abſcindit, eosque ceræ intricatos in templo, certo deponit loco. Confirmationem baptiſmi vanam eſſe putant, eò quòd in omnibus Synodis, præcipuè verò Nicænâ, dictum eſt; Confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Cum verò unum ſit baptiſma, unum etiam Chriſma eſſe eandemque virtutem Sacerdotis ac Epiſcopi circa ſacramenta diſtribuenda aſſerunt. Hæc *Neugebauerus*, qui illa ipſa deſumpſit è deſcriptione Sarmatiæ Europeæ Alexandri Gvagnini Veronenſis Equitis Aurati, peditumque Præfecti; qui poſt illa verba toties in terram exſpuunt, hæc addit: Confirmationem ſ. Inunctionis Sacramentum maximè abhorrent, hocque argumento vanam & damnabilem confirmationem eſſe approbant, quod in Synodis omnibus ferè dictum ſit, præcipuè verò in Nicenâ: confiteor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum, cùm autem unum ſit Baptiſma, unum

Suſceptores ter exſpuũt.

Capillos infãti abſcindit & cera intricatos certo deponit loco.

Confirmationem Baptiſmi vanã eſſe putant.

unum etiam esse Chrisma, & virtutem eandem Sacerdotis & Episcopi circa Sacramenta distributa, dicunt esse. Hæc Alex. Gvagninus, hæc repetit Neugebauerus de Confirmatione Moscovitis improbatâ. Et tamen Joannes Faber in Religione Moscovitarum ad Ferdinandum Regem Romanorum, cui erat à confessionibus, ausus est planè contrarium contrà asserere; ut scilicet doctrinæ Pontificiæ colorem aliquem consensus cum Græcâ Ecclesiâ inducat, ita scribens: Prælectis itaque orationibus, atque etiam exorcismis, cùm puer fortioribus naturæ viribus apparet, ter totus immergitur, alioquin aquâ tingitur rarò tamen, conspersio enim minùs sufficiens judicatur. Oleo & chrismate interim quoque appositis fronti & scapulis. Sal verò, quod à nostris adhibetur, & lutum ex salivâ & pulvere non admodum receptum est Moscovitis, adrenuntiationem verò trinam, fidei quoque confessionem trinam in usu retinent. Cùm verò jam adultus est puer, & perfectam ætatem consecutus, ita ut suæ fidei Christianæ testimonia reddere possit, ad Episcopum ducitur, ut confirmationis hujusmodi fidei Sacramentum recipiat, quod & Chrismate in fronte per signum crucis confertur. Administratio verò hujusmodi Sacramenti nulli concessa, nisi Episcopis: quo conjecturare licet atque argumenti loco haberi, quandoquidem omnem religionem suam per manus traditam habent ab Apostolis, impositionem illam manuum, vel in confirmatione, vel in ordine sacro, soli Episcopo traditam esse, sicque hactenus monumenta omnia tenuerunt, atque perpetuâ observatione custoditum est.

Ex Oleario Paulo fus. 9.

Mosc. peccatũ originis & necessitatẽ baptismi agnoscunt.

§.CCCXCII.

Fusiùs autem illud describit *Adamus Olearius* ita fatus: Baptismum dicunt ad Salutem necessarium; credunt enim se in peccato conceptos natosque, & Christum contra hoc originale peccatum lavacrum regenerationis & emundationis (quam ipsi magis corporaliter, quàm spiritualiter intelligunt) ordinasse. Ideò, ut primùm infans in luminis auras editur, properant ad baptismum. Si infans imbecillior est, baptisatur in ædibus, attamen non in illo hypocausto, ubi natus est, quia illud pro valdè impuro habetur, quod si autem benè valet, per susceptores ad hoc officium exoratos, in templum deportatur, quibus Sacerdos (Pope vocant) ante fores templi obviam procedit, in frontibus ipsorum signum crucis efformat, & his verbis benedictionem impertitur: Dominus custodiat introi-

troitum & exitum tuum, à nunc usque in seculum. Susceptores illicò dant Sacerdoti novem cereos, quos accensos vasi aquâ repleto, & in medio templi locato, crucis formam repræsentando affigit, postea, cum thuribulo thuris & myrrhæ fumum in Patrinos & vas spargit, & aquam multis ceremoniis consecrat. Tum susceptores ardentes cereos manibus gestantes, unà cum Sacerdote, in certo libro legente ter vas illud circumeunt, præcedente æditu cum picta Icone Imaginem Johannis referente. Post usitatæ apud nos quoq; Interrogationes ad Patrinos instituuntur. Quodnam scilicet debeat esse nomen infanti? ubi nomen chartæ inscriptum Sacerdoti porrigitur; Schedulam autem Sacerdos tenet ad certam pictam imaginem, & imaginem pectori infantis imponit ac orat. Hinc quærit: An infans credat in Deum Patrem, Filium & Spiritum Sanctum? Responsione affirmativâ à Patrinis prolatâ, vertunt sese unâ cum sacerdote, dorsaque vasi obvertunt. Tum quærit: Anne infans Diabolo omnibusque ejus Angelis & operibus renunciet, & in orthodoxâ Græcâ religione per totum vitæ tempus perdurare velit? Dum Susceptores ad quamlibet Interrogationem respondent, toties una cum Sacerdote indignabundi quasi terram coguntur conspuere. Postea se rursus ad vas convertunt, & peragitur exorcismus; hoc modo: Sacerdos, manu infanti impositâ, inquit: Excede ex hoc infante. N. tu impure Spiritus, & da locum Sancto Spiritui. Et ter in formâ crucis in Infantem efflat, atque hinc (ut ajunt) Diabolus cogitur secedere. Hoc facto Sacerdos forpicibus aliquos capillos de capite infantis in formâ crucis abscindit, libro imponit. Tum quærit: Anne infans velit baptisari? acceptoque à Susceptoribus utraque manu nudo infante, ter totum aquæ immergit, dicens: Ego baptizo te in nomine Dei Patris, Filii & Spiritus Sancti. Dehinc ori infantis nonnihil salis imponit, frontem verò, pectus, manus & dorsum consecrato oleo in formâ crucis inungit, mundumque indusium induit, aitque: Ita mundus candidusque jam etiam à peccato originali redditus es. Crucem quoque ex auro, argento aut plumbo (qualem parentes pro facultatib9 comparare possunt collo appendit, quam etiam infans per totius vitæ spatium de collo gestare cogitur, in testimonium Christianismi, quod si quis mortuus in plateâ offenditur, destitutus tali cruce, illi sepulturæ honor denegatur.

Susceptores.

Interrogationes ad Susceptores instituta.

Exorcismus.

Capilli abscinduntur.

Oleo inungitur, & indusio induitur.

Crucem appendit.

Certus Sanctus in Patronū assignatur. tur. Sacerdos quoque certum Sanctum infanti assignat, & ejusdem effigiem ipsi largitur. Hunc per totam vitam pro suo Patrono cogitur habere, ejusq; imaginem præ aliis venerari. Finitus hisce ceremoniis baptismalibus, osculatur & amplexatur sacerdos infantem, ut & Patrinos; adhortans illos, ne inter se matrimonium contrahant, quod apud ipsos est prohibitum.

Quod si duo vel plures infantes baptisandi adsunt, unicuique seorsim vas aqua impletur & de novo consecratur. Aqua enim illa, qua impuritas peccati originalis semel abluta est, effunditur in peculiarem aliquem locum, ne ullus amplius eâdem fœdetur. Aqua nunquam calefit ad ignem, hyeme tamē in calido loco tepefit. Quando ætate provecti, quales sunt ipsorum Chaldæi & Apostatæ, baptisandi sunt, deducuntur ad fontem s. lacum aliquem, in quo tempore hiemali foramen in glacie inciditur, & ferè iisdem ritibus ter immerguntur, ita, ut aqua caput ipsum operiat. Hæc Olearius in Descriptione Itineris Persici; pag. 182. 283. Russi autem ideò arrepto capi-

§. CCCXCIII. Cur totum immergant? te baptisandum totum immergunt, quia dicunt, Johannem Christum, apprehenso Christi vertice, totum immersisse. Vide responsum Principis Daniæ VVoldimari Christ. ad scriptum Josephi Patriarchæ Moscovitarum Anno 1644. Cap. 16. Consule quoque de his, ut & aliis rebus Moscoviticis Sigismundum Liber. Baronem ab Herberstein in Comment. rerum Moscoviticarum, nec non Joannem Fabrum de Religione Moscovitarum ad Ferdinandum Archiducem, quemadmodum & Alexandrum Gvagninum Veronensem in descriptione Moscoviæ.

Sūma Præponendorū in hoc capite Nos ex Goare subjungemus Ritûs & processum, Exorcismum & preces circa baptismi administrationem observari solitos, & postea quoque doctrinā Græcorum de hoc Sacramento Baptismi, nec non de Chrismate ex Actis Constantinopolitano Tubingensibus addemus, subjuncturi tandem etiam aliquot quæstionum ventilationes.

Et I. quidem ex GOARIS Ευχολογίῳ s. Rituali Græcorum pag. 221. 322. *Oratio ad cruce signandum puerum suscipientem nomen octavâ die nativitatis suæ.*

Sciendum, octavo à Nativitate die, puerum ab Obstetrice in templum deportari: & præ foribus sisti. Sacerdos autem à benedictio-

diƈione auſpicatus, dicit. *Ter Sanctus. Sanctiſſima Trinitas cum, Pater noſter. Quia tuum eſt Regnum.* Deinde dimiſſorium diei, aut Sanƈti illius Eccleſiæ. Tum verò ſignat ejus frontem, os & peƈtus: dicitq; orationem. Dominum precemur.

Oratio quãdo Sacerdos Infantem ſignat Cruce.

Domine Deus noſter, te rogamus, te precamur: ſignetur lumen vultus tui ſuper ſervum tuum hunc: ſignetur crux unigeniti Filii tui in corde & ejus mente, ut mundi vanitatem, cunƈtaſque malignas inimici inſidias effugiat, & tuis mandatis obſequatur: Da, Domine, nunquam non profitendum tuum nomen ſuper eum manere, cum tempore debito ſanƈtæ tuæ aggregabitur Eccleſiæ, & tremendis Chriſti tui myſteriis perficietur, ut juxta mandata tua verſatus, & ſignaculum hoc intemeratum cuſtodiens, beatitudinis Sanƈtorum in regno tuo compos fiat. Gratiâ & humanitate unigeniti Filii tui, cum quo benediƈtus es, cum ſanƈtiſſimo & bono & vivifico tuo Spiritu: nunc & in ſecula ſeculorum. Amen.

Tum puerum manibus aſſumens, præ foribus templi, aut corâm ſanƈtæ Deiparæ ſtatuit imagine: Crucisque ſignum exprimit, dicens: *Salve gratiâ plena Deipara Virgo, ex te namque.* Et fit dimiſſio.

In periculo vitæ infans illicò baptiſatur, ne non illuminatus decedat.

Obſervandum, quod ſi natus puer graviter infirmatur, lac non ſugat, & ad interitum vergat: Nulla mora trahenda eſt, juxta eos, qui in ſextam aut oƈtavam diem baptiſmum reponendum aſſerunt, ſed eâ, quâ natus eſt, horâ, ſi modo ablutus eſt, continuo baptiſandus, ne non illuminatus decedat. Etenim ſi quinque menſibus uterum gerentes contingat, accepto vulnere fœtum perdere, homicidii reatum juxta leges & Canones incurrunt; quantò magis puerorum jam in lucem editorum jaƈturam evitare neceſſe eſt nè forte baptiſmatis lumine non accepto, vitâ decedant.

Oratio in puerum manibus delatum, cùm primùm regias templi fores ingreditur.

Oratio in puerũ manibꝰ in templum deportatum.

Domine Deus noſter, benediƈtionum fons, qui propter innocentiam pueros cuſtodis, & ſervas eos in Chriſto quondam illos brachiis complexo: nunc, Domine, pueros, creaturas tuas, opera tua benedic, adauge & inſtrue illos: & eorum miſerere in Chriſto tuo: Cum quo eſt tibi gloria cum ſanƈtiſſimo, & bono, & vivifico tuo Spiritu: Nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Qqq Oratio

Oratio in puerperam post 40. dies.

Oratio in Mulierem puerperam post quadraginta dies.

Quadragesimo verò die templo rursum repræsentatur puer, ut Ecclesiæ aggregetur, id est, ut in Ecclesiam induci principium sumat: à matre verò jam plene mundatâ totâque, adstante etiam, qui Susceptoris munus in Baptismate obiturus est, offertur: Sacerdos verò benedictione præmissâ dicit. *Ter Sanctus, Sanctissima Trinitas*, cum *Pater noster. Quia tuum est*. Deindè Dimissorium, aut quod eo die occurrit, aut quod Sancti eundem in diem incidentis proprium est, *Gloria*. Et nunc, *precibus, Domine, Sanctorum omnium*. Et matre cum puero caput inclinante: Crucis super eum signum facit Sacerdos: Et manu caput ejus tangens: dicit orationem:

Dominum precemur.

Domine Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui naturam omnem rationalem & rationis expertem verbo tuo condidisti, qui cuncta ex non-entibus adesse adduxisti, te rogamus, & te precamur, famulam tuam hanc N. quam tuo beneplacito servasti, ad tuam Ecclesiam nunc accedentem, ab omni peccato, & ab omni sorde perpurga: Ut absque offensâ, sanctorum tuorum mysteriorum particeps fieri mereatur. *Sciendum hunc usque tantum Orationem legi, si non sit in vivis infans. Deindè clarâ voce*: Quia bonus & misericors Deus, puero etiam ex eâ nato benedic, fac illum crescere, sanctifica, instrue, prudentem redde, bonis moribus imbue: quia tu illum in mundum eduxisti, & ut tempore præstituto spiritualis luminis compos fiat, lucem ei sensibilem demonstrasti, utque sancto tuo gregi annumeretur, per unigenitum Filium tuum, cum quo benedictus es, cum sanctissimo, & bono, & vivifico tuo Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Oratio in Infantē; qui jam vita est defunctus.

Pax omnibus. Capita vestra Domino inclinate.

§. CCCXCIV. *Oratio in pueri Matrem.*

In pueri Matrem Oratio:

Domine Deus noster, qui advenisti in salutem generis humani, adveni & super ancillam hanc tuam N. Et per venerandi Presbyteri preces, da ad Ecclesiam tuam sanctam Catholicam, & ingressum templi gloriæ tuæ illam confugere concede, & honorandi corporis & sanguinis Christi tui participem fieri dignare: Sordes corporis ejus & maculas animæ ablue in quadraginta dierum numero:

Ut

Ut digna, quæ in templum tuum sanctum ingrediatur effecta, sanctissimum nomen tuum nobiscum glorificet, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, nunc & semper, & in secula seculorum Amen.

Alia in puerum Oratio, cui Sacerdos crucem imprimens: rursus benè precatur:

Alia Oratio in puerũ.

Domine Deus noster, qui in quadraginta dierum termino ceu puer, ad legale templum, à Mariâ, nuptialis amplexûs experte, & sanctissimâ tuâ matre adductus, & in Justi Simeonis ulnis deportatus es: Ipse omnipotens Domine, huic quoque puero, ut coram te omnium factore præsentaretur delato, benedic, in omne bonum, & tibi placitum opus, ab eo fugatâ cunctâ potestate adversâ, per consignationem figuræ sanctæ crucis, illum crescere jube (tu enim es Infantium custos Domine) ut sancti baptismatis accepto dono, partis electorum regni tui consors fiat, nobiscum custoditus gratiâ sanctæ, & consubstantialis & individuæ Trinitatis. Tibi namque convenit omnis gloria, gratiarũ actio, & adoratio, cum principii experte tuo Patre, & cum sanctissimo, & bono, & vivifico tuo Spiritu; nunc & semper, & in secula seculorum Amen.

Pax omnibus. Capita vestra Domino inclinate.

Alia Oratio in puerum.

O Deus, & Pater omnipotens, qui per grandiloqvum inter Prophetas Esaiam prænunciasti nobis ex Virgine Incarnationem Unigeniti Filii tui & Dei nostri, qui ultimis temporibus tuo beneplacito, & Spiritus Sancti ope propter mortalium salutem, immensâ clementiâ, ex ipsâ infans suscepit fieri, & juxta consvetum sanctæ tuæ legis morem completis purificationis diebus, ipse vetus Legislator in templo præsentari sustinuit, & in justi Simeonis ulnis deferri permisit: Cujus mysterii typum, in Propheta præfato per carbonis forcipem, manifestatum agnovimus, cujus normam nos quoque fideles in gratiæ lege asservamus: Ipse nunc puerorum custos Domine, puero huic, parentibus & Susceptoribus ejus benedic: Et tempore congruo, per aquam & Spiritus regenerationem, tuo sancto rationalium ovium nomen Christi tui invocantium gregi, illum annumerari dignare. Qvia tu in excelsis habitas, & humilia respicis, & tibi gloriam referimus; Patri & Filio, & Sancto Spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum Amen.

§. CCCXCV. *Formatio crucis super infante. Introductio in templum*

Ecclesiam ingreditur Servus Dei N. in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, nunc & semper &c.

In templum deinde inducit, dicens: Introibit in domum tuam: Adorabit ad templum sanctum tuum.

Et in medium usqve templi intrat, dicens: *Ecclesiæ sit consors servus DEI N. &c.* Posthæc ait: In medio Ecclesiæ laudabo te.

Tum infert usque ad Altaris portas, dicens: In Ecclesiâ reperitur servus Dei N. *Et ad sanctum usque altare inducit: Si fuerit masculus: Si verò fœmina, ad usque speciosas portas dicens:* Nunc dimittis. Qvibus expletis, dimittit eum ad altaris portas Susceptor triplici adoratione præmissâ: Et elevat eum, & discedit. Sacerdos dimissionem, ut moris est, absolvit.

Oratio ad faciendum Catechumenum.

Oratio ad faciendum Catechumenum.

Baptizandi Zonam Sacerdos solvit, & exutum excalceatumq; ad orientem statuit, discinctum nudo capite, & absqve calceamentis demissas manus habentem: Et in faciem ejus ter insufflat: Terqve faciem & pectus ejus cruce signat, & manu ejus capiti impositâ, dicit:

In nomine tuo Deus veritatis, & unigeniti Filii tui, & Sancti Spiritus, super Servum tuum N. ad sanctum nomen tuum confugientem, & sub umbrâ alarum tuarum conservandum, manum meam impono. Veterem illum errorem ab eo remove, & fide, spe, & charitate, qvæ est in te, eum reple: Ut cognoscat, qvia tu solus Deus verus, & unigenitus Filius tuus Dominus noster Jesus Christus, & Sanctus Spiritus: Ut in mandatis tuis ambulet, & qvæ tibi sunt placita custodiat, illi concede, qvia si ea fecerit homo, vivet in illis. In libro vitæ tuæ scribe illum: hereditatis tuæ ovili illum aggrega. Glorificetur nomen tuum sanctum in illo, & dilecti Filii Domini nostri JESU CHRISTI, & vivifici tui Spiritûs. Intenti sint oculi tui ad illum semper, & aures tuæ, ut preces ejus in misericordiâ exaudias. In operibus manuum suarum, & in omni genere suo illum exhilara: Ut adorans & glorificans nomen tuum magnum & excelsum te confiteatur, & te jugiter omnibus diebus vitæ suæ laudibus extollat. Te laudat enim omnis virtus Cœlorum, & tua est gloria: Patris & Filii, & Spiritus Sancti, nunc & semper, & in secula seculorum Amen.

Ex-

Exorcismus primus:

DOMINUM precemur.

Exorcismus primus.

Incre[illegible] te, Diabole, qvi advenit in mundum, & habitavit in hominibus, ut omnes sublatâ tuâ tyrannide liberaret, qvi sole obscurato, & terrâ commotâ, monumentis apertis, & sanctorum corporibus resurgentibus, in ligno de potestatibus adversariis triumphavit, qvi mortem morte destruxit, & mortis imperium habentem, i.e. te Diabolum devicit: Exorcizo te per Deum, qvi vitæ lignum ostendit, & Cherubim, gladiumqve flammeum & versatilem ad ejus custodiam deputavit. Corripere. Exorcizo te qvoqve per eum, qvi super maris terga qvasi super aridam ambulavit, & venti procellam increpavit, à cujus aspectu exsiccantur abyssi, & à cujus comminationibus montes tabescunt. Ipse etenim tibi nunc per eos imperat, extimesce, exi, & ab hac creaturâ discede: Neqv[illegible]tra revertaris aut abscondaris in ea vel illi occurras, aut qvidqvam nocte & die, aut horâ matutinâ, aut meridie circa illam efficias, sed in proprium Tartarum ad præparatum usqve diem judicii diffuge. Time DEUM super Cherubim sedentem, & abyssos respicientem, qvem tremunt Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Potestates, Principatus, Virtutes, Cherubim multis oculis, & Seraphim senis alis inclyta: qvem tremit Cœlum, mare, terra & omnia, qvæ in eis sunt. Exi & discede â recens electo & conscripto Christi Dei nostri milite: per eum namqve te exorcizo, qvi ambulat super pennas ventorum, & qvi Angelos suos facit flammam ignis. Exi & discede à creaturâ hâc cum omni potestate & Angelis tuis. Qvia glorificatum est nomen Patris, & Filii, & Spiritus S. nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Exorcismus secundus:

DOMINUM precemur.

Exorcismus secundus.

Deus sanctus, timendus, & gloriosus & in omnibus operibus & virtute suâ incomprehensibilis & investigabilis, ille, qvi tibi Diabole damnationis æternæ tormentorum præfinivit per nos inutiles servos suos tibi, & omni tibi assistenti virtuti imperat, ut â recens signato, in nomine Domini nostri Jesu Christi, veri Dei discedas. Adjuro ergo te neqvam, & immunde, & fœtide, & abominande, & aliene Spiritus, per virtutem Jesu Christi potestatem omnem in cœlo & in ter-

râ

râ obtinentis, & dicentis surdo & muto Dæmoni: Exi ab homine,& ne ultra in eum ingrediaris. Discede & vanam fortitudinem tuam, neqve in porcos prævalescentem agnosce. Recordare ejus, qvi petitionem tuam,ut in porcorum gregem ingredereris permisit. Extimesce Deum, jussu cujus super aqvas terra firmata est, qvi cœlum creavit, qvi montes staterâ posuit, & valles jugo; qvi arenam statuit mari terminum, & semitam tutam in aqvâ vehementi, qvi tangit montes, & fumigant, & lumine sicut vestimento induitur,qvi extendit cœlum sicut pellem, & tegit aqvis superiora ejus; qvi fundavit terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi, qvi maris aqvam advocat, & eam super universæ terræ faciem effundit: exi & ab eo,qvi ad sanctum baptismum præparatur, discede. Adjuro te per salutarem passionem Domini nostri Jesu Christi, & pretiosum ejus corpus & sanguinem, & per tremendum ejus adventum; veniet enim & non tardabit,universam terram, & te, & conjuratam tecum potestatem judicans, ignis gehennâ damnabit, & in tenebras exteriores, ubi vermis non dormit, neqve ignis extingvitur, tradet. Qvia Christi Dei nostri est potestas, cum Patre & Sancto Spiritu: nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

§. CCCXCVI. Exorcismus Tertius.

Exorcismus tertius:

DOMINUM precemur.

Domino Sabaoth, Deus Israel,qvi omnem infirmitatem & langvorem sanas, respice super servum tuum: perqvire, scrutare,& ab eo cuncta diaboli machinamenta abige. Increpa Spiritûs immundos,& ejice illos: & opera manuum tuarum expurga, & potenti tuâ virtute usus, sub pedibus tuis celeriter Satanam contere. Victoriam adversus Diabolum, & immundos Spiritûs ei confer,ut misericordiâ à te accepta, immortalibus & cœlestibus mysteriis dignus habeatur; & gloriam tibi rependat,Patri & Filio, & Sancto Spiritui: nunc & semper, & in secula seculorum Amen.

Oratio pro Catechumeno.

Dominum precemur.

Dominator Domine, qvi hominem ad imaginem & similitudinem creasti,eiqve vitam æternam conseqvendi facultatem dedisti,deinde peccato lapsum non contempsisti, sed per Christi tui incarnationem salutem ejus dispensasti: Ipse & creaturam hanc tuam ab inimici

mici servitute ereptam, in cœleste tuum regnum suscipe. Mentis ejus oculos ut in illis Evangelii tui splendor illuceat, aperi. Angelum lucidum ab omnibus adversarii insidiis, ab occursu malo, â Dæmonio meridiano, â cogitationibus malignis eum liberantem, ejus vitæ consocia.

Et insufflat Sacerdos in os, in frontem, & in pectus pueri, dicens: Malignum omnem & immundum Spiritum absconditum, & sedem qvasi nidum in ejus corde sibi reservantem ab eo expelle. *Hocq́; ter repetit.*

Spiritum erroris, Spiritum neqvitiæ, Spiritum Idololatriæ, & omnis avaritiæ, Spiritum mendacii & omnis immunditiæ, instinctu Diaboli inspiratæ. Fac sanctæ tui Christi caulæ rationalem ovem, Ecclesiæ tuæ membrum, Filium & hæredem regni tui: ut secundum præcepta tua conversatus, sigillo intemerato semper custodito, & veste purâ servatâ, beatitudinem sanctorum in regno tuo conseqvatur.

Exclamando:

Gratiâ, & miserationibus, & humanitate unigeniti Filii tui: cum qvo benedictus es, cum sanctissimo, & bono, & vivifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Abrenunciatio.

Et exutum, excalceatumq́; baptisandum convertit Sacerdos ad Occidentem: manus in altum protendentem, & ait ter: Abrenuncias Satanæ & omnibus operibus ejus? Et omnibus Angelis ejus? Et omni pompæ ejus? Et omni cultui ejus? *Hocq́; ter dicitur. Et ad interrogata singula Catechumenus aut susceptor ejus, si fuerit ille Barbarus aut puer, respondet:* Abrenuncio. *Et cum ter hoc dixerit: Interrogat rursus Sacerdos baptizandum:* Abrenunciasti Satanæ? *Et respondet Catechumenus aut Susceptor:* Abrenunciavi. *Et cum ter hoc dixerit, ait Sacerdos:* insuffla igitur & expue in illum. *Et hoc illo faciente, convertit illum Sacerdos ad Orientem, demissas habentem manus: & dicit ei Sacerdos usque tertiò:* Conjungeris Christo? *Et respondet Catechumenus vel Susceptor, dicens etiam ter:* Conjungor. *Deinde rursum ei dicit Sacerdos:* Conjunctus es Christo? *Et respondet:* Sum conjunctus. *Et iterum ait:* Et credis in eum? *& dicit:* Credo in illum, ut Deum & Regem meum: *& dicit:* Credo in unum DEUM &c. *Et cum sacrum Symbolum absolverit:* ter rursum ei dicit: Conjunctus

Interrogationes ad Catechumenũ baptisandum instituta.

ctus es Christo &c. *Respondente ad interrogata singula Catechumeno, aut Susceptore, ut dictum est. Interrogato verò usque tertio, & tertiò etiam sacrum Symbolum recitante, tertiò tandem interrogat:* Christo conjunctus es? *Et respondet:* Conjunctus sum: *& dicit Sacerdos:* Adora ergò illum, *& adorat, dicens:* Veneror Patrem & Filium & Spiritum Sanctum: Consubstantialem & Individuam Trinitatem. *Deinde dicit Sacerdos:* Benedictus Deus, qvi omnes homines vult salvari, & ad agnitionem veritatis venire: nunc & semper, & in secula seculorum Amen.

Tum dicit hanc orationem:

DOMINUM precemur

Oratio ad Deum pro Catechumeno.

Dominator Domine Deus noster, servum tuum hunc ad N. sanctam illuminationem tuam advoca, & ingentem tuam gratiam, sancti tui baptismatis illi confer: Exue illum vetustate, & in vitam æternam illum innova. Sanctâ tua virtute illum reple, atqve illum Christo tuo conjunge: Ut non amplius carnis Filius, sed tui regni Filius appareat. Placito & gratiâ unigeniti Filii tui, cum qvo benedictus es, cum sanctissimo, & bono, & vivifico tuo Spiritu: nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Catechismus

Catechismus, prout antiqvo more ad Baptizandum Feriâ sextâ in Parasceve habebatur, ex Barberino M.S. Sancti Marci.

Renunciatio & cooptatio à Patriarchâ facta sanctâ parasceve ante Pascha, congregatis Catechumenis in sanctissima Ecclesia.

Advenit Patriarcha circa sextam horam, & Ambonem conscendit: & dicto ab Archidiacono. Attendamus, dicit ipsis. Pax omnibus: Patriarcha verò dicit Catechumenis: State in Dei timore & cruce signemini: Nudate vos & solvite calceamenta: *Hoc ita peracto, Catechismum hoc pacto incipit.* Instat instructionis vestræ terminus, & redemptionis vestræ tempus: Hodie fidei vestræ Chirographum Christo exposituri estis: papyrus, atramentum & calamus, conscientia vestra, lingua habitus erit. Videte itaqve qvâ ratione professionem hanc estis subsignaturi. Ne aberretis, ne fortè decipiamini. Testamen-

§. CCCXCVII. *Pathetica Allocutio Patriarchæ ex Ambone ad Catechumenos directa.*

mentum componunt morituri, & alium possessionum suarum hæredem relinqvunt. Et vos qvoqve crastinâ nocte morituri estis peccato : nunc verò renunciatio vestra testamentum est,& peccati hæredem Diabolum scribitis, & peccata ipsi relinqvitis, ut paternam hæreditatem. Si qvis igitur diaboli aliqvid in animâ retinet,moriturus ideò renunciet, non enim possessionum ultrà Dominus est. Vestrum itaqve, qvod Diaboli est, nullus in animâ qvid retineat,propterea namqve vos stantes manûs,ut præcipiam,extendetis,perscrutantes, ne qvid Diaboli in vobis abscondatur. Nullus inimicitiam habeat,nullus iram conservet, nullus cum dolo astet, nullus cum fictione audiat, omnes sordes & malitiæ reliqvias in diaboli facie projicite,& captivorum more state: tales namqve vos Christus redemit. Unusqvisqve vestrum qvasi cernens & execrans diabolum, sic eum conspuat. Ipsas conscientias vestras penetrate, & corda vestra perscrutemini,qvid unusqvisqve vestrûm fecerit, respicite: Si qvid in vobis adversarii est, flatu à vobis abjicite. Nullus hic simulationis studiosus astet, de Sacramento nullus ambigat. Verbum Dei omni gladio ancipiti acutius corda penitus investigat: In Occidente Diabolus stat frendens dentibus, comas vellens, complodens manus,labia mordens, furens ejulat,solitudinemqve deplorat: Et in libertate vestrâ despondet animum: coram se propterea Christus vos sistit,ut ipsi renunciantes,& ipsum conspuentes, bellum ipsi perpetuum indicatis: In Occidente stat Diabolus,ubi tenebrarum principium est. Renunciate ipsi, & sufflate in eum. Tum verò convertamini ad Orientem, & Christo conjungamini: nullus contemnat, state cum tremore. Cuncta, qvæ in præsenti fiunt, tremenda sunt & horrenda. Cunctæ virtutes Cœlorum hîc adsunt; omnes Angeli ac Archangeli, verba vestra invisibiliter scribunt: Inclinant è cœlis Cherubim & Seraphim, vestra pacta pollicitaqve suscepturi, & Domino illa repræsentaturi. Videte itaqve qvomodo Diabolo resistatis,&rerũ omniũ opifici adhæreatis, *Postmodum verò dicit illis*:Convertamini in Occidentem,protensis in altum manibus:qvod dico ego & vos pariter dicite: Renuncio Satanæ & omnibus operibus ejus,& omni cultui ejus, & omnibus Angelis ejus, & omni pompæ ejus: *Hæc autem ter dicit: Illiúq; cuncti respondent. Deinde interrogat illos*: Renunciastis Sathanæ? *Dicunt ei;* Renunciavimus. *Dicit eis:* Insufflate in eum. *Mox*

dicit eis: Convertamini in Orientem demissas habentes manûs: ſtate cum tremore: qvod ego dico,& vos dicite: Et conjungor Chriſto. Et,credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ: viſibilium omnium & inviſibilium: *& reliqua usque ad finem. Hoc omnibus reſpondentibus, ter dicit. Et interrogat eos*: Chriſto conjuncti eſtis? *Et dicunt*: Conjuncti ſumus. *Hoc ter interrogat. Et poſthac dicit eis*: Adorate illum. *Et omnibus illis adorantibus, Facit orationem, dicens*: Benedictus Deus, qvi vult omnes homines ſalvari,& ad agnitionem veritatis venire: Nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen. *Et iterum dicit illis*: Ecce renunciaſtis diabolo, & Chriſto conjuncti eſtis. Completæ ſunt tabulæ, & Chriſtus in cœlis illas tenet. Reſpicite pacta. Tabulas vobis has cuſtodite,in die namqve judicii publicè ſunt proferendæ. Ne circa ſummam totam aberretis, de qva fœnus etiam exigetur. Videte,ne erubeſcatis in Chriſti timendo & horrendo tribunali, ubi cunctæ cœlorum virtutes moventur, & omnis hominum natura judicanda adſtat, Angelorum Myriades, Archangelorum exercitus, ſupernorum ordines ibi adſunt: Cum fluvius igneus, vermis perpetuus & tenebræ exteriores inſtant: tunc tabulæ tuæ legendæ ſunt. Si miſericors fueris & humanus, tunc patronos habebis,qvos miſericordiâ tuâ ſublevaveris: Si verò inhumanus,& parcus,immiſericors, & contumelioſus,& in eos,qvi nunqvam offenderunt, calumniator: tunc aderit tibi diabolus, accuſaturus te, & dicturus: Domine, verbo qvidem hic renunciavit,opere verò ſervus meus factus eſt. Hinc Angeli ſuſpirabunt, & ſuper te juſti cuncti lacrymabuntur: finis autem gravis eſt,& qvod dicitur. Si qviſqvam in periculum præſenti tempore inciderit, protectores invenit, aut amicos interpellat,aut â Conſanguineis adjuvatur,aut pecuniis liberatur. Ibi verò nihil tale fit. Non pater auxiliatur,mater pietate non movetur, non concurrunt fratres, neqve præſtò ſunt amici: Sed nudus eſt omnis homo, ſolus & deſtitutus:ab operibus propriis aut adjutus aut condemnatus abit. Frater non redimit, redimet homo? Attendite itaqve & ſecuritati veſtræ providete: Diabolo renunciaſtis,ad finem uſqve ipſum oderitis. Chriſto adjuncti eſtis: Ad extremum uſqve Spiritum gloriam illi reddite: Poſt hanc ſanctæ fidei profeſſionem ad Dominum pergite. Ne fluctuetis in fide. Miſereamini pauperis, ne afflictos contemnatis, ne aliena

aliena rapiatis, ne innocentes calumniis opprimatis, ne vanos sermones excipiatis: Sacerdotes nostros propugnate, vitam vestram omni tempore custodite. Non refugi, qvin vobis, qvæ sunt utilia annunciarem: qva ratione sint observanda tenetis: Utilia namqve proposui, ne forte superveniens vindicta animam è populo rapiat. Observat namqve verba vestra, cogitationem, sensum, motum, actionem, inimicus: Sed & vos securitati vestræ hoc pacto providete: ut nihil mali adversum vos proferendo, inimico in tremẽdo judicii die, Christi tribunali cum fiduciâ adstemus: & desideratam illam & beatam vocem audiamus: Venite benedicti patris mei, hæreditate accipite præparatum vobis regnum â constitutione mundi. Ipsi convenit omnis gloria, honor & adoratio: Patri & Filio, & Sancto Spiritui.

§. CCCXCVIII. *Adhortatio adOrationẽ pro communi omnium salute.*

Et responso Amen, *dicit eis:* Sursum habete manus. Pro universo orbe, ordine, bono statu, & omnium qviete dicamus: Domine miserere. Pro piissimis nostris imperatoribus, omni palatio, & exercitu eorum, & Christi amabili populo dicamus: Domine miserere. Pro animarum nostrarum redemptione dicamus: Domine miserere. Ut citò conteratur Sathanas cum pedibus nostris, & ut incolumis civitas nostra conservetur, dicamus: Domine miserere. *Tum populum de more cruce signat Patriarcha, & orationem hanc facit:*

Qvia misericors & benignus DEUS existis, & tibi gloriam rependimus.

Et responso Amen, *dicit:* Induite & calceate vos. *Et ad altare progreditur: & orationem pro dispositis ad baptismum habet, Diacono faciente, ut moris est, supplicationem. Tum Sacerdos orationem hanc recitat, nec in ejus finem exclamationem ullam pronunciat:* Dominator Domine Deus, servos tuos ad sanctam tuam illuminationem advoca, & gratiâ istâ magnâ dignos illos ostende: In vitam æternam exutâ vetustate illos regenera, & Sancti tui Spiritus Virtute, ad Christi tui laudem illos reple: Ut corporis filii nunqvam existant, sed regni tui filii. *Et baptizandorum oratione completâ, Diaconus vice capita suo jussu inclinandi* (id est loco hujus, Capita Domino inclinate) *dicit:* Qvotqvot ad Baptismum estis dispositi, ad manuum impositionem accedite, & benedictionem accipite:

Vocãtur ad accipiendã manuũ Impositionẽ & benedictionem.

Et manibus singulis, viris & mulieribus imponens Sacerdos: rursus ad sanctam mensam regreditur, & exclamat: Qvia tu es illuminatio nostra &c. *Deinde Sacerdos dicit:* Pax omnibus. *Et diacono dicente:* Capita vestra Domino inclinate. *Sacerdos precatur:* Deus pater noster, qvi omnes vis salvari, & ad agnitionem veritatis pervenire: Cognitionis tuæ lumen in nostris, & eorum, qvi ad baptismum sunt dispositi, cordibus infunde, & immortalis tui doni dignos illos redde, & Ecclesiæ tuæ sanctæ Catholicæ illos aggrega. Tuum enim est misereri, & salvare nos, & tibi gloriam rependimus.

§. CCCXCIX. *Ordo & Catechismus Proselyto ex Hebræis ad Christianā fidē recipiendo faciendus.*

Ordo & Catechismus Proselyto ex Hebræis ad Christianam fidem recipiendo faciendus. E Regiis numer. 45. Allatiano & Cryptoferratensi M.S. excerptus.

ORdo servandus circa eos, qvi ex Hebræis ad Christianā fidem accedunt: vel qvâ ratione recipere conveniat eos, qvi ex Hebræis ad Christianorum &c. Profiteri illum oportet, & verbis omnem Hebræorum Gentem subsannare: Et exinde declarare, qvi ex toto corde & Fide sincerâ cum Christianis versari voluit. Tum manifestè in Ecclesiâ omni Judaicæ superstitioni renunciare, Sacerdote videlicet dicente, & ipso ad verbum repetente, aut certè ejus Susceptore, si puer ipse fuerit. Renunciatio verò est hujusmodi: Renuncio omni Hebræorum consvetudini & ritibus, & legalibus, & azymis, & Agni immolationi, & tubis, & tabernaculorum Festo, & reliqvis omnibus Hebræorum festis, & hostiis, & orationibus, & aspersionibus, & purificationibus, & sanctificationibus, & propiciationibus, & jejuniis, & neomeniis, & Sabbathis, & Superstitionibus, & Cantibus, & Canticis, & Observationibus, & Synagogis, & cibis & potibus Judæorum: Uno verbo omni penitus Judaicæ rei, & legali, & consvetudini, & ritui renuncio: Et super omnia, illi qvi in Christi Figurâ habitu ab omnibus Judæis expectatur, Antichristo renuncio, & vero Deo & Christo Conjungor. Et credo in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum: Sanctam & consubstantialem, & individuam Trinitatem: In Carne pariter dispensationem, & ad homines Dei Verbi, unius Sanctæ Trinitatis descen-

Renunciatio.

Professio Fidei.

ſcenſum: Et qvod homo verè ſit factus, profiteor: Annuo qvoqve, ipſum ſuâ Deitate non excidiſſe, & ſanctam Virginem Mariam certò & verè ſecundum carnem eam peperiſſe, & Deiparam eſſe credo, & prædico. Et venerandam Chriſti crucem,& ſacras imagines credo, ſuſcipio, veneror, & amplector; Et hoc pacto ex totâ animâ & Corde, & Fide verâ ad Chriſtianam Fidem accedo. Sin autem doloſo & ficto animo, & non ex Fide integrâ & perfectâ Chriſtum ſincerè amante, ſed nunc qvidem me Chriſtianum eſſe ſimulo, deinceps verò negare voluero, & ad Judaicam redire ſuperſtitionem, aut cum Judæis convivans repertus fuero, aut Feſtum agens, aut furtim converſans, & Chriſtianam Religionem condemnans,& non potius ipſos manifeſtè redarguens,& vanam eorum Fidem deteſtans: Nunc qvidem Cain tremor, & Giezi Lepra ſuper me veniant, præter politicarum legum pœnas, qvibus me ſubjiciendum agnoſco: Et in futuro Seculo Anathema ſim, & Anima mea cum Satanâ & Dæmoniis collocetur.

Dicit & Orationem hanc pro Hebræo, Domine Jeſu Chriſte, Fili Dei vivi, Agne & Paſtor, Seculorum Rex, qvi ad Ovile ovem errantem reducis, qvi peccatorem ex erroris viâ convertis, ipſe Servum tuum hunc ex Adverſarii Tenebris ad Lumen æternum converte, ex Errore Diaboli ad divinam Cognitionem Unigeniti Filii tui revoca: In Fide & Dilectione ipſum confirma,& in Eccleſiâ tuâ partem & ſortem illi largire. Tu enim es Deus noſter, extra te alium non novimus, nomen tuum invocamus, ut jugiter & in omnibus ſis benedictus DEUS noſter, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

Deeſt in Regiis Criptopf. Beſſarionis, oratio hæc: Ad ſupremum verò ordinem ſubjungunt hæc pauca in Allatiano non exſtantia.

Hæc Proſelyto in Eccleſia dicente, Chriſtianum eum facimus, id eſt, cenſemus ut Chriſtianum nondum baptizatum, qvales ſunt Chriſtianorum Filii Baptiſmum adhuc ſuſcepturi. Secunda verò die Catechumenis eum annumeramus, dicentes ſuper eum Orationem, ſuper pueris Catechumenis dicendam: Et ſeqventi aliâ die, exorciſmorum Orationibus utimur, atqve ita ordine cuncta in Baptiſmo præſcripta exſeqvimur.

aqva hæc Virtute, & operatione,& adventu Spiritûs Sancti: Dominum precemur. Ut in eam Redemptionis Gratia, & Jordanis benedictio mittatur: Dominum precemur. Ut Virtus purgativa super substantialis Trinitatis his aqvis insideat: Dominum precemur.

Ut Lumine cognitionis & pietatis per Spiritûs Sancti adventum per eam illuminemur: Dominum precemur. Ut fiat depulsio omnium insidiarum inimicorum, tàm visibilium,qvàm invisibilium: Dominum precemur.

Pro eo, qvi nunc ad sanctam illuminationem accedit, & pro Salute ejus Dominum precemur.

Ut Filius Lucis, & hæres æternorum bonorum fuit: Dominum precemur.

Ut complantetur, & particeps mortis & resurrectionis Christi Dei nostri fiat,Dominum precemur.

Ut Baptismi stola, & Spiritûs Arrha pura & immaculata in tremendo CHRISTI nostri die,illi conservetur: Dominum precemur.

Ut Regenerationis Lavacrum fiat ei aqva hæc, in peccatorum remissionem, & incorruptionis indumentum: Dominum precemur.

Ut Dominus Deus Vocem & Orationem nostram exaudiat: Dominum precemur.

Ut ipse & nos ab omni tribulatione iræ & angustiâ liberemur: Dominum precemur.

Suscipe, salva, miserere.

Sanctissimæ illibatæ.

Diacono hæc dicente, Sacerdos tacitus apud semetipsum Orationem hanc dicit:

Oratio Sacerdotis tacita,pro administrãdo Baptismo.

Clemens & misericors Deus, qvi Corda scrutaris, & Renes, Secretaqve hominum solus nosti: Nihil enim coram te absconditum est,sed omnia nuda & aperta sunt oculis tuis: qvi ea, qvæ in me sunt probè nosti; ne projicias me,neqve faciem tuam avertas à me; Sed omitte peccata mea in hâc horâ; qvi hominum peccata dissimu-

las

las propter pœnitentiam. Ablue fordes Corporis mei, & maculas animæ meæ ; totumqve & integrum me tuâ Virtute invifibili fanctifica : Ne libertatem aliis prædicans, eamqve dicta ineffabilis tuæ humânitatis fide aliis largitus, ipfe ut fervus peccati reprobus efficiar. Ne Domine, folus bonus & mifericors, ne avertar confufus, qvin potius mitte ad me Virtutem ex alto, & ad præfentis magni myfterii minifterium me corrobora: & in regenerando per meam mifériam Chriftum efforma, & eum fuper fundamentum Apôftolorum & Prophetarum fuperædifica : Et ne evellas, fed potius, in tuâ fanctâ Catholicâ & Apoftolicâ Ecclefiâ, ceu Veritatis Germen eum complanta, nec inde eradicari permitas: Ut eo in ætate proficiente, glorificetur fanctiffimum nomen tuum: Patris & Filii, & Spiritûs Sancti; Nunc & femper, & in fecula feculorum, Amen.

Sciendum in fupra positâ Oratione non fieri exclamationem, fed Sacerdotem totum apud fe Amen dicere.

Deinde clara Voce Orationem hanc profert:

§. CCCCI. *Oratio Sacerdotis clara voce prolata.*

Magnus es, Domine, & miranda funt opera tua, nec ullus fermo ad mirabilium tuorum laudem fufficiat. *Dicatur ter.* Tu enim Voluntate tuâ, ex non exiftentibus adeffe cuncta adduxifti: Tuâ poteftate cuncta contines, & tuâ providentiâ mundum moderaris. Tu è qvatuor Elementis creatura compacta, qvatuor temporibus, Anni circulum coronafti. Te intellectuales cunctæ poteftates contremifcunt, te laudat Sol, te Luna celebrat, tibi adfunt aftra, tibi lux obtemperat, coram te tremunt Abyffi, tibi obfeqvuntur fontes. Tu cœlum ficut pellem extendifti, tu firmafti terram fuper aqvas, tu arenâ mare circumvallafti, tu ad refpirationem aërem expandifti. Angelicæ Virtutes tibi miniftrant, te adorant Archangelorum Chori, multis oculis inclyta Cherubim & fex alis volitantia Seraphim te circumftantia, inacceffæ tuæ Gloriæ Metu occultantur. Tu namqve Deus incomprehenfus, fine causâ, & ineffabilis in terram defcendifti, formâ fervi acceptâ, in fimilitudinem hominum factus. Non enim poteras, Domine, propter vifcera mifericordiæ tuæ videre hominum genus tyrannidi Diaboli fubjectum, propterea venifti, & falvafti nos. Gratiam fatemur, mifericordiam prædicamus, non occultamus beneficium. Naturæ progeniem liberafti, tuo partu Virgineum uterum fanctificans : Unde & omnis Creatura te, cùm apparuifti,

paruisti, collaudavit. Tu enim Deus noster, in terrâ visus es, & cum hominibus conversatus es. Tu & Jordanea fluenta sanctificasti, Sancto Spiritu cœlitus demisso, & reconditorum ibi draconum nidos dissipasti. Ipse igitur benignè Rex adesto per Sancti Spiritûs tui adventum, & aqvam istam benedic. Dicatur ter. Et da ei Redemptionis Gratiam, Jordanis Benedictionem: Fac illam incorruptionis fontem, sanctitatis munus, peccatorum solutionem, ægritudinum medelam, Dæmonibus perniciosam, adversariis potestatibus inaccessam, Angelicâ Virtute exundantem: Et ab ea effugiant, qvi creaturæ tuæ insidiantur. Qvia nomen tuum admirabile & gloriosum, Adversariisq; formidandum invocavi Domine.

Et insufflans in aqvam, cruce illam signat: Et Orationem adjicit, dicens:

Oratio. Conterantur sub signo Figuræ crucis tuæ, adversariæ cunctæ potestates. *Dicatur ter.* Discedant à nobis aërea cuncta, & invisibilia Idola, Spectraq; & tenebrosus Dæmon in aqvâ istâ non abscondatur.: Neqve eum baptizando precamur, Spiritus neqvam Cogitationum Caliginem & mentis turbationem inducens, descendat: Sed tu omnium Domine, aqvam Redemptionis renuncia illam, sanctificationis aqvam, Carnis & Spiritûs expiationem, Vinculorum Relaxationem, delictorum Remissionem, animarum illuminationem, regenerationis lavacrum, Spiritûs renovationem, adoptionis Gratiam, Incorruptionis indumentum, Vitæ Fontem. Tu enim dixisti, Domine, lavamini, & mundi estote, auferte iniqvitatem ab Animabus vestris: Tu nobis supernam & iteratam desuper, Nativitatem per aqvam & Spiritum contulisti. Appare, Domine, etiam in hâc, & baptizandum in eâ transmuta, ut veterem hominem, qvi ob seductionis Concupiscentias corruptus erat, deponat, & novum, qvi secundum imaginem creantis eum renovatur, induat: Ut similitudini mortis ejus per Baptismum complantatus, Resurrectionis particeps fiat: Et dono Spiritûs Sancti tui custodito, & gratiæ deposito multiplicato, brabéum supernæ vocationis accipiat, & primogenitis descriptis in cœlo annumeretur: In te Deo & Domino nostro JESU CHRISTO, cui cum principii experte tuo Patre, & cum sanctissimo, & bono, & vivifico tuo Spiritu, sit Gloria & potestas: Nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Pax omnibus. *Diaconus:* Capita vestra Domino inclinate. *Et ter Sacerdos in vas olei insufflat: Illudq; tertio crucesignat, id est, Oleum, a Diacono tenendum, & eodem dicente.*

Dominum precemur.

Sacerdos sequentem Orationem dicit:

Oratio. Dominator Domine Deus Patrum nostrorum, qvi in Arcâ Noë salvatis, Columbam olivæ ramum, reconciliationis Symbolũ ore ferentem, misisti, & per eos tam Salutis à diluvio, qvàm gratiæ Mysterium præsignasti; & dicens olivæ Fructum in sanctorum Sacramentorum complementum subministrasti; qvi per eum & legi subditos Spiritu Sancto replesti, & eos, qvi sunt in gratiâ, perfecisti: Ipse virtute & operatione, & adventu Sancti Spiritûs oleum hoc benedic, ut incorruptionis unctio, justitiæ Armatura, Animæ corporisq; renovatio, omnis diabolici Machinamenti expulsio, in immunitatem à malis Fide ex eo unctis, vel illud qvoqvo modo assumentibus fiat. In Gloriam tuam, & Unigeniti Filii tui, & sanctissimi & boni, & vivifici tui Spiritûs: Nunc & semper, & in secula seculorum, *Chorus respondet*, Amen.

Diaconus: Attendamus.

Sacerdos cum populo ter Alleluia decantans, preces, Cruces, oleo in aqva effusô, facit. Et deinde exclamat: Benedictus Deus, qvi illuminat, & sanctificat omnem hominem in hunc Mundum venientem: Nunc & semper, & in secula seculorum, *Chorus:* Amen.

Tunc offertur baptizandus: Et Sacerdos accepto oleo Crucis Figuram exprimit in ejus Fronte, & in pectore, & in dorso dicens:

§. CCCCII. *Unctio baptizandi.* Ungitur Servus Dei N. Oleo Exultationis: In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: Nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Crucis signatio. *Et cruce signat ejus pectus, & dorsi medium. In pectore qvidem dicens:* In Animæ, Corporisqve medelam. *In auribus:* Ad Fidei Auditum.

In pedibus: Ad ambulandum gressus tuos. *In manibus:* Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me. *Uncto vero toto Corpore, baptizat eum Sacerdos, erectum illum tenens: Et ad Ortum Solis respicientem, & dicit:*

Bapti-

Baptizatur Servus Dei N. in Nomine Patris,& Filii, & Spiritûs Sancti: Nunc & semper,& in secula seculorum, Amen. *Baptisatio.*

Unaqvaqve prolatione demergens, & educens eum ex aquâ,& peractâ Baptismi actione lavat se Sacerdos decantans cum populo:

Beati sunt, qvorum remissæ sunt iniqvitates,& qvorum sunt tecta peccata. Beatus Vir &c. *& reliqvum Psalmum. Illud autem ter dicitur. Et induens eum suis involucris, ait:* Induitur Servus Dei N. Tunicâ justitiæ, in Nomine Patris, & Filii,& Spiritus S.Nunc & semper, & in secula seculorum,Amen. *Et canitur modulus Tono obliqvo quarto:* Tunicam mihi præbe lucidam, qvi lumine amictus es, sicut Vestimento valdè misericors Christe Deus noster. *Induitio.*

Et postqvam indutus fuerit, adjicit Sacerdos Orationem hanc:

Dominum precemur.

Benedictus es Domine Deus omnipotens, Fons bonorum,Sol justitiæ, qvi per unigeniti Filii tui & Dei nostri apparitionem, velut salutis Sol iis, qvi in tenebris erant,illuxisti, & nobis indignis beatam purgationem in vivificâ unctione contulisti? qvi & nunc recens illuminatum servum tuum per aqvam & Spiritum peccatorum sponte atqve etiam indeliberatè commissorum remissione ei concessa regenerare voluisti: Ipse, Domine, Rex omnium benigne, signaculum doni sancti & omnipotentis & adorandi tui Spiritûs, & sancti Corporis & pretiosi sangvinis Christi tui communionem ei largire. In sanctitate tuâ custodi illum, in vera Fide confirma, à maligno,& omnibus ejus astutiis,illum erue: Et salutari tuo timore in puritate & justitiâ, animam illius custodi: Ut in omni Verbo & opere tibi placitus Filius & hæres evadat Regni cœlestis.

Exclamando.

Qvia tu es Deus noster, Deus miserendi & salvandi & tibi Gloriam rependimus: Patri & Filio,& Sancto Spiritui: Nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et Oratione hac terminatâ baptizatum sancto unguento ungit: Crucis signum faciens in fronte,& in oculis,& in naribus, & in utraqve aure, & in pedibus dicens: Signaculum doni Spiritûs Sancti, Amen. *Ungitur baptisatus sancto Unguento.*

Deinde cum Susceptore & puero in circuli modum procedit Sacerdos. Nos verò canimus.

 Qvot-

Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis, Alleluja. Terque dicitur. Et deinceps Propositum: Dominus illuminatio mea: Versiculus: Dominus defensor Vitæ meæ.

APOSTOLUS.

Ad Romanos Epistolæ Pauli Lectio.

FRatres: Qvicunqve baptizati sumus in Christo: In Morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem: Ut qvomodo Christus surrexit à Mortuis per Gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus: Simul & Resurrectionis erimus. Hoc scientes qvia vetus homo noster simul crucifixus est: Ut destruatur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus, qvia simul etiam vivemus cum Christo, scientes qvod Christus resurgens è mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Qvod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: qvod autem vivit, vivit Deo. Ita & vos existimate vos mortuos esse qvidem peccato: Viventes autem Deo, in Christo Jesu Domino nostro.

Evangelium secundum Matthæum.

IN illo tempore. Undecim discipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi constituerat illis Jesus. Et videntes adoraverunt: Qvidam autem dubitaverunt. Et accedens Jesus locutus est eis dicens: Data est mihi omnis potestas in Cœlo & in Terrâ. Euntes ergò docete omnes Gentes, baptizantes eos, in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: Docentes eos servare omnia qvæcunqve mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usqve ad Consummationem seculi. Amen.

Deinde fit protensa precatio, & dimissio.

§. ccccIII. Disp. Tubing. cũ Patriarcha de Baptismo & Chrismate.

Atq; hæc de Baptismo & variis Ritibus in Ecclesia Græca observari solitis dicta sunto.

Subjungamus jam Disputationem nostrorum Theologorum Tubingensium qvam instituerunt cum Patriarcha Constantinopolita-

litano de Baptiſmo & Chriſmate, qvam nobis exhibent Acta Tubingenſium cum Conſtantinopolitanis; & nos ex illis B. Lectori;

DE BAPTISMO.

QVid nos Auguſtanam Confeſſionem profitentes de Baptiſmo ſentiamus, docet noſtra Confeſſio articulo IX. his verbis: De Baptiſmo docent, qvod neceſſarius ſit ad ſalutem, qvodq; per Baptiſmum offeratur gratia DEI: Et qvod infantes ſint baptizandi, qvi per Baptiſmum oblati DEO, recipiantur in gratiam Dei, *& fiant filii DEI, ſicut Chriſtus teſtatur Matth. 18. Non eſt voluntas Patris veſtri, qvi eſt in cœlis, ut pereat unus ex parvulis iſtis.*

De hoc noſtro capite ita cenſet in Reſponſione prima ad Tubingenſes Patriarcha Conſtantinopolitanus: In nono dicitur, baptizandos eſſe infantes: nec adultiorem ætatem expectandam eſſe. Hoc apud nos qvoq; fit: ut, ne qvid accidat, re dilata. Veruntamen ita, ut in ſecundi capitis apologia particulatim declaravimus, Niſi enim aliqvis regeneretur aqva & ſpiritu, non ingredietur regnum cœlorum. Poſterius impertimur eis, ut dictum eſt, divinam communionem. Nam ut D. Baſilius ait, qvi regeneratus eſt, ſpirituali qvoqve nutrimento indiget. Et Dominus: Niſi comederitis carnem meam, & biberitis ſangvinem, non intrabitis regnum Dei. Utroq; igitur opus eſt, & Baptiſmate & participatione.

Tübingenſes Theologi in Reſponſo ad primum Patriarchæ Reſponſum hæc repoſuere: In Baptiſmate vos trinam immerſionem uſurpatis: eamqve omninò ſic uſurpandam, & non aliter, cenſetis. Nos verò non immerſione, ſed trinâ aqvæ ſuperfuſione utimur: Idqve, in nomine Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, facimus. Et cum â Chriſto & Apoſtolis nihil in ſpecie, qvoad illas circumſtantias, ſit præceptum: Judicamus legitimum & efficacem eſſe Baptiſmum: ubi aqva adhibita, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, baptizatur: Nec mutantur verba inſtitutionis in hoc Sacramento. Elementum enim, & Verbum conſtituunt Sacramentum. Interim etiam de Baptiſmi virtute & utilitate noſtros Auditores diligenter & ſæpè docemus.

Ad hoc vero seqventia reposuit Patriarcha in Responso secundo: Qvarto capite hoc generatim de sacris mysteriis, seu Sacramentis, & particulatim auxilio DEI explicabimus: ut hæc doctrina perspicua vobis sit. Qvin igitur vita, qvam in Christo vivimus, in his consistat, & principia ex his capiat: perficiatur autem in futuro seculo, postqvam ad illum pervenerimus diem, ubi corporis moles & malitia tenebras non obtendit, (unde & Paulus, cupio ex hospitio, inqvit, discedere, & cum Christo esse: perfectam scilicet felicitatem, & summam expetendorum, appetens nullus Christianorum ignorat. Qvis autem sit ritus initationis horum: qvibus in Christo vivimus, movemur & sumus: ex traditione Ecclesiæ piorum breviter commemorabimus. Baptismatis igitur beneficio fit, ut simus, omninoqve secundum Christum subsistentiam habeamus. Illud enim nos peccato mortuos & corruptos accipiens, ad vitam introducit. Sed & per hujus mysteria, tanqvam per fenestras qvasdam in tenebricoso hoc mundo, Sol ingreditur Justitiæ, & dignos illuminat. Certè, qvi non regeneratus est aqvâ & Spiritu, non potest in vitam ingredi. Et morimur mortem illius, ut pari resurrectione resurgamus, & regni hæredes fiamus. Tripliciter coronati, qvando Trinitas accinitur: tribus immersionibus, non trina infusione, utentes. Baptizabant enim veteres, non manibus suis aqvam baptizandis aspergentes, sed trina immersione, hoc Evangelii seqventes: Ascendit ex aqva. Ergò ante descenderat. Ecce immersio non aspersio. Sed & sapiens ille Johannes Zonaras, in enarratione Apostolici 7. Canonis, qvi est: Si qvis Episcopus, aut Presbyter, non tria baptismata unius initiationis peregerit, inqvit: Tria baptismata, tres immersiones vocat Canon. Hæc Patriarcha Constantinopolitanus.

Ritq initiationis Christianorum.

§. CCCCIV. De trina immersione in Orientali Ecclesia usitata.

Qvid ad hæc Tübingenses? Illi in Secundo Responso hæc reposuere: Percepimus etiam ex primo vestro scripto, qvod vos in Ecclesiis illis Orientalibus trina immersione, in baptismo administrando, uti soleatis. Etsi autem nos in Ecclesiis Occidentalibus, ter aqvam in eum, qvem baptizamus, fundimus: neqve eos, qvi baptizantur, aqva immergimus: tamen vestrum illum morem non improbamus: Qvemadmodum etiam de illius moris antiqvitate nihil dubitamus. Et in qvibusdam Septentrionalibus Germaniæ Ecclesiis, ante annos plus minus sexaginta, eadam baptizandi ratio fuit in usu

usu : neqve laudamus, qvod qvidam eam consvetudinem in illis locis abrogaverint. Ac si apud nos talis baptizandi ratio in usu esset, eam certè non mutaremus, sed conservaremus. In nostris verò Ecclesiis, qvantum qvidem ex hominum memoria, & probatis Scriptoribus Ecclesiasticis repetere possumus, jam per aliqvot annorum centurias hic mos obtinuit; ut qvi baptizarentur, non in aqvam demergerentur, sed ter (in nomine videlicet Patris, & Filii, & Spiritus Sancti) aqvâ perfunderentur. Eam consvetudinem si hodiè abrogare, & pro ea immersionem trinam instituere vellemus : id maximo certè cum offendiculo esset conjunctum. Qvi enim hactenus aliter sunt baptizati, ii existimaturi essent, se non rectè baptizatos, neqve adhuc Ecclesiæ Christi ritè insertos esse. Itaqve aut de salute suâ dubitarent, aut Baptismum repetere vellent : qvorum hoc ad contemptum nominis divini (in Sacro Baptismate invocati) vergeret : Illud verò desperationi tandem occasionem præberet. In rebus autem, qvæ per se mediæ sunt, & indifferentes, ita Christianâ libertate utendum est, ut qvam paucissimi offendantur, plurimi autem ædificentur, & in vera fide atqve pietate confirmentur. Rem autem mediam & indifferentem esse credimus: hominem vel ter in aqvam mergere, vel ter aqvâ perfundere. Nullum enim expressum super ea re mandatum Christi, aut Apostolorum, extat: in iis qvidem certè scriptis, de qvorum authoritate homini Christiano fas non sit dubitare. Neqve qvicqvam huic Sacramento decedit, aut in ipsius substantia qvicqvam immutatur: sive aqva super hominem fundatur, sive homo aqvæ immergatur. Manet enim Elementum Sacramenti, ut homo baptizetur Aqva : non vino, aut alio liqvore : Manet & verbum Domini, ut Baptismus administretur in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Itaqve habemus integrum Sacramentum, ut est à Christo institutum, in qvo homo aqva & Spiritu renascatur: Sicut de eâ re noster Salvator Christus nos docuit. Ideoqve diversam illam baptizandi rationem (qvæ Substantiæ Sacramenti nihil prorsus adimit) non debere esse alicujus schismatis occasionem inter Christianos, judicamus. Et possent ex antiqvissimis Græcis Scriptoribus exempla adduci: in qvibus apparet τὸ βάπτειν non tantum immergere, sed etiam aspergere, significare. Sed de externa ista ceremonia, ut supra etiam diximus, nemini litem movebimus : atqve optaremus, nullam

Res media est, hominē ter in aquā mergere, vel ter aquâ perfundere.

Nos Luth. habemꝰ integrum Sacramentū.

lam graviorem inter Christianos controversiam Religionis extare. Interim autẽ non dubitamus, qvin nos, qvi in Salvatorem Christum credimus, & ter (in nomine videlicet Patris, & Filii, & Spiritus S.) aqvâ perfusi sumus, pro verè baptizatis Christianis (qvorum Baptismus non sit iterandus) agnoscatis.

§. CCCCV.

DE CHRISMATE.

De Chrismate Græcorum.

DE Chrismate ita Tübingenses Theologi: Chrisma illud externum fragrantis olei, à Christo institutum creditis: idqve ex relatione Dionysii illius (ut existimatur) Areopagitæ: cujus scripta apud aliqvos sunt in magna admiratione. At nos diversum sentimus. Neqve enim Christus neq; Apostoli ullam faciunt illius Chrismatis mentionem, vel minimam. Et Scripta Dionysii non redolent Spiritum Apostolicum. Neqve immeritò miramur, qvod Dionysius ille in sua cœlesti Hierarchia talia scribenda sibi sumpsit: qvæ ne ipse qvidem Paulus (qvi in tertio tamen cœlo, & in Paradiso fuerat) eloqvi, aut literis mandare, ausus fuit. Neqve temerè de Authoritate hujus Dionysii dubitatur, cum ille citet alicubi Clementem Alexandrinum, qvi tamen post Dionysium Areopagitam centum & amplius annos vixit. Cumqve hoc Chrisma non habeat pro fundamento verbum Dei, h.e. mandatum, & adjunctam promissionem, non videmus, qvomodo rectè asseri possit, qvod Chrismati illi insit vis aliqva Spiritus S. Qvare Chrismatis usum, tanqvam rei non necessariæ, omittimus: & ejus loco piis precibus, & diligenti institutioni puerorum ad pietatem incumbimus. Chrisma enim externum, neqve præceptum DEI, neqvẽ exemplum Apostolorum habet. Baptizabat Philippus Æthiopem Evnuchum, Reginæ Candaces thesaurarium; Sed ibi de Chrismate nulla fit mentio. Baptizata sunt post concionem Petri, in die Pentecostes habitam, circiter tria hominum millia: nulla ibi Chrismatis fit mentio. Baptizati sunt alii multi, qvorum acta Apostolica mentionem faciunt; Sed de Chrismate perpetuum est silentium. Baptizavit Paulus Crispum, & Gajum, & Stephanæ domum; Sed ne ibi qvidem de Chrismate verbum unum. Neqve mirum. Ut enim Christus, non ab externâ aliqva Olei unctione,

Nec Christus, nec Apostoli chrismatis faciunt mentionem.

Dionysii Areopag. fides dubia.

Chrisma nõ habet pro fundamento verbum Dei, nec promissionẽ.

Apostoli baptizatos non unxerunt.

Christus non ab externâ

ne, sed ab unctione Spiritus S. (qvi lætitiæ oleum vocatur) nomen habet: Ita & nos à Spiritus unctione, qvi & nobis (sed secundum mensuram) datus est, denominamur Christiani, eo qvod Christi, (illius uncti Regis) spiritualia membra simus. Qvare externa illa olei seu Chrismatis unctione citra salutis nostræ jacturam, carere possumus. Hæc sunt verba Tübingensium. Ad qvæ Patriarcha in Secundo Responso hæc reponit: Chrismate inungimur, ut Chrismatis Regii, Deificationis fiamus participes. Loqvuntur autem de Chrismate non tantum Dionysius Areopagita prolixè (Vir fide dignissimus, cujus mentio Act. 17. extat, ubi dicitur: Qvidam autem viri, associati ei, crediderunt, inter qvos & Dionysius Areopagita erat. Hic D. Pauli extitit discipulus, & Pontifex Athenarum, cujus crebræ laudes ab Ecclesia perhibentur, de qvo & Simeon Metaphrasta, rerum divinarum peritissimus, & fidelis vir, vitarum & martyriorum sanctorum scriptor, scribit, cujus martyrium mittimus, seorsim descriptum) sed sanctæ etiam Synodi. *Canon* enim *Laodicensis Synodi 48.* ait: Eos, qvi Baptismo illuminantur, post Baptisma Chrismate cœlesti ungi, & participes fieri Regni DEI. Et *Carthaginense Concilium, Canone 3.* meminit Chrismatis, tanqvam necessarii, nec ullo modo prætermittendi. Qvin & *VI. Synodus cap 95.* qvia enim Christiani dicuntur Christi, i.e. uncti, utpote Sancti Spiritus participes, per sancti ungventi inunctionem: ex necessitate qvoqve eo inungentur. Manifesta autem fit vel ex his, qvæ inter inungendum dicuntur, verbis, divini ex illo doni perceptio, dicente scilicet Sacerdote: Sigillum donationis Spiritus Sancti, Amen. Sed & aurei oris *Joannes*, in Oratione, in qva de illis, qvæ trino modo dicuntur, agit, ait: Cornu erat olei & sanctificationis. Unum erat Chrisma, sed tria dona, unum cornu, tria Chrismata. Ungebantur enim Sacerdotes, Reges, Prophetæ. Talis est omnis Christianus baptizatus *Propheta*, ut qvi viderit, qvæ oculus non vidit, & auris non audivit. *Sacerdos*, ut qvi debeat seipsum offerre victimam viventem, sanctam, benè placentem, DEO. Et *Rex* affectuum, tanqvam Filius præpotentis omnium Regis DEI, & hujus Regni hæres. Chrismate enim primum sigillum imprimitur, qvod in anima, ex divina inspiratione accepimus. Propterea & vim, seu efficaciam ipsius Spiritus, ac svaveolentiam, gerit, & signatio est Christi. Legite in V. qvoqve T.

unctione olei, sed ab internâ Sp. S. Christi vocatur: ita & Christiani.

Qvid ad hæc Tubingensiu verba Patriarcha respondeat?

Dionysius Areopagita laudatur à Patriarcha.

cap. 30. & videte, qvæ locutus ſit Dominus ad Moſen, prædicens, & præconfirmans hoc. Unde occaſione orta, verbo hoc Dei S. Dionyſius nixus, & S. Synodi, cæteriqve ſancti, ſcripſerunt illa, qvæ de hoc extant. Qvod verò in Baptiſmis, qvorum mentionem facitis, Chriſmatis mentio non fit, nolite mirari. Eccleſia enim Chriſti, gratiâ hujus proficiens, divinis dictis & fundamentis multa adinvenit, ornatu qvodam veſtiens. Non enim omnia Paulus ſcribit, ſed qvædam etiam diſcipulus ejus Dionyſius: & hos inſecuti multi Doctores, ceu lumina qvædam Eccleſiæ Chriſti, Spiritus S. inſtinctu, qvæ rejicienda cenſere æqvum non eſt. Etiamſi enim cæteris Sacramentis potiora ſunt, & ſine eis ſalus nullo modo contingit, baptiſma & divina communio; Attamen & reliqva, qvæ cum his ſeptenarium numerum implent, tradita ſunt ab Eccleſia, ſicut dicemus. De qvibus cum alii, dum Eccleſiaſticos ordines exponunt, mirificè & copioſè ſcribunt: tum Simeon Theſſalonicæ Archiepiſcopus, & de his & de aliis Eccleſiaſticis: qvem librum doctus Eccleſiaſtes, D. Stephanus Gerlachius habet. Ea propter primo abluimur, deinde ungimur. Tum demum mundos & benè olentes menſa Domini accipit, donec Chriſtus formetur in nobis. Hactenus Patriarcha. Tübingenſes autem in Reſponſo ad Secundum Reſponſum Patriarchæ ſeqventi ratione ſua tuentur: Utinam, Chariſſimi, tàm facile in negotio Chriſmatis, qvam Baptiſmi, convenire poſſemus; Sed vos non modò Chriſmate utimini: verùm etiam maximas ipſi utilitates, & effectus admirandos tribuitis: Dicitis enim: Chriſmate inungimur, ut Chriſmatis Regii, Deificationis fiamus participes. His paucis verbis, qvantæ res comprehendantur, vobis viris ſapientiſſimis non eſt ignotum. At nos talia Chriſmati tribuere non poſſumus, qvia Verbum DEI nihil de iſto Chriſmate docet, multò verò minus Chriſmati tales virtutes tribuit. Facit qvidem Joannes Evangeliſta, Chriſmatis mentionem, cum ait: *καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου*: & paulo poſt: *ὑμεῖς τὸ χρίσμα, ὃ ἐλάβετε ἀπ᾽ αὐτοῦ, ἐν ὑμῖν μένει.* Scitis autem, his verbis Apoſtolum non de Chriſmate olei, ſed de Spiritu S. loqvi, qvo omnes verè Chriſtiani ſunt uncti, ut regnum cœlorum conſeqvantur. Qvod autem Chriſma olei nullum habeat teſtimonium in N. T. vos ipſi non negatis. Non enim tantum fatemini, qvod Paulus ea de re nihil ſcripſerit, ſed neqve ullum

§. CCCCVI. *Reſpondet Patri cur in Baptiſmate nulla chriſmatis fiat mentio.*

Qvid ad hæc verba Patriarchæ Tubingẽſes reponant.

Chri-

Christi, aut Apostoli, testimonium pro Chrismate, assertis. Et inter alia dicitis: Ecclesia enim Christi gratia hujus proficiens, divinis dictis & fundamentis multa adinvenit, ornatu qvodam vestiens &c. Qvibus verbis significatis, Chrisma esse Adinventionem Ecclesiæ. Ut autem Ecclesiæ licet instituere qvædam, qvæ ad bonum ordinem in Ecclesiâ faciant: Ita neqvaqvam licet Ecclesiæ nova Sacramenta, aut novos cultus divinos, instituere. Et adinventiones humanæ, malè admodum in sacris literis audiunt. Dominus enim severissimè præcêpit, ne qvid ipsius verbo vel addamus, vel detrahamus. Neqve semper toti Ecclesiæ imputandum est, qvod ab aliqvibus hominibus superstitiosis excogitatur, & sub nomine revelationis Spiritus S. Ecclesiæ obtruditur. Qvæ enim ad Ecclesiæ salutem sunt necessaria, ea omnia in sacris literis sunt revelata, & à Christo & Apostolis expressis verbis instituta. Cum autem Chrisma non habeat Christi aut Apostolorum testimonium aut exemplum, certum est, id non esse ad salutem necessarium. Sed neqve confidere possumus, qvod per illud chrisma donum qvoddam Spiritus S. nobis conferatur. Cur enim nobis spem ea de re faceremus, cum non habeamus verbum DEI, qvod tale qvid nobis de usu Chrismatis promittat? Ubi autem non est promissio divina, ibi etiam non potest esse verà fiducia. Et, qvi in creatura aliqva confidunt, ubi verbo promittente carent, ii DEUM (ea qvidem in parte) verius tentant, qvàm colunt. Neqve verò è Baptismate, aut Cœna Domini aliqvam utilitatem capere, aut nobis polliceri possemus, nisi hæc Sacramenta divinitus expresso DEI verbo instituta essent. Qvare judicamus, nullam nos jacturam salutis facere, tametsi usum Chrismatis omittamus, contenti interim iis Sacramentis, qvæ expresso verbo DEI nituntur.

Chrisma est adinventio Ecclesiæ.

Necessaria ad Ecclesiæ salutem omnia sunt in Scriptura revelata.

§. CCCCVII. Qvod ad Dionysium illum Areopagitam attinet, qvi Chrisma pro Apostolica traditione habet & commendat, eqvidem non ignoramus, fuisse qvendam Dionysium Areopagitam: (cujus acta Apostolorum mentionem faciunt) virum sanctum & Pauli Apostoli discipulum, qvem Paulus, cum Athenis doceret, ad Christum convertit. Sed hunc Dionysium, Pauli discipulum, esse authorem istius libelli, qvi sub Dionysii nomine circumfertur, ut credamus, in animum nostrum inducere non possumus. In illo enim libello allega-

Dionysius, Pauli Discipulo, non fuit autor libri, qvi sub Dionysii nomine circũfertur.

tur Clemens Alexandrinus, qvi aliqvot feculis poft Dionyfium Areopagitam Pauli difcipulum vixit. Itaqve certum eft,alium qvendam effe iftius libelli authorem, qvi poft tempora Clementis Alexandrini vixerit. Sed & totum illud fcriptum multa habet, qvæ ad veram DEI agnitionem & pietatem parum faciunt: & in ceremoniis nimium eft fuperftitiofus. Deniqve, fi diligenter fingula expendantur & examinentur, facilè deprehenditur,qvod illud fcriptum non oleat Præceptorem Paulum, cujus epiftolæ huic Dionyfii fcripto funt admodum diffimiles. Petimus autem, ne hanc nobis in dicendo libertatem, ex vero candore profectam, vitio vertatis. Non enim hæc in cujusqvam contumeliam, fed tantùm ad afferendam veritatem neceffariò dicuntur.

Synodi non poffunt novam Sacramentum inftituere.

Chryf. ft. cō-fvetudine Eccl. abreptg chrifma probavit; fi hodie viveret, non probaret.

Laodicenfis Synodus, & Carthaginenfe Concilium tantum authoritatis non habent, ut poffint Sacramentum novum vel inftituere, vel confirmare, qvod neqve à Chrifto neqve ab ipfius Apoftolis fit inftitutum. Chryfoftomus, vir fanctus & eloqventiffimus communi opinione & confvetudine, qvæ tùm in Ecclefia altos jam radices egerat,tanqvam torrente abreptus, Chrifma probavit. Qvæ autem fuit illius optimi viri eximia pietas, fi ipfius temporibus reformatio religionis fuiffet inftituta, in qva ea,qvæ humanitus excogitata in Ecclefiam irrepferant,rurfus fuiffent abolita: non dubitamus, qvin ejufmodi piæ reformationi neqvaqvam fefe oppofuiffet, fed potius eam juvare & promovere pro virili elaboraffet. Unctiones in V. T. inftitutæ, non fignificabant chrifma olei, fed figurabant uberiora illa dona Spiritus S. qvorum alia funt omnibus Chriftianis communia, alia iis conferuntur,qvorum opera Dominus in peculiaribus vocationibus ad ædificationem Ecclefiæ DEI utitur: alia prorfus admiranda erant dona, qvalia Apoftolis in die Pentecoftes, & poftea qvibusdam aliis (ad confirmationem doctrinæ Evangelicæ) conferebantur. Qvare chrifmata illa V.T. non funt in N.T. reducenda. In V. T. erant umbræ rerum futurarum,ut Apoftolus teftatur: In N.T. eft corpus ipfum. Itaqve minimè opus eft, ut omiffo corpore hodiè umbras fectemur,& novas unctiones fine Verbo DEI inftituamus aut obfervemus. Neqve tamen ideò gratiâ Spiritus S. homines privantur, etfi Chrifmate olei non utuntur. Per Baptifmum enim datur Spiritus S. camóve ob caufam Apoftolus Paulus vocat

vocat Baptiſmum non tantùm lavacrum Regenerationis, verum etiam Renovationis Spiritus Sanct. qvod videlicet in Baptiſmo Spiritu Sancto donemur, & per eundem renovemur. Augentur dona Spiritus Sancti qvotidiano auditu, & diligenti meditatione Verbi DEI: augetur gratia Spiritus Sancti ſedula & ardenti oratione juxta illud CHRISTI: Si vos, cum ſitis mali, noſtis bona dona dare liberis veſtris, qvantò magis Pater cœleſtis dabit Spiritum Sanctum petentibus ab ipſo. Gratias igitur DEO agimus, qvi per verbum, & duo illa Sacramenta à CHRISTO inſtituta omnia illa nobis largitur, qvæ ad ſalutem noſtram ſunt neceſſaria. Reliqva verò, qvæ verbum Dei non habent pro fundamento, citra cujusq; contumeliam, ſine peccato omittimus.

Qvid Tubingenſes de Sacro oleo ſ. extrema unctione conſignarũt.

Non poſſum qvin hîc ſimul addam, qvæ Tubingenſes conſignarunt de Sacro oleo ſeu unctione extrema: *Sacrum oleum inter Sacramenta traditum eſſe, ut divinæ miſericordiæ ſignum, creditis, qvod redemptionis & ſanctificationis cauſa homini, ſe à delictis & peccatis convertenti, impertiatur, ideoq; etiam remiſſionem peccatorum afferre, & ex infirmitatibus corporis erigere, exiſtimatis.* Nos verò, chariſſimi, gravibus de cauſis diverſum ſentimus. Atqve oleum illud inter Sacramenta traditum eſſe, perſvadere nobis non poſſumus. Nuſqvam enim legimus, qvod CHRISTUS inſtituerit illam extremam unctionem, ſicut inſtituit Sacramentum Baptiſmi & Sacramentum Cœnæ Dominicæ. Novimus qvidem, qvod Apoſtoli, cum primò (ante paſſionem CHRISTI) emitterentur, qvoſdam ægrotos oleo unxerint, eosqve ſanaverint; Sed illa ceremonia ad miracula ejus temporis pertinebat, qvibus ceſſantibus, meritò etiam ceremonia illa ceſſat. Et ut ſputum cum pulvere mixtum (qvo CHRISTUS cæci oculos illinere voluit) non eſt Sacramentum: ita nec oleum, qvo ægri ungebantur, ut miraculo ſanitatem corporis (ſicut cœcus ille viſum) reciperent. Neqve oleum illud eſt divinæ miſericordiæ ſignum, qvia talia externa miſericordiæ divinæ ſigna, debent habere expreſſam promiſſionem divinam, qvalis eſt illa v. g. de Baptiſmo: Qvi crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit. Tale nihil in S. literis de oleo illo legitur. Fides autem

Oleum illud non eſt traditum inter Sacramẽta.

non poteſt rem aliqvam externam apprehendere , & amplecti pro ſigno divinæ miſericordiæ , niſi habeat verbum DEI , cui inniti poſſit. Neqve opus eſt , ut illud oleum , redemptionis & ſanctificationis cauſa homini à peccatis & delictis ſe convertenti , impertiatur. Qvi enim verè ad Dominum convertuntur, jam ſunt redempti, & Spiritu S. ſanctificati, qvippe qvi in ipſis, tanqvam in templis DEI habitat. Qvod enim ad remiſſionem peccatorum attinet, teſtatur Petrus, eam contingere certò omnibus , qvi in CHRISTUM credunt. Et de converſis Corinthiis dicit Paulus: Hæc eratis qvidam, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed juſtificati eſtis per nomen Domini JESU, & per Spiritum DEI noſtri. Horum nihil dicit Scriptura per oleum conferri : neqve Paulus in omnibus epiſtolis ſuis olei mentionem facit , cum tamen de rebus minutis etiam, ad veram pietatem aliqvid facientibus, diſſerat. Neqve oleum illud, remiſſionem peccatorum unctis conferre dicit Jacobus, ſed ſic loqvitur : Infirmatur qvis inter vos ? Accerſat *Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eſum, ungentes eum oleo in nomine Domini : & obſecratio fidei ſalvum reddet laborantem, & eriget eum Dominus, & ſi peccata commiſerit, remittentur ei.* Hìc obſecrationi fidei tribuitur, qvod impetret remiſſionem peccatorum , ſi tamen æger ipſe etiam ex fide oret. Olei verò unctio pertinebat ad miraculoſam reſtitutionem ſanitatis corporalis , qvæ in primitiva Eccleſia (pro confirmanda doctrina Evangelii) contingebat. Hodiè (confirmato jam Evangelio Chriſti per miracula) non videmus , qvenqvam ex unctione illa extrema meliùs habere, aut convaleſcere. Qvare ceſſantibus miraculis, judicamus etiam ceſſare debere uſum ejus medii , per qvod olim miracula edebantur. Cum igitur olei uſus non amplius ſit neceſſarius in Eccleſiâ ; Sacramenta verò ſemper ſint neceſſaria, ideò unctionem illam extremam , inter Sacramenta non numeramus. Etſi autem extremam illam unctionem omittimus, tamen idcircò nihil eorum, qvæ ad ſalutem ægri promovendam faciant, negligimus. Si qvis enim ex periculoſo morbo apud nos decumbat, vocatur Eccleſiæ miniſter. Is convenientibus & præſentibus aliis piis hominibus, admonet ægrum, ut peccata ſua agnoſcat & deploret, ut omnem fiduciam in Chriſtum collocet, ut veram vitæ emendationem ſibi proponat , ſi Dominus eum diutius in hoc mundo vivere velit. Exhibetur illi (poſt genera-

De qvo oleo S. Jacobus loqvatur.

Licet extremã unctionẽ omittimus, tamen nihil eorũ, qvæ ad ſalutẽ ægri faciũ, negligimus.

ralem factam & recitatam absolutionem) sacra Cœna Domini, ad fidei suæ confirmationem. Proponuntur illi svavissimæ consolationes è verbo DEI, de remissione peccatorum, de æterna salute per Christum nobis parta, de mortuorum resurrectione, de æterna felicitate, qvam post hujus vitæ ærumnas expectamus. Adduntur piæ preces pro salute ægroti, tàm animæ, qvàm corporis. Neqve desunt, qvi cum ægro maneant (præsertim ubi mors accedere propiùs videtur) & ex sacris literis fidem ejus confirment, atqve cum illo & pro illo orent, donec extremum Spiritum emittat. Hanc nos longè omnium saluberrimam unctionem esse credimus, qvæ hominem in vitam æternam dimittat. Sacramentis igitur illis duobus, ab ipso CHRISTO institutis, Baptismo & Cœnâ Domini, contenti sumus. Hæc enim habent promissionem divinam, qvod per eorum pium usum remissionem peccatorum accipiamus, & sanctificemur. Hæc ideò à Christo instituta sunt, ut eorum usus in Ecclesia maneat, usqve ad diem novissimum, donec redeat Christus judicaturus vivos & mortuos. Hæc duo Sacramenta non modò animas, verum etiam corpora nostra sanctificant, ut fiant sacra DEI templa. His duobus Sacramentis fides nostra confirmatur, spes alitur, charitas accenditur, Satanas profligatur, mundus & caro devincuntur. Pro his Domino & Servatori nostro JESU CHRISTO ex animo gratias agimus, qvod se ad captum nostrum qvasi dimittens, Sacramentis illis, in oculos incurrentibus, nostræ infirmitati succurrere sit dignatus. Hactenus Tubingenses Theologi.

Duobus à Christo institutis Sacramentis sumus contenti.

Sed omnium doctissimè & fusissimè hanc materiam persecutus est Johannes Dallæus in *Disputatione* (nam sic librum inscribit) de Confirmatione & Extremâ unctione Lib. 1. cap. 2. ostendit confirmationem non esse institutam à Christo vel Apostolis. Id probat patère ex aliorum Christianorum puta Armeniorum, Æthiopum, Græcorum à Latinis hâc in re Dissidio. Verba Dallæi p. 10. & 11. hæc sunt. Deniqve non fuisse vel à Christo Domino institutum, vel ab Apostolicâ primitivâ Ecclesiâ pro vero Sacramento habitum Romanæ confirmationis mysterium videntur docere, & cæterorum Christianorum à Latinis, & Latinorum ipsorum inter se magna de omni hoc negotio dissidia, atqve certamina. Nam constat in primis antiqvissimæ & paternorum rituum ad summam superstitionem obser-

§. CCCCVIII. Joh. Dallæi lib. de Confirmat. & Extrema unctione.

Æthiopicæ Ecclesiæ ignotus fuit hic ritus.

servantissimæ Æthiopum Ecclesiæ planè penitusqve ignotum esse totum hoc Latinorum Sacramentum. Testem habemus ex ipso Adversariorum sinu idoneum *Alvarem Hispanum Monachum*, qui in suo *Æthiopiæ Itinerario*, gentis Dogmata ac Ritûs recensens, cum de eorum Baptismo dixisset, Neqve Chrismatis (inqvit) Sacramento, neqve extremæ unctionis oleo utuntur. Idem *Zagazabo* ipse Æthiops ad Damianum à Goës Lusitanum de suâ Gente scribit, sciendum, (inqvit) apud nos Confirmationem, & Chrisma seu Extremam Olei Unctionem pro Sacramento non haberi, nec in usu esse, ut video hîc ex Romanæ Ecclesiæ Consvetudine fieri. Jesuitæ, qvi Papæ Romani fidem ac Imperium in Æthiopiam invehere, ante annos XL. conati, inde tandem post turbas, bellaqve ab iis excitata nuper ejecti sunt, paria qvoqve de *Abyssinis* testantur. *Johannes de Sylvâ in Literis Goæ Anno D. 1623. Datis.* Confirmationis (inqvit) & extremæ unctionis, ne nomen qvidem apud Æthiopes notum erat, qvæ & Alphonsi Mindesii, Latini illius gentis ex Jesuitâ Pseudo-Patriarchæ eâ de re verba sunt in Epistola ad Mutium Vittelleschum, de rebus à se illic gestis. Anno D. 1626. data. Qvibus *Emmanuel* qvoqve *Almeida* succinit, scribens, ante Mindesii adventum, ignotum atqve inusitatum apud illos populos fuisse Confirmationis Sacramentum. Nobilissimam Armeniorum in Oriente Gentem hoc utrumqve Chrismatis, & Extremæ Unctionis mysterium pariter nescivisse Auctor est *Guido, Carmelita* & ipse qvoqve Monachus; referens hanc eorum fuisse hæresin, ut Sacramenta Confirmationis, & extremæ unctionis respuerent, qvod ego apud Dominicum Soto in hâc ipsâ Disputatione legi. Id ipsum de Armeniis ab *Armachano qvoqve* traditum. Lib. 9. cap. 12. de eorum qvæstionibus, idqve etiam observat *Gregorius de Valentiâ*. Sed & Chaldæos Christianos, longè lateqve per Arabiam, Mesopotamiam, Chaldæam, Assyriam, Persidem, ipsamqve etiam Ægyptum diffusos, qvorum Patriarcha in Urbe Mesopotamiæ Mousoul sedet, Antonius Gouveanus Monachus Lusitanus Augustinianus testatur, utrumqve hoc Latinorum ex Unctione Sacramentum, qvo vel baptizati confirmantur, vel morientes dimittuntur, planè penitusqve nescire. Jesuitæ eandem Indorum Christianorum, qvi vulgò S. Thomæ vocantur, hæresin fuisse tradunt, anteqvam ipsi eos ad Papæ Communionem traduxissent,

Abyssinis itidem.

Nec non Armenis

Chaldæis itidem.

Indis qvoq;

si

fi tamen Reverâ traducerunt. Jarricus fcribit Alexium Menefium Archiepifcopum Goæ primum eos docuiffe Confirmationis Inftitutionem, ufum atqve effecta, qvam (inqvit) cùm illi fufciperc non folerent, illorum omnium omninò rudes atqve ignari erant. Idemqve alibi negat eos vel Confirmationis, vel Extremæ unctionis ullam habuiffe notitiam. Jam & Græcis & omnibus, qvi cum illis communicant, ignotum qvoqve effe Latinæ confirmationis propriè dictum Sacramentum, nos infra Deo dante fuo loco demonftrabimus. Itaqve ex omnibus Chriftiani nominis Gentibus, foli, fi benè reputes, Latini hoc Confirmativæ Unctionis Myfterium, norunt & factitant. Unde qvæfo factum eft, ut tam multæ Æthiopum, Chaldæorum, Armeniorum, Indorum, Græcorum Gentes tam inter fe, & Lingua, & Locis, & Moribus diffitæ, ad hæc Veterum Traditionum retinentisfimæ, myfticum hunc Ritum omnes ignoraverint, fi is, qvod volunt adverfarii, erat ab initio Chriftianifmi traditus. Sed qvid verum fit, res ipfa pro fe loqvitur. Nimirum, qvibus illæ temporibus Chriftianifmum primum acceperunt, nondum obtinebat Novum iftud Sacramentum, qvòd fi jam tum obtinuiffet fcilicet, ex iis unâ cum cæteris traditum effet, & ab iis haut dubiè, qvam cæteris non minus fervatum effet. Qvo minus verò id poftea ipfis, poftqvam inventum eft æqvè ac latinis noftris, innotefceret, efficit partim qvidem terrarum, in qvibus illi Populi degunt, â noftris valdè remotarum fitûs, maximè verò eorum ab Ecclefiâ Romanâ Diffidium, qvod â multis fæculis cæptum ad noftra tempora perfeverat.

Et Græcis.

Soli Latini norunt & factitât hoc facramentum.

Cap. XII. Poftqvam in præcedentibus Autor multa Doctiffimè de hâc Materia protulit, pag. 103. tandem ita concludit: Atqve ex his qvidem fatis jam, nifi fallor, manifeftum eft, manuum impofitionem, fimplicem ritum, five cerimoniam fuiffe, apud Judæos precibus certi generis adjungi folitam; ab Apoftolis ex Gentis fuæ ufu, Dominiqve ipfius, non qvidem præcepto ullo, fed tamen exemplo, adeoqve liberè, tametfi congruè, ac fapienter, in benedictionibus fpiritualibus impertiendis perinde ac in aliis qvibufdam precationibus, ufurpatam; â facramenti autem confirmativi ratione & nomine alienam, tum qvòd neqve Divina Promiffio, neqve fenfibile fignum, neqve Domini Chrifti Mandatum (qvæ in hujusmodi Sacramento ipfe Bellarminus fatetur neceffariò reqviri) de hâc manuum impofitio-

Confirmatio ftrictim qvidem fed valdè nervosè refutatur.

 fitio-

ſitione ulla in ſacris literis extent; tam etiam, qvòd & Res per eam ab Apoſtolis donata ſpiritus fuerit Prophetiæ, vel Lingvarum, cùm iſti ſuæ confirmationi gratiam duntaxat gratum facientem tribuant, & ritus ipſe à legitimæ & ſolennis ſacramentorum Materiæ ingenio abhorreat. Unde & illud ſeqvitur, ne Canoniſtarum qvidem Veterum veram fuiſſe opinionem, qvi hâc manuum impoſitione Confirmationem ſuam verè, ac propriè contineri cenſebant, adeoqve nullum planè eſſe ex Divinis Literis, verum ac propriè dictum Confirmationis ſacramentum; qvòd ſi aliqvod eſſet, vel Chriſmatio, vel certè manuum impoſitio eſſet; qvorum cum Neutrum ex Scripturâ demonſtrari oſtenderimus, relinqvitur, nullum, ex eâ poſſe conſtitui Confirmationis ſacramentum, adverſariosqve, præterqvam qvod ridiculi ſunt, dum qvæ de impoſitione Manuum in Divinis Literis legimus, & ineptè, ac inverecundè ad ſuam Chriſmationem torqvent, inſuper fruſtra & incaſſum laboraſſe; qvi ne illam qvidem nihil ad ſe ſanè pertinentem manuum impoſitionem Sacramentum unum vel eſſe, vel fuiſſe probârunt; ſed inſignem, ac planè ſingularem præ cæteris omnibus eſſe Gregorii Valentiani hoc in loco impudentiam, qvi in tantâ rerum luce ſcribere tamen non dubitavit, nos niſi concedamus Confirmationis Sacramentum rectè ac legitimè ab ipſis ex ſcripturis eſſe probatum, coactum iri fateri, ne Baptiſmum qvidem & Euchariſtiam poſſe ex ſcriptura rectè probari, qvaſi ſc. illorum confirmatio non minùs claré ac evidenter in divinis Literis tradita ſit, qvàm Duo illa apud omnes Chriſtianos recepta Sacramenta; qvô qvid dici posſit & à Vero, & à Pudore magis alienum, nihil eqvidem video. Videantur reliqva, qvæ magna cum laude accurationis & doctrinæ Autor conſcripſit; Nos ſolum è lib. II. Cap. XVII. producemus, in qvo argumento è Græca Eccleſia petito, contra Pontificios diſputans Græcorum ſententiam de Chriſmate & Chriſmatione proponit.

§. CCCCIX. Cap. XVII. XVIII. teſtimonium Græcorum ex Euchologio. Unde concluditur Chriſmationem Græcis eſſe Baptiſmi ceremoniam; idqve firmatur tribus argumentis, 1. qvod ii neminem, niſi chriſmatum, ad Euchariſtiam admittant; 2. qvod ab hæreſi converſos chriſmant. 3. Qvod Presbyteri apud eos chriſmant, à p. 214. ad 218. hunc in modum: Sed qvid ego ſingulos conſector? Hunc com-

communem esse totius Græcorum Ecclesiæ sensum, publicum gentis Euchologium, sive Rituale, & ex eo universalis apud eos praxis clamat. Non enim apud eos, ut apud recentiores Latinos, duo diversa sunt Baptismi, & chrismationis officia; qvæ distinctio, ut qvivis videt, necessaria erat, si duo hæc diversa constituerent Sacramenta, sed unum idemqve est utriusqve ritûs, (planè ut apud Pseudo-Dionysium, & apud omnes vetustiores) officium; qvod, non diversis capitibus, sed uno eodemqve totum continetur. Titulus est; ἀκολουθία τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, Consequentia, sive potiùs ordo sancti Baptismatis. Ergò ad τὴν ἀκολουθίαν βαπτίσματος, ad ordinem, vel, ut recens Interpres maluit, ad officium Baptismi pertinent, qvæcunqve in eâ tractatûs parte, sive in eo capite, traduntur; ut aqvarum, ut olei benedictio; ut baptizandi ex oleo unctiò; ut ejusdem in aqvas trina mersio, & abluti vestitus. Atqve his continenter adjungitur, priùs precatio ad Chrismationem, tùm ipsa Chrismatio; καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν (inqvit) χρίει τὸν βαπτισθέντα τῷ ἁγίῳ μύρῳ ποιῶν σταυροῦ τύπον ἐπὶ τοῦ μετώπου; καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τῶν μυκτήρων, καὶ τοῦ στόματος, καὶ τῶν δύο ὤτων, καὶ τοῦ στήθους, καὶ τῶν χειρῶν, καὶ τῶν ποδῶν, λέγων, Σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου ἀμήν. Et post orationem baptizatum sancto unguento ungit, crucis signum faciens in fronte, & in oculis & in naribus, & in utrâqve aure, & in pectore & in manibus, & pedibus, dicens, signaculum doni Spiritûs Sancti, Amen. Omnia, ut liqvet, ex septimo secundæ Synodi Oecumenicæ suprà descripto canone; nisi qvod pedum & manuum nullam Synodus vel præcipit, vel memorat unctionem. Nimirum avidum est, ac insaturabile superstitionis ingenium; veteraqve inventa ac priores ritus novis ferè auctariis locupletare gaudet: ut si semel ultrà Dominica præcepta ieris, nullus sit futurus rituum & cerimoniarum finis. Sed hæc qvidem aliàs. Nunc qvod ex his liqvidò constat, concludamus, hoc qvicqvid ex Euchologio recitavimus Chrismationis, totum ad Baptisma pertinere: in cujus ordine sive officio collocatur. Itaqve cùm Græci nullam, præter hanc, aliam Chrismationem vel habeant vel agnoscant; (qvod & fatetur doctiss. Goar Euchologii novissimus editor atqve interpres) hanc verò ad Baptismum pertinere, vel ipse hic, in qvo occurrit baptismalis (ut ait Goar) ritûs locus, evidentissimè doceat, illud postremò

Superstitionis ingenium.

Vuu 2 fa-

fatendum est nullum apud eos esse, ab ipso baptismali ritu diversum Sacramentum.

Græci hodierni chrismationem pro parte vel ritu baptismi habent.

Qvod præter hæc, qvædam etiam alia Græcorum de hâc Chrismatione scitâ confirmant. Qvale illud est primò, qvod ex communi veteris utriusqve, id est, Græcæ Latinæqve Ecclesiæ disciplinâ ex Albaspinco suprà observata, neminem putant ad Domini mensam admittendum, qvi idem non fuerit chrismatus. Οὐδεὶς μὴ βαπτισθεὶς, ἢ μὴ χρισθεὶς (inqvit apud Arcudium Joannes Nathanaël ex recentioribus Græciæ Theologis unus.) δύναταί ποτε κοινωνῆσαι. Nemo non priùs baptizatus & unctus communionis particeps unqvam esse potest. Atqvi hoc apud omnem Ecclesiam valet, valuitqve semper, ut nihil hominem ritè baptisatum à sacrâ communione arcere possit; nihil vel admissum post Baptisma crimen pœnitentiâ dignum, vel certè tenerior etas (cujus tamen neqve vel olim apud veteres habita est, vel nunc apud Græcos habetur ratio, qvi etiam infantes communicant.) Itaqve apud Latinos, qvibus chrismatio aliud à Baptismo Sacramentum est, communicantur baptizati, etiam non confirmati. Cùm ergò apud Græcos nemo ad communionem admittatur, non chrismatus; liqvet eos chrismationem pro parte vel ritu Baptismi habere; ut non putent ritè baptizatum, qvi idem chrismatus non est; qvod ita tamen accipiendum est, ut de Baptismo, (ut sic dicam) solenni ac rituali intelligatur. Nam si res absolutè spectetur, valere etiam apud eos interdum Baptismum, cui defuit, sed ex idoneâ causâ, chrismatiò. Ex eo constare potest, qvod de Ruthenis narrat Arcudius. Ait enim totam istorum gentem non chrismate, sed oleo infirmorum ab Episcopo benedicto qvoscunqve baptisabant, hactenus ungere consvevisse; eumqve usum inde exortum conjicit, qvod cùm Græcorum qvodcunqve est chrisma, non à qvibusvis Episcopis, ut apud Latinos, sed ab uno Constantinopolitano Patriarchâ conficiatur; Ruthenis difficile esset, ob locorum distantiam qvotannis Constantinopolin ad chrisma petendum mittere, vel etiam ipsum eâ copiâ, qvæ toti genti satis esset, comparare, ob pretii magnitudinem. (Adeò enim cara est hæc annona, ut, qvod Arcudius memorat, Græci aliqvando in Russiâ parvam ampullam Chrismatis ducentis aureis Hungaricis vendiderint.) Itaqve Ruthenos, cùm, sive ob i-

Rutheni nō chrismate sed oleo infirmorū ungere consvęverunt.

Quam carè ematur chrisma.

sta

stas, sive ob alias causas, chrisma copiosum comparare non possent, putasse eo se carere sine crimine posse; ejusqve in suo Baptismo absentiam illito infirmorum oleo qvodammodo supplendam, ac, ut sic dicam, consolandam censuisse, utcunqve sit, ille qvidem, velut rem notam & confessam narrat, Ruthenos sine vero chrismate hactenus baptizasse. Atqvi non ideò videmus ipsorum communionem repudiasse Græcos; qvi Russos, veluti suæ Ecclesiæ partem, semper anteà habuerunt, ac foverunt, habentqve etiam hodiè. Unde intelligitur, eos Chrismatis in Baptismate ritum non ita necessarium, censere, ut non possit aliqvando Baptismus eo, sine baptizati fraude aut dispendio, carere, si qvidem causa sit justa & idonea. Qvod verò gloriatur Arcudius, se hæc apud Ruthenos ex Rituali Græco, post factam atqve transactam ab iis cum Ecclesiâ Romanâ concordiam, in meliorem formam redegisse; id ego, inqvam, totum in medio relinqvo; qvi non nesciam, qvàm sublesta sit Latinorum nostrorum fides, maximè, ubi res à se in longinqvis gestas prædicant.

Nihilominus Græci Ruthenorũ communionem non repudiant.

Arcudii gloriatio in medio relinqvitur.

Sed & Græcorum chrismationem ceremoniam tantùm fuisse, non verò ullum Confirmationis (qvalis Latina est) sacramentum, illud etiam secundò evidentissimè conficit, qvod ii ex qvâcunqve hæresi conversos chrismant: isqve eorum mos non posteriorum Græcorum est error (qvod calumniatur Arcudius) sed perpetuus jam inde à vetustissimis temporibus orientalis Ecclesiæ usus. De veteribus, supra satis diximus. De recentibus, res ex Arcudio clara est, qvi fatetur hunc apud Græcos esse de omni hæretico converso Canonem: Χριέσθω μύρῳ, καθάπερ οἱ βαπτιζόμενοι. *Ungatur chrismate instar eorum, qvi baptizantur.* (Ubi notandum obiter, non est Baptisma, sed in ipso Baptismate τοὺς βαπτιζομένους, οὐ τοὺς βεβαπτισμένους ungi) Idem ex Jobi Monachi de Sacramentis tractatu hæc in eandem sententiam recitat: Τοῖς ἢ μοχθηρίᾳ γνώμης καὶ ῥᾳθυμίᾳ, ἢ βίᾳ βασάνων πρὸς τὴν τῆς πίστεως ἄρνησιν ἐκπεσοῦσιν, ἐπιχρίοντες αὖθις μύρον ἅγιον, καὶ τὴν ἱερὰν ἐγκαινίζοντες αὐτοῖς σφραγῖδα τὴν ἀποβάλλουσαν (vel ἀποβληθεῖσαν ex Arcudii correctione) χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπανακαλούμεθα, καὶ αὖθις οἰκειοῦμεν θεῷ, καὶ συνιστῶμεν ὡς τὸ πρότερον. Ταὐτὸ δὲ τοῦτο ποιοῦμεν καὶ τοῖς ἐξ αἱρέσεως οἵας οὖν ἐπιστρέφουσι, καὶ τῇ καθολικῇ ὀρθοδόξῳ ἐκκλησίᾳ

§. CCCCX. Græcorum chrismatio fuit tantũ cerimonia, non verò ullum Confirmationis Sacramentum.

προσεπιχρισμένοις. Eos, qvi vel improbâ voluntate, atqve ignaviâ, vel vi cruciatuum rapti, Christi fidem negarunt, denuò divino ungvento ungentes, & sacrum in ipsis signaculum renovantes, amissam gratiam Spiritûs S. revocamus; & DEO rursus eos conjungimus, & conciliamus. Qvod ipsum qvoqve iis præstamus, qvi ex qvâcunqve hæresi se convertunt, & ad Catholicam rectè sentientem Ecclesiam accedunt. Qvin & iste Jobus addit solenne qvoqve esse, Imperatores, imò & qvosdam Pontifices, tametsi jam anteà post Baptismum, ut moris est, chrismatos, nihilominus tamen, cùm inaugurantur, divini ungventi signaculo rursus inungere. Καὶ τούτοις γὰρ (inqvit) προκεχρισμένοις πάντως, ὡς ἔθος πᾶσι μετὰ τὸ βάπτισμα ὅμως αὖθις θείου μύρου σφραγὶς ἐπιχρίεται. Cavillatur Arcudius, non fuisse unqvam chrismatos Imperatores, vel Pontifices, dum inaugurantur: qvod ut contra Jobum probet, locum ex Euchologio recitat, in qvo dicitur Pontifex τῇ κεφαλῇ τοῦ βασιλέως σταυροειδῶς ἐκχέειν τὸ μύρον. *Capiti Imperatoris in crucis figuram ungventum sive chrisma infundere.* O acutum hominem Arcudium! Qvasi verò non hoc ipsum chrismare sit. Itaqve optima Jobi fides; qvi id qvod re ipsâ chrisma est, simpliciter chrisma dixit: neqve istorum formulas ac distinctiones frigidas attendit, qvibus veluti præstigiis, effecturos se, qvoties libuerit, putant, ut qvod scapha est, scapha non sit, vel etiam, ut qvod scapha non est, scapha sit tamen. Mitto *Simeonis Thessalonicensis & Nicolai Cabasilæ* de chrismatis iteratione testimonia; qvæ apud Arcudium fusè descripta videat, qvi volet. Atqve hinc est, qvod Græci Latinos ad se accedentes ungerent, ante Concilium Florentinum; qvia eos scilicet pro hæreticis habebant; ut ait apud Arcudium Marcus Ephesius. Cùm ergò Latinæ chrismationis Sacramentum iterari, non magis, qvàm ipsum Baptismum, fas sit, vel cæci vident idem cum Latinorum Confirmatione neqve tunc esse, neqve verò unqvam fuisse illam Græcorum unctionem, cujus iterandæ, & post Apostasiam vel hæresin ad Ecclesiam redeuntibus de novo conferendæ nulla unqvam Græcis religio fuit.

Cap. XVIII. Id 3. probatur, qvod apud Græcos Presbyteri chrismant, atqve hunc fuisse apud eos, etiam olim, usum contra P. Aurelium defenditur. 1. ex Pseudo-Ambrosio in Paulum 2. ex Qvæstionibus V. & N. Testamenti Pseudo-Augustini, Aurelii ex

Chry-

Chrysostomo, Isidoro Pelusiotâ, Oecumenio, & Pachymere objectiones solvuntur. 3. ex Photio, & Nicolao P. R. I. & Ruthramno ejusdem ævi scriptore. à p. 218. ad p. 231.

Cap. XIX. Discutitur & refellitur vana Arcudii cavillatio, Græcorum Presbyteros ex P. R. dispensatione chrismare somniantis. Solvuntur duæ qvædam difficultates. Concluditur, chrismationem non esse proprium ac veri nominis Sacramentum. à p. 231. ad pag. 238.

Ex qvo capite autem seqventia non possum non adscribere. Verba Dallæi p. 236. 237. 238. ita sonant:

Sed nunc secundo loco de ipsâ Græcorum professione satisfaciendum est, hujus sui unguenti ritum in septem illis, qvæ agnoscunt ac docent, mysteriis disertissimè censentium. Ego verò confiteor hoc de illis testari, qvos doctissimus Goar laudavit, Catumsyrtum, Arcudium, Germanum, Neophytum Rhodinum, Cariophyllum, alios Fateor & ex Græcis id ipsum profiteri Gabrielem Philadelphiensem, & eo paulò vetustiorem Hieremiam Patriarcham C.P. Sed primò observo, qvod hic ipse Hieremias ingenuè confitetur id ex Scripturis minimè haberi *τὸ δὲ τοῦ θείου μύρου μυστήριον* (inqvit) *οὐκ ἐμφέρεται μὲν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, παραδέδοται γε μὲν ὑπὸ τῶν μαθητῶν τοῦ λόγου.* Divini ungventi mysterium non exstat qvidem in sacris literis; attamen traditum est à discipulis verbi: Hoc autem à Pseudo-Dionysio deceptus adjecit. Et Ecclesiæ ungventi inventum rotundè tribuit, dùm negans mirandum esse, qvod nullam Scripturæ faciant unctionis in Baptismo mentionem *ἡ γὰρ* (inqvit) *τοῦ χριστοῦ ἐκκλησία τῇ χάριτι αὐτοῦ προκόπτουσα, ἐπὶ θείοις ῥητοῖς καὶ θεμελίοις πολλὰ ἐξεῦρε καὶ κατεστολίσατο.* Christi enim Ecclesia ejus gratiâ proficiens, super divinis dictis & fundamentis multa adinvenit, iisqve sese ornavit. Item *κἂν γὰρ τὰ κυριώτατα τῶν μυστηρίων τὸ βάπτισμα καὶ ἡ κοινωνία ἡ θεία ἐστὶ, καὶ ὧν δίχα σωθῆναι ἀδύνατον ἀλλὰ καὶ ταῦτα παρέδωκεν ἡ ἐκκλησία, τὰ λοιπὰ φημι ἄχρι τῶν ἑπτά*, qvorum hunc sensum esse verè docet Arcudius: Qvamvis cæteris Sacramentis potiora sint Baptisma & divina communio, & sine eis salus nullo modo contingere possit, proptereaqve (qvasi dicat) sola extent in Scripturâ; attamen (inqvit) & reliqva, qvæ cum his septenarium numerum explent, tradita sunt ab Ecclesiâ. Hæc Hieremias, Latinis hâc in

Patr. Hieremiæ ingenua confessio de binis tantùm Sacramentis à Christo institutis reliquis ab Ecclesia traditis.

in parte verecundior, ac sincerior, qvi suæ Confirmationis sacramentum in literis divinis nullo, ut supra audivimus, pudore repetere atq; asserere audent. Jam si cæterorum Græcorum eadem, qvæ Hieremiæ, est de hâc re sententia, suo ipsi ore aliud illud suum de Sacramentorum numero dogma damnant ac jugulant. Si enim chrismatio (qvod Hieremias confitetur) Ecclesiæ inventum est; non est profectò chrismatio Ecclesiæ Sacramentum, qvæ sua scilicet verè proprieqve dicta Sacramenta nulla invenit, sed omnia accepit; nulla ipsa excogitavit, sed à Christo suo instituta ac tradita bonâ fide custodivit. Ac ne hoc qvidem Græci præclarissimè à suo olim Cyrillo scriptum, qvod iis hoc loco meritò objicit Arcudius, negaverint: δεῖ γὰρ περὶ τῶν θείων καὶ ἁγίων τῆς πίστεως μυστηρίων μηδὲ τὸ τύχον ἄνευ τῶν θείων παραδίδοσθαι γραφῶν. *Divinorum, sanctorumq; fidei Sacramentorum nihil, ne minimum qvidem, absq; divinis Scripturis tradi debet.* Cùm ergò hanc suam chrismationem ipsi Græci Hieremiæ sui Patriarchæ ore & calamo confiteantur, neqve in Scripturis exstare, neqve ab ipso Christo institutam esse, omninò necesse est, ut illud qvoqve, qvod hinc necessariò seqvitur, iidem confiteantur non esse eam verum, ac propriè dictum populi Christiani Sacramentum, sed esse ritum ad Baptismum exornandum ab Ecclesiâ maturè qvidem, non tamen statim; sed aliqvantò post Apostolorum mortem repertum; qvod ipsum Hieremias non inscitè, neqve in eleganter innuere videtur, dum significat Ecclesiam iis, qvæ invenit, qvæqve scripturarum fundamentis adjecit, veluti floridiori qvodam & amœniori superinducto vestitu exornatam esse. Hanc enim vim habere videtur verbum illud κατεστολίσατο, qvo Hieremias hîc usus est. Ut ergò hæc Græcorum dicta commodè inter se conciliari possint, res ipsa omninò poscere videtur, ut qvod septem esse sacramenta, unumqve ex his esse chrisma profitentur, id ab iis non sic dici intelligamus, qvasi velint septem esse propriè dicta, veriqve nominis Sacramenta (qvod cum iis, qvæ ipsi confitentur, consistere neqvaqvam potest) sed sic, ut *Sacramenti nomine phrasi* apud omnes veteres vulgari, *eos ritûs significent, qvi sive à Christo ipso traditi, sive ab Ecclesiâ postea reperti præcipuum qvendam maximèq; insignem habent in se receptâ apud se religione usum.* Atqve hanc distinctionem ipse Hieremias satis nobis suggerit, dum Baptismum & Eucharistiam κυριώτατα τῶν μυστηρίων præ-

§. CCCCXI. Sacramenti vox qvomodo sæpe accipitur.

præcipua ac principalia Sacramenta vocat, eo ipso innuens cætera qvinqve inferioris cujusdam esse Sacramentorum ordinis, qvibus Sacramenti res & nomen non propriè, & ex æqvo, ac, ut in scholis loqvuntur, συνωνύμως, sed impropriè tantùm ὁμονύμως & ἀναλόγως communicetur. Hoc autem sensu manifestum est, in hujusmodi mysteriorum numero verè à Græcis haberi qvinqve illos, qvos duobus κυριωτάτοις μυστηρίοις adjiciunt, ritus, ac nominatim chrismationem. Sed & illud observandum est, hoc de septenario Sacramentorum numero dictum, non veterum, sed recentiorum tantùm Græcorum dogma esse. *Joannes* qvidem *Damascenus*, vir octavi seculi, cùm Christianam omnem Theologiam eo opere, qvod de orthodoxâ fide eruditissimè conscripsit, complexus sit, ac veluti in locos suos distribuerit, septenariam illam τῶν μυστηρίων divisionem nullus tradidit. Neqve diligentissimus ac doctissimus *Goar* ullum ejus auctorem vel testem edit Symeone Thessalonicensi, & Matthæo Blastari vetustiorem; qvem utrumqve post annum Dom. 1000. vixisse constat. Græci ergò vel mysterii vocem latè sumunt, eo, de qvo diximus, sensu; vel certè errant, & à Patrum fide, & à suâ ipsorum praxi discedunt; si chrismationem suam verè ac propriè dictum Sacramentum esse intelligunt, eodem modo, qvo suum Latini; qvorum aliqva fortasse æmulatio eos ad hunc septenarium mysteriorum numerum deduxit. Neqve enim qvicqvam apud Græcos de eo numero facilè reperias, priusqvàm Latinis inventus, constitutusqve esset. Nimirum Græci, ne Latinis aliqvâ re inferiores viderentur sua qvoqve mysteria in septenarium numerum digerenda putârunt. Utcunq; sit, recentiorum Græcorum (sive error, sive (qvod ego potiùs reor) ambigua ac minùs propria locutio, non potest eam vim habere, ut qvam nos ipsorum chrismationem certis, verisqve ac evidentibus rationibus & testimoniis Baptismi cerimoniam esse probavimus, ea non cerimonia, sed verum ac propriè dictum Sacramentum sit. Unde certum argumentum de totâ hac causâ ducitur. Nam si, (qvod statuunt Latini) aliqvod Confirmationis (sive in manûs impositione, sive in chrismatione situm) propriè dictum Sacramentum, à solis Episcopis ministrandum, neqve unqvam iterandum, ab initio Christianismi vel instituisset Dominus, vel tradidissent Apostoli; non est credibile, eo carituram semper fuisse Græcorum antiqvissimam, nobilissi-

Joannes Damascenus, vir octavi seculi, septenariã τῶν μυστηρίων divisionẽ nullus tradidit.

Goar testes tantũ adducit, qvi post 1000. an. vixerunt.

Græci, ne Latinis inferiores viderẽtur, sua qvoq; mysteria in septenarium numerũ digerenda putârunt.

Certũ argumẽtũ de tota hac causa.

bu[illegible]ſſimam, ac per multa qvondam ſecula florentiſſimam Eccleſiam; cui & Ruthenorum & Armeniorum, & Æthiopum, & Indorum qvoqve Eccleſiæ hac in parte adjungendæ ſunt. Atqvi conſtat ex iis, qvæ hactenus diſputavimus, nunqvam apud Græcos Latinam iſtam confirmationem in uſu vel fuiſſe antehac, vel etiam nunc eſſe; multò verò etiam minùs apud Ruthenos, Armenios & Æthiopas. Ergò concludendum eſt, eam neqvaqvam (qvod iſti volunt) vel à CHRISTO inſtitutam, vel ab Apoſtolis præceptam fuiſſe; ſed à Latinis, apud qvos ſolos occurrit, inventam, ac paulatim in uſum receptam. Qvod, qvomodo, qvibusve gradibus atqve auctoribus perfectum ſit, nunc, poſtqvam de Græcis abſolvimus, exſeqvendum eſt. Et hæc hactenus è Diſputatione Johan. Dallæi de Confirmatione ſ. Chriſmatione compendio adducere conſultum judicavimus.

Succedunt jam aliqvot Qvæſtiones?

§. CCCCXII. Qvandoqvidem hactenus Ritûs, Ceremonias, & Preces Græcorum circa Baptiſmum uſitatas deſcripſimus:

Qvid judicādū de totali immerſione?

Subjungemus jam unam atqve alteram Qvæſtionem.

Ac I. Qvid judicandum de totali Immerſione, & an Modus baptiſandi per totalem Immerſionem, qvalem volunt in Antiqvâ Eccleſiâ ſemper uſitatam fuiſſe, in hodiernas Eccleſias, ubi adſperſio obtinet, reducendus ſit? Format hanc Qvæſtionem D. Gisbertus Voetius in Polit. Eccleſ. Part. I. Lib. II. Tract. II. Sect. III. cap. 3. pag. 691. ad qvam ſeqventem in modum reſpondet. Reſp. Si modum immerſionis Corporum juxta morem Adamitarum denudatorum intelligis, qvalem Vice Comes & Voſſius antiqvæ Eccleſiæ adſcribere conati: abſolutè Negamus. Sin modum immerſionis Corporum, prout reſtricta & verecundior nuditas eorum à pictoribus depingitur: itidem Neg. Qvia ut alias partes Corporis prætercam, nuda Fœminarum pectora, extra caſûs Neceſſitatis, virorum oculis objici non debent; præſertim in Religioſâ adminiſtratione Baptiſmi. Vide, qvæ de hoc caſu monemus in Diſput. de Exceſſis Mundi, ubi de Decoro Veſtitu. Conferri poſſunt Wendelinus Part. I. Ethicæ, Lib. I. cap. 17. Qvæſt. 8. Prucknerus in Mille Qvæſt. Qvæſt. 115. accedat, qvòd modus applicationis liber atqve Adiaphorus eſt: Et Verbum Dei, ad immerſionem non âdſtringit; nec perpetua ſententia

tia aut Universalis Ecclesiæ antiqvæ Praxis nobis hic præit: & Analogia Sacramentalis per affusionem aut aspersionem aqve satis haberi potest: & tutius ac facilius; qvòd ad Corporum Sanitatem in Climatibus frigidioribus sit adspersio, qvàm immersio: ut & magis decorè ac tutò, si hominum pravitatem respicias. Pro negante stant communiter Theologi nostri,& cum iis Voss. loc.cit. ubi ex Antiqvitate testimonia aliqva pro adspersione adducit. Pontificii communiter consentiunt, qvòd autem addunt, apud Aragam Disp. XXIV. cit. Subsect. 2. sufficere ablutionem etiam in minimâ parte Corporis, E. Gr. In digito Infantis in partu, qvi exseritur, & vel guttulâ aqvæ; ipsis relinqvimus. De Qvantitate aqvæ positivè non determinamus; sed negativè, ut saltem non tam tenuis sit applicatio Aqvæ & Corporis baptizandi, qvâ vix ulla lotionis aut ablutionis Analogia pingi ac sensibus objici posset. Hodie in Occidente, qvod sciam, non sunt Ecclesiæ sub nomine Christianismi, qvæ morem immergendi servant, aut restitutum volunt. In Oriente eum servari constat ex Liturgiis s. Agendariis Græcorum; qvæ præscribunt ad trinam Verborum prolationem, baptizatur Servus DEI, in nomine Patris, &c. Trinam demersionem baptizandi, & eductionem ex aqvâ. Vide Euchologium s. Rituale Græcorum Tit. Officium S. Baptismatis p. 355. Et Jeremias Patriarcha Constantinopolit. in Censurâ s. Resp. ad Theologos Wittebergenses Resp. 2. Cap. 4. non tantùm usum immersionis apud Græcos obtinere testatur, sed & pro eâ has rationes adfert: Baptizabant Veteres, non manibus suis aqvam baptizando adspergentes: sed trinâ immersione hoc Evangelii seqventes: Adscendit ex aqvâ. Ergò ante descenderat. Ecce immersio non adspersio. Nuper in Angliâ exorti sunt, dicti Anabaptistæ, Vernaculè Dippers, qvi immersionem non tantùm reductam volebant, sed etiam in praxin deducebant: qvorum Confessio Anno 1644. edita est nomine septem cœtuum s. congregationum in Urbe Londinensi. Ubi Art. 40. immersionem statuunt necessariam. Qvod ad praxin eorum omnes tum Viros, tum Fœminas in Infantiâ per adspersionem baptizatos, tanqvam non baptizatos baptizans, descendens cum iis in Tamesin aut alium fluvium baptizabat, caput eorum submergendo. Contra eos calamum strinxit eximius inter Anglos Theologus Daniel Featli, cujus libro

linguâ vernaculâ conscripto hic titulus præfixus est: Καταβαπτίσται κατάπτυστοι. The. Dippers. Dipt. Ubi modo eorum baptizandi in tabulâ insertâ depictum exhibet. Rationes, qvæ contra hanc Κακοζηλίαν militant, supra allatæ sunt.

§. CCCCXIII. *An una, an verò trinâ aspersione sit baptizandum?*

II. Qvæst. *An Unâ, an verò Trinâ Aspersione sit baptizandum.* Resp. Est Adiaphorum. In Reformatis Ecclesiis Gallicis, & Anglicis qvibusdam in Belgio Unâ, in aliis omnibus, qvod sciam, trina utuntur. DEUS, in cujus nomine baptizamur, unus est Essentiâ, & trinus Personis: utrumqve credimus & profitemur. Beza in Qvæst. & Resp. Part. 2. p. 152. fatetur Tertulliani tempore trinam fuisse adhibitam adversus Personarum unitatem & ibidem subjicit: Neqve licere unicâ, ut significetur nos in unum verum DEUM baptizari. Tam enim, inqvit, periculosum est essentiam multiplicare, qvam Personam unicam statuere. In Genere verò de unicâ vel trinâ mersione s. adspersione non arbitror contendendum. In eâdem sententiâ Gregorii M. Lib. 1. Ep. 41. ad Leandrum, qvæ Juri Canonico inserta cap. 80. de Trinâ, de Consecr. Dist. 4. ubi notanda verba: qvia in unâ fide non officit Ecclesiæ consvetudo diversa, &c. Qvod si qvis fortè etiam pro Summæ Trinitatis veneratione existimet fieri, neqve istud aliqvid obsistit baptizandos semel in aqvis mergere: qvia dum in

ΚΕΦΑΛΗ' ΚΕ.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΦΩΡΙΣΜΕΝΩΝ ΕΛΛΗΝΩΝ.

Ἔθος ἐστὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ἵνα τοὺς ἄγαν κακοὺς ἀφορίζωσι, διὰ τὸ λέγειν τὸν Παῦλον: Ὑμῶν συναθροισθέντων, καὶ τοῦ Πνεύματός μου, παράδοτε τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ, καὶ πάλιν, ἔλεγχε ἀποτόμως. Ὡς ἐν παραδείγματι λέξωμεν. Χά-

ειν

in tribus Personis una Substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest, infantem in Baptismate vel ter vel semel immergere: qvando & in tribus mersionibus Personarum Trinitas, & in unâ potest Divinitatis Singularitas designari. Trinam tamen in Antiqvâ Ecclesiâ fuisse freqventatam colligitur ex Tertullian. cap. 16. de Coronâ Militis Basilio de Spir. S. cap. 27. Ambrosio Lib. 2. de Sacramentis cap. 7. Chrysostomo Homil. 24. in Johan. Augustin. Serm. 201. de Tempore. Si qvæ autoritas esset Canonum Apostolicorum videretur longè aliter tunc statutum, qvàm à Gregorio & Jure Canonico. Sic enim habet Canon XLIX: Si qvis Episcopus aut Presbyter in unâ initiatione non tres immersiones, sed unam duntaxat, qvæ in Mortem Domini detur, peregerit, deponitor. Cujus Canonis occasione Castaldus in suo Candelabro Aureo Cap. de Baptismo pag. 43. scribit. Nota summoperè, qvod si puer sit trinâ mersione baptizandus, oportet ne baptizans intendat per trinam mersionem illam baptizare, sed per unam, qvæ trinam continet: qvia aliàs si puer ante Secundam vel Tertiam Mersionem moreretur, non esset baptizatus, & citat ibi Thomam, Cajetan. Paludam. Sylvestr. &c. Egregia sanè Theologia Sacramentalis.

Caput XXV.
DE EXCOMMUNICATIS GRÆCIS.

§. ccccxiv.

MOre apud Græcos receptum est, nimium prævaricantes ab Ecclesiæ consortio removere, (A) ob illud Pauli, sic sonantis: Vobis & meo Spiritu congregatis, tradite ejusmodi hominem Satanæ, & aliud: Increpa illos severè. Qvam consvetudinem exemplo aliqvo declaratam dabimus. Fingamus enim nobis fieri. Homo

ειν λόγου: Τὶς ἄφρων ἐψευδομαρτύρησεν, ἢ ἑτέραν ἀδικίαν ἔφερέ τινι ἀνθρώπῳ, Ὁ δὲ ἀδικούμενος ἄνθρωπος, ἐκάλεσε τὸν ψευδομάρτυρα ἔμπροσθεν ἱερέως τινὸς, ἢ Ἐπισκόπου τινὸς, καὶ ἐπυνθάνετο ὁ Ἐπίσκοπος παρὰ τοῦ ψευδομάρτυρος, ἢ ἀληθὲς ἔχει ἡ μαρτυρία ἐκείνη, ἢ οὔ. Ὁ δὲ ψευδομάρτυς ἐβεβαιοῦτο τὴν ψευδομαρτυρίαν αὐτοῦ· τότε ὁ Ἐπίσκοπος ἢ Ἱερεὺς ἐνδύεται τὰ ἱερατικὰ ἐνδύματα, κἂν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τύχῃ, κἂν ἀλλαχοῦ, ἅτινα ἐνδύματα σημαίνει τὴν ἄλησιν καὶ τὴν Κοκκίνην χλαμύδα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ ἐστὶ τότε ὁ Ἐπίσκοπος ἢ ὁ Ἱερεὺς ἐκεῖνος τύπος Χριστοῦ, διὰ τῶν Ἱερῶν ἐνδυμάτων, καὶ διὰ τῆς χάριτος, ἣν ἔλαβεν ἀπὸ τῶν Ἐπισκόπων, καὶ κελεύει στῆναι τὸν ψευδομάρτυρα, κατέναντι αὐτοῦ, καὶ ἄρχεται ἀναγινώσκειν ψαλμόν τινα, τὸν λέγοντα; ὁ Θεὸς τὴν αἴνεσίν μου μὴ παρασιωπήσεις, ὅτι στόμα ἁμαρτωλοῦ καὶ Δολίου ἐπ᾽ ἐμὲ ἠνοίχθη, καὶ τὰ ἑξῆς τούτου τοῦ ψαλμοῦ, καὶ ἑτέρας τινὰς εὐχὰς, καὶ τότε λέγει, κατὰ τὴν ἐξουσίαν ἣν ἔδωκεν ὁ Χριστὸς τοῖς Ἀποστόλοις, λέγων. Ὅσα ἂν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμμένα καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ. Καὶ ὅσα ἂν δήσετε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα καὶ ἐν

qvidam ſtultus falſum perhibuit teſtimonium, aut aliam aliqvam injuriam alicui intulit: & ideò ab eo, qvi injuriâ hâc affectus eſt, ad Sacerdotem vel Epiſcopum citatur. Ex eo qværit Epiſcopus: Sitne veritati teſtimonium illud conſonum nec-ne? Qvòd ſi igitur falſi teſtimonii faber hic, qvæ mendaciter eloqvi non eſt veritus, ea multis ad hæc argumentis conatur tueri, tum Epiſcopus aut Sacerdos, ſive intra, ſive extra Eccleſiam extiterit, Sacerdotales veſtes induit. Veſtimenta autem hæc Chriſti captivam deductionem, coccineam Chlamydem & reliqva repræſentant. Et propter illa ipſa, ſicuti & propter Spiritualem ab Epiſcopo in ſe derivatam gratiam Sacerdos Chriſti perſonam refert. Atqve hic iſto modo falſi teſtimonii fabricatorem in conſpectu ſuo jubet conſiſtere, & incipit prælegere eidem Pſalmum hunc, qvi hæc verba continet: Domine Laudem meam ſilentio non involves, nam apertum eſt os peccatoris & doloſi contra me. Qvibus & cætera, qvæ in hoc Pſalmo ſeqvuntur, & alias nonnullas Orationes ſubjungit. Ultimò autem in hæc Verba prorumpit. Vigore illius poteſtatis, qvam CHRISTUS Apoſtolis ſuis conceſſit, dicens: Qvæcunqve ſolveritis in terrâ, ſoluta erunt & in cœlo, & qvæcunqve ligaveritis in terrâ,

ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ κατὰ τὴν ἐξουσίαν, ἣν ἔδωκαν οἱ Ἀ-
πόστολοι τοῖς Ἐπισκόποις, καὶ οἱ Ἐπίσκοποι ἔδωκαν
ἐμοί, κατὰ ταύτην τὴν ἐξουσίαν ἀφορίζω σε, ἔσῃ ἀ-
συγχώρητος καὶ ἀφωρισμένος ἀπὸ τοῦ πατρὸς,
καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ ἀπὸ τῶν ἁγίων
τριακοσίων καὶ δεκαοκτὼ Θεοφόρων Πατέρων, τῶν ἐν
Νικαίᾳ, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν ἁγίων, καὶ ἔσται τὸ μέ-
ρος σου μετὰ τοῦ Διαβόλου, καὶ τοῦ Ἰούδα, καὶ ἔσῃ μετὰ θά-
νατον ἄλυτος αἰωνίως, ὡς αἱ πέτραι καὶ τὰ σίδηρα, εἰς
μαρτύριον, ἐὰν μὴ μετανοήσῃ, καὶ μετὰ ταῦτα
ἀποπέμπει ἐκεῖνον· καὶ μετὰ ταῦτα ἐκεῖνος ὁ
ψευδομάρτυς ἐὰν μὴ μετανοήσῃ βαλεῖν με-
τάνοιαν τῷ ἀντιδίκῳ ἐκείνου, καὶ ἀποθάνῃ, μετὰ ἓν ἔτος,
εἰώθασιν οἱ Ἕλληνες ἀνορύττειν τοὺς τάφους τῶν νεκρῶν,
καὶ οὕτω κατὰ τὸ ἔθος ἀνορύττουσι καὶ τὸν τάφον τοῦ ψευδο-
μάρτυρος, καὶ εὑρίσκουσιν ἐκεῖνον, σῶον, καὶ Μέλανα
ὅλον τὸ σῶμα, καὶ σὺν θριξί, οἱ δὲ ὄνυχες αὐτοῦ λευκαί·
καὶ ἐκβάλλουσιν ἔξω ἀπὸ τοῦ τάφου, καὶ στηρίζουσιν ἐκεῖ-
νον ὀρθὸν ἔν τινι τοιχίῳ, καὶ ἵσταται στηριγμένος ἐξ αὐτοῦ,
ὡς ξύλον στερεόν, καὶ ἐὰν τύψῃ τις τὴν γαστέρα ἐκείνου,
ἠχεῖ ὡς τύμπανον, καὶ τούτου ἕνεκα καλεῖται Τυμπα-
νιαῖος, καθάπερ ὁ Κασσιανὸς ὁ Ἰσοειχὸς ἐν ταῖς

Ἰσο-

râ, ligata qvoqve erunt in cœlo, qvamqve ab Apoſtolis acceptam Epiſcopi mihi dederunt. Vigore hujus, ajo, poteſtatis, excommunico te, erisqve excluſus & ſegregatus à Conjunctione Patris, Filii, & Spir. S. nec non à Communione Trecentorum & Octodecim Spiritu Dei Actorum Patrum illorũ Nicææ congregatorum, omniumqve Sanctorum, & erit ſors ſ. portio tua cum Diabolo, & Juda, qvin vitâ hâc defunctus in æternum in cineres non reſolveris; ſed inſtar lapidis & ferri æternum compactus jacebis, idqve in teſtimonium, niſi reſipueris. Qvibus finitis falſum teſtem à ſe dimittit Epiſcopus. Qvod ſi igitur falſi hujus teſtimonii confictor, ad mentem ſaniorem non reverſus, nec cum Adverſario per antecommiſſorum deprecationem reconciliatus, intereà autem mortuus fuerit; pro conſvetudine Græcis familiari, qvo anno uno elapſo mortuorum ſepulchra effodiunt, hujus qvoqve falſi teſtis monumentum aperiunt, repertoqve eo adhuc integro, & qvà totum Corpus, nec capillis exceptis, nigro, qvà ungues verò albo, monumento ejiciunt, erectumq; in editiori aliqvo loco collocant; & conſiſtit, nemine etiam fulciente, firmiter erectus, ſolidi ad modùm ligni. Si verò aliqvis ventrem ipſius percutiat, ſonum edit veluti tympanum aliqvod, qvâ de Cauſa etiam Τυμπανιαῖος, ſ. Tympaniticus (B) vocatur. Qvemadmodum & ipſe

§. CCCCXV.

Ἱστορίαις αὐτοῦ καλεῖ τινα ἀφωρισμένον Τυμπανιαῖον. Ὁ δὲ νοῦς οὕτως ἔχει. οὗτος ὁ Κασσιανὸς ἐστὶν Ἕλλην παλαιὸς Ἱστορικὸς, καὶ γράφει ἐν ταῖς ἱστορίαις αὐτοῦ, ὅτι ἐγένετο ποτὲ μερικὴ Σύνοδος εἴς τινι τόπῳ ἑκατὸν Ἐπισκόπων, καὶ πάντες ὀρθῶς ἔλεγον, εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν ἐναντίετο πᾶσι. Τότε ἐκεῖνοι ἀνεθεμάτισαν ἐκεῖνον, καὶ οὕτω τέθνηκεν ἀφωρισμένος, καὶ ἔμεινε τὸ σῶμα ἐκείνου ἑκατὸν ἔτη δεδημένον ὡς σίδηρον. Μετὰ δὲ ἑκατὸν ἔτη ἐγένετο πάλιν σύνοδος μερικὴ ἐκεῖσε ἑκατὸν Ἐπισκόπων. Τότε ἐκεῖνοι οἱ Ἐπίσκοποι εἶπον ἀλλήλοις: Ὁ Ἀναθεματισμένος Ἐπίσκοπος ἐκεῖνος ἥμαρτεν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ἠφώρισεν ἐκεῖνον ἡ Ἐκκλησία, τὸ λοιπὸν καὶ ἡμεῖς ἐκκλησία ἐσμὲν, καὶ συγχωρήσωμεν ἐκεῖνον, ἐπειδὴ ἀνθρώπινόν ἐστι τὸ ἁμαρτάνειν, καὶ συνεχώρησαν ἐκεῖνον, καὶ αὐτίκα μετὰ τὴν προσευχὴν ἐσεάφη εἰς κόνιν ὁ ἑκατὸν ἐτῶν ἄλυτος. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἐνίοτε γίνεται, καὶ σήμερον ἐν τῇ Ἑλλάδι. Ὅταν τύχῃ καὶ εὑρεθῇ ὁ ἐχθρὸς τοῦ Ἀφορισμένου, καὶ θέλει συγχωρεῖν ἐκείνῳ, διὰ τὸ μνησθῆναι τοῦ Ἰούδα τοῦ Βασιλέως τῶν Ἑβραίων τοῦ θυσιάσοντος ἕνεκα τῶν νεκρῶν· λέγοντες; Τὸ Βιβλίον οὐκ

Cassianus Historicus (C) in Historiarum suarum monumentis Excommunicatum qvendam Tympaniæum expressis verbis appellat. Id qvod hâc ratione debet intelligi. Cassianus hîc ex antiqviorum Græcorum Historiographorum censu non postremus, in Historia sua refert, Synodum aliqvam particularem centum Episcopis constantem, in certo aliqvo loco aliqvando congregatam esse, cunctisqve concordibus suffragiis nonnihil, idqve rectâ ratione fultum decernentibus, unicum, qvi reliqvis omnibus sese pertinaciter opposuit, surrexisse. Qvi cum anathemate ab illis percussus, atqve sic mortuus esset, corpus ejus, veluti ferrum, compactum & solidum centum annos duravit. Centenis autem illis annis elapsis, denuò ibidem locorum Synodus aliqva partialis centum Episcoporum fuit celebrata, ubi Episcopi in hæc verba prorupére: Episcopus hic anathemate damnatus, in Ecclesiam peccavit, ideoqve ab eâdem excommunicatus est. Cæterùm cum & nos constituamus Ecclesiam, & peccare humanum esse consideremus, commissum peccatum illi condonabimus. Atqve ita ipsi delictorum gratiam fecerunt. Qvod simul ac præstitére, post fusas ad Deum preces, qvi centum annos integer perstiterat, extemplò in cinerem conversus est. Idem qvoq; etiamnum non raro in Græciâ cõtingit. Qvando enim Excõmunicati Adversari9

ἐςὶ κανονικὸν, ἀλλ' ὅμως ἐςὶν ἅγιον, πορεύεται εἰς τὸν Ἱερέα, καὶ λέγει τὴν ὑπόθεσιν, τότε ὁ Ἱερεὺς ἐνδύεται τὰ ἱερατικὰ ἐνδύματα, καὶ ἀναγινώσκει τινὰς προσευχὰς, καὶ ὁ ἐχθρὸς τοῦ ἀφορισμένου ἀποκρίνεται, λέγων· Ὁ Θεὸς συγχωρήσει αὐτῷ, καὶ οὕτως λύεται καὶ νῦν ὁ Ἀφορισμένος· ἵνα δὲ μὴ ἀπιςῆσαι δύνασθε, καὶ ἔξεσιν ὑμῖν λέγειν τοῖς ἐμπόροις ὑμῶν, ἵνα ἐρωτήσωσιν ἐν τῇ παλαιᾷ Πάτρᾳ, ἐν Θεσσαλονίκῃ, ἐν Κωνςαντινοπόλει, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ ἀλλαχόθεν, ἐρωτᾶν, καὶ περὶ τούτου τοὺς Ἕλληνας τοὺς ἐν τῇ Ἀγγλίᾳ ὄντας, καὶ λέξουσι τὴν ἀλήθειαν.

AD CAPUT
DE EXCOMMUNICA-

p. ccccxvi. Duo ἐπιτιμίων genera.

(A) *MOre apud Græcos receptum est, nimium prævaricantes ab Ecclesiæ consortio removere.)* Ut hæc verba & totum qvoqve caput melius intelligatur, nota ex Goar p. 669. Duo fuisse ἐπιτιμίων, si de illis amplè satis & communiter fiat sermo, genera. Unum qvidem, qvo non tantum Sacramentorum & precum consortio cuncto qvis privaretur, & ab Ecclesiâ velut membrum putridum exularet, sed etiam pœnitentium cœtu ejectus, percussus anathemate, diris devoveretur, &, ut in excom-

adeſt, Excommunicato (eò, qvòd Judæ, Hebræorũ Regis pro mortuis Sacrificia offerentis recordetur) veniam commiſſorum dare volens, & ita apud animum ſuũ cogitans: Liber hic qvidẽ inter Canonicos ſedem non invenit, interim tamen Sacrorum Librorum numero non eſt excluſus; accedit Sacerdotẽ, eiq; animi ſui propoſitum explicat; qvo intellecto, Sacerdos, Sacro habitu indutus, orationes aliqvas legit, ad qvas Excõmunicati Adverſari⁹ reſpondet: Deus erit illi propitius. Qvo ipſo (E) Excommunicati Corpus hodienũ in Cineres reſolvitur. Ne verò verbis meis fidem detrectare habeatis neceſſe, rogate ſultis, Mercatores veſtros, ut, & in Veteri Patra, & Theſſalonicæ, & Conſtantinopoli, & Alexandriæ, & alibi, in dictorũ Veritatẽ inqvirant; aut de his ipſis homines Græcos in Angliâ degentes ipſimet interrogatote, qvi rem omnem, uti ſeſe habet, enarrabunt.

XXV.

TIONE.

communicatione majori nunc dicta, Sathanæ traderetur: aliud verò qvod in pœnitentium numerum reos aggregabat, ſed vel eos primò diu crimina in Eccleſiæ veſtibulo, ἐν νάρθηκι in ferulæ & mulctæ loco, plangere ſineret, vel DEI verbum audire permitteret, vel certè ejiceret precibus & manuum impoſitioni ſubſternendos, aut tandem inter fideles eis daret orationis locum, non tamen offerendi vel ſacra-

menti ſuſcipiendi poteſtatem faceret, qværi meritò poteſt, qvibus ex hiſce pœnis tollendis hæc oratio proficua ſit? Reſpondeo, qvod cum absqve ullo diſcrimine ἐπιτίμια in numero multitudinis connotet ejus titulus, etiam omni penitus pœnæ abrogandæ illam apud antiqvos ſuffeciſſe. At cùm pœnitentiæ publicè ineundæ mos exoleverit, & è qvatuor ejus gradibus Numeratis, qvartus tantùm ſuperſtes ſit apud Græcos, qvo etiamnum hodiè ab Euchariſtiæ ſumptione peccatores qvosdam arcent; ut ejus ſumendæ juri illos reſtituant, illam eandem orationem robur omne ſuum huc usqve conſervaſſe, eamqve adhuc vim habere, ut eâ lectâ excommunicatus Eccleſiæ reconciliari poſſit, dicendum eſt: qvamvis huic propoſito accommodatiores videantur, qvæ inter varias lectiones ſe offerunt, qvarum prima abſolvendo ab Epiſcopo Sacerdot, aliæ verò duæ cuiqvam alii à Sacerdote relaxando idoneæ conſpiciuntur: licet qvi ex Epiſcoporum indulgentiâ, vel precibus Martyrum, vel tempore ad præſcriptum terminum devoluto ab onere pœnitentiæ ſibi impoſitæ liberabantur non niſi Epiſcopi juſſu, præſentiâ precibus & manus admotione ſolemniter & publicè Eccleſiæ reſtituerentur, juxta Canonem Concilii Carthaginenſis apud Balſamonem ſeptimum: τὸ καταλλάξαι εἰς δημοσίαν λειτουργίαν, ἐπισκόπων ἐστί. In publicâ miſſâ pœnitentes reconciliare, Epiſcoporum eſt: Et juxta Leonem Papam epiſtol. 91. his verbis ſcribentem: Mediator Dei & hominum homo Jeſus Chriſtus, hanc præpoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatem, ut & confitentibus actionem pœnitentiæ darent; & eoſdem ſalubri ſatisfactione purgatos ad communionem Sacramentorum per januam reconciliationis admitterent. Reconciliationem autem illam publicam fuiſſe in publicè pœnitentibus declarat Hieronymus dialogo adverſus Luciferianos paulò poſt initium. Sacerdos qvippe (Epiſcopum intelligit) pro Laico offert oblationem, ſuam imponit manum ſubjecto, reditum Sancti Spiritûs invocat: atqve ita eum, qvi fuerat traditus Satanæ interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus fieret, indictâ in populum oratione altario reconciliat: nec priùs unum membrum reſtituit ſanitati, qvàm omnia ſimul membra confleverint. De qvibus alii plura: Nos etiam recentiores Græcorum uſus exponere meditati, qvod jam annotavimus, è qvatuor pœnitentium gradibus, poſtrè-

ſtremum, qvi Conſiſtentium eſt, ſeveriſſimè obſervari animadvertimus. paucaqve effluxerunt ſecula, ex qvo Arſenius Michaelem Palæologum ſi non diris devovit, nec nomen ejus è Diptychis obliteravit, à Sacramentis tamen percipiendis repulit: ὁ δὲ μετρίως τὴν ἐπιτίμησιν ἐνεγκὼν ἐφ᾽ ἱκανὰς ταῖς ἡμέραις ὑποπιπτικῷ διέμεινε χρώμενος σχήματι, καὶ λύσιν τῆς ἐπιτιμήσεως ἀνέμεινεν. At ille mulctam moderatè ferens, compluribus diebus in ſupplici geſtu & habitu perſeveravit, & cenſuram enodandam præſtolatus eſt. Hunc qvoqve pœnitentiæ rigorem ſubiiſſe Leonem cognomine Sapientem jus Græco-Romanum refert p. 104. Hanc eandem ſacram diſciplinam huc usqve obſervatam plura loca Juris Græco-Romani teſtantur pag. 183. 184. 224. 342. 306. 396. Blaſtares cap. 9. τοῦ Δ. ςοιχείου: & c. 6. 7. & 8. τοῦ Φ. ςοιχείου. Hæc Goar l. c.

§. CCCCXVIII.

Qvandoqvidem autem Goar è qvatuor Pœnitentium gradibus Conſiſtentium meminit. Juvat omnino hîc ex Leonis Allatii *Diſſertat. de Narthece Veteris Eccleſiæ* breviter & ſummariè, qvæ ipſe fuſiùs pertractat, cognoſcere, qvinam gradus pœnitentiæ fuere apud veteres. In qvatuor autem ordines, inqvit Matthæus Blaſtarius, dividebantur pœnitentes apud Allat. de Narthec. p. 96. *in Deflentes, Audientes, ſuccumbentes, & conſiſtentes.* Verba Græca ita ſonant: εἰς τέσσαρας δὲ τάξεις οἱ μετανοοῦντες διῄρηνται, εἰς τοὺς προσκλαίοντας, τοὺς ἀκροωμένους, τοὺς ὑποπίπτοντας, καὶ τοὺς συνισταμένους. Fuêre itaqve qvatuor gradus pœnitentium πρόσκλαυσις, ἀκρόασις, ὑπόπτωσις & σύστασις, *Luctus, auditio, ſuccumbentia & ſtatio.* Baſilius Magnus Canon XXIV. de fornicatoribus: *Eſt autem in qvatuor annis præfinitum Fornicatoribus ſupplicium. Oportet autem eos anno primo à precibus expelli, & ipſos deflere ad fores Eccleſiæ; ſecundo autem ad auditionem admitti; tertio admitti ad Pœnitentiam; qvarto ad congregationem cum populo, abſtinentes ab oblatione; deinde eis permitti boni communionem.* Canon LVII. de eo, qvi non voluntariè interfecit: *Qvi non voluntariè interfecit, undecim annis ſacramentis non communicabit. Undecim autem anni ſic in eo diſpenſabuntur, duos qvidem annos deflebit; tres inter auditores perſeverabit; in qvatuor ſubſtratus, & anno ſolùm conſiſtet; & deinceps ad ſacra admittetur.* Προσκλαίοντες Deflentes erant, qvi, admiſſo peccato, extra Eccleſiam ſtantes, cum luctu & lacrymis eos, qvi Eccleſiam ingrediebantur, ſupplices exorabant,

Pœnitentes dividuntur in qvatuor ordines, in Deflentes, Audientes, Succumbentes, & Conſiſtentes.

Deflentes qvinã erãt

bant,ut pro ſe miſericordiam DEI elicerent. Thaumaturgus epiſt. Canon. Canon. XI. *Fletus, ſeu luctus, eſt extra portam oratorii, ubi peccatorem, ſtantem oportet fideles ingredientes orare, ut pro ſe precentur.* Baſilius Magnus Canon. LVI. *Viginti autem anni ſic in eo diſpenſabuntur: debet qvatuor annis deflere, ſtans extra fores oratorii, & fideles ingredientes rogans, ut pro ipſo precentur, ſuam iniqvitatem pronuncians.* Deflentes itaqve extra eccleſiam, pro patratis ſceleribus, fideles Eccleſiam ingredientes deprecabantur, ut Deum ſibi propitium redderent, & is delicta commiſſa condonaret: ſtatioqve illis erat cum excommunicatis, hæreticis, gentibus, facinoroſis, contumacibus, & qvos ſupra retulimus, energumenis: qvibus cum eccleſia interdiceretur, ſolemnis ille locus habebatur; qvi non alius erat, qvàm ipſius Eccleſiæ porticus, ſive veſtibulum. Poſtqvam enim à ſacris dimiſſi Catechumeni, aliiqve pœnitentes, extra Eccleſiam ſeſe conferebant, neceſſe erat, ut locus ille percommodus aſſignaretur, qvi eos à pluviis, & ſolis ac tempeſtatis æſtibus, defenderet; qvalem nobis ex oratione Panegyricâ de Eccleſiarum ædificatione Euſebius in Eccleſiaſticâ hiſtoria dicto loco repræſentavit.

Audientes qvinā erāt?

Ἀκρεώμενοι *Audientes ſive Auditores* erant, qvi in Narthece ſtantes, non in Propylæo, ſeu porticu templi, divinas tùm veteris, tùm novi fœderis Scripturas, & de Fide noſtrâ conciones, à Præſulibus aliisqve habitas, audiebant; qvibus finitis, unà cum Catechumenis à Narthece extra Eccleſiam egrediebantur. Baſilius Magnus Canon. LVI. *Poſt qvatuor autem annos inter auditores recipietur, & qvinqve annis cum ipſis egredietur.* Can. LXXV. *Poſtea autem alio triennio ad ſolam auditionem admittatur, & ſcripturam ac doctrinam audiens ejiciatur, & nec oratione dignus habeatur.*

Qvid ſit ὑπόπτωσις

Ὑποπίπτοντες *Succumbentes*, qvi inter Eccleſiæ ſepta manebant, & cum Catechumenis egrediebantur; qvod Baſilius Magnus Can. XXII. & alibi; δεχθῆναι εἰς μετάνοιαν dixit Thaumaturgus: *Subjectio autem ſive ſubſtratio eſt, ut intra templi portam ſtans cum Catechumenis egrediatur. Baſilius Magnus Can. LVI. Septem autem annis cum iis, qui in ſubſtratione orant, egreditur.*

Qvid vero ὑπόπτωσις ſit, in ipſis Canonum expoſitoribus nondum comperi: ex Dionyſio tamen Areopagitâ colligo, de eccleſ. Hierarch. cap. V. nihil aliud eſſe, qvàm genuum flexionem, unà cum

cum ipsius corporis incurvatione; ea namqve ratione pœnitens submittit se, succumbitqve expurganti. *Communia qvidem sunt & Pontificibus, & Sacerdotibus, & Ministris, cùm cooptantur & consecrantur, accessus ad divinum altare & substratio.* Et infra: *Ad divinum itaqve altare accessus & substratio innuit* : Et: *Sacerdos autem flexus ante sanctum sanctuarium utrisqve genibus.* Et: *Minister vero genu altero flexo.* Nec aliud voluisse Dionysium, habeo ex Maximo in Scholiis: *Hypoptosis genuum flexio*; idq; probabilissimâ ratione. Basilius cap. XXVII. ad Amphilochium, de Spiritu Sancto: *Porrò in unâqvâqve genuflexione, & assurrectione, re ipsâ ostendimus, qvod etiam propter peccatum in terram delapsi fuimus, & per ejus, qvi nos creavit, clementiam in cœlum revocati sumus.* Συνεςῶτες sive συνιςάμενοι *Consistentes*, ii vocabantur, qvi cum aliis fidelibus stantes orabant, needum tamen ad sacramenta admittebantur. Preces enim fideles stantes peragebant, non solùm tanqvam qvi cum Christo consurrexerunt, &, qvæ supra sunt, qværunt, sed qvod etiam seculi, qvod expectatur, viderentur imago; ut Basilius tradit cap. XXVII. ad Amphilochium de Spiritu Sancto, & Balsamo, Scholiis in eundem: & qvamvis ibi de Dominicâ & Pentecoste sermo sit, referri tamen & ad alia possunt. Basilius: *In qvâ rectam orationis figuram præferre nos Ecclesiæ ritus docuêre.* *Addit Balsamon: Mentem nostram veluti excitantes à terrenis ad cœlestia, per evidentem & manifestam admonitionem. Per rectam enim figuram sursum aspicientes, futurorum & cœlestium admonemur.* Refert Balsamon in Can. IV. Thaumaturgi nonnullorum fuisse sententiam, consistentiam cum fidelibus, sacramentorum qvoqve participationem tacitè seqvi. Neqve ipse videtur ab hâc sententiâ alienus, cum in Can. XIX. Laodiceni Concilii tradat: *In pœnitentiâ sunt, qvibus propter peccata pœna injuncta est, qvi etiam sanctâ communione digni habentur.* Sed id omninò falsum esse, pluribus evincitur. Primò, semper Canones Patresqve cæteri, Consistentiam istam à Sacramentorum participatione separant: eam namqve dicunt esse faciendam χωρὶς προσφορᾶς, χωρὶς κοινωνίας, χωρὶς ἁγιασμάτων, χωρὶς μεταλήψεως & sexcenta alia. Adde, si stantes isti, corporis & sanguinis Christi participes essent, statio ista neqve pœna esset, neqve diceretur; cùm nullum pœnitentium & reliqvorum piorum fidelium discrimen cerneretur. Et tamen Pœnitentes hi, stantes, orantesqve cum aliis, ἐν ἐπιτιμίοις

Consistentes qvinã erãt

 esse

esse dicuntur, tempusq; in illis moræ præscribitur. Non ergò possident, qvidqvid alii fideles non pœnitentes habent, & in aliqvo illis inferiores judicantur: id non fuerit aliud, qvàm privatio Sacramentorum; qvæ inter pœnas Ecclesiasticas non infimum locum obtinebat. Basilius Magnus Canon. XIII. *Rectum autem fortè erit consulere, ut, qvi sunt manibus non puris, sola trium annorum communione abstineant.* Σύστασις ista dicebatur præterea σύναξις, qvod una cum reliqvis fidelibus congregarentur. Stabant itaqve extra Ecclesiam in porticu, si aderat, Deplorantes, cum aliis desperatæ salutis hominibus; in Ecclesiæ foribus Hypodiaconi; in Narthece propè portas Catechumeni: primò qvidem audientes, & Pœnitentes; postmodum competentes, vel genua flectentes: seqvebantur Energumeni; sed non Hyemantes, qvi extra Ecclesiam erant: Energumenos excipiebant ex pœnitentibus audientes; tùm demum substernentes se; reliqvi fideles, & Pœnitentes qvoqve consistentes; & Monachi in Nao.

§. CCCCXIX. Si qvis dicat subsecutis post Apostolos eorumqve discipulos temporibus, similia in desvetudinem abiisse, aliaq; eorum loco introducta; idqve ex Patrum monumentis colligi; non moror: nemo id inficias eat. Sed nos Narthecen antiqvissimum, illiusqve usum vetustissimum, non rerum in eum introductarum seriem, descripsimus. Eum porrò non semper eundem fuisse, sed alium atqve alium pro opportunitate temporis, alii ante me etiam ex antiqvissimis observarunt. Tertullianus lib. de Præscript. adversus Hæreticos cap. XLI. *Qvis Catechumenus, qvis fidelis, incertum est, pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant. Et Zonaras in Can. XIX. Laodicen. Verum hoc tempore, qvæ ad Pœnitentes spectant, nescio qvomodo intermissa obsoleverunt.* Et hæc de antiqvioribus. Qvid de recentissimis? Nihil intactum reliqvum est, sed omnia ludibrio temporis cesserunt. Audi Simeonem Thessalonicensem opusculo contra hæreses: *Educantur itaq; Catechumeni, ii etiam, qvi post Baptismum lapsi sunt, & divinam fidem ejurarunt, & illi qvoqve, qvi, fraterno sanguine impiati, cædem patrarunt, aut alia facinora perpetrarunt, qvæ omnes à communione arcent. Qvi unà simul omnes foras protrudebantur cum exeuntibus Catechumenis. At nunc ob persecutiones, & freqventes rerum turbas, id per commodum fore Patres existimassent. Catechumeni, Apostatæ & Sicarii*

rii extra pelluntur. Ceteri, si baptismo solum insigniantur, separatim relinqvuntur, pœnitentiam eorum spiritualibus Patribus procurantibus. Hi verò, qvi extruduntur, sese sistunt in Narteclbus, aut in Catechumeniis, dum tremenda mysteria peraguntur. Nartheces porrò sunt, vel templorum initia, vel Catechumenia, vel domus ipsa Catechumenorum: qvæ ideò excogitata sunt, ut & hi auditu tantummodo & visione divinorum fiant participes, labiis verò & linguâ fidem profiteantur, & pietatis verba concinant: stationis verò, precumq; fidelium non communicant, cùm adhuc sint sejuncti, & separati. Si itaqve statione & supplicatione, qvæ in Missâ habetur, indigni sunt, multò magis, qvàm maximè tremendæ communionis, fuerint. An hîc aliqvid est, qvod cum antiqvo Narthece conferas? Planè omnia novam faciem, à vetustâ illâ qvam diversissimam, induerunt. Illud etiam hîc obiter observandum est, Pœnitentes, exsolutis pœnis, qvæ ipsis erant impositæ, modoq;, præscribente, qvicqvid ad perfectam pœnitentiam reqvirebatur, absoluto, in gratiam cum aliis piis fidelibus redeuntes, communione corporis & sangvinis Christi, à qvibus tantoperè abstinuerant, dignos effectos, uti reliqvos Divinæ Legis cultores fuisse pertractatos. Et hæc in genere de gradibus Pœnitentiæ sufficiant, qvæ L. Allatius l. c. à p. 94. ad p. 112. fusè explicavit.

Vis autem nosse discrimen inter pœnitentes & excommunicatos, evolve *Gabrielem Albaspineum cap. 4. lib. Observat. pag. 99. seqq.* Summa hæc est: Inter excommunicatos & fideles mediâ qvasi viâ incesserunt pœnitentes, & communionis veluti candidati vocari poterant: nam qvamvis jure societatis fidelium carerent, non propterea vagi, non exules, non incerti ut excommunicati imò securi confidebant, si æqvo animo & patienter impositas pœnas tolerassent, sibi DEUM fore misericordem &c. Redolere videtur hoc negotium satisfactiones meritorias, qvas Ecclesia pro autoritate imposuit seculis posterioribus, & sæpissimè satis rigorosè. His præmissis accedamus jam ad Auctorem nostrum.

Repertoq; eo adhuc integro.) De his ita Goaris Euchologium p. 688. Veluti enim mortem secuta corporis integritas in justis à peccati pœna exemptionem & immunitatem, sic & in flagitiosis & ab Ecclesiæ communi convictu segregatis summam in eos DEI indi-

gnationem arguit. Græci itaqve si qvæ post mortem in terram non soluta corpora reperiant, hæc vel sanctorum reliqvias vel perditorum hominum & excommunicatorum horrenda cadavera opinantur. Reliqvias qvidem sacras, si svavem exhalent odorem, aliqva decoris luce præfulgeant, nec qvicqvam horroris præmonstrent. Abominanda segregatorum cadavera, si, ut ipsi ajunt, τυμπανικά ad tympani morem turgentia, nigra deformia appareant. Nec judiciis falluntur. Longâ enim apud eos compertum est experientiâ, excommunicati cujuslibet corpus post mortem non putrescere: pluresq; reperi de auditu & visu testes, cadavera hujusmodi incorrupta, in terram suam absolutione acceptâ, sub omnium oculis mox ut ligone à Pontifice percussa fuerant, redacta fuisse affirmantes. Id nec Latini Græcorum abusûs, errores & apocrypha alioqvi subsannare soliti, ubi inter eos habitant, falsitatis arguunt, imò ut toleratæ in eis Ecclesiasticæ potestatis argumentum suscipiunt. Hæc d l. ubi idem declarat exemplo è Turco-Græc. M. Crusii, qvem vide l. 1. p. 27. & 28. & pag. 151.

§. CCCCXX. (B) Τυμπανιαῖος.) Hîc annotare è re erit, qvæ habet *Leo Allatius Epist. de qvorundam Græcorum opinationibus §. 12. p. 142.* Burcolaccâ (alii Buthrolaccam vocant in genus humanum nihil excogitari potest immanius aut perniciosius. Nomen est inditum à fœditate. Βȣ́ρκα limus est, non qvilibet, sed qvi jam putrescenti aqva maceratus, pessimam exhalat. Mephitim, ut ita dicam. Λάκκος fossa, seu cavea, in qva similis limus fovetur. Est porrò pessimi hominis & facinorosi, sæpeqve etiam ab Antistite suo excommunicati cadaver, qvod non ut reliqva demortuorum corpora defossa dissolvuntur atq; in pulverem abeunt, sed qvasi ex firmissima pelle constaret, per omnes sui partes intumescit, atqve distenditur, ut vix flecti aliqvâ sui parte possit; sed cutis, tanqvam tympanum, extensa, eundem ac tympanum, si pulsatur, sonum edit; qvare & τυμπανιαῖος dicitur. Corpus sic deformatum, Dæmon ingreditur, & miseris mortalibus infortunium parit. Sæpe enim sub eo cadavere è sepulchro egressus & per urbem & alia loca habitata circumiens, & noctu potissimùm, ad qvam sibi libuerit ædem, confertur, pulsatisqve foribus, aliqvem ex accolis ædis, voce sonora compellat.

lat. Si responderit, actum jam est de eo: altero enim die mortem obit. Si non responderit salvus est. Hinc in ea insula cives omnes, si noctu ab aliqvo compellantur, nunqvam primâ vice respondent: nam, si secundò compellatus fuerit, jam, qvi qværit, Burcolacca non est, sed alius. Eamqve pestem adeò exitiosam mortalibus esse dicunt, ut interdiu etiam, & meridie ipso, non intra ædes tantùm, sed in agris, & viis mediis, & sepibus vinearum, prætereuntes aggrediatur, & aspectu solo ac visu conficiat, non verbis tantummodò & contactu enecet. Homines ipsi, qvi viderunt, si alloqvantur, spectrum disparet; qvi locutus est, moritur. Qvare cives, cùm vident homines, nullâ grassante infirmitate, in tantâ copiâ emori, suspicati qvod est, sepulchra, in qvibus recens defunctus, sepultus est, aperiunt; aliqvando statim, aliqvando etiam tardiùs, cadaver nondum corruptum, conflatumqve comperiunt: qvod è sepulchro extractum, precibusqve effusis à Sacerdotibus, in rogum ardentem conjiciunt; & nondùm completâ supplicatione, cadaveris juncturæ sensim dissolvuntur, & reliqva exusta in cineres convertuntur. Alii Dæmonem esse, qvi figuram demortui hominis induerit, opinantur, sub eaqve homines, qvos ipse vult, conficere. Hanc opinationem ex populi animis evellere conati sunt, non veteres modò, (neqve enim nupera est, aut hodie nata in Græcia, hæc opinio) sed etiam recentiores pii homines, qvi Christianis à confessionibus sunt. *Dehinc, adducto certo loco incerti auctoris Nomocanonis: p. 144. 145.* talem adjicit ἐπίκρισιν. Qvamvis verum sit, defunctum nunqvàm fieri Burcolaccam, spectrum nempe illud, ex corpore defuncti & Dæmone compositum, attamen negari non potest, sæpissimè mortuorum animas in loca sibi exosa, ubi tamen nefariè vivendo DEUM contempserant, veluti in carcerem, ad sustinenda præscripta sibi à DEO tormenta, conjici; & sæpiùs etiam in corporibus propriis pœnas exsolvunt. Qvare non erit absonum, DEO ita permittente, animas similium hominum in propria corpora compelli, qvæ Divina vis in illa fœditate conservet, ut primùm ipsæ in illis puniantur; tum demum iræ Divinæ ministræ in alios qvoqve sæviant. Neqve corpus, qvod conspiciunt homines, & igne absumunt, imaginatione, seu secundum phantasiam, videre dicendi sunt, cùm demortui corpus verum verè intueantur, illudqve igni cremandum supponant; neqve, qvi ita credit, supplicio aut pœnâ

 dignus

dignus judicatur, ut perperàm autumat scriptor. Sic qvoqve Dæmon potest sibi corpus ex materiâ, qvæ placuerit, in similitudinem cujuscunqve conformare, adeò ut, qvi phasma viderit, vel juratus etiam contendat, veram oblati sibi hominis imaginem se aspexisse; cùm tamen, qvod viderit, nil sit, qvod reapse consistat, sed à Dæmone tantùm confictum. Potest etiam minore labore corpus demortui arripere, & in illud penetrando, hac atqve illac veluti proprium deferre, agereqve ea per corpus illud, qvæ corpus agere posset, si viveret, qvamvis non ea, qvæ vitalia dicunt. Qvis ergò adeò fatuus est, ut inficias ierit, Dæmonem non posse Burcolaccæ corpus tumens ac fœtidum è monumentis extrahere, & cum eo ambulando, infausta mortalibus prænunciare, & noxam afferre; qvandò ille in Angelum lucis se potest convertere? Qvare demortui anima corpus illud vehere poterit, ac ducere, tamen intus latens, Dæmon, & per urbem, & agros iter habentibus, vel qvibus sibi placuerit, qvos scit aliqvâ ægritudine celeriter morituros, repræsentare; qvandoqve etiam ipse venenato illo cadaveris habitu eos inficere; & ita Numine annuente, mortem accelerat: qvod cum postea igne crematum fuerit, vel aliis supplicationibus è potestate Dæmonis sublatum, & dissolutum, instrumento deperdito, Dæmonis qvoqve vis, illi innixa evanescit. Neqve malè agunt, ubi simile qvid persenserint, si sepulchra perqvirunt, donec inventum cadaver in medium urbis deferunt, & variis precibus devotum, igni absumendum committunt. Preces enim cùm piæ sint, & à piis hominibus excogitatæ, qvas nec improbat scriptor, nullo modo prohibendæ videntur. Aliter nihilominùs sentiendum est de nonnullis aliis, qvibus fanatici qvidam homines, & incantationibus addictissimi, Græci eas vocant γητείας, corrrupto, ut suspicor nomine, à γοητεία, in qvibus multa nefaria inseruntur, &, qvod exsecrabilius est, inter illas easdem preces ex suo cerebro, vel potiùs Dæmonis suggestione multà non sanæ mentis comminiscuntur: nempe, ut cadaver Burcolaccæ, dum preces recitantur, rectum stet, illudqve lignei scipiones sustineant; cùm in ignem ceciderit, sub capite tres lateres certo qvodam modo disponunt, alia etiam veluti reconditiora, & sibi solis nota, exseqvuntur. Et hæc qvidem, qvemadmodum omninò prohibere, & pœnis gravissimis è cœtu hominum eliminare, summæ prudentiæ est, ita & sum-

summæ dementiæ, pernegare, corpora similia incorrupta in monumentis qvandoqve reperiri, & eorum usu, si DEUS permiserit, Dæmonem in genus humanum immania machinari; cùm non desint fide digni testes, qvi ea viderint per multum tempus indissoluta, postmodum Christianorum precibus igne subacta, anteqvàm ignis extingvatur, eorum compagine dissoluta, in cineres abiisse, nec ultra corpus illud, sive Dæmonem sub eo corpore, vel alia illi consimili formâ, in homines sæviisse. Narratur apud *Crusium in Turco-Græcia lib.8.* Sabbatho Pentecostes Turcas combussisse Græcum, biennio antè defunctum; qvod vulgo crederetur, noctu sepulchro egredi, hominesqve occidere; alios autem, veram causam perhibuisse, qvod qvindecim pluresve homines, spectrum ejus videntes mortui sint: sepulchro extractum, consumptâ carne, cutem ossibus adhærentem, integram habuisse. Et forsan non aliud fuerit, qvod *Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus in Constantino Copronymo* narrat; Tanta verò terroris magnitudo fuit, ut à sensibus alienati, varias sibi species atqve imagines offerri, seqve cum peregrinis & deformibus hominibus iter facere & colloqvi, putarent: qvos ubi tanqvam notos sibi, salutaverant, atqve ut moris est in via sibi invicem occursantibus, usitata officia præstiterant, eadem illa aliis postea referebant: iis atqve abiis id genus spectris exagitati pleriqve, in festis in se gladiis incurrebant. Et clariùs Theophanes. Multi hominum, mente abalienati, putabant, se cum peregrinis qvibusdam & terribili vultu præditis hominibus iter facere, qvi occurrentes sibi, tanqvam amicos, compellarent, atq; cum iis colloqverentur: ac cùm annotasset, qvæ ab iis dicebantur, tum demum narrabant, cùm ea jam exitus comprobasset. Videbant autem eos in ædes intrare, aliosqve intus suspendere, alios gladio ferire: Eventus pleraqve, ab ipsis dicta vera ostendit. Ex Theophane sua exscripsit *Cedrenus*. Et ne plura hîc aggeram; ipse puer *scribit de se Allatius*, cùm Grammatices tyrociniis Chii apud Michaëlem Neuridam, lectissimis moribus adolescentem, dabam operam, in templo S. Antonii, prope portam, qvâ in viridarium itur, à læva cùm exis, sub ipsis gradibus, qvibus ascenditur, sepulchrum, qvod diutissimè clausum fuerat, adapertum fuit, ut novo, si benè recordor, ditaretur cadavere. Supra alia mortuorum ossa jacebat cadaver, omnibus suis partibus absolutum, statura gran-

dio-re

diore atqve enormiore, nullis amictum vestitus, qvas tempus vel humor consumserat, pelle distentâ, subnigrâ, durâ, sicqve per omnes sui partes tumidâ, ut corpus non complanaret, sed veluti sacculum rotundaret; facies pilo nigro crispoqve circumvestita; rari in capite pili, qvemadmodùm & per reliqvum corpus, qvod glabrum ubiqve circumspiciebatur; brachia ad modum crucis, tumore illo extensa, manusqve ad apertæ, oculi palpebris clausi, os Sians, dentes candidi: id ubi viderunt scholæ socii, timere, fugere, admirari, currere, referre qvicqvid viderent: nolle ampliùs videre.

Postea aliorũ hominũ commercio audaciores effecti, jam in ora sepulchri consistere, hastâ ligneâ pertentare, dimovere conari, aliaq; ludere, qvibus sibi pueri sapiunt; demum etiam lapides projicere, qvos ubi videbant non adfigi tantùm ad molle, sed tanqvàm à solido, non sine strepitu, repercuti, sphæras qvoqve lusorias demittunt: illæ rectâ projectæ resiliunt, & ad manus demittentium reveniunt; pulsu validiore demittuntur, & ipsæ supra puerorum capita saltant. Hisce timore abjecto, ad majores machinas devenitur, & trabes prægrandes, qvæ ad sedendum in viridario jacebant, allatæ, per os sepulchri acuminatim in ventrem demortui dejiciuntur: non rumpunt cutem, sed, qvasi à tympano repercussæ, foràs exsiliunt; &, nisi sibi cavissent, qvi projecerant, molis illius casu succubuissent. Concurrunt alii undiqve ex vicinia, ex urbe ferè tota, qvia rem jam fama vulgaverat, & præstantibus viribus adolescentes ab ore sepulchri se præcipitant, pulsatoqve pedibus ventre, extra sepulchrum propellebantur. Erat ferè qvindecim palmorum altitudo; & res sane miseranda, & horrida, nihil agentibus hominibus, ludus fit, qvandoqvidem toto corpore, instar pilæ super cadaver projecti, foràs impetu sumto ab eodem cadavere trudebantur. Multi inconsideratè se projicientes, dum non recto ictu repelluntur, in saxeum sepulchri labrum vel fornicem, adacti, caput alliserunt, & intra sepulchrum alibi displosi, qvasi exanimes jacuerunt. Non plura hîc referam: post tres dies, ecclesiæ illius curatores, ut Bacchanal de Ecclesia tollerent, sepulchrum clauserunt. Qvid de eo cadavere actum sit, ipse non novi, neqve ab aliis perqvisivi. Mirum sanè fuit cutem illam tot ictibus salvam atq; incolumem superfuisse, qvod non potuisset, neqve corium bubulinum neqve fornix ipse cœmentitius: adeò illa induruerat. Hæc

dictus

dictus *Leo Allatius Epist. de quorundam Graecorum opinationibus p.142. ad pag.149. Edit. Coloniens.*

[C] *Quemadmodùm & ipse Cassianus Historicus.*) Hæc verba citat Leo Allatius ex Autore nostro *Christophoro Angelo*, qvem nominatim adducit, *Epistola de quorundam Græcorum opinationibus*, §. *XVI. p.152.* adducit dein exemplum ex historia Patriarcharum Constantinopolitanorum Emanuelis Malaxi de Arsenio Monebasiæ Episcopo. Nec non de Joannicio Patriarcha Constantinopolitano: ut & de muliere qvadam, qvæ à Patriarcha Gennadio, propter calumniam Patriarchæ illatam, excommunicatione subacta fuerat: illa è sepulchro extracta, turgida & nigra, post varias preces ab excommunicatione absoluta, partibus omnibus dissolutis in cinerem abiit. Hanc Historiam à Malaxo relatam verbis interpretis Allatius fusè l. c. adscripsit, ita tandem *ƒ*. 17. concludens: In similibus absurdis recensendis luserat nos, ut suprà vidimus, Nomocanonis autor, & nunc Malaxus consimilem ludit ludum: qvæ argumentis refellere non videtur operæ pretium; satis enim alibi multa diximus & Græcorum nonnullorum errorem retudimus, qvi à pœnis inferni animas, ignibus sempiternis condemnatas, fidelium precibus liberant.

§. CCCCXXII.

Allat. citat. nostrũ Chr. Angelum.

(D) *Qvo ipso excommunicati corpus hodiernum in cineres resolvitur.*) Varias deprecationes ac dicendi formulas absolutorias, ordinemqve in tali absolutione observandum Nomocanon incerti auctoris cap. 82. exactissimè persequitur; qvibus exsolutis, asseveranter dicunt, cadaver subitò in cineres converti. *Allatius autem de eo pag.151. l.c. ita*: Ipse nihil tale uspiam in Græcia vidi. Audivi tamen sæpiùs ab Athanasio, Imbri Metropolita, homine frugi, & qvi rem factam mendacio non contaminasset, cùm Ihasi moraretur in Regione Theologi extra urbem in Ecclesia sancti Georgii, exoratam à civibus, ut super cadavera, qvæ ibidem pleraqve conspiciebantur indissoluta, excommunicationis absolutionem recitaret, morem gessisse, neqve dum finita absolutione cadavera ea omnia in pulverem abiisse. Referebat idem, Constantini cujusdam cognomento, Rezepii, qvi ex Turca Christo nomina de-

Excommunicati corpus in cineres resolvitur.

Allatio talequid non vidit, audivit tamē sæpius.

derat, qvod vitam viveret omnibus flagitiis inqvinatam, excommunicati, corpus tumulatum fuisse in Ecclesia sanctorum Petri & Pauli nationis Græcorum Neapoli, & per plures annos indissolutum mansisse, ab eodem postea, & aliis Metropolitis duobus, Athanasio Cypri & Chrysantho Lacedæmonio, benedictione subactum, ut alia mortuorum cadavera pulverem factum. Et qvod admirabilius est, dum Raphaël in Patriarchatu præsideret, eodem asserente, qvi alium excommunicaverat, postea, compulsu Dæmonis, Christum ejurat, excommunicati licet Christiani demortui cadaver mansit indissolutum. De eo certior factus Patriarcha, accersitum Turcam, qvi excommunicaverat, monet, ut absolutionem impertiatur. Primùm ille renuere, factum detestari; nihil esse Turcis cum Christiana religione commune, dicere; qvare Christiani Christianum absolverent: cùm verò pertinaciùs exoraretur, obedit, & absolutionem super excommunicatum recitat; oculatum se testem fatetur, qvi perhibet, prope finem absolutionis, cadaveris tumor cessat: & in cineres omnia convertuntur. Rei novitate Turca attonitus, ad magistratum ocius advolat, rem, uti facta est, narrat, edicit omnibus veram religionem Christianam, qvam ipse per summum nefas deseruerat; eam se denuo amplecti, Mahumetanam detestari. Monetur à Turcis, ut sapiat, ne tormentis se objiciat, ille, se Christianum velle mori, contendit. Qvid plura? pertinacem condemnant; ducitur ad supplicium, & Christianam religionem prædicans, morti, summo supplicio mactatus, deditur.

Refert *Abrahamus Bzovius 1481.* S.19. singulare exemplum *ex Historia Turco-Græciæ lib. 2.* qvomodò Græci Mahometi veritatem suæ Religionis per talem excommunicati absolutionem probarunt; qvod totum adfert *Hottingerus Historiæ Eccles. Sec. XV. pag. 275. 276. usqve ad p. 283.* Nos in præsens saltem ἐπίκρισιν Hottingeri hîc annotare volumus. Volui, inqvit, totum exscribere Diama ut augustior esset Græcorum contra Romanos apparatus. Si enim Græcis clavium potestas est commissa, qvod utiqve negare non poterunt, qvi excommunicationi ipsorum tantum tribuunt, qvid fiet de Romanis, à qvibus & animis diffident & dogmatibus: viderint alii, qvorum interest, suam contra Orientem defendere dignitatem. Singula rei gestæ momenta non excutio; nec, an, qvæ tot sceleribus obstricta discess-

* ἐπίκρισις D. Hottingeri.

discessit, non ad tartara potiùs, unde non datur regressus, qvàm purgatorium fuerit detrudenda, qværo: taceo, qvod meis usurpavi Tolosæ in Gallia oculis, naturâ nonnunqvam & loci ratione defunctorum corpora ἀδιάλυτα διαμένειν; (vide Sec. 12. p. 179.) qvæ Phrasis hâc in re à Græcis usurpari solet: ut ad miraculum recurrendum non sit. Satis didicisse hinc, Græcam etiam Ecclesiam se miraculis contra Latinos posse efferre. De hâc Græcorum Excommunicatione ita scribit Vejelius de Eccl. Græc. p. 35. Persvasissimi sunt Græci, præter animæ periculum, excommunicatorum corpora nunqvam dissolvi, sed post mortem instar tympani extendi; absolutione autem post multos etiam annos demum mortuo impetratâ, animam suppliciis infernalibus eximi, corpusqve postliminiò in pulverem resolvi. Vocant tale cadaver Burcolaccam, in qvod Dæmon malus ingrediatur, hominesqve diris modis divexet. Vidisse se corpus istiusmodi prodit Allat. de ipso mirifico negotio v. *Allat. de qvor. Gr. op. §. 12. §. 6. C. 391. de purg. c. 5.* ubi ὡς ἐν παρόδῳ notamus inconstantiam Allatii, qvi primo loco hanc rem vocat stultissimam & absurdam, dum Græci ex ea probare satagunt liberationem impiorum ex inferno, opinationem; postremo autem eandem pro adstructione purgatorii assumit. Non deberet fortean hoc ex parte Allatio absonum videri, cùm juxta Bell. 1. de indulg. 14. Pontifex excommunicatis post mortem etiam indulgentias impertiri possit. Ceterùm misera ratio, sicut plurima superstitionibus suis mirè corrupit, ita etiam res gravissimas ludicris abusibus deturpavit. Exemplo sit ipsum fulmen excommunicationis, qvâ Græculi interdùm qvasi res esset levissima ludunt, denunciando eam, si mulier nolit agnoscere virum pro capite, si qvis debita non solvat, si vir uxorem relinqvat. *Hæc D. Vejelius.*

§. CCCCXXIII. Jucundum qvoqve sine dubio erit Lectori cognoscere orationes aliqvas, qvæ apud Græcos recitari solent, cum qvis impositâ pœnitentiâ liberatur. Illæ apud Goarem pag. 667. 666, 668. seqventes.

 Oratio,

Oratio, cum qvis impositâ pœnitentiâ liberatur.

BEnigne Domine, bene & humane, qvi propter miserationes tuas in mundum unigenitum filium tuum misisti, ut qvod erat adversum nos Chirographum peccati deleret, & contritorum peccatis vincula dirumperet, & captivis libertatem prædicaret: tunc Domine etiam servum tuum N. impositi ei vinculi nexu tuâ bonitate libera, & ut sine peccato omni tempore ad majestatem tuam accedat, & cum fiduciâ, & purâ conscientiâ, abundantem ex te misericordiam exposcat concede. Qvia misericors & hominum amator Deus existis, & tibi gloriam rependimus, Patri & Filio & Spiritui sancto: nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Officium dictum horâ: cum Sacerdotem censuris subjectum Pontifex absolvit.

Vespere præcedente preces Vespertinas consveto more peragit: insuper & matutinas. Pontifex deinde Psalterio dicto, missam celebrat. Qvâ completâ, Pontificali stolâ adhuc ornatus, Canonem in Christi Domini honorem editum cantat: eoqve terminato undecim Evangelia matutina (de qvibus infra) recitat: iisqve finitis, super veniam suscepturi caput, seqventem orationem dicit:

Pax omnibus. Dominum precemur.

DEus tremendus & humanus, potens & benignus, qvi propter miserationes tuas unigenitum tuum misisti &c. Ut supra.

Et violentorum vinculorum nexus, qvi cuncta virtute tuâ, prout vis operaris & immutas: ipse clementissime Servum tuum N. Sacerdotem absolve: omnemqve vinculi & anathematis vim, maledictionem omnem, & excommunicationem ipsi inflictam, irritam & inanem redde: atqve illum in vitam æternam libera. Tu enim Domine Apostolorum Protocoryphæo Petro dixisti, claves tibi celorũ committo, & qvæcunq; ligaveris super terrã, erunt ligata & in cœlo. Tibi itaqve optime Domine Rex servum tuum N. Sacerdotem omni vinculo & anathemate per meam indignitatem solvi complaceat, & omnem excommunicationem adversus eum latam, irritam fac. Intercessionibus perpetuæ Virginis & Deiparæ Mariæ, qvæ te sine semine,

super

super naturam & rationem genuit, sanctorum & celebrium Apostolorum tuorum, & omnium sanctorum : ut coram tremendo tuo altari, & coram throno gloriæ tuæ, tibi sanctè & purè, & gratè hostias incruentas offerat, illum adstare concede. Qvia tu es misericors & clemens Deus noster, & tibi gloriam referimus, Domino nostro Jesu Christo, cum principii experte tuo Patre, & sancto & bono & vivifico tuo Spiritu: nunc & semper.

Atqve ita super Sacerdotis absoluti caput fit sacrorum mysteriorum missæ demissio: pœnitentiamq; idoneam qvàm perficere possit, Pontifex ei injungit. Et discedit, ab ipso qvòqve DEO absolutus.

Officium ad Excommunicationem Sacerdotalem solvendam, cùm à Sacerdote contumeliæ causâ secularis fuerit illâ innodatus.

OFficium supra scriptum, absqve matutinis tamen Evangeliis ex integro exseqvitur. Matutinis verò finitis missam incipit Sacerdos, qvâ finitâ, priusqvam dimissionem faciat, sacris adhuc ornatus, super irretiti caput orationem hujusmodi recitat:

Pax omnibus. Dominum precemur.

Clemens Domine, benigne &c.

Relaxa vinculum, & jugum illi impositum, & ut bonus & clemens remissionem integram illi concede: & ne segreges eum à sanctâ tuâ Catholicâ & Apostolicâ Ecclesiâ, puro rationalium ovium tuarum gregi illum consocia : & rursus regni tui hæredem illum constitue. Qvia tu dixisti: Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat. Vitam à peccato immunem illum agere, & illibati tui corporis, & dispensationis pretiosi tui sanguinis participem esse concede. Intercessionibus super omnes immaculatæ Dominæ nostræ Deiparæ, venerandi Præcursoris & Baptistæ Johannis, sanctorum & in orbe universo celebrium Apostolorum & omnium sanctorum. Exorare Domine: integrâ veniâ illum dona ab omni vinculo solve, maledictionem omnem & excommunicationem irritam declara, & ad tuam majestatem cum fiduciâ & conscientiâ purâ illum accedere, & copiosam misericordiam à te postulare concede. Qvia tu clemens & misericors es Christe Deus noster, & tibi convenit gloria in secula, Amen.

Atqve ita Missæ demissionem super caput ejus perficit, & eum dimittit.

ORATIONEM ALTERAM,

Ad relaxandam pœnam excommunicato inflictam lege loco citato.

ET hæc de Excommunicatione, & excommunicatorum in Ecclesiâ receptione sc. illorum, qvi adhuc in vivis sunt. Qvia verò *Christophorus Angelus* noster in hoc capite præcipuè de iis excommunicatis, qvi in excommunicatione illâ decesserunt, & postea nihilominus cum Ecclesiâ reconciliati sunt, loqvitur, de illâ qvoqve nonnulla subjungemus. Et nullatenus qvidem præterire possumus illa, qvæ de hâc re consignavit Goar. in Euchologâ p.682. ad p. 690.

ORATIO REMISSIVA POST MORTEM.

DOminus Jesus Christus Deus noster, qvi divina sua mandata sanctis Apostolis & discipulis, ut lapsorum peccata ligarent, & solverent, dedit, à qvibus & nos deinceps idem præstandi occasionem sive authoritatem accipimus; ipse tibi, Fili spiritualis, si in aliqvo, sponte vel invitâ voluntate in hoc seculo deliqvisti, pareat; nunc & semper & in secula seculorum Amen.

INDULGENTIA.

DEUS sanctus misericordiæ fons, & bonitatis abyssus, qvi solus dimittendi peccata potestatem habet, talemq; Deum decentem gratiam, propter nimium in homines amorem sanctis suis discipulis & Apostolis largitus est, atqve ita ad nos qvoqve qvamvis indignos, illorum tamen successores tantum donum tansmisit, tibi meæ humilitatis Filio in spiritu cuncta in hâc vitâ, verbo, opere, mente, & cogitatione, commissa condonet; & qvæcunqve rationum tuarum susceptoribus, id est spiritualibus Patribus, enunciasti, qvæve ex oblivione, aut forsan silentio à te prætermissa sunt, utpote pudore & confusione, ex cordis contritione, pluribus iisqve sanctius dispositis peccatoribus enata, & propterea propter ineffabilem DEI misericordiam futuris hujus beneficii consortibus prout de ejus humanitate confidamus, qvi Pœnitentiam & lacrymas Ezechiæ, ejusqve ad se in lecto

lecto conversionem, & in corde contrito confessionem suscepit: Et te supernæ cum Electis sortis & stationis dignum efficiat: precibus immaculatæ Deiparæ & omnium sanctorum, Amen.

Orationes mortuo indulgentiam omnis interdicti & excommunicationis largientes à Pontifice, vel, eo absente à patre spirituali, id est, Confessore recitandæ.

Sciendum præsentes orationes in offertorio hoc pacto solére legi. Cum devotione & cordis compunctione legunt eas omnes non celebraturi Sacerdotes. In magno verò introitu præcedentibus extra cancellas cum sacrorum donorum apparatu sacerdotibus, & (circa monumentum vel corpus) consistentibus. Pontifex genibus flexis, & clarâ voce, cum lacrymis & cordis dolore eas profert. Illis autem terminatis exsurgens præ sacris foribus sancta dona suscipit. §.ccccxxiv.

Dominum precemur.

Domine Deus noster, qvi ineffabili sapientiâ tuâ, è pulvere condidisti hominem, & venustate formæq; pulchritudine illi collatâ, ut conspicuam & cœlestem creaturam, imaginem similitudinemqve tuam præ se ferentem, ad gloriæ tuæ amplitudinem & regni tui decorem exornasti: jussionem verò mandati tui prætergressum, imaginis formâ immutatâ & non servatâ damnasti, ne malum eis perpetuum fieret, compositionem ideò sive mixtionem corporis ejus, & mirandæ animæ, corporisqve nexum, tu Patrum nostrorum DEUS cœlesti nutû, humanè disrumpi dissolviqve mandasti: animamqve unde primum accepit esse, ad communem usqve resurrectionem illuc discedere, corpus autem in ea, qvibus compingebatur, resolvi. Propterea rogamus te Patrem omnis principii expertem, & te unigenitum DEI filium, & te sanctissimum consubstantialem vivificumqve spiritum, nè creaturam tuam perditione consumi permittas: Sed in ea, ex qvibus compositum fuerat, dissolvi, animam verò in justorum cœtu sedem reperire jubeas. Ita Domine Deus noster, evincat immensa tua misericordia, & incomparanda tua humanitas: & sive famulus tuus hic Patris aut Matris maledictionem, vel propriam etiam exsecrationem incurrit, aut sacrorum virorum aliqvem irri-

irritaverit, unde vinculo indissoluto implexus obiit, aut tandem in Pontificis gravissimam excommunicationem incidit, & incuriâ & negligentiâ usus, nondum veniam consecutus esse dignoscitur: tu, per me peccatorem, & indignum servum tuum, illi concedas indulgentiam, & corpus qvidem ejus, in ea, ex qvibus est compositum, resolve, animam autem in sanctorum tabernaculis colloca. Ita Domine, qvi Choryphæo Petro potestatem hanc contulisti, ut peccatorum remissionem largiretur, præcipiens, ut ligata vel soluta ab illo, ligata vel soluta jugiter permanerent, qviqve eandem qvoqve peccatoribus nobis facultatem dispertiisti: defunctum servum tuum N. omni animæ corporisqve peccato absolve, & sit in præsenti & in futuro seculo absolutus & condonatus. Intercessionibus illibatæ & perpetuæ Virginis matris tuæ, & omnium Sanctorum., Amen.

Aliam similem Orationem lege, ibidem Ordo ad solvendum eum, qvi Censuris à Pontifice irretitus interiit.

Scribit seqventia Pontifex in chartâ, traditq; legenda super mortuo: aut ipse, per se ipsum, hoc pacto pronunciat. Contigit qvidem humilitatem nostram excommunicationem ferre in devotissimum N. propter indecens facinus qvoddam, qvalia plura humanæ naturæ enascuntur. Qvandoqvidem verò (iis qvos novit modis, dominus qvi cuncta, anteqvam fiant, agnoscit) commune debitum exsolvit ille procellam excommunicationis secum devolvens: præsenti diplomate in S. Spiritu à tali excommunicatione illum liberamus, ut & in futuro solutus existat cum Christianis omnibus visionem percepturus, & cum benedictâ Patris parte, benedictam & beatam Christi vocem auditurus.

Hoc autem agimus, Domini voce confisi, dicente: qvodcunq; ligaveritis erit ligatum, & qvodcunq; solveritis, erit solutum.

Oratio ad Excommunicationem mortui solvendam.

Qvi potestatem dedit sanctis suis discipulis & Apostolis solvendi & ligandi, Christus Deus, jubens, ut qvodcunq; ligassent super

per

per terram, foret ligatum & in cœlo, & qvæcunqve solvissent, similiter & soluta forent. Ipse per mihi datam à dono vivifico talem potestatem, ligandi videlicet & solvendi: Condonet tibi N. in sepulchro jacenti ab excommunicatione à meâ tenuitate impositâ, cujus solutionem vivens non impetrasti, te liberet: sed & mortuorum vivorumqve dominator excommunicationis à meâ humilitate inflictæ reatum tibi remittat, & beatorum partis te consortem reddat, ut bonus & humanus: cui gloriam referimus, Patri & filio, & sancto Spiritui.

Fragmentum codicis Regii aliam exhibet, post mortem à censuris absolutionem: qvæ apud Goarum legi poterit.

In Orationes, quibus mortuis datur absolutio omnis interdicti & excommunicationis Goar inter alia hac annotat. §. CCCCXXVI.

ΚΑΙ συγχωρήσαι.) Excommunicatis & cujuscunqve maledicti gladio ab Ecclesiâ rescissis vitâ decedentibus posse deinde reconciliationem & communionem indulgeri, juris Pontificii sententia est cap. A. nobis de sent. excommuni: Qvi morte præventus, absolutionis non potuerit beneficium obtinere, qvamvis absolutus apud Deum fuisse credatur: nondum tamen habendus & apud Ecclesiam absolutus, potest tamen & debet ei Ecclesiæ beneficio subveniri: ut si de ipsius viventis pœnitentiâ per evidentia signa constiterit: Defuncto etiam absolutionis beneficium impendatur. Confirmat id, exemplum Gregorii Magni ab ipsomet dial. lib. 4. c. 5. literis conscripto, qvi justum Monachum proprietatis vitio damnatum, atqve à reliqvorum consortio sancti viri præcepto ejectum, missis pro eo celebratis, & absolutione impensâ, fidelium communioni restituit: ejusdemqve actio altera id comprobat, eum non mediocriter tristatum, ait Johannes Diaconus vitæ ejus lib. 1. qvod anteqvam fructuosus qvidam Monachus exiret de hâc vitâ, non solverat eum ab excommunicationis Epibinio: scribens propterea orationem in Pittacio, dedit Diacono cuidam super fratre legendam. Erat autem oratio solvens ab excommunicatione defunctum. Illud autem S. Benedicti dial, lib. 2. cap. 33. declarat, qvi Moniales duas propter mo-

rum petulantiam & linguæ procacitatem, ab Ecclesiâ sacrificii tempore egredi visas, qvod cum inter vivos degerent, excommunicationis gladio percussæ fuerunt: oblatione pro eis factâ in communionem recipi voluit. De Communione & precum societate post mortem ab Ecclesiâ denegandâ, plura Albaspinæus: sed præcipuè lib. 1. Observation. Cap. II.

Ἀλλὰ τὸ σῶμα διαλυθῆναι,) Corporis humani in elementa, unde conflatur, resolutio, sicut peccati pœna est, ita mitigatæ versus peccatores aversionis divinæ signum elucet, & beneficium est multis precibus nonnunqvam obtinendum, vide, qvæ ap. Goarum seqvuntur in hoc cap. §. 419. *Repertoq; eo adhuc integro.* Pergit jam Goar. Illud etiam excommunicationis à Pontifice prolatæ verba comminantur, eamqve pœnam virtute à DEO mutuatâ, se infligere liqvidò declarant: ut qvamdiu nimirum maledictionis vinculo qvispiam irretitur, tamdiu corpus ejus, ἐκκλησιαστικοῦ δεσμοῦ δυνάμει indissolutum perseveret. Hujusmodi sententiæ ex Autographo penes Illustriss. & Reverendiss. D. Episcopum Vabrensem reperiendo, mihiqve perhumanè exhibito, desumptum exemplar subjicio.

Cyrillus DEI gratiâ, Papa & Patriarcha metropolis Alexandriæ, & universalis (rectius: sanctissimi) throni custos.

SAcerrime Nauplii & Argo Metropolita, venerande in S. Spiritu dilecte frater, & comminister. Gratia tibi & pax à DEO. Præsentibus literis declaramus, ut qvicunqve sunt ii Christiani, qvi commovent, & consulunt uxori Stanislai, filii Christophori defuncti, ut irritet conventa & Pacti scripta, qvæ cum mariti sui fratribus Constante & Damasceno firmavit, & ut qvæ ab eis accepit inficietur: sive viri sint sive mulieres à Deo omnipotente sint excommunicati, maledicti, & incondonati, & post mortem inconsumpti & indissoluti, in præsenti seculo & in futuro, & Tympani more turgidi, qvousqve à dandis scandalis desistant, & pacti scripta suum robur & stabilitatem habere permittant, & ipsa suis conventionibus firmet fidem, nec immutet aut irritet scripta, & acceptâ sub pœnâ indissolvendæ & æternæ

ternæ excommunicationis,& ab Ecclesiâ segregationis. Qvotqvot verò in hoc negotio testes reperiuntur, nisi absqve personarum acceptione testimonium perhibeant, ubicunqve ad judicium evocabuntur, excommunicati sint, & incondonati. Gratia verò DEI tibi sit.

§.ccccxxvi

Nec deest exemplum effectus maledici hujusmodi, in Ecclesiâ Latinâ firmans fidem. Corpus enim Petri de Lunâ Pseudo Papæ Benedicti 13. qvondam vocati, Peninsulæ qvidem vitâ functi, Igluceam tamen Arragoniæ oppidum postea translati, & intra arcem loco prophano repositi, usqve hodiè incorruptum omninò perseverat, ita narrante Ciacconio in ejus vitâ, eò qvod à Concilio Constantiensi Excommunicationis fulmine ictus, ut Ecclesiæ & Pontifici legitimè electo rebellis, nullum cum utroqve reconciliationis in morte dare voluerit argumentum. Refert etiam Petrus Maffejus histor. Indicæ lib. 5. Anno 1509. sub Albuqvercio Indiæ prorege militem navalis turbæ socium expirasse, qvi in mare projectus ingentem terrorem omnibus attulit: noctu qvippe infra sentinam pulsus freqventes exaudiri cœpti, qvem ad strepitum cùm arreptâ scalâ vigiles descendissent, implexum carinæ sub ipso gubernaculo defuncti militis corpus offendunt. Re ad navarchum delatâ dubium non fuit, qvin cadaver translatum in littus humo contegerent: qvo factô, postridiè super ipsum sepulchrum rursus inhumatus apparuit. Eâ re attoniti cuncti: at Franciscus qvidam Monachus sagaci conjecturâ suspicatus est, hominem aliqvo interdicti vel anathematis vinculo constrictum è vitâ excessisse, atqve ita in terram egressus sanctissimi viri Benedicti Abbatis exemplo, è Pontificiâ formulâ conceptis verbis, animum demortui ritè expiavit, unde redditâ pace mortuo, eo mysterio vaga ossa tandem in suo tumulo qvievêre. Inter familiaria autem hujusmodi plura exempla, qvibus abundant Græci, celeberrimum est illud, qvod Mehemet secundi, qvi regiam Constantini urbem & imperium expugnavit, tempore contigit. Is cùm externarum gentium mores & religionem agnoscendi præter Turcarum morem, esset cupidissimus, de non consumptis Græcorum excommunicatorum cadaveribus, acceptâ notitiâ, nunciavit Patriarchæ, ut qværeret hominem communione Ecclesiæ exterminatum, ante longum tempus vitâ defunctum, in qvo narrati miraculi pro-

 baret

baret veritatem. Patriarcha tyranni imperio, & rei difficultate perterritus, à senioribus Clericis monitus est, corpus viduæ cujusdam à Sacerdote relictæ, formâ qvidem suo tempore conspicuæ, propter manifestam autem vitæ libidinem à Gennadio præcessore, è sacro piorum grege eliminatæ incorruptum adhuc jacere, ut qvæ paternorum monitorum impatiens, Patriarcham ipsum nefandi secum habiti commercii crimine infamasse non fuit verita. Re à Tyranno acceptâ, tetro cadaveri in morem Tympani inflato in Ecclesiam Pammacaristæ virginis elato, & in arcâ sigillis Regiis munita incluso, Patriarcha benedictionem impertitur, literasqve absolutionis illius, qvas ipse manu suâ conscripserat, recitat. Rem dictu miram, compages

ΚΕΦΑΛΗ' ΚϚ.

Ἱστορία περὶ τοῦ μετατεθέντος ὄρους ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Αἰγύπτου διὰ προσευχῆς τοῦ Πατριάρχου ἕνεκα τῆς Εὐσεβοῦς Πίστεως τῶν χριστιανῶν, καὶ περὶ τοῦ Ἰοῦ, ὃν πέπωκεν ὁ Πατριάρχης τῆς Ἱερουσαλήμ.

ΠΡὸ ἑξήκοντα ἐτῶν ἢ καὶ πλεῖον, οἱ Ἑβραῖοι οἱ κατοικοῦντες ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Καίρους, φθόνῳ μεγάλῳ κινηθέντες κατὰ τῶν χριστιανῶν, διὰ τὸ γενέσθαι τὸν Πασία, (τουτέστιν λατεινικῶς καλεῖται Πρίντζεψ,) πάνυ φιλάργυρον. Συνεβουλεύσαντο τῷ Πασίᾳ λέγοντες, δοῦναι τῷ Πασίᾳ τὸν φόρον τῶν κατοικούντων Ἑλλήνων ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις, δὶς τόσον φόρον, καὶ ἀποκλείνειν τοὺς χριστιανοὺς, διὰ τὸ ψεύδεσθαι τὸν χριστὸν λέγοντα, ὁ ἔχων πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως ὡς τε ὄρη μεθιστάνειν. Καὶ κἂν θανάσιμον πίνῃ, οὐ μὴ βλάψει ἐκείνῳ. Τότε ὁ λυσσώδης Πασίας ἐκάλεσε τὸν

Ματθαῖος. κεφ. ιζ. στιχ. 20. Μάρκος. κ. ιϛ. σ. ιθ.

πατρι-

pages Corporis tunc invicem ſeparari in medio arcæ ita manifeſtè, ut adſtantes audirent ſtrepitum, oſſaqve omnia carne in cinerem ſoluta denudari cæperunt, & reſeratâ à Miniſtris Regiis Arcâ, ſola; disjuncta, pulvereæ maſſæ intermixta, ab omnibus fuerunt viſa. Qvo nuncio à Mehemet Principe accepto, Satrapam nomine ſuo dictam, Ameruthæ Filium, qvi eum de miraculo monuerat, laudato palam Fidei noſtræ Cultu, qvo ſuggerente didicerat: qvem Antiſtites & Sacerdotes Græci Sacro Eccleſiæ cœtu prohibuerint, humo non diſſolvi; niſi veniam à DEO impetravit, licet mille anni præterierint. Hæc cum pluribus aliis Fidem relatis adſtruentibus Hiſtoria Conſtantinopolitana in Volumine Turco-Græciæ.

Caput XXVI.

Relatio de Monte in partibus Ægypti, piæ Chriſtianorum Fidei confirmandæ causâ Patriarchæ precibus transpoſito, (A)ut & de Veneno à Patriarchâ Hieroſolymitano hauſto.

§.cccccxxvii

ANte Sexaginta, & qvod excurrit, annos, Judæi partes Cayri inhabitantes, immani invidiæ erga Chriſtianos Oeſtro perciti, Paſiæ, (hoc eſt, ſi Romanâ voce verbum hoc exprimere cupis, Principi,) qvem argenti ſtudioſiſſimum cupidiſſimumq; eſſe, bene norant, hoc inſpirarunt Conſilii, velle ſe Vectigal, qvod Græci loca illa incolentes pendunt, duplicatum Principi ſolvere, modò Chriſtiani internecioni devoveantur, idq; ideò, quòd Chriſtus mentitus fuerit, dicens, Matth. 17. v. 20. Qvi qvantum Sinapis granum, tantundem fidei habuerit, vel montes transplantare poterit; imò, ſi credens in me etiam morti-

πατριάρχην, καὶ λέγει, ἡ πίστις ὑμῶν ἐστὶν ἀπάτη, διὰ
τὸ λέγειν τὸν χριστόν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, κἂν θανάσι-
μον πίη, οὐ μὴ βλάψεται ἐκεῖνο, καὶ ἐν τούτῳ προσέ-
ταξεν, ἵνα ὁ Πατριάρχης πίη ἰὸν ἔμπροσθεν τοῦ Πα-
σία, μηδὲν σημεῖον σταυροῦ ποιησάμενος. Ὅτι εἶ-
πον οἱ ἑβραῖοι τῷ πασία, οἱ χριστιανοὶ ἔχουσι μα-
γίαν τὸν σταυρόν, καὶ τότε κόπτεται ἡ ἐνέργεια τοῦ ἰοῦ,
καὶ τούτου ἕνεκα προσέταξε τῷ Πατριάρχῃ ὁ Πασίας,
μὴ ποιῆσαι σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἐν τῷ πίνειν τὸν ἰόν.
Ὁ δὲ Πατριάρχης προσκαλεσάμενος τὸν λαόν, σὺν
τῷ λαῷ τρεῖς ἡμέρας προσευχόμενος ἐνήστευε, καὶ
ἐδέετο τοῦ Θεοῦ, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ θυσιάσας, σὺν ὅλῳ
τῷ λαῷ ἐπορεύθη πρὸς τὸν Πασίαν. ἐκεῖ παρόντων
καὶ πάντων τῶν ἑβραίων· τότε ἐκόμισεν εἷς τῶν Ἑβραίων
τὸν ἰόν, καὶ δίδωσι τῷ πατριάρχῃ πιεῖν ποτήριον πλῆρες
ἰσχυροτάτου ἰοῦ. Ὁ δὲ Πατριάρχης κρατῶν τὸ πο-
τήριον πρὸς τὸ πίνειν, λέγει πάλιν ὁ Πασίας τῷ Πα-
τριάρχῃ. Πρόσεχε, μὴ ποιήσεις σχῆμα σταυροῦ ἐν τῷ
ποτηρίῳ. Ὁ δὲ Πατριάρχης εὐλογῶν τὸ ποτήριον
καθ' αὐτοῦ μυστικῶς ἐρώτα τῷ Πασίᾳ λέγων, τὸ λοιπόν,
πόθεν θέλεις ἵνα πίω ἐκ τούτου; τοῦ μέρους, ἢ ἐκ τούτου, ἢ
ἐκ τούτου, ἢ ἐκ τούτου, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ ἔθηκεν ἐν τέσ-
σαρσι τόποις τοῦ χείλους τοῦ ποτηρίου τοὺς δακτύλους αὐτοῦ,
εὐλο-

ferum aliqvid biberit, non tamen id nocebit ei. His auditis, rabie quasi aliquâ correptus ipse Pasias seu Princeps, Patriarcham illicò advocare, & hæc illi dicere: Fides vestra est deceptio, qvoniam Christus dixit: Marc. 16. v. 18. Qvi credit in me, licet mortiferum qvid hauserit, non tamen id nocebit illi. Atq; hâc de causâ præcepit, ut Patriarcha, Principe præsente, venenum liberet; & qvidem nullo Crucis facto Signo. Dixerant quippe Principi huic Judæi, Christianis Crucem Magiæ vicem præstare, adeò, ut Cruce designatâ, veneni efficientia pereat. Hanc ob causam interdixit Princeps Patriarchæ, ne hausturus venerum, crucis Signum effigiaret. Hoc postqvam intellexit Patriarcha, statim concionem populi convocare, & ita junctim per integrum triduum orationibus & jejunio vacare, Deumq; ardentibus precibus fatigare, & tertiâ die, præmisso sacrificio, omni populo comitante Principem adire, præsentibus ibidē jam Judæis omnib⁹. Tum unus è Judæis venenum apportavit; & hoc ipso, sed longè penetrātissimo præsentissimoq; veneno repletū & qvasi spumans poculū Patriarchæ exhauriendum porrigit. Patriarcham cyathum jam jam evacuandum manibus tenentem rursus Monet Princeps, Cave, dicens, ne figuram Crucis super poculo efformes. Patriarcha verò poculo

apud

εὐλογῶν τὸ ποτήριον καθ' αὐτῦ. Τότε πάλιν λέγει
ὁ Πασίας τῷ Πατριάρχῃ, πίθι ὁπόθεν θέλεις, μὴ γνῦς,
ὅτι ὁ Πατριάρχης ἐν σχήματι σαυρῦ εὐλόγησε τὸ
ποτήριον· μετὰ ταῦτα ὁ Πατριάρχης πέπωκεν ὅλον τὸ
ποτήριον, καὶ μετὰ τὸ πιεῖν κελεύει ὁ Πατριάρχης, ἵνα
φέρωσιν ὕδωρ, καὶ κομίσαντες τὸ ὕδωρ ἔβαλεν ὀλίγον
ὕδωρ ἔσω τῦ ποτηρίυ, καὶ ἔπλυνε τὸ ποτήριον, ἔπειτα
λέγει τῷ Πασίᾳ· Ἐγὼ πέπωκα τὸν καρπὸν ὅλον τῦ
ἰῦ, Πινέτω καὶ ὁ ἑβραῖος μόνον τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ ὕδωρ,
ἵνα εἴδωμεν κἀκείνυ τὴν πίστιν. Τότε δίδωσιν ὁ Πα-
τριάρχης τὸ Ποτήριον τῷ Ἑβραίῳ πιεῖν, ὅδε ἑβραῖος
οὐκ ἤθελε πίνειν, τότε ὁ Πασίας ἠπείλησε τῷ ἑβραίῳ
λέγων, πίνε ἵνα εἴδωμεν καὶ τὴν σὴν πίστιν, καὶ οὕτως ὁ
ἑβραῖος πέπωκε τὸ ὕδωρ τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ, καὶ αὐτίκα
ἐῤῥάγη. Τότε οἱ Ἑβραῖοι ἔδωκαν πλείονα χρήματα τῷ
Πασίᾳ, λέγοντες, μαγίαν ἐποίησεν ὁ Πατριάρχης. καὶ
λέγυσι Περὶ τῦ Ὄρυς ἀλλὰ λέγει ὁ χρισὸς, ἐὰν ἔχητε
πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τύτῳ, μετάβηθι
ἐντεῦθεν ἐκεῖ, καὶ μεταβήσεται. Καλέσει ἔτι καὶ τὸ ὄρος
ἐκεῖνο, καὶ ἐὰν ἔλθῃ τὸ ὄρος τὸ κατ' ἔναντι ἡμῶν πρὸς
ἡμᾶς, τότε ἀποκτενέθωσαν ἡμᾶς οἱ χρισιανοὶ, τότε
πάλιν ἐκέλευσεν ὁ Πασίας τῷ Πατριάρχῃ, ἵνα τὸ
ὄρος καλέσῃ ἐλθεῖν, ἄλλως δεῖ τὺς χρισιανὺς ἀπο-
κτανθῆ-

apud ſe occultâ ratione benedicturus, qværit à Principe: Cæterum, qvâ parte poculi vis bibam? An hâc? An illa? An iſthac? num verò alia? Qvo inſtituto digitos in qvatuor loca labri hujus poculi collocavit, benedictionemq; illi ſecretò impertitus eſt. Ad qvod Princeps: Bibe, qvâ parte placet; neſcius interim, Patriarcham, crucis facto Signo, poculo jam benedixiſſe. His præmiſſis, cyathum totum ebibit Patriarcha, eoq; exhauſto, & aqva, qvam adferri jubebat Patriarcha, allata, cyatho nonnihil infundens, illud eluit, hunc in ſonum Principem affatus: Omnem Veneni Subſtantiam ego abſorpſi, bibat verò jam qvoqve hîc Apella, & qvidem ſolam in poculò reſiduam aqvam, ut & de ipſius Fide aliqvid certi nobis conſtet. Hoc dicto poculum Judæo exſiccandum tradidit. Ebræus verò bibitionem prorſus detrectare; ſed princeps minis Hebræum percellens, Bibe, inqvit, ut & tuam conſpiciamus fidem. Hâc neceſſitate compulſus Judæus, aqvam in poculo reſtantem evacuat, at, corpore illicò diſtento, confeſtim ruptus eſt. Id ubi accidit, majorem adhuc pecuniæ vim Principi numerarunt Judæi, prætendentes, Patriarcham hanc rem adhibitâ Magiâ, præſtitiſſe.

§. CCCCXXVIII.

Dicunt itaqve. De Monte verò aliâs inſuper pronunciavit Christus: Si qvantum & granum Sinapi,

κλαυθῆναι. Τότε ὁ Πατριάρχης ἐδεήθη τοῦ Πασία, ἵνα χαρίσηται αὐτῷ τρεῖς ἡμέρας, ἵνα καὶ οἱ Ἕλληνες συμβουλὴν λάβωσιν. Ὁ δὲ Πατριάρχης σὺν τῷ λαῷ ηὔχετο μετὰ δακρύων νύκτα καὶ ἡμέρα. Τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρα κατὰ τὸ εἰωθὸς Θυσιάσας, πάλιν ἠθροίσθησαν ὁμοθυμαδὸν πάντες Ἕλληνές τε, καὶ Τοῦρκοι, καὶ Ἑβραῖοι, καὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὸν τεταγμένον τόπον. Καὶ τότε ὁ Πατριάρχης ἐκτείνας τὴν χεῖρα, πρὸς τὸ ὄρος λέγει, ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Ἁγίου πνεύματος ἔρχου ὄρος. Αὐτίκα δὲ τὸ ὄρος ἐῤῥάγη εἰς μέρη, καὶ ἤρχετο πρὸς αὐτούς. Ἐφοβήθησαν δὲ πάντες μήπως καλύψῃ αὐτούς. Καὶ τότε ὁ Πασίας πάλιν λέγει τῷ Πατριάρχῃ, εἰπὲ τὸ ὄρος ἵνα στῇ. Τότε πάλιν ὁ Πατριάρχης ἐκτείνας τὴν χεῖρα εὐλόγησε τὸ ὄρος, λέγων, στῆθι ὄρος, καὶ ἐστάθη ἐκεῖ τὸ ὄρος. Καὶ ἔκτοτε ἐκλήθη τὸ ὄνομα τοῦ ὄρους ἐκείνου, στῆθι ὄρος, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. Τουρκικῇ δὲ γλώττῃ καλεῖται ΔΤΟΥΡΔΤΑΓ, Τουτέστι, στῆθι ὄρος. Τότε ὁ Πασίας εἶπε τῷ Πατριάρχῃ, ἵνα οἱ Ἕλληνες ἀποκτείνωσι τοὺς Ἑβραίους. Ὁ δὲ Πατριάρχης λέγει τῷ Πασίᾳ, ἡμεῖς οἱ χριστιανοὶ οὐκ ἔχομεν ἔθος ἀποκτείνειν τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ ἀντὶ τιμωρίας αὐτῶν, φερέτωσαν τὸ ὕδωρ, ὃ ῥέει ὑπὸ τοῦ Καίρου, ῥέειν ἔσω τοῦ Καίρου, ὥς τε

πίνειν

napi, tantundem & vos Fidei habueritis, dicetis monti huic: Excede hinc illuc, & excedet. Advocet igitur adhuc porrò & montem illum, &, siqvidem ille nobis ex adverso oppositus, dicto ejus obediens, ad nos se contulerit, in omnium nostrûm vitam Christianis Jus & gladiū porrigimus. Tunc Patriarchæ rursus mandavit princeps, ut montē adesse jubeat, additis minis, si id non fiat, Christianos omnes occidendos esse. Hîc Patriarcha trium dierum spatium ad socianda consilia sibi gratificari orat. Patriarcha autem interim, & interdiu & noctu unà cum reliqvo cœtu interpellationibus apud Deum, adjuncto largo lachrymarum flumine est intentus. Die tertiâ, peracto, solito more, sacrificio, omnes Græci, Turcæ, & Hebræi convenére, inq; definito loco sese stitére. Ibi Patriarcha, protensâ manu ad montem: Adesto, ajo, Mons, in Nomine Patris, Filii, & Spiritûs Sancti. Simul ac dixit, simul mons in partes comminutus ipsis sese advolvere; adeò, ut omnes, ne ipsos planè operiret, metu corriperentur. Jubet igitur Princeps Patriarcham, ut, ne progrediatur amplius, monti imperet. Et hic rursus, extensâ manu, monti benedicens, ait: Sta Mons, & constitit ibidem. Atq; hinc mons ille usq; dum nomen illud Στῆθι ὄρος, i.e. Sta mons, obtinet. Turcico verò idiomate dicitur ΔΤΟΥΡΔΤΑΓ, i.e. Στῆθ. ὄρος, Sta mons.

rum pertulantiam & linguæ procacitatem, ab Ecclesiâ sacrificii tempore egredi visas, qvod cum inter vivos degerent, excommunicationis gladio percussæ fuerunt: oblatione pro eis factâ in communionem recipi voluit. De Communione & precum societate post mortem ab Ecclesiâ denegandâ, plura Albaspinæus: sed præcipuè lib. 2. Observation. Cap. II.

Ἀλλὰ τὸ σῶμα διαλυθῆναι,) Corporis humani in elementa, unde conflatur, resolutio, sicut peccati pœna est, ita mitigatæ versus peccatores aversionis divinæ signum elucet, & beneficium est multis precibus nonnunqvam obtinendum, vide, qvæ ap. Goarum seqvuntur in hoc cap. §. 419. *Repertoq́, eo adhuc integro.* Pergit jam Goar. Illud etiam excommunicationis à Pontifice prolatæ verba comminantur, eamqve pœnam virtute à DEO mutuatâ, se infligere liqvidò declarant: ut qvamdiu nimirum maledictionis vinculo qvispiam irretitur, tamdiu corpus ejus, ἐκκλησιαστικῷ δεσμῷ δυνάμει indissolutum perseveret. Hujusmodi sententiæ ex Autographo penes Illustriss. & Reverendiss. D. Episcopum Vabrensem reperiendo, mihiqve perhumanè exhibito, desumptum exemplar subjicio.

Cyrillus DEI gratiâ, Papa & Patriarcha metropolis Alexandriæ, & universalis (rectiùs: sanctissimi) throni custos.

SAcerrime Nauplii & Argo Metropolita, venerande in S. Spiritu dilecte frater, & comminister. Gratia tibi & pax à DEO. Præsentibus literis declaramus, ut qvicunqve sunt ii Christiani, qvi commovent, & consulunt uxori Stanislai, filii Christophori defuncti, ut irritet conventa & Pacti scripta, qvæ cum mariti sui fratribus Constante & Damasceno firmavit, & ut qvæ ab eis accepit inficietur: sive viri sint sive mulieres à Deo omnipotente sint excommunicati, maledicti, & incondonati, & post mortem inconsumpti & indissoluti, in præsenti seculo & in futuro, & Tympani more turgidi, qvousqve à dandis scandalis desistant, & pacti scripta suum robur & stabilitatem habere permittant, & ipsa suis conventionibus firmet fidem, nec immutet aut irritet scripta, & acceptâ sub pœnâ indissolvendæ & æternæ

ternæ excommunicationis, & ab Ecclesiâ segregationis. Qvotqvot verò in hoc negotio testes reperiuntur, nisi absqve personarum acceptione testimonium perhibeant, ubicunqve ad judicium evocabuntur, excommunicati sint, & incondonati. Gratia verò DEI tibi sit.

Nec deest exemplum effectus maledici hujusmodi, in Ecclesiâ Latinâ firmans fidem. Corpus enim Petri de Lunâ Pseudo Papæ Benedicti 13. qvondam vocati, Peninsulæ qvidem vitâ functi, Igluecceam tamen Arragoniæ oppidum postea translati, & intra arcem loco prophano repositi, usqve hodiè incorruptum omninò perseverat, ita narrante Ciacconio in ejus vitâ, eò qvod à Concilio Constantiensi Excommunicationis fulmine ictus, ut Ecclesiæ & Pontifici legitimè electo rebellis, nullum cum utroqve reconciliationis in morte dare voluerit argumentum. Refert etiam Petrus Maffejus histor. Indicæ lib. 5. Anno 1509. sub Albuqvercio Indiæ prorege militem navalis turbæ socium expirasse, qvi in mare projectus ingentem terrorem omnibus attulit: noctu qvippe infra sentinam pulsus freqventes exaudiri cœpti, qvem ad strepitum cùm arreptâ scalâ vigiles descendissent, implexum carinæ sub ipso gubernaculo defuncti militis corpus offendunt. Re ad navarchum delatâ dubium non fuit, qvin cadaver translatum in littus humo contegerent: qvo factô, postridiè super ipsum sepulchrum rursus inhumatus apparuit. Eâ re attoniti cuncti: at Franciscus qvidam Monachus sagaci conjecturâ suspicatus est, hominem aliqvo interdicti vel anathematis vinculo constrictum è vitâ excessisse, atqve ita in terram egressus sanctissimi viri Benedicti Abbatis exemplo, è Pontificiâ formulâ conceptis verbis, animum demortui ritè expiavit, unde redditâ pace mortuo, eo mysterio vaga ossa tandem in suo tumulo qvievêre. Inter familiaria autem hujusmodi plura exempla, qvibus abundant Græci, celeberrimum est illud, qvod Mehemet secundi, qvi regiam Constantini urbem & imperium expugnavit, tempore contigit. Is cùm externarum gentium mores & religionem agnoscendi præter Turcarum morem, esset cupidissimus, de non consumptis Græcorum excommunicatorum cadaveribus, acceptâ notitiâ, nunciavit Patriarchæ, ut qværeret hominem communione Ecclesiæ exterminatum, ante longum tempus vitâ defunctum, in qvo narrati miraculi pro-

§. ccccxxvi

rum pertulantiam & linguæ procacitatem, ab Ecclesiâ sacrificii tempore egredi visas, qvod cum inter vivos degerent, excommunicationis gladio percussæ fuerunt: oblatione pro eis factâ in communionem recipi voluit. De Communione & precum societate post mortem ab Ecclesiâ denegandâ, plura Albaspinæus: sed præcipuè lib. 2. Observation. Cap. II.

Ἀλλὰ τὸ σῶμα διαλυθῆναι,) Corporis humani in elementa, unde conflatur, resolutio, sicut peccati pœna est, ita mitigatæ versus peccatores aversionis divinæ signum elucet, & beneficium est multis precibus nonnunqvam obtinendum, vide, qvæ ap. Goarum seqvuntur in hoc cap. §. 419. *Repertoq; eo adhuc integro.* Pergit jam Goar. Illud etiam excommunicationis à Pontifice prolatæ verba comminantur, eamqve pœnam virtute à DEO mutuatâ, se infligere liqvidò declarant: ut qvamdiu nimirum maledictionis vinculo qvispiam irretitur, tamdiu corpus ejus, ἐκκλησιαστικοῦ δεσμοῦ δυνάμει indissolutum perseveret. Hujusmodi sententiæ ex Autographo penes Illustriss. & Reverendiss. D. Episcopum Vabrensem reperiendo, mihiqve perhumanè exhibito, desumptum exemplar subjicio.

Cyrillus DEI gratiâ, Papa & Patriarcha metropolis Alexandriæ, & universalis (rectiùs: sanctissimi) throni custos.

SAcerrime Nauplii & Argo Metropolita, venerande in S. Spiritu dilecte frater, & comminister. Gratia tibi & pax à DEO. Præsentibus literis declaramus, ut qvicunqve sunt ii Christiani, qvi commovent, & consulunt uxori Stanislai, filii Christophori defuncti, ut irritet conventa & Pacti scripta, qvæ cum mariti sui fratribus Constante & Damasceno firmavit, & ut qvæ ab eis accepit inficietur: sive viri sint sive mulieres à Deo omnipotente sint excommunicati, maledicti, & incondonati, & post mortem inconsumpti & indissoluti, in præsenti seculo & in futuro, & Tympani more turgidi, qvousqve à dandis scandalis desistant, & pacti scripta suum robur & stabilitatem habere permittant, & ipsa suis conventionibus firmet fidem, nec immutet aut irritet scripta, & acceptâ sub pœnâ indissolvendæ & æternæ

ternæ excommunicationis,& ab Ecclesiâ segregationis. Qvotqvot verò in hoc negotio testes reperiuntur, nisi absqve personarum acceptione testimonium perhibeant, ubicunqve ad judicium evocabuntur, excommunicati sint, & incondonati. Gratia verò DEI tibi sit.

§.ccccxxvi

Nec deest exemplum effectus maledici hujusmodi, in Ecclesiâ Latinâ firmans fidem. Corpus enim Petri de Lunâ Pseudo Papæ Benedicti 13. qvondam vocati, Peninsulæ qvidem vitâ functi, Igluceam tamen Arragoniæ oppidum postea translati, & intra arcem loco prophano repositi, usqve hodiè incorruptum omninò perseverat, ita narrante Ciacconio in ejus vitâ,eò qvod à Concilio Constantiensi Excommunicationis fulmine ictus, ut Ecclesiæ & Pontifici legitimè electo rebellis, nullum cum utroqve reconciliationis in morte dare voluerit argumentum. Refert etiam Petrus Maffejus histor. Indicæ lib. 5. Anno 1509. sub Albuqvercio Indiæ prorege militem navalis turbæ socium expirasse,qvi in mare projectus ingentem terrorem omnibus attulit: noctu qvippe infra sentinam pulsus freqventes exaudiri cœpti, qvem ad strepitum cùm arreptâ scalâ vigiles descendissent, implexum carinæ sub ipso gubernaculo defuncti militis corpus offendunt. Re ad navarchum delatâ dubium non fuit, qvin cadaver translatum in littus humo contegerent: qvo factô, postridiè super ipsum sepulchrum rursus inhumatus apparuit. Eâ re attoniti cuncti: at Franciscus qvidam Monachus sagaci conjecturâ suspicatus est, hominem aliqvo interdicti vel anathematis vinculo constrictum è vitâ excessisse, atqve ita in terram egressus sanctissimi viri Benedicti Abbatis exemplo, è Pontificiâ formulâ conceptis verbis, animum demortui ritè expiavit,unde redditâ pace mortuo, eo mysterio vaga ossa tandem in suo tumulo qvievêre. Inter familiaria autem hujusmodi plura exempla, qvibus abundant Græci, celeberrimum est illud,qvod Mehemet secundi,qvi regiam Constantini urbem & imperium expugnavit,tempore contigit. Is cùm externarum gentium mores & religionem agnoscendi præter Turcarum morem, esset cupidissimus, de non consumptis Græcorum excommunicatorum cadaveribus,acceptâ notitiâ, nunciavit Patriarchæ, ut qværeret hominem communione Ecclesiæ exterminatum, ante longum tempus vitâ defunctum, in qvo narrati miraculi pro-

baret veritatem. Patriarcha tyranni imperio, & rei difficultate perterritus, à fenioribus Clericis monitus eft, corpus viduæ cujusdam à Sacerdote relictæ, formâ qvidem fuo tempore confpicuæ, propter manifeftam autem vitæ libidinem à Gennadio præceffore, è facro piorum grege eliminatæ incorruptum adhuc jacere, ut qvæ paternorum monitorum impatiens, Patriarcham ipfum nefandi fecum habiti commercii crimine infamaffe non fuit verita. Re à Tyranno acceptâ, tetro cadaveri in morem Tympani inflato in Ecclefiam Pammacariftæ virginis elato, & in arcâ figillis Regiis munita inclufo, Patriarcha benedictionem impertitur, literasqve abfolutionis illius, qvas ipfe manu fuâ confcripferat, recitat. Rem dictu miram, compages

ΚΕΦΑΛΗ' Κϛ.

Ἱστορία περὶ τοῦ μετατεθέντος ὄρους ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Αἰγύπτου διὰ προσευχῆς τοῦ Πατριάρχου ἕνεκα τῆς Εὐσεβοῦς Πίστεως τῶν χριστιανῶν, καὶ περὶ τοῦ ἰοῦ, ὃν πέπωκεν ὁ Πατριάρχης τῆς Ἱερουσαλήμ.

ΠΡὸ ἑξήκοντα ἐτῶν ἢ καὶ πλεῖον, οἱ Ἑβραῖοι οἱ κατοικοῦντες ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Καΐρους, φθόνῳ μεγάλῳ κινηθέντες κατὰ τῶν χριστιανῶν, διὰ τὸ γενέσθαι τὸν Πασία, (τουτέστιν λατινικῶς καλεῖται Πρίντζεψ,) πάνυ φιλάργυρον. Συνεβουλεύσαντο τῷ Πασίᾳ λέγοντες, δοῦναι τῷ Πασίᾳ τὸν φόρον τῶν κατοικούντων Ἑλλήνων ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις, δὶς τόσον φόρον, καὶ ἀποκλείνειν τοὺς χριστιανοὺς, διὰ τὸ ψεύδεσθαι τὸν χριστὸν λέγοντα, ὁ ἔχων πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως ὡς τε ὄρη μεθιστάνειν. Καὶ κἂν θανάσιμον πίνῃ, οὐ μὴ βλάψει ἐκείνῳ. Τότε ὁ λυσσώδης Πασίας ἐκάλεσε τὸν πατρι-

Ματθαῖος. κεφ. ιζ. στιχ. 20. Μάρκος. κεφ. ιϛ. στιχ. ιη.

pages Corporis tunc invicem ſeparari in medio arcæ ita manifeſtè, ut adſtantes audirent ſtrepitum, oſſaqve omnia carne in cinerem ſoluta denudari cæperunt, & reſeratâ à Miniſtris Regiis Arcâ, ſola disjuncta, pulvereæ maſſæ intermixta, ab omnibus fuerunt viſa. Qvo nuncio à Mehemet Principe accepto, Satrapam nomine ſuo dictam, Ameruthæ Filium, qvi eum de miraculo monuerat, laudato palam Fidei noſtræ Cultu, qvo ſuggerente didicerat: qvem Antiſtites & Sacerdotes Græci Sacro Eccleſiæ cœtu prohibuerint, humo non diſſolvi; niſi veniam à DEO impetravit, licet mille anni præterierint. Hæc cum pluribus aliis Fidem relatis adſtruentibus Hiſtoria Conſtantinopolitana in Volumine Turco-Græciæ.

Caput XXVI.

§. cccccxxvi

Relatio de Monte in partibus Ægypti, piæ Chriſtianorum Fidei confirmandæ causâ Patriarchæ precibus transpoſito, (A) ut & de Veneno à Patriarchâ Hieroſolymitano hauſto.

Ante Sexaginta, & qvod excurrit, annos, Judæi partes Cayri inhabitantes, immani invidiæ erga Chriſtianos Oeſtro perciti, Paſiæ, (hoc eſt, ſi Romanâ voce verbum hoc exprimere cupis, Principi,) qvem argenti ſtudioſiſſimum cupidiſſimumq; eſſe, bene norant, hoc inſpirarunt Conſilii, velle ſe Vectigal, qvod Græci loca illa incolentes pendunt, duplicatum Principi ſolvere, modò Chriſtiani internecioni devoveantur, idq; ideò, quòd Chriſtus mentitus fuerit, dicens, Matth. 17. v. 20. Qvi qvantum Sinapis granum, tantundem fidei habuerit, vel montes transplantare poterit; imò, ſi credens in me etiam morti-

πατριάρχην, καὶ λέγει, ἡ πίστις ὑμῶν ἐστὶν ἀπάτη, διὰ
τὸ λέγειν τὸν χριστὸν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν θανάσι-
μον πίῃ, οὐ μὴ βλάψεται ἐκεῖνῳ, καὶ ἐν τούτῳ προσέ-
ταξεν, ἵνα ὁ Πατριάρχης πίῃ ἰὸν ἔμπροσθεν τοῦ Πα-
σία, μηδὲν σημεῖον σταυροῦ ποιησάμενος. Ὅτι εἶ-
πον οἱ ἑβραῖοι τῷ πασία, οἱ χριστιανοὶ ἔχουσι μα-
γίαν τὸν σταυρὸν, καὶ τότε κόπτεται ἡ ἐνέργεια τοῦ ἰοῦ,
καὶ τούτου ἕνεκα προσέταξε τῷ Πατριάρχῃ ὁ Πασίας,
μὴ ποιῆσαι σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἐν τῷ πίνειν τὸν ἰόν.
Ὁ δὲ Πατριάρχης προσκαλεσάμενος τὸν λαὸν, σὺν
τῷ λαῷ τρεῖς ἡμέρας προσευχόμενος ἐνήστευε, καὶ
ἐδέετο τοῦ Θεοῦ, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ θυσιάσας, σὺν ὅλῳ
τῷ λαῷ ἐπορεύθη πρὸς τὸν Πασίαν. ἐκεῖ παρόντων
καὶ πάντων τῶν ἑβραίων· τότε ἐκόμισεν εἷς τῶν Ἑβραίων
τὸν ἰὸν, καὶ δίδωσι τῷ πατριάρχῃ πιεῖν ποτήριον πλῆρες
ἰσχυροτάτου ἰοῦ. Ὁ δὲ Πατριάρχης κρατῶν τὸ πο-
τήριον πρὸς τὸ πίνειν, λέγει πάλιν ὁ Πασίας τῷ Πα-
τριάρχῃ. Πρόσεχε, μὴ ποιήσεις σχῆμα σταυροῦ ἐν τῷ
ποτηρίῳ. Ὁ δὲ Πατριάρχης εὐλογῶν τὸ ποτήριον
καθ᾽ αὐτοῦ μυστικῶς ἐρώτα τῷ Πασίᾳ λέγων, τὸ λοιπὸν,
πόθεν θέλεις ἵνα πίω ἐκ τούτου; τοῦ μέρους, ἢ ἐκ τούτου, ἢ
ἐκ τούτου, ἢ ἐκ τούτου, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ ἔθηκεν ἐν τέσ-
σαρσι τόποις τοῦ χείλους τοῦ ποτηρίου τοὺς δακτύλους αὐτοῦ,
εὐλο-

ferum aliqvid biberit, non tamen id nocebit ei. His auditis, rabie quasi aliquâ correptus ipse Pasias seu Princeps, Patriarcham illicò advocare, & hæc illi dicere: Fides vestra est deceptio, qvoniam Christus dixit: Marc. 16. v. 18. Qvi credit in me, licet mortiferum qvid hauserit, non tamen id nocebit illi. Atq; hâc de causâ præcepit, ut Patriarcha, Principe præsente, venenum liberet; & qvidem nullo Crucis facto Signo. Dixerant quippe Principi huic Judæi, Christianis Crucem Magiæ vicem præstare, adeò, ut Cruce designatâ, veneni efficientia pereat. Hanc ob causam interdixit Princeps Patriarchæ, ne hausturus venerum, crucis Signum effigiaret. Hoc postqvam intellexit Patriarcha, statim concionem populi convocare, & ita junctim per integrum triduum orationibus & jejunio vacare, Deumq; ardentibus precibus fatigare, & tertiâ die, præmisso sacrificio, omni populo comitante Principem adire, præsentibus ibidē jam Judæis omnib⁹. Tum unus è Judæis venenum apportavit; & hoc ipso, sed longè penetrãtissimo præsentissimoq; veneno repletū & qvasi spumans poculū Patriarchæ exhauriendum porrigit. Patriarcham cyathum jam jam evacuandum manibus tenentem rursus Monet Princeps, Cave, dicens, ne figuram Crucis super poculo efformes. Patriarcha verò poculo

apud

διλογῶν τὸ ποτήριον καθ' αὐτῦ. Τότε πάλιν λέγει ὁ Πασίας τῷ Πατριάρχῃ, πίθι ὁπόθεν θέλεις, μὴ γνῷς, ὅτι ὁ Πατριάρχης ἐν σχήματι σαυρῦ διλόγησε τὸ ποτήριον· μετὰ ταῦτα ὁ Πατριάρχης πέπωκεν ὅλον τὸ ποτήριον, καὶ μετὰ τὸ πιεῖν κελδύει ὁ Πατριάρχης, ἵνα φέρωσιν ὕδωρ, καὶ κομίσαντες τὸ ὕδωρ ἔβαλεν ὀλίγον ὕδωρ ἔσω τῦ ποτηρίε, καὶ ἔπλυνε τὸ ποτήριον, ἔπειτα λέγει τῷ Πασίᾳ· Ἐγὼ πέπωκα τὸν καρπὸν ὅλον τῦ ἰῦ, Πινέτω καὶ ὁ ἑβραῖος μόνον τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ ὕδωρ, ἵνα εἴδωμεν κἀκείνε τὴν πίστιν. Τότε δίδωσιν ὁ Πατριάρχης τὸ Ποτήριον τῷ Ἑβραίῳ πιεῖν, ὅδε ἑβραῖος οὐκ ἤθελε πίνειν, τότε ὁ Πασίας ἠπείλησε τῷ ἑβραίῳ λέγων, πίνε ἵνα εἴδωμεν καὶ τὴν σὴν πίστιν, καὶ ὕτως ὁ ἑβραῖος πέπωκε τὸ ὕδωρ τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ, καὶ αὐτίκα ἐῤῥάγη. Τότε οἱ Ἑβραῖοι ἔδωκαν πλείονα χρήματα τῷ Πασίᾳ, λέγοντες, μαγίαν ἐποίησεν ὁ Πατριάρχης. καὶ λέγυσι Περὶ τῦ Ὄρυς ἄλλα λέγει ὁ χειστὸς, ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τύτῳ, μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ, καὶ μεταβήσεται. Καλέσει ἔτι καὶ τὸ ὄρος ἐκεῖνο, καὶ ἐὰν ἔλθῃ τὸ ὄρος τὸ κατ' ἔναντι ἡμῶν πρὸς ἡμᾶς, τότε ἀποκτενέθωσαν ἡμᾶς οἱ χειστιανοὶ, τότε πάλιν ἐκέλευσεν ὁ Πασίας τῷ Πατριάρχῃ, ἵνα τὸ ὄρος καλέσῃ ἐλθεῖν, ἄλλως δεῖ τὺς χειστιανὺς ἀπο-

κτανθῆ-

apud ſe occultâ ratione benedicturus, qværit à Principe: Cæterum, qvà parte poculi vis bibam? An hâc? An illa? An iſthac? num verò alia? Qvo inſtituto digitos in qvatuor loca labri hujus poculi collocavit, benedictionemq; illi ſecretò impertitus eſt. Ad qvod Princeps: Bibe, qvâ parte placet; neſcius interim, Patriarcham, crucis facto Signo, poculo jam benedixiſſe. His præmiſſis, cyathum totum ebibit Patriarcha, eoq; exhauſto, & aqva, qvam adferri jubebat Patriarcha, allata, cyatho nonnihil infundens, illud eluit, hunc in ſonum Principem affatus: Omnem Veneni Subſtantiam ego abſorpſi, bibat verò jam qvoqve hîc Apella, & qvidem ſolam in poculò reſiduam aqvam, ut & de ipſius Fide aliqvid certi nobis conſtet. Hoc dicto poculum Judæo exſiccandum tradidit. Ebræus verò bibitionem prorſus detrectare; ſed princeps minis Hebræum percellens, Bibe, inqvit, ut & tuam conſpiciamus fidem. Hâc neceſſitate compulſus Judæus, aqvam in poculo reſtantem evacuat, at, corpore illicò diſtento, confeſtim ruptus eſt. Id ubi accidit, majorem adhuc pecuniæ vim Principi numerarunt Judæi, prætendentes, Patriarcham hanc rem adhibitâ Magiâ, præſtitiſſe.

§. CCCCXXVIII.

Dicunt itaqve. De Monte verò aliâs inſuper pronunciavit Chriſtus: Si qvantum & granum Sinapi,

κλανθῆναι. Τότε ὁ Πατριάρχης ἐδεήθη τοῦ Πασία, ἵνα χαρίσηται αὐτῷ τρεῖς ἡμέρας, ἵνα καὶ οἱ Ἕλληνες συμβουλὴν λάβωσιν. Ὁ δὲ Πατριάρχης σὺν τῷ λαῷ ηὔχετο μετὰ δακρύων νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ. Τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὸ εἰωθὸς Θυσιάσας, πάλιν ἠθροίσθησαν ὁμοθυμαδὸν πάντες ἕλληνές τε, καὶ Τοῦρκοι, καὶ ἑβραῖοι, καὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὸν τεταγμένον τόπον. Καὶ τότε ὁ Πατριάρχης ἐκτείνας τὴν χεῖρα, πρὸς τὸ ὄρος λέγει, ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Ἁγίου πνεύματος ἔρχου ὄρος. Αὐτίκα δὲ τὸ ὄρος ἐῤῥάγη εἰς μέρη, καὶ ἤρχετο πρὸς αὐτούς. Ἐφοβήθησαν δὲ πάντες μήπως καλύψῃ αὐτούς. Καὶ τότε ὁ Πασίας πάλιν λέγει τῷ Πατριάρχῃ, εἰπὲ, τὸ ὄρος ἵνα στῇ. Τότε πάλιν ὁ Πατριάρχης ἐκτείνας τὴν χεῖρα εὐλόγησε τὸ ὄρος, λέγων, στῆθι ὄρος, καὶ ἐστάθη ἐκεῖ τὸ ὄρος. Καὶ ἔκτοτε ἐκλήθη τὸ ὄνομα τοῦ ὄρους ἐκείνου, στῆθι ὄρος, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. Τουρκικῇ δὲ γλώττῃ καλεῖται ΔΤΟΥΡΔΤΑΓ, Τελέσι, στῆθι ὄρος. Τότε ὁ Πασίας εἶπε τῷ Πατριάρχῃ, ἵνα οἱ ἕλληνες ἀποκτείνωσι τοὺς ἑβραίους. Ὁ δὲ Πατριάρχης λέγει τῷ Πασίᾳ, ἡμεῖς οἱ χριστιανοὶ οὐκ ἔχομεν ἔθος ἀποκτείνειν τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ ἀντὶ τιμωρίας αὐτῶν, φερέτωσαν τὸ ὕδωρ, ὃ ῥέει ἀπὸ τοῦ Καίρου, ῥέειν ἔσω τοῦ Καίρου, ὥστε

πίνειν

napi, tantundem & vos Fidei habueritis, dicetis monti huic: Excede hinc illuc, & excedet. Advocet igitur adhuc porrò & montem illum, &, siqvidem ille nobis ex adverso oppositus, dicto ejus obediens, ad nos se contulerit, in omnium nostrûm vitam Christianis Jus & gladiū porrigimus. Tunc Patriarchæ rursus mandavit princeps, ut montē adesse jubeat, additis minis, si id non fiat, Christianos omnes occidendos esse. Hic Patriarcha trium dierum spatium ad socianda consilia sibi gratificari orat. Patriarcha autem interim, & interdiu & noctu unà cum reliqvo cœtu interpellationibus apud Deum, adjuncto largo lachrymarum flumine est intentus. Die tertiâ, peracto, solito more, sacrificio, omnes Græci, Turcæ, & Hebræi convenére, inq; definito loco sese stitére. Ibi Patriarcha, protensâ manu ad montem: Adesto, ajo, Mons, in Nomine Patris, Filii, & Spiritûs Sancti. Simul ac dixit, simul mons in partes comminutus ipsis sese advolvere; adeò, ut omnes, ne ipsos planè operiret, metu corriperentur. Jubet igitur Princeps Patriarcham, ut, ne progrediatur amplius, monti imperet. Et hic rursus, extensâ manu, monti benedicens, ait: Sta Mons, & constitit ibidem. Atq; hinc mons ille usq; dum nomen illud Στῆθι ὄρος, i.e. Sta mons, obtinet. Turcico verò idiomate dicitur ΔΤΟΥΡΔΤΑΓ, i.e. Στῆθι ὄρος, Sta mons.

πίνειν πάντας τοὺς τῆς πόλεως ἀνθρώπους ἐξ ἐκείνου τοῦ ὕδατος τῶν αὐτῶν δαπάναις, καὶ οὕτως ἐχαρίσατο τὸ ζῆν τοῖς ἑβραίοις ὁ Πασίας, καὶ ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας οἱ ἑβραῖοι φέρουσι τὸ ὕδωρ τοῦ Νείλου τοῦ ποταμοῦ ἔσω τοῦ Καέρους, ταῖς ἰδίαις δαπάναις πρὸς τὸ πίνειν πᾶσαν τὴν χώραν, ὅτι τὸ Κάερος ἐστιν ἐν ὑψηλοτέρῳ τόπῳ τοῦ Νείλου, τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἔστι μεγάλη δαπάνη ποιεῖν τὸ ὕδωρ ἀναβαίνειν. Δύναται ἕκαστος ἐκ τῶν ἐμπείρων ἐμπόρων τῶν ἐκεῖσε πορευομένων μανθάνειν καλῶς· ὡσαύτως καὶ ἐκ τῶν ἐκεῖσε πορευομένων ἑλλήνων, ἐὰν θέλωσι λέγειν τὴν ἀλήθειαν. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τὰ σώματα τῶν ἀφωρισμένων λύεται θαυματουργῶς, ὡς καὶ ὁ Πατριάρχης πέπωκε τὸν ἰόν, καὶ τὸ ὄρος ἐκάλεσε, καὶ ἦλθε, κατὰ τὰ ῥήματα τοῦ χριστοῦ τὰ λέγοντα. Τοῖς πιστεύσουσι σημεῖα παρακολουθήσει, Τουτέστι, τοῖς πιστεύσουσι καὶ πιστεύουσι νῦν ἐν τῷ μέλλοντι χρόνῳ, ὡς ἐν τῷ Δαβίδ. ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, ἀντὶ τοῦ ὀρύξουσι χεῖράς μου καὶ πόδας μου, καὶ πάλιν, δύο ἢ τρεῖς ὅτι ἂν αἰτήσουσιν ἐν τῷ ὀνόματί μου, ὁ πατήρ μου δώσει αὐτοῖς. Ὡς καὶ ἐν τῷ Θαβορίῳ ὄρει ἐν τῇ μεταμορφώσει τοῦ χριστοῦ παρέστησε Μωϋσῆν καὶ Ἡλίαν ὁ χριστός. Οὐ λέγουσιν οἱ ἕλληνες ὅτι ἐστὶ καθαρτήρι-

Hoc præſtito, præcepit Princeps Patriarchæ, ut Græci Judæos omnes illicò neci darent. Ad qvod Patriarcha: Minimè omnium. Noſtrum enim, utpote Chriſtianorum, non eſt, homines trucidare. Hoc verò habeant ſibi pœnæ loco, ut aqvā, qvæ Cayrum alluit, intra Cayrum propriis ſumtibus fluere faciant, qvò omnes incolæ civitatis eam in potum adhibere poſſint. Et hâc conditione atq; pacto, vitæ ipſis Princeps fecit gratiam, ac in hodiernum usq; diem Judæi aqvam fluvii Nili ſuis impenſis in Cayrum inferre coguntur, (B) ut univerſæ Regionis incolis in potum qveat cedere. Cayrum enim in editiore loco, qvàm fluvius Nilus, ſita eſt, ut ita aqvam hanc eò deducere, ingentium res ſit ſumtuum. Qvod ipſum à mercatoribus commercia ſua ibi locorum exercentibus, rerumq; illarum conſciis, ſicuti etiam ex ipſis Græcis loca illa freqventantibus, modò verum profiteri velint, qvilibet poteſt diſcere. Sicuti igitur Patriarcha venenum bibit, & montem ſecundum votum ſuum accerſivit: ad eundem, h.e. planè miraculoſum modum & excommunicatorum corpora in cineres revertuntur, idq; juxta verba Chriſti ſic ſonantia: Credentes verò ſigna qvoq; comitabuntur, h.e. & credituros aliqvando & nunc jam in præſens credentes, ita ut de tempore futuro explicetur: ſicuti & illud apud Davidem:

ον, ἀλλ' ὡς προείπομεν, θαυματουργῶς ἐνίοτε γίνεται, ὡς ὅταν εὑρεθῇ ὁ ἐχθρὸς τοῦ ἀφωρισμένου, καὶ θέλει συγχωρῆσαι ἐκείνῳ τῷ ἀφωρισμένῳ, τῷ ἀδικήσαντι αὐτῷ τῷ ἀγαθῷ χριστιανῷ λύεται τοῦ ἀφωρισμένου ἐκείνου τὸ σῶμα, καὶ στρέφεται εἰς κόνιν.

AD CAPUT

§. CCCCXXIX *Möns träspositus.*

(A) D*E Monte precibus Patriarchæ transposito.*) Tale etiam legitur apud Discipulum de Tempore, de Calipha Rege Tartariæ. Simile qvid refert ex Petr. de Natalibus in Catal. Sanct. Lib. 9. cap. 19. Theatrum V. H. Beyerlingi Lit. F. Fides p. 104. D. Et de Græcis sub Mahometo narrat M. Paulus Venetus de Regionibus Orientalibus Lib. 1. c. 18. in Theatr. Beyerl. p. 107. a.

(B) *Aqvam fluvii Nili in Cayrum ferre coguntur.*) Qvanta aqvæ Cayri sit Penuria, discere possumus ex Levenclavii Historiâ Turcicâ, in qvâ refert Octo Millia Camelorum adhiberi portandis aqvis è Nilo in Cayrum ad pulverem platearum potissimum conspergendum. Vide de Cayro plura in libro Gallico, cui titulus: Relation D' un Voyage fait au Levant &c. Par Monsieur DE THEVENOTH à Paris An. 1665. Parte II. cap. 3. p. 231. 232. seq. & cap. 4. p. 235. ad p. 239. Et c. 80. p. 516. ad p. 5:0.

Græci nullū statuunt Purgatoriū

(C) *Nullum autem Græci statuunt esse Purgatorium.*) Johannes Faber ad Ferdinandum Regem de Moscis & Ruthenis ita audet scribere p. 175. ; Qvoniam illis procul dubio Purgatorii opinio est,

dem: Perfoderunt manus & pedes meos, pro eo: Perfodient manus meas & pedes meos. Et juxta aliud dictum: qvodcunqve duo aut tres in nomine meo petierint, id dabit illis Pater meus. Qvemadmodum & in monte Thabor, in transfiguratione Christi Mosen & Eliam præsentes stitit. Nullũ autem statuunt Græci esse Purgatorium, (C.) sed, uti jam ante dictum est, per singulare prodigium aliqvando usu venit, ut, qvando Excommunicati Adversarius advenit, & Excommunicato illi, illatam ab eodem sibi Viro probo, Christiano injuriam condonare cupit, corpus illius in pulverem redeat.

XXVI.

est, pro defunctis assiduè orant, Missis subveniunt. In qvâ qvidem re tanta illorum est Religio, ut pleriq; bina pro mortuis anniversaria ut vocant, agant. Alterum, qvi fatalis, qvo mortuus est, die agitur. Alterum autem, qvo ab Ecclesiâ institutum Sancti illius, cujus Nomen habuit proprium Festum celebratur.

Anno 1656. in Catalogo Librorum Francofurtensium exstabat & hic Titulus:

Leonis Allatii Dissertatio luci exponens utriusqve Ecclesiæ Orientalis & Occidentalis Confessionem perpetuam in Dogmate de Purgatorio. Edidit Bartholdus Nihusius Francof. apud Joh. Bapt. Schön-Wetterum. Sed librum ipsum videre hactenus non potui. Qvid verò de libro & Thrasonico hujus libri titulo judicandum sit, docet Cl. Vir Dominus Hermannus Conringius in Epistolicâ Dissertatione præfixâ Editioni Confessionis Metrophanis Critopuli, qvi ibi est audiendus.

Thomas qvoqve *Hardingus* in *Confutatione Apologiæ Anglicanæ* Purgatorium jam pridem ante Nihusium Græcis voluit affingere ita scri-

scribens: Græci etiam pro mortuis deprecantur omnes, qvos precibus, oblationibus, eleemosynâ & charitatis operibus, qvæ eorum nomine à viventibus fiunt, relevari existimant. Qui cùm ita sentiant, ac judicent; haud obscura ejus Fidei indicia præbent, qvam de Purgatorio tenet Ecclesia. Sed benè respondet *Ivellus*: Non hic Rhetoricæ, non Dialecticæ Facultatis tuæ tenuitatem perstringam, Hardinge, illud unum monebo, ut majori tibi curæ sit Theologia. Qvantum ego intelligere possum, nunqvam tam arcto nexu inter se juncta erant, preces pro mortuis, & futile illud de Purgatorio commentum, qvin rectè & facile possint disjungi. Græci ut pro mortuis: ita & pro Apostolis precantur, pro Patriarchis, Prophetis, atqve ipsâ B. Virgine Christi Matre, id qvod nullo negotio è Basilii & Chrysostomi Liturgiis discas licet. Lectorem tamen credere, & pro Fidei Articulo habere non vis puto, Apostolos Christi, Patriarchas, Prophetas, & B. Virginem etiam nunc inclusos attineri in Purgatorio. Qvicqvid alioqvin de iis, qvi vitâ excesserunt sentiunt Græci, certum hoc est, adduci nunqvam potuisse, ut Purgatorium vestrum esse crederent. Roffensis, qvi in partium vestrarum primoribus numeratur, est illud: Purgatorium Græcis ad hunc usqve diem non est creditum. Hæc Ivellus. Tom. II. Op. p. 442. 443.

§. CCCCXXX. Qvod autem Christophorus Angelus de Græcis & Ivellus de iisdem contra Hardingum asserit, idem qvoqve de Moscovitis testatur Neugebauerus p. 84. Purgatorium omninò negant, dicunt enim unicuiqve vitâ functo secundum meritum suum locum esse, piis qvidem lucidum & amœnum cum Angelis placidis: impiis autem obscurum, cœcaqve caligine obductum, cum Angelis terribilibus destinatum esse, in qvo extremum expectant judicium, qvo qvidem nil clarius, nil illustrius, nil probis hominibus optatius, nil improbis horribilius futurum opinantur. De Græcis qvoqve, qvod Autor noster dicit, asserit Cl. H. Hottingerus Hodegetici Germanici Parte III. p. 346. & *in Leone Allatio nimiæ temeritatis convicto* §. 27. pag. 212. ita scribit: *Purgatorii nulla planè in Syrorum, Arabum, Æthiopum Symbolicis scriptis fit mentio.* Claudius Salmasius etiam prolixius illud ipsum contra Pontificios probat, edito. Περὶ τοῦ καθαρτηρίου πυρός, h. e. De Igne Purgatorii Libro uno Archiepiscopi Thessalonicensis Nili, in qvo libro jam laudatus Nilus ad pleraqve omnia, & ex Scripturis,

pturis, & è Patribus Græcis prolata Testimonia contraria doctè respondet. Cui libro consimilis Argumenti nonnulla Cl. Salmasius addidit Excerpta ex actis Generalis Octavæ Synodi, qvæ Ferrariæ incepta. ANNO M. CCCC. LVIII. peracta fuit Florentiæ tempore Eugenii P.

Ac qvia Græci Purgatorii Figmentum non admittunt, ideò nec illa statuunt, qvæ Purgatorii Ignem solent succendere, sc. Indulgentias & Bonorum Operum Merita. Græci enim Bonis Operibus tantam efficaciam & virtutem non adscribunt; sed è contrà protestantibus assentiuntur, dicentibus, omnibus, omnibus Creaturis impossibile est, secundum ἀκριβοδίκαιον, vel qvicqvam de Vitâ æternâ promereri, omnem autem mercedem & præmium à benignitate & misericordiâ Creatoris fluere recensente *Relatione de Religione Eduini Sandis, Angli*, &c. Recentiores qvidem Formæ Liturgiarum, ut scribit *Chytræus Oratione de Statu Ecclesiarum, &c. p. 23.* & si mortuorum animas in reqvie & luce Vultûs Divini collocari petunt: tamen oblationem pro Animabus ex Igne Purgatorio liberandis nullam faciunt. Et qvanqvam tria loca discedentium ex hâc vitâ Græci discernunt: Eorum enim, qvi piè vixerunt, & in Domino mortui sunt, animas beatas rectâ in Cœlum transferri. Impiorum verò, qvi sine Pœnitentiâ obierunt, rectâ ad inferos detrudi docent: Eos autem, qvi in fine Vitæ primùm ad DEUM conversi sunt, alio in loco, mediâ conditione inter beatos & damnatos, collocant. Unde eos Eleemosynis & Precationibus vivorum liberari sentiunt: Tamen hunc locum Ignem Purgatorium non appellant.

Sed præ cæteris doctrinam hanc de Purgatorio doctè tractavit, & Veram Græcorum Sententiam contra Allatium &c. asseruit *Fejelius* in Exercitatione Historico-Theologicâ de Græcanicâ Ecclesiâ p. 30. 31. 32. Purgatorii negatio, qvod apparet ex Historiâ Concil. Flor. ex Tractatu Græcorum, cum libellis Nili, olim inter Orthodoxographa sub Inscriptione Apol. Græc. Bas. Concilio exhibitæ edito. Allatius hariolatur desumtum esse ex penu Hæreticorum, qvos vocat, Lutheranorum: qvam verò in suâ hariolatione eruditus vir hallucinetur, haud difficulter monstrari poterit aliqvando. Adstipulantur M. Caleca, Episcopus Ruff. Bellarm. Is verò inconstantior Allatius, uti ex Gabr. Phil. Jos. Bryenn. G. Coref. videre est, Græcos

§. CCCCXXXI.

 à flam-

à flammis iſtis uſtulatoriis tantoperè abhorrere; ut malint in perniciosiſſimum & Origenicum errorem (ita Allat. l. c. Græci enim exsecrantur Origenis Dogma, qvod Nilus docet & Allat. ipſi ſibi contrarius cap. 22. de Purgatorio) incidere, omnes vel plurimos ex impiis à Chriſto ab inferis eſſe liberatos, & alios etiam poſteà Sanctorum precibus adjutos. Cùm enim ipſi ſuffragia pro defunctis admittant, ne tamen cogerentur Purgatorium admittere , in hanc ſententiam verſi ſunt. De qvâ mox plenius agemus. Addere debuiſſet Allatius Græcos ſentire : dari poſt Reſurrectionem aliqvem locum Miſericordiæ divinæ in ipſo Extremi Judicii die , theatro , ut loqvi amant, nondum clauſo, ut hâc ratione bonorum operum, precum, Eleemoſynarum , fructûs nihil conferant ad Pœnas Purgatorii terminandas, ſed ad placandum ſeverum Judicem, confer. Chr. Angel. Cruſ. D. Chemnitius , D. Geſen. D. Gerlachius memorat, cum ex Scripturâ Purgatorium negaſſem , omnes voce geſtuqve mihi applaudebant. Goar. Si qvando cum latinis contingat Græcos de ritibus controverſis agere nihil qvod ad Praxin noſtram pertineat, objiciunt : inſurgunt adverſus Papam , rejiciunt Purgatorium, & alia id Genus ſimilia proponunt. Hinc in Officio Exeqviarum ſic orant : Ipſe Domine, animæ ſervi tui defuncti in loco lucido, in loco amœno , in loco refrigerii, unde dolor, ærumna & ſuſpirium omne exulat , da Reqviem, qvam Precationem Goar, hâc Annotat. exponit; Purgatorii vocem , ut & (1. has particulas abeſſe poſſe cenſeo) Græcorum qvidam reſpuunt , rem ipſam alii non admittunt. Adverſus eorum nuperum errorem (qvaſi verò nuper demum ſic ſentire cæperint) nuperi qvoqve Græci decertant, Caryoph. præſertim & Arcud. Opere de Purgatorio ſpeciatim edito. Omiſſa verò Armorum hujusmodi , qvæ alii tractant, copia, telum fortius in obſtinatam pravè ſentientium mentem, contorqvendum non cenſeo , præter id, qvod ipſi ſuis verbis , Orationibus & Votis depromunt. In Liturgiâ ſiqvidem qvotidie non minus mortuorum , qvàm viventium memoriam agunt , pro qvibus nominibus etiam eorum è Diptychis τῶν κεκοιμημένων, recitatis μερίδας offerunt. Hoc telum qvomodo à Græcis obtuſum reddatur , modò dictum eſt. At qvod præ cæteris (pergit) convincit argumentum illud , qvod tum hîc , tum ſexcentis aliis locis orant Græci, ut animæ mortui detur reqvies. Ἀνάπαυσιν , ajunt,

τὴν

τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου, ut è tenebris erutam ἐν τόπῳ φωτεινῷ ab Æstu ἐν τόπῳ χλοερῷ ab intolerandis ardoribus ἐν τόπῳ ἀναψύξεως. Ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη καὶ στεναγμός. Deus eam constituat. Sed profectò hoc argumentum viro tàm docto est indignum. Rogant Græci ut Deus animam constituat in loco lucido non tanqvam ex tenebris erutam, qvod fingitur, vel, ut mitiùs cum viro erudito agam, additur à Goare: sed ne in eas detrudatur, deprecantur à Deo reqviem à laboribus hujus mundi, qvum ibidem, amici defuncto τελευταῖον ἀσπασμὸν ultimum Vale dicentes, Deoqve gratias agentes, his verbis utuntur. Hic qvidem fratrum contubernio jam deficit, & ad Sepulchrum tendit: nec amplius vanitatis, aut tumultuosæ carnis curam agit. Clarius adhuc: Procellosum Vitæ mare transfretatus portui tuo appulit, qvi hinc migravit fidelis: verùm in qvietis Serenitate, & voluptate perenni, cum Sanctis deductæ animæ servi tui, Christe, reqviem confer, petunt locum amoenum, Paradisum, sicut Latro in cruce; flagitant locum refrigerii, ne in æternum ignem abjiciantur, qvod expressè habetur, p. 528. nisi fortasse locus Actuum Apost. de Καιροῖς ἀναψύξεως Argumentum pro Purgatorio suppeditat? Ipse autem Goar. Num. 6. nos juvat, inqviens. In fine cujusqve versiculi dicitur Alleluja, in signum veræ lætitiæ, tum H. Menardus, tum Ligaridius Chius scribunt, freqvens Alleluja decantari, qvasi defuncto, hujus vitæ miseriis perfuncto, & jam beatitudinis æternæ compoti gratulari gestiant viventes. Adjicit qvidam aliam qvoqve Expositionem, huic qvamvis non adversam, non tamen æqvè congruentem. Dices, Græcorum tamen aliqvi κόλασιν qvandam pro peccatis venialibus admittunt, qvæ fiat per Caliginem Resp. jam Cl. Conring illâ Voce nihil volunt significatum qvàm animæ separatæ aliqvem statum, minus debito felicem. Pœnam enim sensus qvæ appellatur, omninò explodunt. ib. p. 76. mirum sanè, ni sit hoc Commentum Mülmanni & Allatii (aliorum hodie plurium) ex odio partium nostrarum profectum; qvoniam sc. dolet, nobis cum aliis Ecclesiis amplissimis communia multa esse, qvæ in nobis damnant Romanenses. Instabis, cur laudas Conringium, contra qvem satis sævè Leo Allatius suppresso nomine insurrexit? Ego verò dico minimè me id prætermittere; Nihusio responsionem ab Allatio impetrante, qvam ipse pro se & Mülmanno dare non potuit, qvod mireris, cùm

 sit

ſit in Diſciplinis Eccleſiaſticis celebratus Vir, Conringius autem Geſen. Calixt. aliiq; inepti, & rerum divinarum atqve humanarum planè jejuni, qvæ cenſura eſt Allatii. Ago autem contradico, tam nihil egiſſe Allatium in illo tractatu, ut Cauſam ſuam, ſi non prodidit, exſibilandam ſaltem propinaverit. Contendantur modo invicem ea, qvæ Conringius ſcripſerat, cum iis, qvæ Allatius repoſuit, & patebit unicuiqve præjudiciis non faſcinato nihil aliud de ſcripto Allatii pronunciandum eſſe, qvàm ἄῤῥητα ἄμεινα. An verò D. Conring. tantùm abs re ſuâ ſit otii, ut brevibus ſtructuris ſe vindicare velit, mihi non conſtat. Hæc Vejelius. Dn. D. Chriſtianus Dreierus Diſput. 26. contra Pontificios de igne Purgatorio; poſtqvam noſtram ſententiam firmis rationibus ex Scriptura deſcriptis & conſenſu Antiqvitatis Græcæ probavit, ita qvoqve de ſententia Græcorum diſſerit. Græci per hæc tempora conſtanter purgatorium negarunt & doctrinam Eccleſiæ Romanæ palam impugnarunt, uti conſtat ex Apologia Græcorum de Purgatorio igne, qvam ad Concilium Baſileenſe miſerunt. Extat ea in Orthodoxographis, ubi inter cætera ſic ajunt: Ignem purgatorium eſſe pœnamq; per ignem temporalem finem habituram, à Doctoribus noſtris prorſus nihil accepimus, neqve Eccleſiam Orientalem (ſicut & aliàs dictum eſt) ita ſentire compertum habemus. Aliqvot ibi rationes & argumenta adducunt & reſpondent ad objectiones Latinorum. Id acceptant qvòd pro mortuis ſit orandum, & ipſis proſint vivorum interceſſiones, ſed purgatorium nullo modo admittunt. Contra Patres iſtius concilii acriter purgatorium propugnarunt, qvod vel ex Antonino Archiepiſcopo Florentino, qvi concilio interfuit, pateſcit. Is part. 4. Summæ Tit. 14. cap. 10. §. 5. Eſſe autem, inqvit, purgatorium neceſſarium ad ſalutem credere; ipſum autem negare, ut faciunt Græci, hæreticum eſſe & damnabile, hoc autem probatur ex autoritate ſcripturæ & ex more & obſervatione Eccleſiæ & ex ratione. Sic non contenti jam erant doctores dicere, qvod purgatorium eſſet, ſed & neceſſarium creditu ad ſalutem id eſſe & illud negare hæreſin eſſe damnabilem, ſcripſerunt. Hinc & in Concilio Ferrarienſi & Florentino cum Græcis actum eſt de purgatorio, & illud inter articulos fidei relatum: ſic enim habet definitio ſub finem ſeſſ. 25. Tom. 8. Concil. Item definimus, ſi verè pœnitentes in DEI charitate deceſſerint, ante-

§. CCCCXXXII

anteqvam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint & omissis, eorum animas pœnis purgatoriis post mortem purgari, &, ut à pœnis hujusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia, orationes & eleemosynas & alia pietatis officia. Et huic qvidem definitioni Imperator Græcorum Johannes Palæologus, ut & Antonius Metropolita Heracleensis, Bessarion Archiepiscopus Nicænus & alii Græci subscripserunt, in magnis constituti angustiis, sperantes auxilia adversus Turcam. At Marcus Episcopus Ephesinus inter Græcos doctissimus, cum aliis, qvi ipsi adstipulabantur, nec subscripsit, nec ullo modo consentire voluit; qvin Epistolam edidit ad omnes ubiqve Christianos prolixè ostendens, qvod Græci cum Latinis neqvaqvam consentirent, sed maxima inter eos esset differentia. Habentur literæ illæ cum refutatione ad Calcem Actorum Synodi Florentinæ Tom. 8. Concil. Inter cætera de purgatorio sic scribit: Et nos qvidem sanctos non dicimus paratum sibi regnum obtinuisse & arcana illa bona, nec peccatores jam esse in Gehennam contrusos, sed utrosqve esse in expectatione sortis, qvæ illos manet idqve pertinere ad futurum tempus post resurrectionem & Judicium. Isti vero (qvidam Græci) cum Latinis, hos qvidem statim post mortem pro meritis volunt aut præmio aut pœnâ jam esse affectos: mediis verò, hoc est, illis, qvi non sine pœnitentia decesserunt, ignem ipsi purgatorium confingentes, diversum à flammis gehennæ assignant, ut per illum, ut ajunt purgatis animabus post mortem, ii qvoqve cum justis cœlesti regno fruantur. Hæc enim continet definitio ipsorum. Hæc ille.

Ad hos & Lutherus provocavit seculo XVI, qvando doctrinam de Purgatorio cum reliqvo papatus fermento expurgatum ivit. Hæc D. Dreierus.

Doctè satis hanc materiam de Purgatorio excussit *Johannes Daleus in Tractatu de Pœnis & satisfactionibus Humanis, libro sexto*, qvo Purgatorii figmentum ex Veteribus refellitur. Et capite qvidem primo probat, nullum in Veteris Ecclesiæ fide locum habuisse. Arg. I. ex eo, qvod neqve in Symbolis, neqve in Conciliis Veterum apparet. II. Arg. qvod id à Græcis semper fuit oppugnatum. Verba ejus ita sonant: Purgatorium Romanum nusqvam in Vetustiorum Patrum, qvi primis sex seculis à Domino in terris nato flo-

Purgatoriū à Græcis semper oppugnatū fuisse probat Daleus.

ruerunt, vel Symbolis, vel fidei expositionibus, vel deniqve Conciliis comparet.

Non est enim verisimile tàm insigne, tamqve mirabile dogma in hujusmodi locis prætermissuros fuisse, si id cognitum, & ab Apostolis traditum atqve acceptum habuissent. Nam cætera omnia doctrinæ Christianæ capita, qvæ sunt ad salutem creditu necessaria, illi diligenter in hujusmodi scriptis exseqvuntur, ut videre est & in publicis Symbolis, qvæ illius memoriæ plurima extant, & in Synodorum actis, sive universalium, qvales illis temporibus habitæ sunt qvinqve, sive localium & particularium, qvarum multò major est numerus, ac deniqve in singulorum episcoporum *fidei*, ut appellant, *expositionibus*; qvales aliqvot satis prolixæ ad nos pervenerunt. Atqvi in veterũ monumentis, qvæ sunt hujus generis, nihilomninò de purgatorio reperies, qvantumvis omnia diligenter executias; ut vel ex eo patet, qvod adversarii, qvi tantâ curâ, tantoqve studio apud Patres conqvisiverunt, qvæcunqve huic ipsorum opinioni vel minimam favere videri possint, nihil tale hactenus attulerunt; qvod ex iis, qvæ in superioribus disputata sunt, satis intelligitur. Ut cæteros mittam, habemus apud Epiphanium in Panario extremo fidei Christianæ prolixam sanè expositionem; qvam ille velut Ecclesiæ peculium hæreticorum omnium deliriis atqve erroribus opponit; qvam *ἡμετέρας ζωῆς πραγματείαν*, *vitæ nostræ opus*; qvam *ἔρεισμα τῆς ἀληθείας, ζωὴν, ἐλπίδα; βεβαίωσιν ἀφθαρσίας*, *veritatis munimentum, vitam, spem, & firmamentum immortalitatis* vocat. Qvis putet istum tali loco *purgatorii* mentionem omissurum fuisse, si id scivisset? Atqvi nullus ejus meminit. Seqvitur apud eandem disciplinæ qvoqve Ecclesiasticæ, institutorumqve qvæ apud Christianos in usu erant, fusa explicatio. Atqvi ne ibi qvidem qvidqvam de *purgatorio* occurrit. *Preces pro mortuis* fieri solitas memorat, fateor; sed eas planè aliò, qvàm ad *purgatorium* pertinuisse ex ipsis veteribus jam ostendimus. Qvid de Conciliis dicam, qvorum cùm tàm spissa sint volumina, nihil tamen ea istius de *purgatorio* doctrinæ continent. Idqve eò magis mirandum est, qvod in Concilio Oecumenico qvinto, cujus acta Latinè fusè descripta extant, res ipsa non tantùm invitabat, sed etiam poscebat ac flagitabat, ut de *purgatorio* sermo fieret, si id tùm temporis in Ecclesiæ fide fuisset. Nam in eâ Synodo & ipse Origenes in Ca-

In primis sex seculis Purgatorii in Symbolis fidei non fuit propositum.

l. 3. tom. 2. expos. fid. p. 1101.

ibid. p. 1106.

Concilia nihil docent de Purgatorio.

Canonibus damnatus est, & privatum ejus de infernalium pœnarum ingenio dogma in Justiniani tractatu, qvi à vigilio Papâ, & à Synodo probatus, qviqve unâ cum Synodi actis habetur, propriè explosum ac confutatum est; Jam cum Origenes, ut supra fusiùs docuimus, *omnes omninò pœnas purgatorias* esse statueret, sic ut per eas aliqvando expiatis, ac deletis omnium *damnatorum*, etiam *Dæmonum*, peccatis ac maculis gehennam olim desituram affirmaret; nemo non videt, vel Synodum vel Justinianum in hoc argumento versantem *purgatorias* piarum animarum post mortem pœnas, si qvas agnovisset, debuisse hoc loco profiteri, & ab Origenicis sedulò distinguere; monereqve, *esse qvidem ignem in inferis aliqvem purgatorium, sed qvi solas fidelium animas excoqvat*; & si eum tantum posuisset Origenes, non habituram fuisse Ecclesiam, qvod de ejus fide conqvereretur: Sed cùm longiùs profectus non tantùm eum *ignem*, qvo *in fide* Christianâ mortui apud *inferos* ustulantur, sed etiam eum, qvo Dæmones & damnati in Tartaro cruciantur, utrumqve purgatorium esse velit, non esse ferendam hominis insaniam. Profectò, qvisqvis rem totam sedato & à causæ studiis libero animo perspexerit, non dubito, qvin sit confessurus, sic omninò ab istis cum Origene agendum fuisse, siqvidem illi idem cum adversariis de *purgatorio* sentiebant; ne unà cum lolio frumentum evellere, h.e. unà cum Origenis de gehennâ delirio rectam Ecclesiæ de *purgatorio* fidem damnare viderentur. Atqvi horum apud istos omninò nihil. De *purgatorio*, de fidelium in illo post mortem pœnis, atqve *purgatione* altissimum silentium. Origenis proprium dogma sine ullâ exceptione totum simpliciter & absolutè damnant. Ergò statuendum est, ne tùm qvidem, hoc est sexto Christianismi seculo jam adulto publicè in Ecclesiâ cognitum fuisse *purgatorium*, vel pro verâ atqve Apostolicâ doctrinâ habitum. Certè sub finem sexti seculi Gregorius, primus apud Latinos *purgatorii*, ut videtur, artifex Petrum Diaconum, qvem secum in Dialogis facit colloqventem, sic inducit rogantem: *Doceri vellem, si post mortem purgatorius ignis esse credendus est*: qvod magno argumento est eo tempore, ne apud Latinos qvidem adhuc publicè receptum fuisse purgatorium. Nam de publico, ac universali fidei articulo sic loqventem induci Diaconum, absurdum & indecorum esset. Qvis cum v. gr. de *Filii divinitate*, vel de *resurrectione*, vel de aliqvo alio cer-

Cā. 11. coll. 8.

t. 4. Conc. p. 316. 317. c 332 f. 333. a. 341. f

Sexto seculo jam adulto Purgatoriū in Ecclesia publicè nondum fuit cognitum.

A. D. 593. mens. Majo. l. 4. dial. c. 39.

certo, & apud omnes Christianos recepto doctrinæ capite sic rogantem ferret, *Docere vellem, si Filium Patri consubstantialem esse, vel corpora ultimo die resurrectura esse credendum est?* Eò etiam pertinet, qvòd post A. D. 681. Julianus Toletanus, dum *de statu animæ ante judicium* disputat, ait se cognovisse purgatorium ignem *multorum* tractatorum *sententiis* definitum esse; neqve alios, qvàm Augustinum, & Gregorium laudat; Profectò diceret *non à multis constitutum* sed ab *Apostolis traditum*, sed ab *Ecclesiâ* totâ creditum, si jam tum fuisset in publicâ & universali Christianorum fide. Qvid, qvod ne in seqventibus qvidem Synodis, qvæ multæ tùm à Græcis, tùm à Latinis habitæ sunt, ulla extat *Purgatorii* mentio? Neqve ullum eâ de re publicum, ac generale decretum invenitur ante Concil. Florentinum, qvod in ultimâ seculorum fæce ante ducentos annos jam adulto qvinto decimo Christianismi seculo sub Eugenio IV. habitum est.

l. 2. progn. c. 19. Bibl. P. P. T. 9. p. 358. D

Secundò ex eo qvoqve patet, non fuisse hoc *Purgatorii* dogma in veteri Christianorum fide, qvod etiam hodie præter Romanæ communionis homines, nulli alii Christiani id publicè profitentur. De Græcis qvidem res clara est. Nam Thomas in opusculo, qvod contra eos scripsit, probat esse *purgatorium*, & refellit id negantes; stultè, si tùm à Græcis receptum fuit. Cardinalis verò Aureolus refert, dicere Græcos *purgatorium* à Latinis inventum fuisse ob lucrum. Gvido Carmelita, teste Bellarmino, Armenis & Græcis hunc errorem tribuit, *qvod negent purgatorium*; & in Concilio Florentino, in qvo soli Græcorum errores damnati sunt, eadem sententia, qvæ scilicet *purgatorium* negat, disertè rejicitur, contraria (ut diximus) decernitur. Sebastianus Medices eandem sententiam Græcis & Armenis tribuit; itidemqve Alphonsus à Castro: *Unus est* (inqvit) *ex notissimis erroribus Græcorum & Armenorum, qvo docent nullum esse purgatorium locum, in qvo animæ ab hac luce migrantes purgentur à sordibus, qvas in corpore contraxerant, anteqvam in æterna tabernacula recipi mereantur.* Sed qvid opus est testibus, cùm Nili Thessalonicensis Episcopi libellus extet de hoc ipso argumento, in qvo tùm ipse, tùm cæteri Græci acerrimè contra *purgatorium* disputant, & qvæ pro eo vel ex Scripturis, vel ex Patribus referuntur, sigillatim refellunt; tandemq; *purgatorium* ex Ecclesiâ exterminandum concludant? Præfati enim dogma

Hodie præter Papistas nulli Christiani publicè profitentur Purgatorium.
in 4. d. 21. art. 1. p. 151. d.
Sum. de hæret. Bell. de purg. l. 1. c. 2.
Seß. ult.
Sum. heres. voce Purgat.
contr. her. voce purgatorium.

dogma περὶ τέλους τοῦ αἰωνίου κολάσεως *de fine æternæ pœnæ*, tametsi à nonnullis Ecclesiæ viris probatum, ὅμως ἀποκηρυχθῆναι καὶ ἀναθεματισθῆναι παρὰ τῆς ἁγίας πέμπτης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, ὡς ἔκλυσιν ταῖς ψυχαῖς ἐμποιοῦν, καὶ τοὺς ῥαθύμους ἔτι ῥαθυμοτέρους ἀπεργαζόμενον, ἐνδεχομένους ποτὲ τῶν βασάνων λύτρωσιν, καὶ τὴν ἐπηγγελμένην ἀποκατάστασιν, *explosum nihilominus damnatumque fuisse à sanctâ quintâ & universali Synodo, tanquam supinitatem animis inferens, & negligentes negligentiores efficiens, expectantes aliquando à tormentis liberationem, & promissam instaurationem*; hæc, inquam, præfati, διὰ ταῦτα αὐτὰ (inquiunt) νῦν καὶ τὸ προκείμενον δόγμα τοῦ καθαρτηρίου πυρὸς ἀποβλητέον ἂν εἴη τῆς ἐκκλησίας, ὡς ῥαθυμίαν ἐμποιοῦν τοῖς σπουδαίοις, ἐπιπείθον αὐτοὺς μὴ πᾶσι τρόποις ἀγωνίζεσθαι κατὰ τὸν παρόντα βίον ἑαυτοὺς ἐκκαθαίρειν, ὡς προσδοκωμένης ἑτέρης καθάρσεως; *His ob causas etiam nunc propropositum purgatorii ignis dogma exterminandum esset ab Ecclesiâ, ut negligentiam sedulorum animis inducens, ac persvadens ipsis, ne omnibus viribus adnitantur, ut in hac vitâ se ipsos expurgent, cùm alia post hanc vitam purgatio expectetur.* Tota Græcorum gens id adeò universè, atqve unanimiter sentit, ut ex iis, qvanqvam sanè rudibus ac omnium penè lingvarum ignaris, qvenqvam haud facilè reperias, qvi de suæ Ecclesiæ à Latinâ dissidiis interrogatus non statim inter cætera purgatorii dogma afferat. Qvæ paulò fusiùs perseqvi placuit, ut appareat, qvanta sit Bellarmini inverecundia, qvi scribere ausus est, *Ecclesiam Græcam nunqvam dubitasse de Purgatorio.* De veteri qvidem, qvæ garrit, abunde suprà confutavimus, nullumqve eorum Patrum, qvos jactat, *purgatorium* Romanum cognovisse ostendimus. De recentiori Græcorum Ecclesiâ, de qvâ solâ nunc qværimus, non est qvod acta Concilii Florentini nobis obtrudat; cùm & à Græcis domi repudiata fuerit illius Synodi auctoritas, & ipsa illa, qvæ ejus evulgata sunt Acta, multipliciter interpolata fuisse sciant, qvi manuscripta, qvæ isti occulta servant, viderunt. Itaqve planè frivolum est, qvod tandem subjicit Bellarminus, *qvod de Græcis jactatur, qvod purgatorium negent, de particularibus hominibus intelligendum esse.* Cedo ergò aliqvam publicam & universalem recentioris illius Græcorum Ecclesiæ definitionem, qvæ *purgatorianum* dogma constituat ac confiteatur? Atqvi nulla est hujusmodi. Neqve sanè *de privatis hominibus* accipi possunt, aut aliter, qvàm de universalem

L. 1. de Purgat. c. 15. §. ad secundū.

Et vetus & recentior Ecclesia Græca non credit, nec docet Purgatoriū.

niversâ gente ii, qvos nuper testantes audiebamus Græcos *purgatorium* negare; ut de Nilo nihil dicam, qvi totius gentis nomine loqvitur. De Armenis Guido, Alfonsus à Castro, & Sebastianus Medices idem testabantur. Jam cùm isti omnes traditarum à priscis Patribus opinionum observantissimi, & ad ultimam superstitionem tenaces sint, causa dici non potest, cur hanc, si ea apud veteres extitisset, repudiaturi fuerint. Neqve verò respondendum est, Græcos Latinorum odio diversum dogma maluisse. Non enim effecit illud odium, ut non plurima alia æqvè cum Latinis retinuerint. Qvò & illud accedit, qvod non soli Græci, sed etiam Armeni, qvibus nulla fuit odii in Latinos causa, Græcorum hac in parte sententiam seqvuntur. Ex qvo istorum consensu clarissimè, ut mihi qvidem videtur, patet non fuisse hoc de purgatorio dogma in veteri priorum seculorum fide; cùm isti, qvi hoc nesciunt, cætera antiqvioris illius Ecclesiæ, non tantùm dogmata, sed etiam σφάλματα, traditiones ac ritus haud paulò, qvàm Latini, accuratiùs retinuerint. Hæc Dallæus.

D. Vejelii Disp. contr. Allatium.

Nos in hanc materiam de Purgatorio paucula adhuc adjiciemus è Disput. *D. Vejelii contra L. Allatium.* Notum est, inqvit, p. 162. Allatium contra Calvinistas pugnare solere auctoritate Decretorum sub Berrhoënsi & Parthenio An. 1639. 1642. editorum, in qvibus dogmata Cyrilli Lucaris Calviniana proscribuntur, inter qvæ ultimum occupat locum, rejectio purgatorii; *Credimus*, inqvit Lucaris, *defunctorum animas esse vel in beatitudine, vel in damnatione, prout qvisqve gesserit, migrantes enim ex corporibus illicò ad Christum, vel in infernum migrare, qvia, qvalis unusqvisq; in morte invenitur, talis judicatur, post hanc vitam nulla est facultas resipiscentiæ, in hâc vitâ tempus est gratiæ; ideò qvi hîc justificantur, nullam ampliùs posthac subibunt pœnam, qvi autem non justificati nominantur, in pœnas destinantur æternas. Ex qvo patet, commentum de purgatorio non esse admittendum, sed in veritate statuendum, unumqvemqve debere in hoc seculo resipiscere, remissionemq; peccatorum per Dominum nostrum Jesum Christum impetrare, si salvus esse voluerit.* Qvid hic Cyrillus Berrhoënsis Papista qvidem animo, non tamen ausus Papistarum sententiam clarè proferre, cum globo Episcoporum & Sacerdotum decernit? num astruit contra Cyrillum Lucarim purgatorium? Non sanè. Damnat aliqvid in hoc capite, sed

ſed non totum caput. Verba ſunt: *Cyrillo dogmatizanti & credenti occultè qvodammodo in 18 ejus cap. poſt mortem iis, qvi in fine pio & in pœnitentiâ dormierunt, non prodeſſe Eleemoſynas, quæ à familiaribus fiunt & Eccleſiæ preces pro ipſis; ut nempe Juſtis qvidem perfectam fruitionem, peccatoribus perfectam damnationem conſecutis, & etiam commune futurum in extremo horrendo die Judicium & retributionem deſtruenti; qvod alienum à ſcripturis, à DEO afflatis, atqve à nimis concordi Theologorum doctrinâ, anathema.* Ex his colligàs licet, hoc anathemate damnari illud tantùm, qvod Lucaris occultè inſinuare voluit; huncqve errorem in duplici eſſe differentiâ, ſubindicat Berrhoenſis, primò, qvod preces & Eleemoſynas defunctis nihil prodeſſe; juſtos deinde perfectam beatitudiem, impios vero completam damnationem jam aſſecutos eſſe ſtatuat. Rejectio autem purgatorii, non occultè, ſed clarè facta, nec improbatur, nec preces & Eleemoſynas, animabus in purgatorio laborantibus, prodeſſe aſſeritur. Conſonat huic decreto illud alterum à Parthenio ſancitum: Ἔσχατον δὲ πάντων, ἐπὶ προφάσει δῆθεν τοῦ καταβαλεῖν τὸ καθαρτήριον πῦρ τὰς νενομισμένας ἡμῖν ἐπὶ τοῖς ἀποιχομένοις μνείας ἐκβαλεῖν, κατεπείγεται, δι' ὧν ἐλπίζομεν ἄνεσιν αὐτοῖς, καὶ ἀναψυχὴν παρὰ θεοῦ παραπέμπεσθαι τῶν κατεχόντων αὐτοὺς ἀνιαρῶν. *Poſtremum verò omnium, ut prætextum videlicet qværat rejiciendi ignis purgatorii, id agit, ut repudiet ſolennes nobis & legitimas pro defunctis commemorationes, per qvas ſperamus reqviem iis, & reſpirationem ab acerbitatibus, qvæ illas premunt, à DEO eſſe concedendam.* Suſpicari poſſet aliqvis, agnoſci hîc purgatorium, tùm verbis apertis, tùm per liqvidam conſeqventiam. Verùm de eo mox diſpiciemus, utrum reſpiratio ab acerbitatibus de ſublevatione animarum in purgatorio ex Mente Græcorum intelligenda veniat, an verò res ſecus ſe habeat. Clariùs ipſa verba videntur indicare, Parthenium reprehendere Lucarim, qvòd per prætextum aliqvem rejicere voluerit ignem purgatorium, hunc enim verſio Latina ſuppeditat ſenſum: propterea Lucaris rejicit ſolennes pro defunctis commemorationes, ut prætextum habeat ipſum ignem purgatorium, qvalem nos omninò credimus, rejiciendi. Hic verò appello fidem tuam Allati, & omnium Græcè doctorum, annon hîc interpres, qvicunqve tandem ſit, imponere voluerit iis, qvi græca non legunt, & rem infuſcare, animumqve Lectoris à veritate avertere, nam ἐπὶ προφάσει, non ſigni-

 ficat,

ficat, id qvod interpres ipse vult, sed ita debet verti: postremum vero omnium, sub prætextu rejiciendi ignem purgatorium solennes commemorationes repudiat, &c. &c.

Obj. Allat. Græcos eiusmodi tenere hypotheses, ex qvib9 cogantur purgatorias flãmas experiri; cum Resp.

Instat Allatius pro purgatorio Græcorum demonstrando & inqvit: Græcos istiusmodi tenere hypotheses, ex qvibus cogantur purgatorias flammas experiri. Resp. Non disputatur de eo, qvid colligere vel qvorsum qvis adigere possit Græcos, sed qvid illi pleno ore buccinent, & publicè profiteantur. Jam vero pleno ore ebuccinant, se nescire, purgatorium aliqvod esse: ipsorum igitur negatio omninò præponderare debet Allatii & aliorum collectioni.

Obj. Allat. Tractatum Nili de Purg. è penu Hæret. Luther. desumptum, cum accurata responsione. D. Vejelii.

Instat 2. Allatius, Tractatum Græcorum cum libellis Nili olim inter orthodoxographa subinscript. Apol. Græc. Bas. Concilio exhibita, editum, desumptum esse ex genu hæreticorum, qvos vocat, Lutheranorum, eo tempore, qvo Lutherani de Ecclesiâ Græcâ sese benè mereri existimabant, cùm illam conarentur defendere adversus Romanam Ecclesiam, & unà cum eâ *σύσσωμοι* fieri procurabant, putatq; è Latinâ utplurimùm in L. Græcam conversum.

Hanc instantiam *D. Vejelius doctissimè* his refutat verbis: Nonne hoc, *scribit p. 165. Defension.*, est hariolari, dum putas esse ex Latinâ in Linguam Græcam conversum? Qvid vero est illud ut plurimum? Innuere videris ex parte esse conversum è Latinâ in Græcam linguam, ex parte non conversum, hoc sanè vertiginosi hominis phantasmata mera sunt. Sed ex teipso manifestè mendacii te revincam, ut ipsa impudentia nihil sit habitura, qvod obvertat. Dicis libellum istum, à Lutheranis eo tempore concinnatum, qvo procuraverint, ut corpori Ecclesiæ Græcæ agglutinarentur; jam verò secundum te (in illâ qvidem assertione etiam falsiloqvum, qvod infra ostendetur, sed magnum contra temetipsum testem). Lutherani istiusmodi qvid procurârunt diu post editum istum libellum: Dum enim in P.C. 3.8.2. dentes tuos in nostros stringis, inter cætera hæc profers: *Pertentarunt sæpius occidentales hæretici Græcorum animos maximis pollicitationibus allicere ad proprias hæreses; Confessionem propriam in lingvam Græcam conversam mittere Patriarchis & aliis conati sunt; sed inani labore. Primus, qvi id conaretur, fuit Philippus Melanchthon, qvi Augustanæ Confessionis græcè à Paulo Dolscio Plavensi conversæ, exemplum ad Josaphatum Patriarcham Constantinopolitanum Anno 1559.*

per

per Demetrium Mysum Diaconum ejusdem Ecclesiæ misit. Irrita Melanchthonis studia promoverunt postea Martinus Crusius & Jac. Andreas qvi ejusdem Confessionis aliud exemplum An. 1574. ad Jerem. Patriarch. miserunt. Nunc attendamus, qvo anno libellus Græca enim stylo Latino donatus fuerit; est is annus 1545. qvàm spissè igitur errat Allatius Chronologus, & Chronologorum acris censor (edidit enim etiam tractat. de mensurâ temporum) fingens, Lutheranos An. 1559. vel 1574. confinxisse librum, qvi Heydelbergæ An. 1545. à Johanne Hartungo jam erat conversus & in publicum emissus; qvi in dedic. memorat, *exemplar suum perperam fuisse scriptum, ut necesse habuerit Phorcemi Archetypum consulere.* Et nisi Bibliothecæ Pfortzheimensis pars maxima in funesto superiori bello Germanice, à Cappucinis invito Domino, Weilerstapium fuisset ablata, ibiq; in expugnatione flammis consumpta, amicorum gratiâ ipsum archetypon qvoq; mihi consulere licuisset. Sed tempus editionis Hartungianæ, cujus Allatius, figmentorum suorum parùm memor, ipse mentionem facit, criminationem illam fortissimè à nobis depellit. Non tamen sine ratione insanire cupit Allatius, ideoq; aliqvam subnectit: *Nemo siqvidem Græcorum adeò impudenter rem pertractasset, qvi & auctoritatem SS. PP. demissè venerantur, & eorum dicta velut eloqvia divina osculantur, & cùm de iis agunt, omni reverentiâ, nomina eorum in scriptis referunt. At is, qvisqvis sit auctor, testimonia P.P. contemnit, dicta pessimè calumniatur, & eos hæreseos notâ non veretur infamare. Et qvod magis est, ad solam S. Scripturam, rejectis P. P. scriptis provocat. Unde non immerito nonnemo suspicatus est, non aliam esse, qvàm orationem illam, qvæ visa à M. Crusio p. 186. nimirum responsum Græcorum ad positionem Latinorum, opinionem ignis purgatorii sentientium & probantium, qvod lectum & datum fuit Rever. & Rev. P P. ac Dnn. Deputatis die Sabbathi XIII. mens. Junii 1438. in Sacristiâ F. F. Minorum Basileæ præsentatum. Nic. Cusano.* Qvàm me miseret tui, Allati inconsideratissime, ceu petauro enim excussus, exanimis concides. Disputabo igitur tecum ad hominem iterum ex tuis scriptis primò, deinde ad rem accessurus sum ipsam. Græci, qvibus nos scriptum illud assignamus, fuerunt schismatici, qvi *audaciâ atq; omnia tentandi libidine, vera antiqvorum PP. monumenta, novis suis deliramentis inspergere, temeratas manus, in intemeratos Ecclesiæ ritus imponere, sententias P. P. à qvibus se cernunt mani-*

Allat. in chronologiâ vehementer impingit dū Lutheranos accusat.

manifestè constringi, corrumpere, vel fanaticis, vesanis ridendis interpretationibus exponere ex ore tuo diss. de libb. Eccl. Gr. p. 139. seq. 229. seq. de P. C. p. 891. *non erubescunt*, ipsamq; unionem domum reversi mox resciderunt; tales cùm sint schismatici, cur incredibile est Leoni, eos tàm impudenter rem non fuisse tractaturos. Verùm absit, ut auctori istius Apologiæ, qvisqvis etiam fuerit, hos impune patiamur ab Allatio infringi colaphos, qvin audacter refutatori nostro in os dicimus, videri nobis ab ipso omnem veritatis amorem esse ejuratum. Volvi, revolvi libellum, inqvirens, ubinam dicta PP. calumnietur, eosq; hæreseωs notâ infamet, ubi ad solam scripturam rejectis Patribus provocet, ubi in perexiguo & vix septem pagellarum tractatulo, *sexcenta alia* (ut dicit Allatius) *occurrant, qvæ nec acerrimi Latinorum hostes scripto notare fuissent ausi*, nihil simile invenire potui, sed contraria omnia, &c. Vide reliqva, ubi ex multis τεκμηρίοις & argumentis probat, non potuisse libellum isthunc à nostratibus conscribi, qvia Græci dictum Apostoli 1. Cor. 3. de igne sempiterno, impios cum operibus suis combusturo accipiunt, qvæ interpretatio à Nostratium expositione est alienissima, nedum ut statuerint & confinxerint, Paulum, ut ibi habetur, à Chrysostomo multis precibus in adjutorium fuisse invocatum. *Vid. verba ipsa Autoris p. 168. 169.* Porrò credit Allatius, haud immeritò nonneminem fuisse suspicatum, Apologiam istam non aliam esse, qvàm orationem à Crusio visam. *Respondet D. Vejelius:* Eam autem vidit Crusius loco à te citato in MSco. qvodam Capnionis libro: Jam verò Jo. Capnio An. 1522. obiit, & Bibliothecæ suæ partem Patriæ Pfortzhemio legavit, haud immeritò igitur, non suspicor modò, sed firmissimè credo, Lutheranos, cùm unionem Græcorum procurare vellent, libros Capnionis MSS. non potuisse concinnare. Et uti ne qvidem hiscere ampliùs audias, ecce locum ex Apologiâ Græcorum à Capn. lib. 2. de art. Cabal. fol. XXXII. cit. Agitur ibi de verâ salute, veroq; Salvatore contra Philolaum Pythagoræum, ostenditurq; Ethnicorum sic dictos Salvatores, veram salutem h. e. incorruptionem, æternitatem, & insolubilem rebus transitoriis permanentiam, humano generi conferre minimè potuisse, sed solius id esse summi Rectoris: definitio vero hæc veræ salutis probatur ibi ex Aristotele & Platone diciturq; : *Ecce non tantùm Peripateticis, sed etiam Platone ipso & Platonicis testatum recipimus, solâ Dei*

Dei voluntate permanentiam concedi rebus qvibuslibet pro captu suo, & hæc est vera salus. Nam salvari dicimus à læsione servari, ut res tranqvillè permaneant. Qvod unanimi consensu Græcorum qvondam magnifici & ornatissimi Legati Anno à Nativ. JESU 1438. universali Concilio Basileensi illustri, qvâdam & disertissimâ oratione exposuerunt his verbis dicentes : τὸ γὰρ σωθῆναι καὶ σώζεσθαι καὶ ἡ σωτηρία ἁπλῶς οὐδὲν ἄλλο παρὰ τοῖς Ἕλλησι, καὶ τῇ ἡμετέρᾳ βούλεται γλώττῃ, ἢ τὸ διαμένειν καὶ εἶναι, i. e. *ipsum autem salvare & ipsa salus simpliciter nihil aliud apud Græcos & in nostrâ vult linguâ, qvàm permanere & esse*: Hæc sunt ipsissima Apologiæ verba, qvæ Capnio in eâ legit; jam verò liber iste Reuchlini de arte Cab. impressus Hagenoviæ Anno 1517. mense Martio, qvo tempore ne unus qvidem sic vocitatus Lutheranus, qvi hanc orationem ad conciliandos animos Græcorum conscribere potuisset, in toto orbe reperiebatur, &c.

Nos adhuc notamus, qvæ p. 171. §. 4. Dn. D. Vejelius consignavit: Illis verò (Calecâ & Roffensi) inconstantior Allatius, apud qvem ex Gabriele Philadelphiensi, Josepho Bryennio, Georg. Coresio, videre est, Græcos istos à flammis ustulatoriis tantoperè abhorrere, ut malint in perniciosissim. & Origeni cum errorem incidere. *Res benè se habet, qvòd fateris nonnullos schismaticos & hæreticos purgatorium negasse, inter hos fuerunt & sunt adhuc hodie, Patriarchæ, Episc. Doctor. Eccl. Græc. qvi, qvia negant, hæretici sunt, & per hoc à vobis dissident.* Neqve verò pauculi qvidam ita sentiunt, sed ut in exercitat. indicavi, cum doctoribus suis promiscua plebs & integræ Ecclesiæ, qvicqvid fit de nonnullis, qvi in gratiam Latinorum contrarium scribunt. Qvod vero dicis te evidentissimè probare, fatendum esse Græcis, esse purgatorium ex eo fundamento, qvia pro demortuis qvibusdam orent, id mihi nullo modo officit, qvi totiens jam in memoriam tibi redegerim latam à te legem, nostrum non est anxiè qværere, qvid Græci teneantur credere, si opiniones suas salvare velint, sed qvid publicè profiteantur, & clamitent & scriptitent, videlicet, non esse purgatorium, res igitur est confecta. Si dicas, firmissimâ tamen id ego argumentatione probabo ex vestris inter preces effatis, necessariò seqvi vel elici purgatorium: illi clamitabunt contra; negamus seqvi, qvin nec curamus, qvid tu elicias contra nos, qvi assâ tantum fide

de credimus nullibi extare purgatorium, qvale Pontificii fabricaverunt.

Idem pag. 173. Græci dicunt, ignem purgatorium propterea qvoq; non esse concedendum, ne in errorem Origenis prolabantur. Auctor Græcus in Apol. Græcorum de purgat. ap. Allat. diss. p. 34. *Si vero nunc noviter*, ait, *temporarium etiam vocaverimus ignem: verendum est, ne fideles hunc existimantes æternum, etiam omnem jam talem esse ignem putent; atque hinc in Origenis errorem prolabantur, æterniq; supplicii memoriam animis suis excutiant finem pœnæ statuentes.* Et Georg. Corcyrensis Metropolita Syntagm contra Latinos de purgatorio. *Sed ô admirande, ego inqvam, qvi ita sentis, & ita doces, Origenista planè mihi esse videris.* Sunt qvidem secundum Græcos mortuorum tria genera, sed non itidem tria nominatim distincta loca, qvorsum secundum Græcos commigrent. Bryennius etiam tibi citatus, cùm dubium proposuisset, qvonam in loco nunc temporis animæ sanctorum degant, respondet: (Diss. cit. p. 137. it. 140.) *Demortuorum animis duo loca, in qvibus degunt, assignata sunt, sanctorum qvidem cœlum, peccatoribus terræ centrum, infernus scil. Differunt tamen in hoc, qvod animæ sanctorum libertate potiuntur, qvando & mundum universum & idem deliciarum, loca pro sede habent. At qvæ in inferno permanere animæ condemnatæ sunt, inde egredi ad judicii diem, & luminis vel alterius consolationis participes fieri prævidentur, non qvod antequam in judicium adducuntur, pœnas subeant, nam neque ante judicium, æternis illis bonis perfruuntur, neque peccatores indesinentibus cruciatibus addicuntur, sed qvod in obscurâ custodiâ mancipati, crudeles, efferatos, ac immisericordes præsides Dæmones experiuntur, qvi nullis è phylacâ emergere permittunt, ignem intuentes, ignem spirantes, facie nocti non absimiles, qvod triste possident ingenium atq; inhumanum. Frustra itaque, ingerit Allatius tot Ecclesiæ preces, suffragia, sacrificia, nisi velimus dicere, etiam post judicium pro mortuis peccatoribus, qvando pœnis subjiciuntur, orandum esse, & preces, qvas modo effundimus, post judicii tempus in usu futuras, qvod nemo dixerit.* Regeret tibi Bryennius, mi Allati, non frustra esse sacrificia & Eleemosynas, pro mortuis expensas, hæc omnia enim valere ad mitigandam sententiam, & liberandum in judicio eum, qvi sine sufficienti pœnitentiâ olim fuerit demortuus, in qvam sententiam adducti forsitan fuerunt loco Paul. 2. Tim. I. 18. Regeret: *Preces non qvidem post*

judi-

judicium in usu futuras, sed in judicio. Expreſſe hoc aſſerit idem Bryennius (Diſſ. Allat.p. 342.) *Interceſſionem eo tempore futuram , cùm Angeli pro aliqvibus ſupplicabunt , & ſancti, multoq; magis ipſa mundi Domina. Non pro omnibus tamen indiſtinctè, neque pro aliqvo , qvi in peccatis demortuus eſt. Sed pro illis ſolis omnes deprecabuntur, pro qvibus ſupplicationes accipientur, pro iis nempe, qvi, dum delictorum pœniteret, vitam finire contigit, nec peccatorum maculas perfectè expurgare potuerunt. Ita eſt adhuc durante judicio; poſtqvam enim theatrum diſſolutum, & unusqvisq; in locum ſibi deſtinatum cruciatuum abactus fuerit, nulla interceſſio erit, neqve unqvam futura ſit. Nihilominus interceſſio hæc non tùm ſolùm erit, ſed nunc qvoqve fit; cùm viventes interceſſores nobis comparamus, præcipuè inter alios Matrem Domini.* Ex his verbis, ait, Allatius pag. 341. *Se ab hoſtibus ipſis etiam invitis veritatem extorſurum,* habere enim ſe ex ipſo Bryennio, preces ſanctorum non fieri pro ſanctis , neqve pro demortuis, ſed tantùm pro illis, qvi, notare jubet verba τῶν ἐν μετανοίᾳ μὲν φθασάντων μεταλλάξαι τὸν βίον, ὅπω δὲ τὰς τῶν ἁμαρτημάτων κηλῖδας συνηθέντων τελέως ἐκπλῦναι (p. 343.) *Dum pœnitentiam agunt, vitæq; finem poſuere, ideoqve delictorum ſordes perfectè non potuerunt expurgare. Si qvid erit purgatorium, dic ſodes Bryenni , ſi hoc non erit ?* Profectò dicet Bryennius , qvem aliàs prudentem & ſapientem hominem vocas , minus tu prudens & ſapiens es diſputator, qvi doctrinam de purgatorio ex his verbis extorqves, qvæ nullis fidiculis extorqveri poteſt. Dic ſodes Allati, an is, qvi ſtatuit, preces & interceſſiones ſanctorum juvare eos, qvi dum pœnitentiam agerent, è vitâ exceſſerunt, adeoq; per illam pœnitentiam, ſordes peccatorum in vitâ ſuâ non perfectè potuerunt expurgare, an is, inqvam, exinde flammas poſt mortem purgatorias ſtatuere cogatur ? Nam preces illæ valent juxta Bryennium non ad extrahendas animas ex purgatorio, qvod nullum credit, ſed ad eas in extremo die cruciatibus, qvibus aliàs addicendæ eſſent, eripiendas. Et hæc ex Græcorum ſententiâ adeò ſunt manifeſta & certa, ut ipſe Allat. de libb. Eccl. pag. 289. ſeq. Græcor. orationem, qvâ interceſſionem B. Virg. in horrendo judicii extremi die efflagitant *contra Calumniatores Græcorum* defendat. Cùm ergò Græci non tantùm apertiſſimis verbis purgatorium aliqvod Pontificium eſſe negent , & pernegent ; cum precum ſuarum & dictorum ex PP. deſumptorum, aliena à Ponti-

tificiorum mente Interpretamenta propugnent; cùm & conſeqventias Allatianas refellant, Adverſarius tamen tract. de purgat. c. 18. perſtrictè negat, Græcos de mitigatione rigoris in die extremo aliqvid

ΚΕΦΑΛΗ' ΚΖ.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΟΝΑΧΩΝ.

Ἔχουσι δὲ οἱ Ἕλληνες καὶ μοναχοὺς, μόνον κατὰ τὴν τάξιν τοῦ μεγάλου βασιλείου. διαιρεῖται δὲ αὕτη ἡ τάξις εἰς τρεῖς τάξεις· ἡ πρώτη τάξις καλεῖται μοναστηριακὴ, ἡ δευτέρα καλεῖται ἀναχωρητικὴ, ἢ λέγειν κελλιότικη, ὅτι ἔχουσι μικρὰ μοναστήρια, ὡς κελλία. ἡ τρίτη καλεῖται ἀσκητική.

ΚΕΦΑΛΗ' ΚΗ.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΤΑΞΕΩΣ.

Ἡ πρώτη τάξις, ἥτις καλεῖται μοναστηριακὴ, ἐστὶ τοιαύτη. Εὑρίσκεται παρὰ τοῖς Ἕλλησι μοναστήρια μικρά τε καὶ μεγάλα πολλά· καὶ τὰ μὲν ἔχει πεντήκοντα μοναχοὺς, τὰ δὲ ἑκατὸν, τὰ δὲ ἑκατὸν πεντήκοντα, τὰ δὲ διακόσια, τὰ δὲ τριακόσια, τὰ δὲ καὶ τετρακόσια, ἴσως καὶ πλεῖον. ζῶσι δὲ οἱ μοναχοὶ ταύτης τῆς πρώτης τάξεως κοινὸν βίον πάντες ὁμοῦ ἐν μιᾷ τραπέζῃ, σὺν τῷ ἡγουμένῳ ἀριστοῦσι, καὶ

qvid docere, sed id esse *somnium Conringii*, &c.&c. O Allatianam vanitatem, & pertinacem mentiendi libidinem! Et hæc de Purgatorio adduxisse sufficiat.

Caput XXVII.
DE MONACHIS.

9. CCCCXXXIX. *Tres ordines Monachorũ*

MOnachos qvoqve habent Græci, illos autem solùm, qvi è præceptis & institutis Magni pendent Basilii. Dividitur verò hic status in tres alios. Primus ordo vocatur Monasteriacus. Secundus Anachoreticus, sive, ut ita dicam, Celoiticus, ideò qvòd exigua monasteria veluti cellulas possideant. Tertius dicitur Asceticus.

Caput XXVIII.
EXPLICATIO PRIMI ORDINIS MONACHORUM.

§. CCCCXL.

Monasteriacus ordo Monachorũ describitur.

CUm primo ordine, qvi Monasteriacus nominatur, ita comparatum est. Dantur apud Græcos monasteria partim parva, partim magna longè plurima, & hæc inter sunt nonnulla, qvæ qvinqvaginta; inveniuntur alia, qvæ centum; reperiuntur alia, qvæ supra centum qvinqvaginta, qvæ ducentos: invenias nonnulla, qvæ trecentos, etiam qvadringentos, præter propter, imo & plures, continent Monachos. Vivunt verò primi hujus ordinis

καὶ δειπνοῦσιν; οὐδὲν διαφέρει τοῦ ἡγουμένου τὸ ἔδεσμα οὔτε ὁ ποτὸς ἀπὸ τῶν λοιπῶν μοναχῶν, κἂν ἀγράμματοι τύχωσι, κἂν σοφοὶ, ὅ,τι οὖν ἐσθίει καὶ πίνει ὁ ἡγούμενος, τὸν αὐτὸν ποτὸν, καὶ τὸν αὐτὸν ἄρτον, καὶ τὸ αὐτὸ ἔδεσμα πάντες ἐσθίουσι καὶ πίνουσι, μόνον ἐν τοῖς ἐνδύμασι μικρὸν διαφέρουσιν οἱ ἡγούμενοι, καὶ οἱ γέροντες, καὶ οἱ ἱερεῖς τοῦ μοναστηρίου εὐσχημοσύνης ἕνεκα. Ζῶσιν οἱ πλείονες ἐκ τῶν ἐργοχείρων αὐτῶν, μόνον οἱ ἱερεῖς, καὶ οἱ ἱεροδιάκονοι οὐκ ἐργάζονται, μόνον ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασι σχολάζουσι, τουτέστιν, ἐν τῇ ἀναγνώσει· οἱ δὲ λοιποὶ ἔχουσι ἐργόχειρον, οἱ μὲν ῥάπτουσι τῶν λοιπῶν τὰ ἐνδύματα, οἱ δὲ ῥάπτουσι τὰ ὑποδήματα τῶν μοναχῶν, οἱ δὲ πλέκουσιν ἔρια προβάτων, ἢ ἐρίφων τρίχας. Οἱ δέ εἰσιν χαλκεῖς καὶ χαλκεύουσι ἀξίνας· οἱ δὲ προβαίνονται εἰς τὰ πρόβατα, καὶ μισθοῦσι μισθωτοὺς, πρὸς τὸ φυλάττειν ἐκεῖνα, καὶ ἵστανται σὺν ἐκείνοις ἓν ἔτος, καὶ ὅταν παρέλθῃ τὸ ἓν ἔτος, προβαίνονται εἰς τὸ μοναστήριον, καὶ μένουσιν ἐν τῷ μοναστηρίῳ, καὶ ἕτεροι πέμπονται εἰς τὰ πρόβατα, καὶ ποιοῦσι κἀκεῖνοι ἕτερον ἓν ἔτος, καὶ οὕτω πάλιν ἄλλοι πέμπονται ἀπὸ τῶν γερόντων τοῦ μοναστηρίου. Ἔχουσι γὰρ τὰ μοναστήρια γέροντας, τοὺς πα-

nis Monachi vitam pariter omnes ex æqvo communem, & æqvalem, omnes cum ordinis sui Majore, unà, unam ad mensam & prandium & cœnam capiunt, cibo potuq; prioris ab apparatu reliqvorum Monachorum, sive illiterati illi, sive literati fuerint, nihil omninò differente. Qvicqvid ergò edit, bibitq; Prior, eundem potum, eundem panem, idem edulium omnes qvoq; edunt bibuntq;, in vestitu solùm exigua qvædam disparitas inter Monasterii Priores, Seniores & Sacerdotes, decentiæ & decoris ergò cernitur. Maxima ipsorum pars operâ manuariâ victum sibi acqvirit, solis Sacerdotibus & Hierodiaconis, ecclesiasticis scilicet solùm negotiis h. e. lectione occupatis, & ab hoc labore exceptis Reliqvi, qvod manuum labore perficiant, omnes suum pensum habent. Hi aliorum vestimenta consuunt, illi calceamenta illorum parant, isti ovium lanas aut hœdorum pilos contexunt connectuntqve. Alii sunt ærarii, vel fabri ferrarii & secures fabricant. Cæteri ad oves se conferunt, Pastores ad curam gregis habendam mercede conducentes, illisqve per unum annum adhærentes; hocqve elapso, in Monasterium se rursus recipiunt, ibiqve permanent, aliis interim ad oves ablegatis, idemqve, qvod illi, per annum unum factitantibus; qvibus post exactum annum ad Mo-

παλαιότερους μοναχοὺς, καὶ, κατὰ τὸν προειρηθέντα τρόπον, πέμπουσι μοναχοὺς οἱ γέροντες, πρὸς τοὺς ἵππους, καὶ πρὸς τοὺς βόας, καὶ πρὸς τὰς μέλισσας καὶ πρὸς μήλους, καὶ ἐν ἑτέροις πράγμασι καθ' ἔτος, καὶ πάλιν στρέφονται εἰς τὸ μοναστήριον. Καὶ οὕτω ζῶσι ἐν τοῖς μοναστηρίοις οἱ μοναχοὶ, πολλοὶ δὲ καὶ ἐκ τῶν ἱερέων πέμπονται ἀπὸ τῶν γερόντων, εἰς Βαλαχίαν, καὶ εἰς μοσχοβίαν, ἰβερίαν καὶ ἀλλαχόθεν πρὸς τὸ ζητεῖν ἐλεημοσύνην, καὶ οὕτω φέρουσιν εἰς τὸ μοναστήριον, καὶ μηνύουσιν ἐκεῖνοι ἐν μοναστηρίῳ, καὶ πάλιν ἄλλοι πέμπονται, καὶ οὕτως ζῶσιν ἐκ τῆς πρώτης τάξεως οἱ μοναχοὶ ἐν τοῖς μοναστηρίοις.

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ.

ΠΕΡΙ ΣΧΗΜΑΤΟΣ.

Φέρουσι δὲ κάλυμμα ἐν ταῖς κεφαλαῖς αὐτῶν καλύπτοντα τὰ ὠτία αὐτῶν, σημαῖνον, ὅτι οὐ δεῖ αὐτοὺς ἀκούειν, οὔτε μανθάνειν τὰ κακὰ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ὡς κωφοὺς λογίζεσθαι, ὡς φησὶν ὁ παῦλος: νηπιάζετε τῇ κακίᾳ. Φέρουσι δὲ καὶ ἕτερον κάλυμμα ἐπάνω τοῦ προλεχθέντος, καλύμματος, ἐν σχήματι τάφου, καὶ καλύπτει τὴν κεφαλὴν, καὶ

nasteria reversis, denuò alii à Monasterii Senioribus (sunt autem hi illi Monachi, qvi præ reliqvis qvàm plurimos annos in monasteriis consumpserunt) amandantur. Prædictum admodum Seniores illi Monachos ad eqvos, ad boves, ad apes, ad fructus, ad occupationes alias ablegant, qvi finito anno ad monasteria redeunt. Atqve hæc est ratio & modus vitæ Monasticæ. E Sacerdotibus verò multi à Senioribus in VVallachiam, Moscoviam, Iberiam & aliorsum ad colligendas eleemosynas emittuntur, qvas in Monasteria perferunt, & ibidem qvoqve, aliis interea hoc nomine exire jussis, permanent. Atqve hâc ratione Monachi primi ordinis in monasteriis ætatem suam transigunt.

Caput XXIX.

DE VESTITU SIVE HABITU.

§. cccCXLI. Habitus Monachorum.

GEstant Monachi in capitibus operimentum aliqvod, auriculas qvoqve ipsas muniens, qvo ipso significatur, neqvaqvam decere illos in aures, minùs in animum admittere illa, qvæ vitiosè ab hominibus vel geruntur vel dicuntur, sed existimare potius, sese omni audiendi facultate destitui, qvem in sensum Paulus qvoqve ait: Estote pueri malitiâ. Præfato capitis tegumento aliud intu-

καὶ κρέμαται ἕως τῆς ζώνης καὶ ἐπέκεινα· σημαῖνον, ὅτι, ὁ φέρων τοῦτο σχῆμα, νεκρός ἐστιν ἐκ τῶν κοσμικῶν πραγμάτων, καὶ οὐ δεῖ τὸν φέροντα τοῦτο σχῆμα φροντίζειν περὶ κοσμικῶν πραγμάτων, τουτέστι, τιμῆς ἀνθρώπων, περὶ πλούτου, περὶ συγγενῶν, περὶ φίλων, περὶ ἀνθρωπαρεσκίας, οὔτε περὶ θάλψεως σώματος, ἀλλὰ νομίζειν ἑαυτὸν νεκρὸν εἶναι, οὐχ ἵνα ἀποθνήσκῃ τελείως, ἀλλὰ τῷ προαιρετικῷ θανάτῳ ἀποθνήσκειν, ὡς φησὶν ὁ κύριος· εἴτις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήτω μοι. καὶ ὁ Δαβὶδ ὅλην τὴν ἡμέραν ἕνεκα σοῦ θανατούμεθα.

ΚΕΦ. λ.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΟΑΙΡΕΤΙΚΟΥ ΘΑΝΑΤΟΥ.

Θανατοῦσθαι καὶ σταυρὸν ἆραι, σημαίνει, τῷ προαιρετικῷ θανάτῳ θανατοῦσθαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ οὐ τῷ φυσικῷ θανάτῳ θανατοῦσθαι. Προαιρετικὸς δὲ θάνατος ἑρμηνεύεται οὕτως. Ὥσπερ ὁ ἄνθρωπός ἐστι διπλὸς, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος· οὕτω καὶ διπλός ἐστιν, φυσικὸς καὶ προαιρετικὸς θάνατος.

Φυσι-

insuper imponitur, qvod formam sepulchri refert, caputqve totum operiens ad cingulum usqve, & longius etiam dependet; qvo innuitur, habitu istiusmodi incedentem mundanis negotiis emortuum esse; neqve convenire, ut vestimento hoc indutus, studiorum hujus seculi h.e. honoris & dignationis humanæ, divitiarum, consanguineorum, amicorum, auræ popularis, cuticulæqve curam suscipiat, sed ut mage se pro mortuo reputet, non qvasi propriè dictâ morte diem obire, sed liberâ & spontaneâ morte mundo & carni mori debeat. De qvâ ita loqvitur Dominus noster: Qvi me seqvi vult, abnegét seipsum, tollat crucem suam & seqvatur me. Et David ait: Totâ die propter te morti tradimur.

Caput XXX.

EXPLICATIO, QVID SIT MORS SPONTANEA.

§. CCCCXLII.

Mors spontanea describitur.

EMori & crucem suam tollere, notat, hominem morte voluntariâ obire, minimè omnium autem naturali & physicâ. Spontanea verò mors explicatius ita proponitur. Qvemadmodum homo duplici modo considerari potest, & qvà animâ & qvà corpore constat: sic qvoqve duûm generum mors est, alia naturalis, alia spontanea.

φυσικὸς μὲν θάνατος ἐστιν, ὡς ὅταν χωρίζεται ἡ ψυχὴ ἀπὸ τοῦ σώματος. προαιρετικὸς δὲ ἐστιν, ὡς ὅταν τις κόπτῃ τὰ σαρκικὰ πάθη. καὶ πάλιν. Καθὰ ὁ ἄνθρωπος διπλός ἐστιν, οὕτω καὶ αἱ θελήσεις δύο εἰσὶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ: θέλησις τῆς ψυχῆς, καὶ θέλησις τοῦ σώματος. καὶ καθὰ ἡ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ χάρισμα καὶ πνοὴ θεοῦ, ζητεῖ καὶ τὰ ἄνω, οἷον, Ὥσπερ ὁ θεός ἐστι καθαρὸς, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ἀγαπᾷ φυσικῶς, ζῆν καθαρῶς, τουτέστιν, ἀμολύντως ἀπὸ ἁμαρτίας. ὡς ὁ θεός ἐστι δίκαιος, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ἐπιθυμεῖ διάγειν δικαίως· ὡς ὁ θεός ἐστιν ἐλεήμων, κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ζητεῖ καὶ ἡ ψυχὴ ἐλεήμων εἶναι. Ἐν τῷ θεῷ γήινόν τι οὐκ ἔστιν, ὡσαύτως καὶ ἡ ψυχὴ ὀρέγεται τὰ οὐράνια καὶ θεῖα μελετᾶν, καὶ τὰ ἑξῆς. Τοῦ δὲ σώματος τὰ θελήματα ταῦτά ἐστι, καλεσθίειν, μεθύειν καταγελᾶν, ὑπερηφανεύεσθαι, πλεῖν καθ᾽ ὑπερβολὴν, πορνεύειν, ὑβρίζειν, ὑπερφρονεῖν, φιλοχρηματίζειν, ἀδικεῖν, καὶ ὑψηλότερον εἶναι ἀπὸ πάντων ἀνθρώπων, ἁρπάζειν, καὶ ὅτι οὖν ἐστιν ἐναντίον τῆς ψυχῆς, πρὸς ἐκεῖνο τρέχει ὁ σαρκικὸς, ἄνθρωπος, ὥς φησιν ὁ παῦλος ἐν τῇ β. πρὸς Τιμόθεον Κεφ. γ. περὶ τῶν κυριευομένων ἀνθρώπων ἀπὸ τῶν σαρκικῶν παθῶν. Φίλαυτοι, φιλάρ-

Et naturalis qvidem mors est, qvando anima, corpore exanimi relicto, emigrat. Spontanea verò, qvando qvis carnales affectus resecat. Rursus. Qvemadmodum homo duplex est; ita & duplicia in homine deprehenduntur desideria, alia qvæ ab animâ, alia qvæ à corpore denominationem habent. Et sicuti anima hominis donum & spiraculum DEI est; ita etiam ea, qvæ supernæ sunt originis, appetit. Verbi gratiâ. Uti DEUS purus est: sic & anima solius naturæ instinctu puram h. e. inqvinamenti & peccati omnis expertem vitam vivere incipit. Sicut Deus est justus: ita & anima justè ætatem transigere desiderat. Ut Deus est misericors: ita anima misericordiam exercere amat. In DEO terreni nihil invenire licet: pari modo & anima non nisi cœlestia, divinaqve meditatur, & qvæ alia his consanguinea sunt, concupiscit. Qvæ verò corpus velit & qværat, hæc sunt: Commessari, inebriari, alios mycterismo excipere, cristas erigere, divitiis supra modum affluere, scortari, contumeliis alios afficere, insolescere & nimium de se sentire, opibus congerendis studiosè incumbere, injustè alios circumvenire, inter omnes homines eminere, rapere, & qværcunqve tandem animæ adversantia alia sunt, ad ea carnalis homo summo studio contendit. Sicuti Paulus in epistolâ suâ 2. ad Timotheum

λάργυροι, ἀλάζονες, ὑπερήφανοι, βλάσφημοι, γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀχάριστοι ἀνόσιοι, ἄστοργοι, ἄσπονδοι, διάβολοι, ἀκρατεῖς, ἀνήμεροι, ἀφιλάγαθοι, προδόται, προπετεῖς, τετυφωμένοι, φιλήδονοι μᾶλλον, ἢ φιλόθεοι, ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. Ἔστι γὰρ ἐχθρότατος ἐχθρὸς τῆς ψυχῆς τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς, ὥς φησιν πάλιν ὁ αὐτός. Ὁρῶ ἕτερον νόμον στρατευόμενον κατὰ τῆς σαρκός μου. καὶ πάλιν· τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς θεόν. Εἰ μὲν ἐχθρὸς τοῦ θεοῦ τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἄρα καὶ ἐχθρότατος ἐχθρὸς τῆς ψυχῆς. τούτου ἕνεκα δεῖ τοὺς λογικοὺς ἐχέφρονας εἶναι, ἵνα δύνανται χαλιναγωγεῖν τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς, ὡς οἱ ἱππεῖς τοὺς ἵππους, καὶ αἱ βασίλισσαι τὰς δούλας αὐτῶν. οὐχ ἵνα θανατώσωσι τὸ σῶμα, ἀλλ' ἵνα ἡ ψυχὴ κυριεύη τοῦ σώματος. Ὅτι ἐκ τοῦ πολλάκις ὑπακούειν τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος ἰσχυρῶς, θηριοῦται ἡ ψυχὴ, καὶ τότε οὐδὲν μέλει αὐτῇ περὶ τοῦ θεοῦ. Ἀλλὰ συναγωνίζεται τῷ σώματι, ὥς φησιν ὁ παῦλος, ὁμιλίαι κακαὶ φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ, καὶ ὁ θεὸς περί τινων ἑβραίων λέγει τῷ μωυσῇ. αἱ ψυχαὶ αὐτῶν οὐκ εἰσὶν ἀγαθαὶ, οὐχ ὅτι ὁ θεὸς ἐποίησε κακὰς τὰς ψυ-

Cap. 3. de hominibus, in qvibus carnales cupiditates imperium obtinent, loqvens, ait: Sibi ipsis placentes, auri cupidi, gloriosi thrasones, superbi, blasphemi, Parentibus immorigeri, ingrati, profani, storgarum naturalium expertis, irreconciliabiles, calumniatores, incontinentes, feri & immansveti, bonorum osores, proditores, præcipites & temerarii, inflati, qvibus voluptates magis qvàm DEUS in amore est, speciem pietatis habentes, virtutem verò ejus abnegantes; Sunt qvippe appetitus carnales hostes animæ longè omnium inimicissimi, qvemadmodum idem alio loco dicit: Video aliam legem oppugnantem carnem meam. Et rursus: Concupiscentia carnis inimicitia est adversus DEUM. Qvod si igitur concupiscentia carnis Dei hostis est: acerrimus certè & ipsius animæ erit hostis. Qvâ de causâ consideratè & circumspectè Prudentibus agendum, qvò carnales cupiditates, veluti aurigæ suos eqvos, & Reginæ ancillas, injecto qvasi freno qveant compescere. Non, ut corpus vitæ omnis expers & exanime planè reddant, sed ut liberum tantùm animæ in corpus imperium hâc ratione asserant. Qvando enim anima corpori sæpiculè obseqvitur, tandem & ipsa ad feritatem degenerat, omniqve veneratione Dei excussâ, Corpori ipsi in bello hoc promovendo vires ministrat. A qvo non ablu-

ſ. CCCCXLIII

ψυχὰς ἐκείνων τῶν ἑβραίων, ἀλλ᾽ ὅτι ἐκ τοῦ πολλά-
κις ὑπακούειν τὰς ψυχὰς ἐκείνων ταῖς ἐπιθυμίαις
τῆς σαρκὸς αὐτῶν, ἐθηριώθησαν αἱ ψυχαὶ ἐκείνων,
καὶ τούτου ἕνεκα λέγει ὁ θεὸς, αἱ ψυχαὶ ἐκείνων οὐκ
εἰσὶν ἀγαθαὶ, ὡς φαίνεται ἐκ τῶν ἔργων ἐκείνων,
ἐκάθησεν ὁ λαὸς, καὶ ἔκλαιε, καὶ ἦλθε ὀρτυγομήτρα,
καὶ ἔφαγεν ὁ λαὸς καὶ ἐχορτάσθη, καὶ τῇ ἐπαύριον
ἀπέθανον δεκατέσσαρες χιλιάδες ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. Ὅ-
ρα, πῶς διὰ τὸ ὑπακούειν τὰς ψυχὰς ἐκείνων ταῖς
ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς αὐτῶν, ἀπώλοντο ψυχικῶς
καὶ σωματικῶς. Πάλιν, διὰ τὴν λαιμαργίαν ὁ ἀ-
δὰμ ἐξεβλήθη ἀπὸ τοῦ παραδείσου. Ὡσαύτως καὶ ὁ
ἡσαῦ μικροῦ ὀψωνίου ἕνεκα ἀπώλεσε τὰ πρωτεῖα. καὶ
ὁ πλούσιος κατεκρίθη, ἀκούσας τὸ ἀπέλαβες τὰ ἀ-
γαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου. Ἔτι καὶ ὁ χριστὸς λέγει,
τοῦτο τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται, εἰ μὴ ἐν προσευ-
χῇ καὶ νηστείᾳ. Καὶ πάλιν λέγει ὁ κύριος, πειρά-
ζει ὁ διάβολος τινα ἄνθρωπον, καὶ ἔπειτα ἐξέρχε-
ται καὶ πορεύεται ἔνθε κἀκεῖθεν, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν-
θυμεῖται· καὶ ἔρχεται ἐπισκέψασθαι αὐτὸν, καὶ
εὑρὼν αὐτὸν ἀμετανόητον καὶ ἐπιτήδειον σκεῦος αὐτοῦ
πορεύεται καὶ λαμβάνει καὶ ἕτερα ἑπτὰ δαιμόνια,
καὶ εἰσελθὼν κατοικεῖ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, καὶ οὕτω
γί-

dit Paulus, dicens: Corrumpunt mores bonos colloqvia prava. Et DEUS de Ebræorum nonnullis ad Moysen ait: Animæ eorum non sunt bonæ; non, qvasi Deus animas illorum Hebræorum malas creasset; non, sed qvia, concupiscentiis carnis sæpè morem gerendo, exutâ humanitate, feritatem induerunt; ac eò digito qvasi intento dicit Deus: Animæ illorum non sunt bonæ, id qvod etiam ex operibus illorum elucet: Consedit populus & illacrymatus est, & venerunt coturnices, comeditqve populus & saturatus est, & die postera prostrata sunt die una qvatuordecim hominum millia. Vide mihi qvæso, qvomodo hi, qvia animæ illorum concupiscentiis carnis obtemperarunt, & spirituali & corporali morte perierunt? Rursus, ob gulæ intemperantiam Adam Paradiso ejectus est. Similiter & Esavus propter vile aliqvod edulium primogenituræ jus perdidit: Et Dives ille condemnatus est, hâc auditâ sententia: Recepisti bona in vita tua. Adhæc etiam Christus ait: Hoc genus non egreditur, nisi per preces & jejunia. Et alibi inqvit Dominus: Tentat Diabolus hominem aliqvem, & postea rursus eum deserit, hinc inde interea obambulans. Posthæc apud animum consilium instituit, revisendi proposito illum accedit, deprehensoqve illo pristinæ pessimæ vitæ adhuc dedito, idoneoqve

ita

γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων.

Τίνα δὲ ἐστι ἐκεῖνα τὰ Δαιμόνια; Ἔστι γὰρ δαιμόνιον ὑπερηφανίας, δαιμόνιον πορνείας, δαιμόνιον φθόνου, δαιμόνιον πολυφαγίας, δαιμόνιον φθόνου, δαιμόνιον φιλαργυρίας, δαιμόνιον ἀδικίας, δαιμόνιον ψεύδους, καὶ ἕτερα ποικίλα. Μεμνημένοι τοίνυν οἱ μοναχοὶ πάντων τῶν προλεχθέντων τούτων, καὶ τοῦ κυρίου λέγοντος, δεῖν σταυρωθῆναι τοὺς θέλοντας ἀκολουθεῖν αὐτῷ: φέρουσι ταῦτα τὰ σχήματα, ἃ προείπομεν, ἵνα ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχωσι τὰ ἔσχατα αὐτῶν, καὶ βλέποντες ἀγωνίζεσθαι, (ὥς φησιν ὁ δαβίδ. προορώμην τὸν κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντὸς, ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστὶν, ἵνα μὴ σαλευθῶ,) καὶ ἀποθνήσκειν αὐτοὺς τῷ προαιρετικῷ θανάτῳ. Ὁμοίως φέρουσι δὲ καὶ χλαίνας, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, διὰ τὸ μὴ ἔχειν περιχειρα, σημαῖνον, ὅτι οὐ δεῖ τοὺς μοναχοὺς ἐκτείνειν τὰς χεῖρας, πρός τι κακὸν πρᾶγμα, ἢ τύπτειν, ἢ ποιεῖν. τούτου ἕνεκα καὶ ἐν τῷ τάφῳ τυλίττουσι μετὰ χλαινῶν, σημαίνοντες, ὅτι ἔζησαν ἐν τῷ βίῳ αὐτῶν, ὡς μὴ ἔχοντες χεῖρας πρὸς τὸ κακοποιῆσαι τι, ἀλλὰ τῷ προαιρετικῷ θανάτῳ ἔθνησκον ζῶντες.

ΚΕΦ.

ita sibi habitaculo reperto, vadit, septemqve adhuc Dæmoniis sibi adjunctis, ingreditur & inhabitat hominem illum, redditurqve apud hominem hunc illa priore, posterior hæc conditio longè deterior.

§.CCCCXLIV. Qvænam verò sunt illa Dæmonia? Est scilicet Dæmonium Superbiæ, Dæmonium scortationis, Dæmonium invidentiæ, Dæmonium voracitatis, Dæmonium cædis, Dæmonium avaritiæ, Dæmonium injustitiæ, Dæmonium mendacii & aliorum variorum vitiorum. Et recensitorum horum omnium itaqve, & ipsius Christi, dicentis: Necesse est crucem suam ferat, qvi me vult seqvi, benè memores Monachi, habitu illo, (de qvo supra locuti sumus) incedunt, qvo ultima sua semper in conspectu habeant, &, secundum effatū Davidis: Vidi Deum meum corā me semper, qvia à dextris mihi est, ne cōmovear, prospectè pugnēt, atq; ita spontaneâ morte obeant. Similiter qvoq; lænas in Ecclesiis, qvia chirothecas usurpare non solent, gestant; docentes eo, non oportere Monachos manus suas ad opus aliqvod malū extendere, ut sunt verbera, aut alia aliqva vitiosa operatio. Hâc de causâ etiam in sepulchris lænis eas obvolvunt, notantes eôpse, qvod in vitâ suâ vixerint, ac si manus ad malè agendū non habuissent, sed morte voluntariâ viventes etiā jam pridē mortui fuerint.

Hhhh CAP.

ΚΕΦ. λα.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΤΑΞΕΩΣ ΤΩΝ ΜΟΝΑΧΩΝ.

Η δευτέρα τάξις τῶν μοναχῶν καλεῖται ἀναχωρητικὴ, τουτέστι, τυγχάνει τις πλούσιος, καὶ οὐ δύναται ζῆν ἐν τῷ κοινοβίῳ, τότε δίδωσι τοῖς μοναχοῖς χρήματα, ἀρκοῦντος ἕνεκα οἴκου τινὸς, καὶ οἱ μοναχοὶ διδόασιν ἐκείνῳ οἶκόν τινα μέγαν ἔξω τοῦ μοναστηρίου ἢ ἓν μιλιάριον, ἢ δύο, ἢ τρία, καὶ οὕτω κατοικεῖ ἐκεῖνος ἐκεῖ, σὺν ἄλλοις δύο ἢ τρισὶ πτωχοῖς. καὶ σὺν αὐτοῖς ζῇ καθὰ ζῶσιν, οἱ κοινοβιᾶται ἐν τῷ μοναστηρίῳ, κατὰ πάντα ὁμοίως ἐκείνοις. ὁ δὲ οἶκος ἐκεῖνος συνέχει ἑαυτῷ ἐκκλησίαν, ὁμοίως καὶ ἀμπελῶνα, καὶ ἔλαια, καὶ καρέας, καὶ ἀμυγδαλαίας, καὶ κερασέας, καὶ ἕτερα ἀναγκαῖα πράγματα ἀρκούντως πρὸς τὸ ζῆν ἐκείνους. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ δευτέρα τάξις τοῦ μεγάλου βασιλείου.

Caput XXXI.

DE SECUNDO MONACHORUM ORDINE.

§. CCCCXLV. Anachoreticus ordo Monachorū

SEcundum Monachorum ordinem Anachoretæ constituunt, qvando aliqvis opibus abundat, & interim in cœnobio vivere neqvit, is certam pecuniæ summam, ut domicilium aliqvod commodum nancisci possit, Monachis numerat; pro qvâ etiam Monachi domum qvandam amplam, uno, duobus vel tribus etiam à monasterio milliaribus distantem, ipsi concedunt. Atqve ita ille duobus vel tribus pauperibus sociis, ibidem vivit, similem prorsus ad modum, qvo cœnobitæ in monasterio vitam suam transigunt. Domus verò hæc contiguam qvoqve habet Ecclesiam sive templum, ut & vineam, nec non oleas, similiter nuces, amygdalas, cerasa & alia necessaria, qvæ vitæ illorum sustentandæ abundè sufficiunt. Atqve hic est secundus Basilii Magni ordo.

CAP. XXXII.

ΚΕΦΑΛ. λβ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΡΙΤΗΣ ΤΑΞΕΩΣ ΤΩΝ ΜΟΝΑΧΩΝ.

Η Τρίτη τάξις καλεῖται ἀσκητικὴ, ἥτις καλεῖται καὶ ἐρημιτικὴ, τελέσιν ἐξησκημένοι ἐν τῇ ἀρετῇ σφόδρα. ζῶσιν οὗτοι πάνυ σκληρῶς, ἔχουσι μόνον οἰκίσκους μικροὺς, ἢ σπήλαια, οὔτε ἀμπελῶνας, οὔτε ἀγροὺς ἔχουσιν. ἀλλ' ἐνίοτέ τινες ἐξ αὐτῶν δύνανται ἔχειν κλήματά τινα μεγάλα, ἃ οὐ ποιοῦσιν οἶνον, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἐσθίειν μόνον βότρυας, ὁμοίως καὶ σύκιας, καὶ τοιαῦτα. καὶ ζῶσιν ἐξ ἐκείνων καὶ ἑτέρων τινῶν, ὡς μετὰ κυάμων, μετὰ κερασίων ἐξηραμμένων καὶ μήλων, καὶ κασανίων, καὶ μετὰ ἄρτου διψαίσου ἐν τῷ κλιβάνῳ. Συλλέγουσι γὰρ ἐν τῷ θέρει μῆλα, καὶ ἄπια, καὶ σύκα, καὶ κεράσια, καὶ κόπτουσιν εἰς μέλη, καὶ ξηραίνουσιν ἐν τῷ ἡλίῳ, καὶ ἐν τῷ λοιπῷ μέρει τοῦ χρόνου, καχλάζουσιν ἐκεῖνα, καὶ ἐσθίουσι μετὰ ἄρτου διψαίσου, ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ ἅπαξ τῆς ἡμέρας, ἐν δὲ ταῖς ἑορταῖς δὶς, τινὲς δὲ καὶ τότε ἅπαξ. ζῶσι δὲ οὗτοι ἐκ τῶν ἰδίων κόπων, ὅτι ἡ ἑλληνικὴ ἐκκλησία οὐ συγχωρεῖ μοναχοὺς τε καὶ ἐρημίτας ζητεῖν ἐλεημοσύνας, διὰ

τὸ

CAPUT XXXII.

DE TERTIO MONACHORUM ORDINE.

§. CCCCXLVI. *Monachi Asceta.*

TErtius ordo venit nomine Aſcetarum, qvi & Eremitæ audiunt. Hi, ut pote in virtutis ſtadio valdè egregiè exercitati, unde & Aſcetarum, hoc eſt, Exercitatorum appellationem nacti, ſupra modum duriter vivunt, parvis domunculis aut ſpelæis ſolùm contenti, neqve vineas, neqve agros poſſident. Poſſunt qvidem nonnulli illorum etiam aliqvando palmites, eosqve non exiguos poſſidere; hos tamen non ad conficiendum vinum, ſed ut cibum, botros videlicet inde petant, adhibent, eandem ob cauſam & ficus, & ſimilia plantant foventqve: ex his qvippe, ut & aliis ejusdem generis, fabis ſcilicet, toſtis ceraſis, pomis, caſtaneis, adhibito pane bis coĉto, ſeſe ſuſtentant. Æſtivo enim tempore, poma, pira, ficus & ceraſa colligunt, inq; fruſta ſecta Solis fervori expoſita torrent; & reliqvo tempore his eduliis, pane bis coĉto adhibito, veſcuntur, & qvidem per integrum annum de die non niſi ſemel; exceptis diebus feſtis, qvibus aliqvi bis de die, aliqvi tamen etiam tùm nonniſi ſemel comedunt. Et hi qvidem Monachi propriis laboribus hunc victum

 ſibi

ſibi acqvirere habent neceſſe ; Ratio hæc eſt, qvia Eccleſia Græca, illud Pauli: Qvi non laborat, non manducet; memori mente obſervans, non permittit, ut Monachi & eremitæ ſtipem & eleemoſynas mendicent. Interdum tamen ditiorum Græcorum nonnulli, tùm illis, qvi in monaſteriis, tùm qvi in eremis degunt, eleemoſynas mittunt; qvæ Aſcetis hic etiam cedunt. Labores verò, qvibus iſti aliàs occupantur, hi ſunt: Hic è pilis ovium funiculos nectit, ut & lanam coactam, qvam Monachi loco fimbriarum veſtimentorum extremitatibus aſſuunt. Ille parat umbracula è juncis, iſte cochlearia aut manubria lignea, alius ſcribit libros. Atqve hæc omnia, poſtqvam abſoluta & perfecta ſunt, eremitæ manachis, qvi monaſteria incolunt, exhibent, à qvibus viciſſim cuncta, qvæ vitæ uſus exigit, mercedis loco recipiunt. Et hic eſt tertius ordo Monachorum ſcilicet Eremitarum. Qvæ qvidem ego, qvia omnium optimè & certò ſum gnarus, ut qvi cuncta oculis meis uſurpavi, audacter ſcribo dicoqve: Et hic eſt tertius ordo Monachorum Magni Baſilii.

Cap.

ΚΕΦΑΛΗ' λγ.

ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ ΤΩΝ ΑΣΚΗΤΩΝ.

Ο῟Υτοι οἱ ἀσκηταὶ ἔχουσί τινας παραδώσεις ἀπὸ τῶν παλαιῶν ἐρημιτῶν, τουτέστι, βιβλία τινὰ, ἃ διδάσκουσιν αὐτοὺς, πῶς δεῖ ὑπομένειν τοὺς κακοὺς λέγοντα οὕτως, ἐὰν μὴ ἔλθωμεν εἰς τὰ μέτρα μωσέως, καὶ δαβὶδ, οὐ δυνάμεθα σώζεσθαι. Τουτέστιν, ὥσπερ ὁ μωυσῆς ὀνειδιζόμενος ἀπὸ Δαθαν, καὶ Αβιρὼν λεγόντων τῷ μωϋσῆ, ἕως τίνος σὺ μόνος κυριεύεις; καὶ ἡμεῖς υἱοί ἐσμεν τοῦ Ἰακώβ: οὐκ ἠθέλησεν ἀντιλέγειν, οὔτε ὀργίζεσθαι ἐκείνοις ὁ μωϋσῆς, ἀλλ' ἀπεκρίθη ἐκείνοις λέγων. Ἐρωτήσω τὸν θεὸν, καὶ ποιείτω ὡς θέλει. Καὶ ὁ Δαβίδ, βασιλεὺς ὢν καὶ προφήτης μέγας, ὅταν ὑβρίζετο ἀπὸ τοῦ κακίστου Σιμεΐ, μετὰ τὸ ἐπιστρέψαι εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, οὐκ ἠθέλησεν ἀποκτεῖναι τὸν κάκιστον ἐκεῖνον ὑβριστὴν αὐτοῦ. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ οὗτοι οἱ ἀσκηταὶ ζῶσι, διὰ τὸ μνησθῆναι αὐτοὺς τούτων τῶν προλεχθέντων ἀνδρῶν, καὶ ὅταν τις ὑβριστὴς ὑβρίσῃ αὐτοὺς, οὐ θέλουσιν ἀντιλέγειν, ἀλλ' αὐτίκα μέμνηνται τοῦ μωσέως, καὶ τοῦ δαβὶδ, καὶ τοῦ Ἰωάννου λέγοντος ἐν ἀποκαλύψει Κεφ. ΙΕ. Καὶ εἶδον ἐκ τοῦ στόμα-

Caput XXXIII.

De Virtute Asceta-rum.

§ cccc xlvii
Virtus Ascetarum.

Ascetæ hi ab antiqvis eremitis accepere qvoqve traditiones nonnullas, h.e. libros aliqvos informantes eos, qvomodo malos perferre debeant; in qvibus hoc legitur: Nisi Mosis & Davidis perfectionem attigerimus, salvari nullo modo possumus. Hoc est, Qvemadmodum Moses contumeliâ & opprobrio conspurcatus à Dathan & Abiram, dicentibus: Qvando tandem tu solus imperium in nos exercere desines? Nos qvoqve è filiorum Jacobi sumus numero, nec contradicere, nec irâ accendi, sed hâc responsione eos dimittere voluit: Consulam ego super hac re Deum; facit ille, qvod ipsi visum fuerit? Et sicuti regio non solùm diademate; sed prophetiæ etiam dono valdè inclytus David, à bipedum scelestissimo illo Simëi virulentâ linguâ consputus, postqvam Regium solium occupavit, neqvaqvam scelus illud, calumniatorem, morte mulctavit. Idem ad exemplar & hi Ascetæ vitam suam instituunt, eò, qvod jam commemoratorum virorum minimè ex oculis & animis removeant imagines, qvod si igitur calumniator

στόματος τοῦ δράκοντος, καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ Θη-
ρίου, καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ψευδοπροφήτου πνεύμα-
τα τρία ἀκάθαρτα, ὅμοια βατράχοις, καὶ πορεύον-
ται εἰς τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς, ἐγείρειν ἐκείνους εἰς πόλε-
μον, καὶ εἰς μάχας, οἵτινες εἰσὶ δαιμόνια ταραχῆς,
οὕτω καὶ οἱ ὑβρισταὶ ἀκάθαρτα δαιμόνια ὕβρεως καὶ
ταραχῆς ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς, ὥς φησιν ὁ κύριος· τὰ
γὰρ κακὰ ἐξ ἀκαθάρτων στομάτων ἐξέρχεται, καὶ
τούτου ἕνεκα θέλουσιν ὑβρίζειν τοὺς ἀνθρώπους ἢ ἑτέρας
ἀδικίας φέρειν, ὥς φησιν καὶ ὁ παῦλος· πολλοὶ ἀν-
τίχριστοι εἰς τὸν κόσμον ἐληλύθασι, καὶ· οὔτε κλέπτης,
οὔτε λοίδορος καὶ τὰ ἑξῆς, βασιλείαν θεοῦ οὐ κλη-
ρονομήσουσι. Καὶ τούτου ἕνεκα καταφρονοῦντες ἐκεί-
νων, οὐ θέλουσιν ἀντιλέγειν ἀλλὰ μέμνηται τοῦ παύ-
λου λέγοντος. ἐάν τις ἀδελφὸς ἐξ ὑμῶν πέσῃ ἐν
τινὶ παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζε-
τε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πραότητος, σκοπῶν σε-
αυτὸν, μὴ καὶ σοὶ πειρασθῇς, θέλουσι νουθετεῖν, τοὺς
ἀτάκτους, μετ᾽ εἰρήνης.

ΚΕΦ.

aliqvis calumniis eos impetat, verbis eos neqvaqvam volunt protelare, ſed ſtatim recordantur Moſis, Davidis & Johannis in Apocalypſi Cap. 15. ita loqventis: Et vidi ex ore Draconis, & ex ore beſtiæ, & ex ore Pſeudo-Prophetæ tres impuros ſpiritus, ranis ſimiles, Reges terræ, ut illos ad bella & dimicationes excitarent, invadentes; & hi ſunt dæmonia ſeditionis & tumultus. Pari modo & Conviciatores hi impuros contumeliæ & turbarum Spiritus in animo ſuo nutriunt, ſecundum pronunciatum Domini: Mala enim ex ore impuro procedunt, & hinc aut homines contumeliis maculare, aut alia damna illis inferre ſtudent. Cui & Paulus concinit, dicens: Antichriſti multi mundum hunc intrarunt. Item: Nec fur, nec conviciator, nec, qvi conſeqventer ordine commemorantur, regni Dei hæreditate potiri poterunt. Et hæc cogitantes ſolo contemptu illos refutant, ne verbo qvidem illis ſeſe opponentes. Pauli verò conſiderantes dictum illud: Si fratrum veſtrorum aliqvis forte in aliqvo lapſus fuerit; vos, qvi ſpirituales eſtis, hunc rurſus ſpiritu lenitatis in ſemitam rectam deducite, cogitantes & vos fortè in tentationem aliqvam incidere poſſe; inordinatè viventes adhibitâ manſvetudine ſtudent corrigere.

ΚΕΦΑΛ. λδ.

ΠΕΡΙ ΝΗΣΤΕΙΑΣ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΤΑΞΕΩΣ, ΚΑΙ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΤΩΝ ΜΟΝΑΧΩΝ.

Ἡ Νηστεία τῆς πρώτης τάξεως, καὶ τῆς δευτέρας, τελέσι, τῶν μοναστηριακῶν, καὶ τῶν ἡγουμένων, ἐστὶ τοιαύτη. Νηστεύουσιν ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα τρεῖς ἡμέρας· ἡμέρα τῆς σελήνης, ἡμέρα ἑρμοῦ, ἡμέρα ἀφροδίτης. Ἡμέρα τῆς σελήνης νηστεύουσιν, ὅτι τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κρόνου, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἡλίου δὶς ἐσθίουσι τῆς ἡμέρας, καὶ ἐσθίουσιν ἰχθύας, καὶ βούτυρον, καὶ ὦα, καὶ γάλα καὶ τυρὸν, καὶ ἔλαιον, καὶ οἶνον, ἵνα δὲ μὴ αὐξάνῃ τὰ πάθη, νηστεύουσι τῇ ἡμέρᾳ τῆς σελήνης· τῇ δὲ ἡμέρᾳ τοῦ ἄρεως, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Διὸς, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κρόνου, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἡλίου, δὶς ἐσθίουσιν ἀπὸ πάντων τῶν προλεχθέντων. Τῶν τριῶν ἡμερῶν ἡ νηστεία οὕτως ἔχει· δευτέρα ὥρα μετὰ τὴν μεσημβρίαν, προσεύχονται ἐν τῷ ναῷ, καὶ ἐξερχόμενοι πορεύονται εἰς τὴν τράπεζαν, καὶ ἐσθίουσι φάβας, μετὰ ζωμοῦ, ἄνευ ἐλαίου καὶ βουτύρου. καὶ τινὰς χόρτους μετὰ ὄξους, ἢ κυάμους, λαθύρια, ἑψημένα, ἄνευ ἐλαίου καὶ βουτύρου καὶ τοιαῦτα. τὸ δὲ ἑσπέρας εἰσέρχονται εἰς τὸν ναὸν, καὶ μετὰ τὰς προσευχὰς ἐξερχόμε-

Caput XXXIV.

DE JEJUNIO MONACHORUM I. & II. ORDINIS.

SCCCCXLVIII

Jejunium Monachorũ Monasteriacorum & Anachoretarum.

CUm Jejunio primi & ſecundi ordinis Monachorum h. e. tùm Monaſteriacorum, tùm ſuperiorum ita eſt comparatum. Jejunant illi per integrum annum ſeptimanis ſingulis tres dies, ut die Lunæ, Mercurii & Veneris. Diem Lunæ qvidem jejuni ideò tranſigunt, qvia diebus Saturni & Solis bis de die, & qvidem piſcibus, butyro, ovis, lacte, caſeis, oleo vinoqve fruuntur. Ne igitur cupiditates hinc robur aliqvod acqvirant, die Lunæ cibo abſtinent. Diebus verò Martis, Jovis, Saturni & Solis omnibus enumeratis eduliis bis veſcuntur. Trium horum dierum jejunium ad hunc modum inſtituitur. Secundâ poſt meridiem horâ precibus Deum compellant in templo; hinc egreſſi ad menſam ſeſe conferunt, fabas cum juſculo, citra oleum tamen & butyrum, ut & herbas nonnullas, adhibito aceto, fabas, lathuria, absqve butyro & oleo cocta in cibum adhibentes: Veſpertino verò tempore templum denuo intrant, abſolutisqve precibus eodem egreſſi, ſedendo templum circumcirca cingunt, ubi cellarius cophinum panum fragmentis

 ple-

χόμενοι, ἐκ τοῦ ναοῦ, κάθηνται ἀμφὶ τὸν ναὸν, καὶ περιέρχεται ὁ κελαρίτης μετὰ κωφίνου πλήρεος κλασμάτων ἄρτων, καὶ δίδωσιν ἑκάστῳ μοναχῷ ἓν κλάσμα ἄρτου, καὶ ὕδατος ἓν ποτήριον, καὶ οἱ μὲν νεώτεροι λαμβάνουσι ταῦτα, οἱ δὲ παλαιότεροι οὐδὲν λαμβάνουσιν, ἀλλὰ κάθηνται μικρὸν, καὶ μετ' ὀλίγον, πάλιν εἰσέρχονται εἰς τὸν ναὸν, καὶ προσεύχονται ποτὲ μὲν μίαν ὥραν, πότε δὲ ἥμισυ τῆς ὥρας. Καὶ ὅταν μέλλουσιν ἐξελθεῖν, ἵσταται ὁ ἡγούμενος ἐν τῇ πύλῃ, καὶ ἕκαστος μοναχὸς, ὅταν θέλῃ ἐξελθεῖν ἐκ τῆς πύλης, προσκυνεῖ τῷ ἡγουμένῳ λέγων, εὐλόγησον δέσποτα, ὁ δὲ ἡγούμενος ἀποκρίνεται λέγων· Ὁ θεὸς συγχωρήσει σοὶ τέκνον, καὶ οὕτως εὐθὺς πορεύονται εἰς τοὺς οἰκίσκους αὐτῶν, καὶ οὐκ ἔξεστι πλέον λαλεῖν τινι μετὰ ἑτέρου. καὶ οὕτως ἐν τοῖς οἴκοις αὐτῶν, ἄρχονται εὔχεσθαι κατ' ἰδίαν, καὶ γονυπετεῖν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ δέεσθαι τοῦ θεοῦ, καὶ περὶ αὐτοῦ, καὶ περὶ ἑτέρων, ἱκανὴν ὥραν, καὶ μετὰ ταῦτα, καθεύδουσιν, ἕως ἅπαξ ἠχήσει τὸ ὡρολόγιον, μετὰ τὸ μεσονύκτιον, καὶ τότε πάλιν ἐγείρονται εἰς τὰς προσευχὰς ὁμοῦ πάντες, καὶ μένουσιν ἕως πρωῒ, καὶ τὸ πρωῒ ἐξερχόμενοι ἐκ τοῦ ναοῦ, πορεύεται ἕκαστος εἰς τὸ ἴδιον ἐργόχειρον, καὶ ἐργάζονται ἕως ἐγγὺς τοῦ ἀρίστου, καὶ πάλιν πορεύονται

εἰς

plenum portans circumit, Monachorum cuilibet unum frustum panis, unumq; cyathum aqvâ repletum porrigens, qvod dimensum soli juniores accipiunt, seniores autem nihil qvicqvam accipiunt; postqvam autem paululùm consederunt, rursus templum intrant, orationibus aliqvando per unius, aliqvando per medium tantùm horæ spatium dediti. Exituris autem illis, Major eorum in vestibulo consistens à qvolibet Monachorum, portâ egredi cupiente venerabundè his verbis salutatur: Benedic mihi Domine. Ad qvod Major respondet: Propitius sit tibi Deus, mi fili. Qvo facto, rectà in cellulas suas se conferunt, nec licet cuiqvam amplius cum qvoqvam vel qvicqvam fari; sed soli sine ullis testibus in domunculis suis, orationes suas exordiuntur, flexisqve coram DEO genibus, & pro se & pro aliis preces per horam integram fundunt. His finitis ad somnum sese componunt, ad signum usqve horæ post mediam noctem stertentes. Hâc auditâ expergefiunt, & ad preces omnes ex æqvo coëunt, protrahentes eas ad ipsum tempus matutinum usqve; manè verò templo excedentes, qvilibet officii sui munus aggreditur, ad tempus prandii in eodem occupatus. Tùm, anteqvam ad prandium accedant, templum prius intrant; ex eo reversi prandio adsunt, eundem, qvem heri in

§. CCCCXLIX.

co-

εἰς τὸν ναὸν περὶ τοῦ ἀρίστου, καὶ ἐξερχόμενοι ἐκ τοῦ ναοῦ πορεύονται πρὸς τὸ ἄριστον ὡς καὶ χθές. Καὶ ὅταν μέλλουσιν ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ ἀρίστου, ὁ ἡγούμενος ἵσταται ἐν τῇ πύλῃ τῆς τραπέζης, καὶ ἐξερχόμενος ἕκαστος μοναχὸς, προσκυνεῖ τῷ ἡγουμένῳ λέγων, εὐλόγησον δέσποτα. Καὶ ὁ ἡγούμενος ἀποκρίνεται λέγων, ὁ θεὸς συγχωρήσει σοὶ τέκνον. Τῇ δὲ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ, γονυπετοῦσιν ἔμπροσθεν τοῦ ἡγουμένου, καὶ ἐν τῷ ἀρίστῳ, καὶ ἐν τῷ ἀποδειπνίῳ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὡσαύτως ἀποκρινόμενοι· καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ ποιοῦσιν ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ. Ἐπὶ πρὸς ταῦτα, ἐὰν συμβῇ τινι τῶν μοναχῶν, καθεύδειν, καὶ μὴ ἐγερθῆναι ἐν τῇ ἀρχῇ ὅταν ἄρχονται εὔχεσθαι, ἀλλὰ παρέλθῃ ἡ ὥρα τῆς πρώτης προσευχῆς. ἥτις καλεῖται μεσονύκτιον, καὶ ἐγερθῇ μετὰ τὸ μεσονύκτιον, ἐκεῖνος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐκ ἀριστεύει, μετὰ τῶν λοιπῶν μοναχῶν, ἀλλ' ἐσθιόντων τῶν λοιπῶν μοναχῶν, ἐκεῖνος ἵσταται ἐν τῇ πύλῃ τῆς τραπέζης κατέναντι πάντων τῶν ἐσθιόντων, καὶ προσκυνεῖ ἐνώπιον πάντων τῶν ἐσθιόντων λέγων. Ἐλέησόν με ὁ θεὸς, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, καὶ τὰ ἑξῆς, ἕως ἐγερθῶσι πάντες ἀπὸ τοῦ ἀρίστου. καὶ ὅταν ἐγερθῶσι, πάντες, θέλουσιν ὁμοῦ ἐξέρχεσθαι, ἐκεῖνος δὲ πίπτει χαμαὶ ἐπὶ τῆς γῆς,

eodem, morem modumqve observantes. Qvando verò prandio ad finem jam perducto, à mensâ volunt surgere, Senior in mensæ parte extremâ consistit; qvem prætereuntes Monachorum singuli venerabundo cultu & vultu salutant dicentes: Benedicito Domine. Cui ille respondet: Deus tibi, mi fili, erit propitius. Tempore verò magnæ Qvadragesimæ non solùm post prandium, sed etiam post absolutam cœnam, in ipsâ Ecclesiâ ad pedes Majoris sui procidunt, eadem & proferentes, & responsi loco accipientes verba. Et hanc rationem per totum annum observant. Qvin si contingit Monachorum qvempiam adeo profundo somno immergi, ut non in ipso exordio, qvando preces initium capiunt, expergefiat, sed demum, jam præterlapsâ horâ orationis primæ, qvæ mediam noctem definit, post mediam noctem surgat, die illâ ad prandium unà cum cæteris non admittitur, sed reliqvis prandentibus in extremâ parte mensæ in conspectu omnium prandentium consistere, omnibusqve ad mensam præsentibus audientibus, orando hæc ingeminare cogitur verba: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & qvæ seqvuntur; usqve dum omnes à prandio surgant. A mensâ verò surgentibus, omnibusqve unà exitum parantibus, iste prono capite in terram sese projicit,

Pœna Monachorũ, qvi justo tempore non surrexere ad preces.

 dicit-

dicitqve: Benedicite, oro, Patres ſancti, homini ignavo; peccavi enim. Ad qvod fratrum qvilibet hoc reponit: Propitius tibi ſit Deus, mi frater. Qvando autem jam omnes egreſſi ſunt, tùm ille qvoqve cibum capit. Et hoc ipſum non ſolùm extremi & ultimi, ſed etiam primi Monachorum præſtare neceſſum habent. Et omnes qvidem non ægro & adverſo, ſed prompto & lubenti animo id admittunt, qvo ſcilicet cuncti bono hoc exemplo excitati ſingulis diebus tempore primæ orationis ſomnum excutere diſcant.

Caput XXXV.

De Jejunio Monachorum III. Ordinis, Qvi Asceticus Ordo Audit. H. E. Ordo Monachorum Perfectiorum.

§. cccci.

Jejunium Aſcetarum.

Tertius Monachorum ordo nominatur ordo Aſceticus. Hi Aſcetæ per totius anni decurſum, nonniſi ſemel de die, cibum capiunt; exceptis feſtis ſolemnioribus, qvamvis ſæpiculè etiam tùm, ſolo prandio contenti, à cœna volentes abſtineant. Qvemadmodum ſupra de jejunio primi & ſecundi ordinis Monachorum id recitavimus.

ΚΕΦΑΛΗ' λϛ.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΩΝ ΤΩΝ ΜΟΝΑΧΩΝ.

Ἔχουσι καὶ οἱ μοναχοὶ τέσσαρας τεσσαρακοστὰς, καθάπερ καὶ οἱ κοσμικοὶ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ. Ἡ πρώτη καλεῖται μεγάλη καὶ ἁγία τεσσαρακοστὴ, καθὰ προείπομεν, ὅτι ἐστὶ δεκατισμὸς τῆς ψυχῆς τοῦ ἐνιαυτοῦ, ὥσπερ προείπομεν, ὅτι τῇ ὀγδόῃ ἑβδομάδι οἱ κοσμικοὶ συγχωροῦσι τὰ ἁμαρτήματα τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν, καὶ ἐξομολογοῦνται, καὶ προετοιμάζονται, ἵνα, ὅταν ἔλθῃ ἡ ἁγία τεσσαρακοστὴ, ὦσι καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, καὶ τότε δέεσθαι τοῦ Θεοῦ, περὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ οἱ μοναχοὶ ἕως τῆς ἑβδόμης ἑβδομάδος πρὸ τοῦ πάσχα, συγχωροῦσιν ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, καὶ ἑτοιμάζονται καὶ αὐτοὶ, ἵνα ὦσι καθαροὶ τῇ ψυχῇ. Ἄρχονται δὲ νηστεύειν ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς σελήνης, τουτέστιν, τῇ ἑβδόμῃ ἑβδομάδι πρὸ τοῦ πάσχα ἄρχονται νηστεύειν, ἡμέρᾳ σελήνης, τῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἄρεως, τῇ δὲ ἡμέρᾳ τοῦ ἑρμοῦ μόνον ἐσθίειν· ταῖς δὲ δύο ἡμέραις μηδὲν ἐσθίουσι, τινὲς δὲ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἄρεως πρὸς ἑσπέραν ἐσθίουσιν ἓν κλάσμα ἄρτου

μετ'

Caput XXXVI.

DE QVADRAGESIMA MONACHORUM.

§. cccccli.

Qvadragesima Monachorum.

SIcuti Seculares: ita & Monachi qvatuor in anno qvadragesimas observant. Prima appellatur magna & sancta Qvadragesima, qvia, ut jam ante indicatum est, hac ipsâ annua animæ decimatio instituitur. Qvemadmodum etiam Seculares, sicut id itidem supra exposuimus septimanâ octavâ, datâ inimicis suis omnium offensarum venia, peccatorum suorum confessionem edunt, atqve, qvo sanctum illud festum Qvadragesimæ pura mente celebrare, & à DEO remissionem peccatorum suorum impetrare possint, hac ratione sese præparant: Ita & Monachi usqve ad septimam ante festum Paschatos Septimanam, mutuam noxarum condonationem exercent, seseqve ad conseqvendam animi puritatem præparant. Jejunii verò initium ab ipso die Lunæ capiunt, hoc est, septimâ septimanâ ante Pascha jejunare incipiunt die Lunæ & Martis; comedentes solum die Mercurii, per duos priores illos dies verò, scilicet Lunæ & Martis, omnem cibi usum prorsus sibi interdicentes; nisi qvod qvidam tamen, & die Martis circa vesperam buccellam panis

μετὰ ὕδατος. Καὶ μετὰ τὴν ἡμέραν τοῦ ἑρμοῦ, ἄρχονται καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἅπαξ ἐσθίειν, ἕως τῆς ἡμέρας τοῦ Κρόνου. Ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κρόνου, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἡλίου, ταύταις δυσὶν ἡμέραις ἕως τοῦ πάσχα ἐσθίουσιν ἔλαιον, καὶ πίνουσι καὶ οἶνον· ἐν δὲ ταῖς πέντε ἡμέραις ταῖς λοιπαῖς τῆς ἑβδομάδος ἐσθίουσιν ἅπαξ, καὶ ἐσθίουσι μῆλα ξηραμύγδαλα καὶ ὅσα ἕτερα ὀπώρα προείπομεν, ὅτι ἐσθίουσιν οἱ ἀσκηταί, ταῦτα ἐσθίουσι καὶ οἱ μοναχοὶ ἐν τῇ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ. Τινὲς δὲ ἐκ τῶν μοναχῶν καὶ ἐκ τῶν ἀσκητῶν ἐν τῇ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ, πολλάκις ἐν τρισὶν ἡμέραισιν ἐσθίουσιν ἅπαξ. Τῇ δὲ μεγάλῃ παρασκευῇ ἐν ᾗ ἐσταυρώθη ὁ χριστὸς, πάντες οἱ μοναχοὶ νηστεύουσι πανημέριοι, καὶ οὐδαμῶς ἀριστεύουσιν, ἀλλ' ἐσθίουσι μόνον τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κρόνου ἑσπέρας, καὶ πίνουσι καὶ οἶνον μετρίως, ἵνα δύνανται στῆναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, διότι ἀγρυπνοῦσιν ὅλην τὴν νύκτα ψάλλοντες, διὰ τὴν χαρὰν τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ.

ΚΕΦΑΛ. λζ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΓΡΥΠΝΙΑΣ ΤΩΝ ΕΟΡΤΩΝ ΟΛΟΥ ΤΟΥ ΕΝΙΑΥΤΟΥ.

Κα-

& aqvam ſumunt. Diebus verò, qvi diem Mercurii inſeqvuntur, uſqve ad diem Saturni, ſemel tantùm de die cibum capiunt. Diebus autem Saturni & Solis, usqve ad feſtum Paſchatos, oleum cibi vinumqve potûs loco adhibent; at reliqvis qvinqve Septimanæ diebus ſemel tantùm & qvidem poma areſacta, aliosqve fructus autumnales, qvibus Aſcetas victitare ſupra retulimus, in magna hac Qvadrageſima Monachi hi comedunt. Qvin aliqvi è Monachis & Aſcetis his in magna hac qvadrageſima ſæpiùs intra dies tres ſemel tantùm cibo veſcuntur. Paraſceve verò illa magna, qva CHRISTUS cruci affixus eſt, omnes Monachi per integrum diem ab omni edulio ſibi temperant, ne qvidem die Saturni prandentes, ſed veſpera ſolùm illius diei edentes bibentesqve & vinum qvidem etiam ſed non neglectâ moderatione; idqve ideò, ut, qvandoqvidem totam noctem ob gaudium è Christi reſurrectione exortum, hymnos cantando inſomnem traducere ſolent, in Eccleſiâ ſtando perdurare valeant.

Caput XXXVII.
DE VIGILIIS, QVÆ IN FESTIS PER ANNUM INTEGRUM OBSERVANTUR.

§. CCCCLII.

Mona-

Κανών ἐστι παρὰ τοῖς μοναχοῖς τῶν ἑλλήνων, ἵνα καθ' ἑκάστην νύκτα ἐγείρωνται πρὸς τὰς προσευχὰς, ἀφ' οὗ παρέλθῃ, μετὰ τὸ μεσονύκτιον, μία ὥρα καὶ ἥμισυ. Ἐν δὲ ταῖς κυριακαῖς ἡμέραισιν ἐγείρονται, ἀφ' οὗ παρέλθῃ μία ὥρα μόνον, ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ· ἀγρυπνοῦσι δὲ, καὶ ἀφ' ἑσπέρας ἕως πρωῒ ἐν ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς, καὶ ἐν ταῖς ἑορταῖς τῶν μεγάλων ἁγίων, τουτέστιν, ἐν τῇ νυκτὶ, τῆς ἀναστάσεως, ἐν τῇ νυκτὶ τῆς ἀναλήψεως, τῆς πεντηκοστῆς, ἐν τῇ νυκτὶ τοῦ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ, τῇ εἰκοστῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ τοῦ Ἰουνίου μηνός. Ἐν τῇ εἰκοστῇ ἐννάτῃ τοῦ Ἰουνίου μηνὸς, ἐν τῇ ἑορτῇ πέτρου καὶ παύλου. Καὶ ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τοῦ Σεβαστοῦ, ὅτι τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἄγουσιν ἑορτὴν μεγάλην, διὰ τὸ μεταμορφωθῆναι τὸν Χριστὸν ἐν τῷ θαβωρίῳ ὄρει. Καλεῖται δὲ ἑορτὴ τῆς μεταμορφώσεως τοῦ Χριστοῦ. Ἔτι ἄγουσιν ἑορτὴν μεγάλην καὶ παννύχιον, ἀγρυπνίαν πλούσιοι καὶ πτωχοὶ, τῇ δεκάτῃ πέμπτῃ ἡμέρᾳ τοῦ Σεβαστοῦ, διότι τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἡ θεομήτωρ, καὶ παρθένος, μετέστη ἀπὸ τῶν γηΐνων εἰς τὰ οὐράνια. Καὶ οὕτω καὶ ἐν ἄλλαις ἑορταῖς, ὡς καὶ ἐν τῇ γεννήσει τοῦ Χριστοῦ. Καὶ ταῦτα περὶ τῆς ζωῆς τῶν Ἑλλήνων, καὶ τῶν Ἑλληνικῶν μοναχῶν.

Vigiliæ nocturnæ in Festis.

MOnachis Græcis canone certo injunctum est, ut elapso post mediam noctem sesqvi horio, singulis noctibus ; diebus Dominicis autem etiam primâ tantum horâ post mediam noctem auditâ, per totum annum ad preces surgant. Qvin ab ipsâ vesperâ ad ipsum tempus matutinum vigilant, qvando præcipua festa & memoriæ præcipuorum Sanctorum celebrantur. Ita insomnem ducunt noctem in festo Ascensionis, Pentecostæ, in festo Johannis Baptistæ, qvod in diem vigesimam qvartam Junii incidit, in festo Petri & Pauli, qvod die vigesima nona ejusdem mensis instituitur, ut & die sexta mensis Augusti; tùm enim solemne aliqvod festum celebrant, eò qvod CHRISTUS in monte Thabor transformatus est, unde & nomen à Transfiguratione Christi obtinet. Celebrant adhæc die decima qvinta Augusti maximè solenne festum, totamqve noctem non solùm pauperes, sed & divites vigilando transmittunt, qvia hac die simul Deipara, Virgo tamen simul, ex hoc terrestri in cœleste tabernaculum est translata. Id qvod & aliis festis, ut tempore nativitatis Christi observare solent. Et hæc sunt, qvæ de Græcorum Græcanicorumqve Monachorum vitæ ratione dicere habuimus.

ANNOTATA AD

§. CCCCLIII. *Origo antelucanorum conventuum & vigiliaru.*

HI antelucani conventus & vigiliæ ortum trahunt ex primis persecutionibus Christianorum.

Qvia enim interdiu sine periculo congregari non poterant, ut ex Actis Apostolorum apparet, fiebant convocationes de nocte. Hinc legimus Actor. XX, 7. Paulum sermonem usqve in mediam noctem protraxisse. Et Tertullianus in Apol. cap.2. scribit: Dicere Plinium, *nihil aliud se de sacramentis eorum comperisse, qvàm cœtus antelucanos ad canendum Christo & DEO, & ad confœderandam disciplinam* & lib. de Cor. milit. cap. 3. p. 121. *Eucharistiæ sacramentum, & in tempore victus & omnibus mandatum à Domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu, qvàm Præsidentium sumimus.* Et cap. 39. p. 36. *Non prius discumbitur, qvàm oratio ad Deum prægustetur. Editur, qvantum esurientes capiunt: bibitur, qvantum pudicis est utile. Ita saturantur, ut qvi meminerint, etiam per noctem adorandum Deum sibi esse.* Nota autem ejusmodi antelucanas convocationes pro commoditate locorum temporumve factas & indictivas fuisse. Paschales verò solenni more fiebant anniversariè: Qvapropter etiam solemnia Paschæ nominantur. Ita enim Tertullianus lib. 2. ad Uxorem cap.4. p.189. *Qvis autem sinat conjugem suam visitandorum fratrum gratiâ, vicatim aliena, & qvidem pauperiora qvæqve tuguria circuire? Qvis nocturnis convocationibus, si ita oportuerit, à latere suo adimi libenter feret? Qvis denique solennibus Paschæ abnoctantem securus sustinebit?* In qvem locum Tertull. hæc annotat Jacob Pamelius in Adnotat. p.148. b. Edit. Rigaltianæ. De Pervigilio Paschæ, inqvit, adnotat hunc locum B. Hieronymus in argumento Rhenani, unde reor, inqvit, & traditionem Apostolicam permansisse, ut in die vigiliarum Paschæ ante noctem dimidiam populos dimittere non liceat, exspectantes adventum Christi (qvem Judæi tradunt mediâ nocte venturum in similitudinem Ægyptii temporis) & postqvam illud tempus transierit, securitate præsumtâ festum cunctis agentibus diem. Habet id ille comment. in Matthæum, ni fallor, ad illud c. 24. Nescitis, qvâ horâ Dominus vester venturus sit. Qvod hausisse videtur ex Lactantii lib.7.c.13. ubi inter cætera; Et hæc est nox, inqvit, qvæ à nobis propter

Pervigilium Pascha.

HOC CAPUT XXXVII.

;pter adventum Regis ac DEI nostri pervigilio celebratur. Qvæ ipsa verba paucis immutatis transscripsit B. Isidorus Etymolog. lib. 6.cap. 16. Ejusdem diei solemnis vigiliarum Pascha meminit *Eusebius hist. Eccles. lib. 6. cap. 25. ac 30.* à qvo vocatur ἡ μεγάλη τοῦ πάσχα διανυκτέρευσις & ἡμέρα τῆς ὑστάτης τοῦ πάσχα παννυχίδος. Eodem pertinet, qvod Gregor. Nazianzenus sermone de Pascha & oratione funebri in Patrem scribit de nocte diem festum Paschæ præcedente, luminibus & flammis corruscante. Item *B. Gregor. Nyss. Orat.* de Paschâ & Ausonius:

Ad temet properant vigilantum convenientes,
Nox lucem refert funalibus anteferendam.

Paschales ejusmodi de nocte conventus solenniores exemplo postmodo erant, instituendi similes solennitates in die natali & aliis solennioribus festivitatibus. Pia autem hæc devotio veterum multis calumniis gentilium obnoxia fuit, dicentium hos conventus nihil aliud esse, qvàm occasiones neqvitiarum, impuritatum, in illis committi adulteria infanticidia, incestus. Accusationem hanc tàm falsam, tam injuriam in Deum & homines pii Veteres ægrè tulerunt, & tales calumnias longè à se declinarunt; causam Christianorum agentibus antistibus sacris, uti scripta Tertulliani, Origenis, Justini & aliorum ostendunt. Cum autem seqvioribus temporibus vera devotio frigesceret, & hi conventus sacri antelucani scandalosè agitari inciperent, noluit antiqva Ecclesia in posterum tales cœtus freqventari. *Concilium Sabinense ann. 1322.* rubric. de Judæis & Saracenis p. 963. Tom. 7. Concil. Binii hoc fecit decretum: Qvia igitur nocturnis vigiliis, qvas in Ecclesiis fieri aliquorum simplicium devotio introduxit, nefanda sæpè & enormia sub hâc boni specie committuntur, ipsas fieri de cætero firmiter prohibemus. Huic Concilio suffragatur *Concil. Aqvilejense* Tom. 9. Concil. Et fatetur ipse *Bellarminus lib. 3. c. ult.* Ecclesiæ triumph. ob flagitia intermissas fuisse vigilias. In specie interdicitur, ne in cœmeterio pervigilent, in Concil. Eliberin. an. 305. can. 35. T. 1. Concil. p. 235. eò, qvod sæpè sub obtentu orationis scelera latentia committant, *Binius ad h. l.* Idem nostris temporibus

Vigiliæ nocturnæ Christianorum multis calumniis gentilium fuere obnoxiæ.

propter eandem rationem in Toletano Concil.I. post Tridentinum decretum fuit, sicuti ab eà ratione in Concil. Antisiodorensi Can.5. prohibetur. *Vide Gabriel Alda pin. ad Can. 35. Concil. Elhberin. p. 208.* Mirũ tamẽ est, qvod cum Vigilias tales, ut dictũ, bono consilio abrogaverit Ecclesia, Romana tamẽ Ecclesia tãquã cultũ necessariũ adhuc retineat cũ assumentis non paucis. Vide *Barthol. Gavant. Thesaur. Sacror.* Rituum T.1.& 2. Concil. *Bituricense anno 1584. Concil. Gallicanor. Odespun. p.400 seq.* Præsertim vigiliæ mortuorũ destinantur, ut animas è purgatorio liberent. Qvam hæ vigiliæ descivêre, à primo genio, qvi non erat meritorius aliqvis, sed is, qvi jam indicatus est. Et qvamvis seculis Augustini & Gregorii magni Vigiliæ mortuornm innotescerent, inusitatis tamen illis Vigiliis mortuorum nulla prorsus mentio vel Purgatorii, vel ignis ipsius. Vide *Chemn. p.3. Exam. Conc. Trid. de Purgat. p.190. ubi* Chrysostomum ita loqventem introducit: Unde appellatio Vigiliarum, quæ in mediâ jam die fiunt, reliqua est? Antiphonæ igitur versiculi & responsoria in Vigiliis illis animam defuncti recens emissam Deo commendant, ut dimissis peccatis ab inferno & à morte æternâ custodiatur & liberetur, ne in die extremi Judicii secundum peccata judicetur & condemnetur.

§. CCCCXIV. *In Concilio Arelatens. III. Provincial. anno Domini 524.* Laicis excubiæ funebres permittuntur, ita tamen, ut cum timore, terrore & reverentiâ hoc faciant. Nullus ibi Diabolica carmina præsumat cantare, nec Jocos, nec saltationes facere, qvæ Pagani docente Diabolo adinvenerunt. Et ideò talis lætitia, inebriatio, cachinni, & pestifera cantica ex auctoritate interdicenda sunt. Si qvis autem canere desiderat: Kyrie eleison, cantet: si autem aliter, omninò taceat &c. T.III. Concil. p 823. Coriolan. summ p.440. Vigiliæ hæ, de qvibus hactenus locuti sumus, postea tandem excluserunt Horas Canonicas, qvas scil. ad solos Religiosos, Clericos, Monachos devolvit Romana Ecclesia. Nam anterioribus seculis plebs æqvè ac Clericus eas freqventabant. Jam enim seculo Tertulliani & antè, erant statæ & certæ horæ, qvibus ad orandum convenerat pius cœtus: Pro ratione temporis, devotionis, necessitatis augebantur. Cyprianus lib. de Oratione numerum qvinarium ponit. Seculo *Athanasii* has orandi horas observabant. Manè Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Duodecimam & mediam noctem. de Virginib. Veland. Cassiani tempore, id est, Seculo

ſo V. jam 7. horæ Canonicæ lib.3. cap.3. de inſtit. Monach. Inde Verſus triti:

Hæc ſunt ſeptenis, propter quæ pſallimus horis:
Matutina ligat Chriſtum, qui crimina purgat;
Prima replet ſputis; Cauſam dat tertia mortis:
Sexta cruci nectit: Latus ejus nona bipartit,
Veſpera deponit: Tumulo completa reponit.

Vide de hoc argumento, qvæ ad CAP. XIII. annotavimus, Rationes &c.

Qvæ de Græcanicorum Monachorum vigiliis *Jac. Goar in Rituali ſeu Euchologio annotavit,* ſunt ſeqventia: Solemnia feſta, Dominicasq; productis per noctem vigiliis ſtationibusq; præveniunt Monachi Græci (de Latinis qvippe nemo qvi experiméto aſſeſerit, id negabit) lõgiſſimas autem ſibi præfixiſſe Monachos *ἀκοιμήτους* hac de causâ vocatos Hiſtoricorum omnium ſcriptis compertum habemus, inter qvos præcipuus fuit Symeon ille, de qvo *Evagrius lib.3. cap. 21.* Feſtis itaq; diebus producunt vigilias cuncti Græci, qvibus prius Latini ſe dederunt exemplo, de qvibus *Caſſianus l.3. de Can. noctur. diur. Orat. modo cap. 8.* Sanè vigilias, qvæ ſingulis hebdomatibus à veſperâ illuceſcente Sabbatho celebrantur, idcircò leviores, hyemali tempore, qvo noctes ſunt longiores, usq; ad qvartum gallorum cantum, per Monaſteria moderantur, ut poſt excubias totius noctis reliqvis duabus fermè horis reficientes corpora ſua, neqvaqvam per totum diei ſpatium ſomni torpore marceſcant: reqvie brevi hujus temporis pro totius noctis refectione contenti. Modernorum verò Græcorum vigilandirationem omnem *Baſilius Hieromonachus Maleinus deſcribit* his verbis: Statim adveniente nocte, inſtituenda vigilatio ad horas duas (poſt ſolis occaſum) & auditâ horâ octavâ ſurgendum. Hunc terminum tranſire Monacho non licet, alii usq; ad tertiam, qvartam, qvintam, ante matutinam ſynaxin, & nonnunqvam per totam noctem extendunt Vigilias: præcipuè qvibusdam feſtis, aut publicis ad celebranda ſacra die ſeqventi, futuris conventibus. Matutino autem ſomno poſt ſynaxin abſtinent: qvandoqvidem ille monaſticæ vitæ non eſt conſentaneus. Ad Matutinas porrò, qvæ feſtivis diebus profundâ ſemper nocte, cantuq; ſolemni in Eccleſia perſolvuntur, plebs rudis antiqui ritus apprimè tenax, nec non etiam hortatu &

correctionibus Sacerdotum excitata, diligentius assurgere consueta est; ab iisq; freqventius obeundis nec ipsi Imperatores Orientis abhorruêre: solemnioresq; eorum Vigilias in Palatio, nocturnis officiis producendas percenset Codinus, & ejus commentator Gretserus in suis elucubrationibus. Hæc *Goar in Eucholog. p 30.*

Georgius Cassander in Hymnis Eccles. p.178. operum hoc observat. Est autem illud observatu non indignum, qvod à *Johanne Billet*, diligentissimo rerum Ecclesiasticarum perscriptore, & Gulielmo Duranti Mimatensi Episcopo est annotatum, priscos Ecclesiæ Patres tribus temporibus de nocte interpolatim, id est, intervallatim surrexisse, & unicuiq; tempori nocturnum unum assignasse, idq; Dominicis & præcipuè festis diebus. Unde fit, ut iis diebus nocturni tres suis Psalmis & lectionibus descripti reperiantur. Primus nocturnus, ad qvem Pontifex & ministri Ecclesiæ conveniebant, primi somni tempore, cum vulgus cubitum ire consuevit, inchoabatur: alter nocturnus, ad qvem ministri simul & conjugati, tum viri tum mulieres coibant, nocte media & intempestâ decantabatur. Unde & in eo versiculus cantari consuevit: Media nocte surgebam &c. Verum ut loqvitur qvidam, qvi de omnibus divinis officiis qvàm accuratissimè scripsit, Cum jam (inqvit) de tempore, qvo majores nostri consurgere consueverunt, negligentiores sumus, mentiri autem non audeamus, eo versiculo omisso ejus loco alterum dicimus: Qvoniam tu illuminans lucernam meam Domine. Qvæ regula si obtinere debeat, non

ΚΕΦΑΛ. λη.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΩΣ ΓΙΝΟΝΤΑΙ ΟΙ ΜΟΝΑΧΟΙ.

Ἔθος ἐςὶ παρὰ τοῖς μοναχοῖς τῶν ἑλλήνων, ἵνα, ὅταν θέλῃ τὶς μοναχὸς γενέσθαι, πρῶτον ἔρχεται εἰς τὸ μοναςήριον, καὶ ἐρωτᾷ ἐκεῖνον ὁ ἡγέμενος, τί θέλει; Ὁ δὲ ἀποκρίνεται, λέγων, θέλω γενέσθαι μοναχός

non pauca hodiè in Ecclesiasticis officiis immutanda esse videri possint. Certè hinc & aliis multis ex rebus, apparet, qvàm diligenter caverint Majores nostri, ne qvid in Ecclesiâ ineptè & absurdè vel diceretur vel ageretur. Tertius verò nocturnus, ad qvem omnes communiter consurgebant Gallicinio, id est, aliqvanto tempore ante ortum auroræ peragebatur, ita, ut illucescente jam aurorâ: Te Deum laudamus concineretur, & mox matutinæ laudes subseqverentur. In majoribus tamen festis, ut est, Natalis Dominicus, populus totam noctem pervigilabat. Unde Vigiliarum nomen ductum est, qvod tamen ob certas causas, qvamvis apostolicæ traditionis haberetur, mutatum est, & jejunium tantum, nomine Vigiliarum servato retentum. Porrò veteris hujus consvetudinis triplicis distinctiq; nocturni vestigia adhuc aliqva exstant: nam æstivo tempore in qvibusdam Ecclesiis qvanqvam debito maturius, nocturnum officium ante noctem peragitur, qvo primæ nocturnæ tempus designatur, ut Lutetiæ fieri vidi, pridiè Joannis Baptistæ, Apostolorum & assumptæ Virginis, Brugis verò Flandriæ per universas urbis Ecclesias, id pridiè Trinitatis, Sacramenti, & assumptæ Virginis observatur. Monachi verò & Canonici nonnulli mediâ de nocte surgentes secundum nocturnæ tempus observant, id qvod ferè ubiq; in nocte Natalis Domini fit; In Collegiis verò & aliis Ecclesiis ut plurimum Gallicinio, id est, tertiæ nocturnæ tempore officium nocturnum celebratur.

CAPUT XXXVIII.

QVA RATIONE MONACHI IN SACRUM ORDINEM ADOPTANTUR.

§. CCCCLV.

Initiatio & Consecratio Monachorũ qvibus peragatur Ceremoniis.

USitatum est apud Monachos Græcos, ut qvilibet Monachorum ordini initiari desiderans, primò omnium in Monasterium se conferat, ex qvo illico Præpositus, sive Major Monacho-

ναχός· Τότε λέγει ἐκείνῳ ὁ ἡγούμενος. Ἔθος ἐστὶ μένειν ἐν τῷ μοναστηρίῳ τρία ἔτη, ἵνα δοκιμάσῃ ἑαυτὸν, καὶ μετὰ τρία ἔτη, ἐὰν ἀρέσκῃ ἐκείνῳ γενέσθαι μοναχὸς, καλῶς ἔχει, ἐὰν δὲ μὴ, ἔξεστιν ἐκείνῳ ἀπελθεῖν καὶ γαμεῖν· Ἐὰν δὲ ἀρέσκῃ ἐκείνῳ γενέσθαι μοναχὸς, τότε λαμβάνει ἐκεῖνον ὁ ἡγούμενος, καὶ προσφέρεται εἰς τὸν ναὸν, καὶ λέγει ἐκείνῳ· Ὅρα, ἄγγελος κυρίου παρίσταται λαβεῖν τὴν ὁμολογίαν σου. Καὶ πρόσεχε, μήπως ἦλθες, καὶ θέλεις γενέσθαι μοναχὸς ἕνεκα θλίψεώς τινος (τουτέστι, μὴ ἐφόνευσας, καὶ ἦλθες κρυβῆναι ἕνεκα τοῦ φόνου, ἢ οἱ γονεῖς σου ἐλύπησαν σέ τι; ἢ σαρκικὰ θελήματα ἐζήτησας ἔχειν, καὶ οὐκ ἐδυνήθης, καὶ ἐκ τῆς λύπης ἦλθες γενέσθαι μοναχὸς, καὶ οὐ διὰ τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ; καὶ ἕτερα τοιαῦτα.)

Τότε ὁ μέλλων γενέσθαι μοναχὸς λέγει. οὐχὶ, τίμιε πάτερ, ἀλλ' ἐπιθυμῶ διάγειν βίον ἡσύχον, καὶ εἰρηνικὸν, καὶ ἀπέχειν ἐκ τῶν κοσμικῶν θορύβων, καὶ ματαίων ταραχῶν τοῦ κόσμου, καὶ νηστεύειν, ἀγρυπνεῖν, προσεύχεσθαι τῷ θεῷ ἐν εἰρήνῃ.

Τότε πάλιν ὁ ἡγούμενος λέγει ἐκείνῳ, θέλεις ἀρνηθῆναι τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἐγκόσμια, διὰ τὴν ἀγάπην

πην

chorum, qvidnam expetat? sciscitatur. Respondente illo, se Monacho commutari velle; Senior his eum affatur verbis: Moris est, ut qvilibet hoc mentis proposito adveniens, constantiæ animi sui penitius explorandæ ergò, triennium in monasterio commoretur. Qvod si his annis superatis, monachorum ordini adscribi adhuc desiderat, patet illi janua; sin minus, liberum illi est & monasterio rursus exire & uxorem ducere. Sin verò vita Monastica ipsi arriserit, tùm manu prehensum Præpositus in templum deducit, & eum hoc sermone alloqvitur: Ecce Angelus Domini hîc adstat, excepturus professionem tuam, cave ergò, ne pœnæ & animadversionis alicujus effugiendæ causâ huc accesseris, & ideò Monachorum sacris consecrari expetas, hoc est, num qvem etiam è vita sustulisti, & occultandi causa te jam huc recipis? anne verò Parentes etiam tui tristitia & ægritudine aliqva te affecerunt? Num qvid autem, qvod fortè carnalibus aliqvibus cupiditatibus pro voto animum tuum explere non potuisti, cruciaris, & hujus non Dei amoris gratiâ, vitam monasticam exambis? His addit ejusdem commatis qvæstiones plures.

Huic autem futurus ille Monachus ita respondet: Minimè omnium, Venerande Pater, sed illud unicè qværo affectoqve, vitam ut tranqvil-

πην τοῦ Θεοῦ; ἀποκρίνεται ὁ μέλλων. Ναὶ, τίμιε πάτερ, Θεοῦ συνεργοῦντος. Θέλεις ἀρνεῖσθαι πατέρα ἢ μητέρα ἢ ἀδελφοὺς, καὶ γάμους, καὶ χαρὰς τοῦ κόσμου, καὶ ἡδονὰς, καθὼς εἶπεν ὁ Χριστὸς ὅς ἀφῆκε πατέρα, ἢ μητέρα, καὶ τὰ ἑξῆς διὰ τὴν ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ. Ὁ δὲ ἀποκρίνεται. Ναὶ, τίμιε πάτερ, Θεοῦ συνεργοῦντος. Καὶ οὕτως ἀποκρίνεται ἐν πάσῃ ἐρωτήσει. Καὶ μετὰ ταῦτα ὁ ἡγούμενος ἐνδύει ἐκεῖνον τὰ μοναχικὰ ἱμάτια εὐχόμενος, καὶ τότε κόπτει μετὰ ψαλιδίου ὀλίγας τρίχας ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐκείνου, καὶ μίγνυσι σὺν κηρίῳ μελισσῶν, καὶ πήγνυσι ἔν τινι ἀγκῶνι ἐγγὺς τοῦ ἁγίου βήματος (τελέσιν, ἐγγὺς τοῦ τόπου, ὅπου θυσιάζει ὁ ἱερεὺς) σημαίνων, ὅτι ἀφιερώθη τῷ Θεῷ, καὶ οὐκ ἔτι ἐξουσιάζει τοῦ σώματος αὐτοῦ, πρὸς τὸ γαμεῖν. Διὰ τὸ λέγειν τὸν Χριστὸν: οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Οὕτω καὶ ἔτος ὁ μοναχὸς οὐ δύναται ἀρνηθῆναι τὴν παρθενείαν, καὶ μετὰ γαμῆσαι, ἀρέσαι τῷ Θεῷ, ὥσπερ ἐκεῖνος ὁ γεωργὸς στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, οὐ δύναται εὐθύνειν τὴν αὔλακα. Καὶ πάλιν γρηγορεῖτε, ἵνα μὴ ἐμπέσητε εἰς πειρασμόν. Τούτου ἕνεκα λέγει ὁ παῦλος πρὸς τιμόθεον κεφ. ζ. στοιχ. ια. ὅταν γὰρ κατα-

lam pacatam, mundanarum perturbationum,& vanarum ſeculi hujus curarum immunem vivere, & jejuniis, vigiliis, precibusqve ad DEUM fundendis. citra impedimentum commodè vacare poſſim.

Tum pergit Major ex illo qværere: Sedet ne firmiter animo tuo propter amorem DEI mundo, mundanisqve rebus nuncium remittere? Reſpondet futurus ille Monachus: Sedet utiqve, Reverende Pater, Dei auxiliante gratia. Decretum conſtitumqve tibi eſt, Chriſti amore Patri, matri, fratribus,nuptiis, mundiqve hujus gaudiis & voluptatibus planè valedicere, ſecundum verba Chriſti: Qvicunqve reliqverit Patrem & matrem, & qvæ ſeqvuntur? Cui ille: Etiam hoc Reverende Pater, Dei adjutus præſidio,ſpondeo,promitto, recipio; hisqve verbis omnes interrogationes excipit. Dehinc prior ille monachali habitu ipſum induit,precibus & hîc qvoqve non intermiſſis, poſtea forſeculâ aliqvâ capillos aliqvot de capite illius reſecat, ceræqve ab apibus confectæ commixtos parietis conflexo alicui rectum angelum deſcribenti,propè altare ſacrum(hoc eſt, proximè locum,ubi Sacerdos ſacrificat) infigit,ſignificans eopſe, qvod DEO jam devotus conſecratusq; corporis ſui poteſtatem ad nuptias contrahendas amplius non obtineat; idq; propter pro-

ταστηνιάσωσιν τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσιν, ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν, τουτέστι, τὴν ὑπόσχεσιν, ἣν ὑπέσχοντο φυλάττειν τὴν παρθενείαν, (ὡς ὁ χρυσόστομος ἑρμηνεύει) οὐ θέλουσι νηστεύειν, ἀγρυπνεῖν, προσεύχεσθαι, νομίζειν ἑαυτοὺς, εἶναι νεκροὺς ἐκ τῆς δόξης τοῦ κόσμου τούτου, καθὼς ὑπέσχοντο, καὶ μένειν διὰ τὴν ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ.

Ἐρώτησις· εἰ ἔξεστιν ἀφιερεῦσθαι τῷ θεῷ;

Ἀπόκρισις· Ἔξεστι τοῖς θέλουσι ἀφιερεῦσθαι τῷ Θεῷ κατὰ τὸν Ἰωάννην ἐν ἀποκαλύψει κεφ. ιδ. Καὶ φωνὴν ἤκουσα κιθαρωδῶν κιθαριζόντων, ἐν ταῖς κιθάραις αὐτῶν, καὶ ἄδουσιν ὡς ᾠδὴν καινὴν ἐνώπιον τοῦ θρόνου, καὶ ἐνώπιον τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο μαθεῖν τὴν ᾠδὴν τουτέστι τὴν ἀγρυπνίαν, τὴν ἐκτενῆ προσευχὴν, τὴν νηστείαν, τὴν ἀκακίαν ἐκείνων τῶν ἑκατὸν τεσσαράκοντα τεσσάρων χιλιάδων, τῶν ἠγορασμένων ἀπὸ τῆς γῆς, τουτέστι τῶν ἀφιερωμένων τῷ θεῷ, ἀπὸ τῶν γονέων, καὶ συγγενῶν. γῆ γὰρ νοεῖται γήινα πράγματα, τουτέστιν, ἀπὸ τῶν γηίνων πραγμάτων ἀφιερώθησαν τῷ θεῷ. Οὗτοί εἰσιν, οἱ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν. Παρθέ-

nunciatum illud Christi: Nemo manum suam aratro admovens, & pone se respiciens, ad regnum Dei idoneus est. Simili ratione & hic Monachus, si, desertâ virginali continentiâ, nuptias contrahat, Deo minime placere potest: sicut agricola retrò oculos conjiciens, rectos neqvid sulcos ducere. Et secundum aliud ejusdem: Vigilate, ne in tentationem incidatis. De his ipsis Paulus in epistolâ suâ ad Timotheum cap. 7. v. 11. ita loqvitur: Qvando enim insolentius & lascivius vitam suam contra Christum instituunt, matrimonium ineunt, de qvibus jam ante judicium tale latum est, qvod fidei prioris (hoc est voti & promissi, qvo, explicante Chrysostomo, perpetuam virginitatē promiserunt) desertores sint, qvo admisso simul etiam jejunia, vigilias & preces procul à se amandant, nec gloriâ mundana, ut qvidem receperant, semel valere jussa, simul in perpetuum sese eidem valedixisse vel valedicere debere, amplius existimant.

S. cccczvi.

Qvæstio: *An DEO sese consecrare liceat?*

An liceat se Deo consecrare per statum Monachalem?

Licitum utiqve est iis, qvi se totos Deo volunt dedere, propter Johannem in Apocalypsi cap. 14. ita dicentem: Et audivi vocem Citharœdorum pulsantium citharas suas. Et ecce canūt qvasi canticum novum ante thronum, & antè qvatuor animalia & Seniores, neqve qvisqvam poterat

 disce-

θένοι γὰρ εἰσιν οὗτοι. καὶ τὰ ἑξῆς. Παῦλος· ζηλοῦτε τὰ κρείττονα χαρίσματα. Τὸ παρθενεύειν ἐστὶ κρείττον χάρισμα, ὡς φησιν πάλιν ὁ παῦλος. Ὁ γὰρ γαμήσας, καλῶς ποιεῖ, ὁ δὲ μὴ γαμήσας κρεῖττον ποιεῖ. Ὅτι ὁ γαμήσας τὰ τοῦ κόσμου φρονεῖ, ὁ δὲ μὴ γαμήσας τὰ τοῦ θεοῦ φρονεῖ. Ἄρα ἔξεστιν ἀφιεροῦσθαι τῷ θεῷ ἄνευ ὅρκου διὰ τὸ λέγειν τὸν κύριον, μὴ ὀμνύετε μήτε τὸν οὐρανὸν μήτε τὴν γῆν, ἀλλὰ διὰ προσευχῆς ἀφιεροῦσθαι τῷ θεῷ, ὡς προδιηγήθημεν.

ΚΕΦΑΛΗ' λθ.

ΕΑΝ ΣΥΜΒΗ ΜΟΝΑΧΩ ΑΜΑΡΤΗΣΑΙ, ΤΙ ΕΣΕΤΑΙ ΤΟ ΤΕΛΟΣ; ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

ΕΑ'ν συμβῇ μοναχῷ ἁμαρτῆσαι, μετανοείτω, καὶ πλεῖον παραδότω ἑαυτὸν ταῖς νηστείαις, ταῖς ἀγρυπνίαις, καὶ τοῖς δάκρυσι, κατὰ τὸν προφήτην Ἰωήλ·

καὶ

discere canticum illud (hoc est, vigilias, intentas orationes, jejunium & sanctitatem centum qvadraginta qvatuor millium illorum emptorum de terra, id est, parentibus & consanguineis posthabitis, DEO consecratorum. Per terram enim terrestres intelliguntur, ut sit sensus: Rebus terrestribus neglectis DEO se dicarunt. Hi sunt, qvi cum mulieribus non sunt coinqvinati. Virgines enim sunt, vide reliqva. Paulus: Contendite, ut possideatis dona præstantissima. Perpetuam castitatem sectari, est, eodem Paulo dicente, donum præstantius. Qvi enim uxorem ducit, benè agit; qvi verò non ducit, melius facit, qvia ille qvæ mundi sunt; hic vero, qvæ DEI sunt, cogitat. Licitum itaqve est, sese DEO consecrare, sed sine juramento, propter dictum illud Christi: Nolite jurare neqve per cœlum, neqve per terram, tantùm per preces, uti jam ante à nobis recensitum est.

CAPUT XXXIX.

DE POENA MONACHORUM EXORBITANTIUM.

§. CCCCLVII.

Pœna Monachorum exorbitantium.

QVod si Monachus aliqvando exorbitet, pœnitentiam agat, diutius, qvàm ante hac factum, jejunet, diutius vigilet, plures lacrymas fundat,

καὶ στήτω ἐν τῇ ἰδίᾳ μοναχικῇ τάξει, διὰ τὸ λέγειν τὸν Παῦλον· Ἔγειρε ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός. Καὶ πάλιν, διὰ τὸ λέγειν τὸν Χριστὸν, τὸν ἐρχόμενον πρός με οὐ μὴ ἐκβάλλω ἔξω· καὶ ἐὰν ἁμαρτήσῃ ὁ ἀδελφός μου ἕως ἑπτάκις τῆς ἡμέρας, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ τὸν Παῦλον· ἀδελφοὶ, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πραότητος, σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. Ταῦτα λέγει ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πρώτη Σύνοδος τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἥτις ἠθροίσθη κατὰ τῶν πνευματομάχων.

ΚΕΦ. μ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΥΡΕΣΕΩΣ ΤΩΝ ΜΟΝΑΧΩΝ, ΤΟΥΤΕΣΤΙ, ΠΟΤΕ ΗΡΞΑΤΟ Η ΜΟΝΑΧΙΚΗ ΠΟΛΙΤΕΙΑ.

Διακόσια πεντήκοντα ἔτη σχεδὸν ἀπὸ τῆς Ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, ἐγένετο ἀνήρ τις εὐσεβέστατος χριστιανὸς, τοὔνομα Παῦλος, ἕνεκα δὲ τῆς εὐσεβεστάτης τε καὶ ἁγιωτάτης πίστεως τοῦ Χριστοῦ διὰ τῶν τότε τυράννων, φυγὰς ᾤχετο πρὸς τὴν ἔρημον, ὅστις ἐβίωσε, ἕως τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ παρ' ἣν ἐν τῇ πρώτῃ

καὶ

dat, secundum monitum Prophetæ Joëlis, inqve regulâ Monasticâ, qvam semel professus est, perseveret. Hoc enim Paulus reqvirit, dicens: Expergiscere, qvi dormis, & surge ex mortuis, & illuminabit te Christus, cui consonat Christus: Qvicunqve, inqviens, venerit ad me, neqvaqvam ejicietur à me. Item: Si frater meus de die vel septies peccaverit, &c. Et Paulus (Ephes. 6. v. 1.) ait: Frater, si aliqvis lapsu aliqvo præoccupatus fuerit, vos, qvi spirituales estis, Spiritu lenitatis & mansvetudinis eum in viam rectam reducite, memores vestri ipsorum, ne & vos in tentationem aliqvam incidatis. Hæc habet sanctum & Oecumenicum Constantinopolitanum Concilium primum, qvod contra Pnevmatomachos celebratum est.

Caput XL.

DE ORIGINE MONACHORUM, HOC EST, QVO TEMPORE VITA MONASTICA SUMSERIT INITIUM.

§. CCCCLVIII.

Origo & initium Vitæ Monasticæ.

Ducenti ferè & qvinqvaginta à Resurrectione Christi elapsi sunt anni, (A) qvando vir qvidam pientissimus, qvà professionem Christianus, qvà nomen Paulus, [B] propter religiosissimam sanctissimamqve fidem Christianam, Tyranno-

 rum

καὶ οἰκουμενικῇ Συνόδῳ τῆς Νικαίας, ὡς εὑρίσκεται ἐν
ταῖς ἱστορίαις τοῦ Εὐσεβείου, τοῦ Παμφίλου, ὅτι οὗτος ὁ
ἅγιος παῦλος, διάγων ἐν τῇ ἐρήμῳ τοσαῦτα ἔτη
πολλάκις ἑωρακέναι ἄγγελον θεοῦ, καὶ συλλαλῆσαι
περὶ πολλῶν τῷ Ἀγγέλῳ τοῦ θεοῦ. Ὡσαύτως εὑρί-
σκεται καὶ ἐν τῷ βίῳ αὐτοῦ γεγραμμένον, ὅτι διὰ τὸ
μὴ ἔχειν αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ τὰ ἀναγκαῖα σῖτα,
καὶ ἄρτους περιερχόμενος ἐν τῇ ἐρήμῳ ἤσθιεν χόρτους
ἐκλεκτοὺς, ὡς προέβαλον, μὴ παρατηρῶν τεταγμένας
ὥρας, πότε δεῖ ἐσθίειν, καὶ πότε οὐ δεῖ. Ἐν μίᾳ δὲ
τῶν ἡμερῶν ἄγγελος κυρίου ἐφάνη αὐτῷ, παραινῶν,
συλλέγειν τοὺς ἀγαθοὺς χόρτους ἔν τινι τόπῳ, καὶ τῇ
τρίτῃ ὥρᾳ μετὰ τὴν μεσημβρίαν εὐχαριστῆσαι τῷ θεῷ
πρῶτον, καὶ τότε εὐλογῆσαι τοὺς χόρτους, καὶ οὕτω
ἐσθίειν, καὶ μετὰ τὸ ἐσθίειν, πάλιν εὐχαριστῆσαι τῷ θεῷ,
ὅτι καὶ οἱ ἄγγελοι ἐν τῷ οὐρανῷ ἔχουσι τεταγμένας
ὥρας εἰς τὸ ὑμνεῖν τὸν θεὸν, κατὰ τὴν ποικιλίαν τῶν ἀ-
σμάτων αὐτῶν. Ὁμοίως καὶ ἄλλοτε ἐφάνη ἐκείνῳ
ἄγγελος θεοῦ, φέρων σχῆμα τι, ὃ καλεῖται κουκούλι-
ον, ὃ καλύπτει τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ κρέμα-
ται ὄπισθεν καὶ ἔμπροσθεν ἕως ζώνης, πλήρεις σταυρῶν
ἐκκεντημάτων, καὶ ἀναμέσον τῶν σταυρῶν, γράμ-
ματα κεκεντημένα, τουτέστιν, ὁ ὢν Ἰησοῦς Χριστὸς
νικᾷ.

rum persecutione pressus, in eremum concessit; qvi usqve ad tempora Constantini Magni in vivis, ipsiq; Concilio primo & Oecumenico Nicææ congregato interfuit. Sicut & in historiâ Eusebii Pamphili legitur, Sanctum hunc Paulum tot annos in deserto consumentem Angelum Dei sæpius conspexisse, & cum Angelo familiari colloqvio de variis argumentis contulisse. Refert qvoqve liber de vita ejus conscriptus, qvi eum, cum ita in eremo constitutus, nec pane, nec vino necessariis illis vitæ præsidiis instructus, hinc inde vagaretur, selectasqve aliqvas herbas, ovis ad instar; temporis, qvando, aut qvando non esset edendum, respectu nullo habito comederet, die qvâdam Angelum Domini sibi habuisse conspicuum, hortatoremqve, ut collectas salubres herbas in certum locum comportaret, & tertiâ demũ post meridiem horâ, gratiarum actione ad Deum, herbarumqve benedictione præmissa, iisdem vesceretur; eoqve finito, rursus grates diceret; addito, & Angelos in cœlis, pro variis cantionum suarum generibus, definitas & Canonicas qvasdam Deum hymnis celebrandi horas habere. Neqve non & alio tempore Angelus Dei certo vestitu, qvem cucullum appellamus, indutus, sese illi videndum exhibuit (habitus autem ille, Cuculli nomine designatus, caput hominis tegens an-

S. Paulus eremita.

νικᾷ. Καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος τῷ ἁγίῳ ἀνδρί, λάβε τοῦτο τὸ σχῆμα, καὶ ἐν τούτῳ τῷ σχήματι πᾶσα σὰρξ σωθήσεται. Ἔστι γὰρ ὅπλον ἰσχυρώτατον τοῦ εὐσεβοῦς χριστιανοῦ, κατὰ τοῦ Διαβόλου. Καὶ οὕτως ὁ ἅγιος λαβὼν τὸ σχῆμα ἐκεῖνο ἔφερεν ἀεί, καὶ ἔδειξε καὶ τοῖς ἄλλοις ἐρημίταις, καὶ φέρουσιν οἱ ἐρημῖται ἕως τῆς σήμερον, ὅταν προσεύχονται, καὶ ὅταν ἐργάζονται, εἰς μνήμην τοῦ σταυρωθέντος Χριστοῦ, ὅπως ὁρῶντες τούτους τοὺς σταυροὺς, νομίζειν ἑαυτοὺς ἐσταυρωμένους εἶναι, καὶ νεκροὺς ἐκ τῶν κοσμικῶν παθῶν, ὥσπερ ὁ Χριστὸς νεκρὸς ἦν ἐν τῷ σταυρῷ, ὡς φησὶν ὁ Δαβίδ. προορώμην τὸν κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντὸς ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστίν, ἵνα μὴ σαλευθῶ. Καὶ ἔκτοτε ἤρξαντο γενέσθαι ἐρημῖται, ἐξ ὧν ἐγένετο καὶ ὁ μέγας Ὀνούφριος, καὶ ὁ μέγας Ἀντώνιος. Ἐκ τῶν ὁποίων ἐρημιτῶν πολλοὶ παρῆσαν ἐν τῇ πρώτῃ Συνόδῳ τῆς νικαίας, ἔξεστιν ἀναγινώσκειν τὴν πρώτην Σύνοδον τῆς νικαίας, κἀκεῖ ὄψεσθαι πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν περὶ τούτων τῶν ἐρημιτῶν. μετὰ δὲ τὴν πρώτην σύνοδον τῆς νικαίας ἐγένετο ἀνήρ τις ἁγιώτατος ἐρημίτης, τὸ ὄνομα ἅγιος Σάββας, κοινοβιάρχης· Εἶχε δὲ πολλοὺς μαθητὰς ἐν τῇ ἐρήμῳ· ἐν μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν συνεβουλεύσατο τοῖς μαθηταῖς, ὅπως ἐκλέξουσιν ἄνδρας

τινὰς

antrorſum & retrorſum, uſqve ad cingulum dependet, plenus crucibus, aculeis, inſperſiſq; inter cruces illas his acuminatis literis: Qvi exiſtit, Jesus Christus, vincit) ſanctumqve illum virum hunc in modum eſt allocutus: Accipe veſtitum hunc, in hoc enim habitu omnis caro ſalvabitur. præſtat qvippe hoc veſtimenti genus pio Chriſtiano homini fortiſſimum aliqvod contra Diabolum præſidium. Atqve hac occaſione, accepta hac veſte, Sanctus ille ſemper uſus eſt, eamq; aliis eremitis oſtendit. Qvi etiam in hodiernum uſqve diem, qvando orant, qvando laborant, eadem amicti incedunt, in memoriam ac recordationem Crucifixi Christi, ut, conſpectis crucibus his, exiſtiment, ſe qvoqve crucifixos & mortuos eſſe mundanis his cupiditatibus, ſicut Christus in cruce mortuus fuit, qvo de David etiam loqvitur: In conſpectu meo Dominum meum ſemper habui, qvia à dextris meis eſt, & non commovebor. Atqve hæc ſunt incunabula Eremitarum; Qvorum è numero etiam fuit magnus ille Onuphrius & magnus ille Antonius. (B) Hujus generis eremitarum qvoqve plurimi Synodo primæ Nicææ celebratæ, interfuere; qvâ de re Synodus Nicæa prima legi, & omnis, de Eremitis hiſce, hiſtoriæ veritas peti poteſt. Poſt primam verò Nicænam Synodum extitit Eremita qvi-

ſ. cccclix.

Onuphrius & Antonius Eremitarum Patres.

τινὰς πρὸς τὸ ψαίνειν τὰ ἐδέσματα, καὶ μὴ παν-
τὰς παράπτεσθαι πρὸς τὸ ψαίνειν τὰ ἐδέσματα, καὶ ἤρεσεν
ὁ λόγος πᾶσι, καὶ ἐποίησαν, ὡς παρειλάχθησαν· καὶ οὕ-
τως ἔφερεν ἕκαστος τὸ ἴδιον ὀψώνιον, ὁ μὲν κυάμους, ὁ
δὲ φάβας, ὁ δὲ κάρυα, ὁ δὲ κεράσια ἐξηραμμένα, ὁ
δὲ σῦκα, ὁ δὲ ἄρτους, ὁ δὲ σαφίδας, καὶ ἕτερα, ὅσα εἰώ-
θασιν οἱ ἐρημῖται ἐσθίειν· καὶ πάντες εἰρήνευον. μετὰ
δὲ ταῦτα πάλιν εἶπεν ἐκείνοις, ποιήσωμεν οἰκίσκους μι-
κροὺς ἐγγὺς ἀλλήλων ὡς χωρίον. καὶ ἤρεσεν ὁ λό-
γος πᾶσι, καὶ ὡσαύτως ἐποίησαν, καὶ τότε πάλιν
λέγει ἐκείνοις, ἵνα ποιήσωσι μικρὸν τοιχεῖον ἐκ πλίν-
θων, καὶ ἐποίησαν, καὶ τότε ἐγένετο μάνδρα, καὶ πάν-
τες κατεκλείοντο ἔσω. Εἰδότες δὲ, οἱ πλούσιοι, καὶ οἱ
βασιλεῖς, ὅτι καλῶς διάγουσι, περιετείχισαν τὴν μάν-
δραν ἰσχυροτάτοις τείχεσι, καὶ πύργοις, ἔδωκαν δὲ καὶ
ἀγροὺς καὶ ἀμπελῶνας, καὶ ἕτερα ἀναγκαῖα καὶ ἐπω-
νόμασαν τὴν μάνδραν, μοναστήριον. μετὰ δὲ ταῦτα αἱ
μερικαὶ σύνοδοι διετάξαν καὶ τάξιν τῶν μοναχῶν,
τουτέστιν, ὅστις θέλει γενέσθαι μοναχὸς, πρῶτον ποιῆσαι
ἐν τῷ μοναστηρίῳ τρία ἔτη, ἵνα δοκιμάσῃ ἑαυτὸν, καὶ
μετὰ τρία ἔτη, ἐὰν θέλῃ γενέσθαι μοναχὸς, καλῶς ἔξῃ,
ἐὰν δὲ οὐ θελήσῃ, ἔξεστιν ἐκείνῳ ἀπελθεῖν. Καὶ μετὰ
ταῦτα αἱ Σύνοδοι αἱ οἰκουμενικαὶ ἐνομοθέτησαν νό-
μους,

qvidam ſanctiſſimus, nomine Sanctus Saba, Cœnobiarcha. Habuit verò hic in eremo hoc plurimos diſcipulos, qvibus die qvâpiam hoc inſpiravit conſilium; eligerent viros aliqvos, qvi, ne omnes eò diſtrahi neceſſum eſſet, eduliorum coqvendorũ curam ſuſciperent; placuitq; hoc conſilium omnibus, prout inter eos convenerat, qvilibet proprium edulium, hic fabas, ille nuces, alius cerafa toſta, alius ficus, alius panes, aliꝰ uvas paſſas, alius alia, qvæ Eremitæ in cibum adhibere ſolent, comportabat, ſingulis interim qvieſcentibus. Poſt elapſum aliqvod temporis intervallum aliud rurſus propoſuit: Exſtruamus, inqvit, nobis domicilia aliqva parva continuâ ſerie ſibi ſuccedentia, inſtar pagi alicujus; probatumq; hoc conſilii eſt cunctis, idemq; etiam ſecuti ſunt. Hoc expleto, denuo illis ſvadet, ut murum aliqvem exiguum è lateribus educerent. Dictum factum; exſtructaq; eſt caula aliqva, qvâ omnes concludebantur. Ditioribus verò & Regibus honeſtam illos inibi vitam agere inaudientibus, muro fortiſſimo caulã illam circumdederunt, turribus ornarunt, agros, vineas, & alia neceſſaria ad eam contulerunt, ultimoq; caulã illam Monaſterii nomine inſignivcrunt. Poſt illa tempora particulares Synodi etiã vitam monaſticam certis legibꝰ adſtrinxerunt, hoc eſt, ut qvilibet Monachorũ regulæ adſcribi deſiderans triennium prius

S. Saba Cœnobiarcha multos habet diſcipulos.

Qvibus initiis Monaſteria extrui cœperunt.

μους, καὶ τοὺς κανόνας τῶν μερικῶν Συνόδων, περὶ τῶν μοναχῶν, ἐβεβαίωσαν. Καὶ οὕτως ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας εὑρίσκεται ἡ μοναχικὴ πολιτεία, ὡς προείρηται.

Τούτου ἕνεκα καὶ ἡ οἰκουμενικὴ Σύνοδος, ἡ ἐν χαλκηδῶνι δ. ἐν κανόνι ζ. λέγει περὶ τῶν μοναχῶν.

Τοὺς ἅπαξ ἐν κλήρῳ κατειλεγμένους, καὶ μονάσαντας, ὡρίσαμεν, μήτε ἐπὶ στρατείαν, μήτε ἐπ᾽ ἀξίαν κοσμικὴν ἔρχεσθαι, ἢ τοῦτο τολμῶντας, καὶ μὴ μεταμελουμένους, ὥστε ἐπιστρέψαι ἐπὶ τοῦτο, ὃ διὰ θεὸν πρότερον εἵλοντο, ἀναθεματίζεσθαι.

Σύνοδος ἕκτη Οἰκουμενικὴ

Κανὼν μ.

Ἐπειδὴ τῷ θεῷ κολλᾶσθαι διὰ τῆς ἐκ τῶν τοῦ βίου θορύβων ἀναχωρήσεως, λίαν ἐστὶ σωτήριον. χρὴ μὴ ἀνεξετάστως ἡμᾶς παρὰ τὸν καιρὸν τοὺς τὸν μονήρη βίον ἀπαιρουμένους προσίεσθαι. ἀλλὰ τὸν παραδοθέντα ἡμῖν παρὰ τῶν πατέρων ὅρον, καὶ ἐν αὐτοῖς φυλάτ-

in Monasterio consciat, & siqvidẽ, elapso hoc triennio, hoc genus vitæ constanter exambierit, admittatur, sin minus, excedere inde ipsi concessum sit. Postea non solùm ipsa Oecumenica Concilia certas Monachis præscripserunt leges, verũ etiam decretos jam à particularib9 Synodis Monachorũ ordinem concernentes canones approbarunt. (C) Et hisce auspiciis & natalibus Monachorum Politia enata, hodienum secundum eam, qvam delineavimus, formam invenitur.

§. ccccLX. *Testimonia, qvæ Autor tùm ex Antiqvitate, tùm ex S. Scriptura adducit pro Monachatu*

Qvâ de causâ Concilium Oecumenicum Chalcedonense qvartum Canone 6. de Monachis ait:

Decretũ à nobis est, ut, qvi semel Clerici facti vitã solitariam elegerunt, neq; bellũ, neq; mundanam dignitatem aliam amplius amplectantur. Qvod si vero aliqvi hoc ausi, nec commissi pœnitudine ducti, ad vitæ institutum, qvod antea, DEO autore, arripuerant, reversi fuerint, illis anathema dicimus.

Synodus Sexta Oecumenica Canone 40.

Qvandoqvidem DEO per desertionem hujus vitæ tumultuariæ adhærere, valde salutare est, non sine ullo prævio Examine, nec sine ullâ ætatis habitâ ratione solitari[illegible]itam eligentes admittendi sunt; sed definitus nobis à Majoribus nostris

λάτ]ειν, ὥστε τὴν ὁμολογίαν τοῦ κατὰ θεὸν βίου, τότε περιέρχεσθαι δεῖ, ὡς ἤδη βεβαίαν, καὶ ἀπὸ γνώσεως καὶ κρίσεως, γενομένην, μετὰ τὴν τοῦ λόγου συμπλήρωσιν. Ἔστω τοίνυν, ὁ μέλλων τὸν μοναχικὸν ὑπέρχεσθαι ζυγὸν, οὐχ ἧττον, ἢ δεκαέτης, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ὁ δὲ μέγας βασίλειος σοφώτατος ὤν, λέγει, δεκαεπταέτην δεῖ εἶναι τὸν μέλλοντα ἐλθεῖν εἰς τὴν μοναχικὴν πολιτείαν, ἐν τοῖς κανόσι τῶν ἀσκητικῶν.

Ἀλλ' ἐρευνήσωμεν, ἆρα ἀρέσκει τῷ θεῷ μοναχοὺς γενέσθαι, ἢ οὔ;

Κατὰ ματθαῖον κεφ. ιθ. στοιχ. ιβ.

Καί εἰσιν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Ἰωάννης ἐν ἀποκαλύψει κεφ. ιδ. στοιχ. γ.

Καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο μαθεῖν τὴν ᾠδὴν, εἰ μὴ αἱ ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρες χιλιάδες, οἱ ἠγορασμένοι ἀπὸ τῆς γῆς. Οὗτοί εἰσιν οἱ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν. παρθένοι γάρ εἰσιν, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκολουθοῦντες τῷ ἀρνίῳ, ὅπου ἂν ὑπάγῃ, οὗτοι ἠγοράσθησαν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, ἀπαρχὴ τῷ θεῷ, καὶ τῷ ἀρνίῳ, καὶ ἐν στόματι αὐτῶν οὐχ εὑρέθη δόλος.

ætatis terminus ſtrictè obſervandus eſt, vitæ itaq; hujus divinæ profeſſio non debet fieri, niſi ab ætate, cognitione, judicio, & prudentiâ per omnia firmata, ac ritè formatâ. Stet igitur hæc ſentētia: Qvicunq; jugo Monachali collum ſuum cupit ſubmittere, non ſit minor annis decem, & qvæ ſeqvuntur.

Baſilius Magnus verò, vir ſanè profectò ſapientiſſimus, in Canonibus Aſcetarum, illum, qvi Monachalem vitæ rationem inire amat, ſeptendecim jam vult impleſſe annos.

Sed inqviramus jam, anne Deo etiam placeat, ut aliqvi evadant Monachi, an verò ſecus?

Matthæi XIX. verſu 12.

Et Eunuchi qvoqve ſunt, qvi ſe ipſos propter regnum Dei caſtrarunt. D.

Iohannes in Apocalypſei XIV, v. 3.

Neqve qvisqvam poterat diſcere canticum illud, niſi illa centum qvadraginta qvatuor millia. Illi ſc. redempti ſunt de terrâ. Hi ſunt, qvi cum mulieribus non ſunt inqvinati. Virgines enim ſunt, hi ſunt, qvi ſeqvuntur agnum qvocunqve ierit, hi empti ſunt ex hominibus, primitiæ DEO & agno ſacræ, & in qvorum ore

λ☉. ἄμωμοι γάρ εἰσιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ.

Ἐξήγησις.

Ἠγοράσθησαν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, τελέσιν, ἀφιερώθησαν τῷ θεῷ ἀπὸ τῶν γονέων καὶ συγγενῶν αὐτῶν. ζῶντες ἐν τῇ γῇ, ὡς καὶ Ναζαραῖοι, πάλαι ἀφιεροῦντο τῷ θεῷ ἀπὸ τῶν γονέων ἐκείνων· τὸ δὲ λέγειν, οἱ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν, παρθένοι γάρ εἰσι, σημαίνει, ὅτι οὐδαμῶς ἐμίγησαν μετὰ γυναικῶν, ἄμωμοι γάρ εἰσι, τελέσιν, ἀμέτωχοι ἀπὸ γνώσεως γυναικός.

Ματθαῖ☉ κεφ. ιθ. στοιχ. κθ.

Καὶ πᾶς, ὃς ἀφῆκεν οἰκίας ἢ ἀδελφοὺς, ἢ πατέρα, ἢ γυναῖκα, καὶ τὰ ἑξῆς ἕνεκα τοῦ ὀνόματός μου, ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει.

Ματθ. κεφ. I. στοιχ. λθ.

Καὶ ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου οὐκ ἔστι μου ἄξι☉ (Τελέσι, τὸν παρακμερτικὸν θάνατον.) Ὡς φησιν καὶ ὁ παῦλ☉. μὴ πρόνοιαν ποιεῖτε τῆς σαρκὸς ὑμῶν. Καὶ πάλιν. Ὁ γὰρ γαμήσας καλῶς ποιεῖ, ὁ δὲ μὴ γαμήσας κρεῖττον ποιεῖ.

non est inventus dolus, sunt enim inculpati coram throno Dei.

EXPLICATIO.

Empti sunt ex hominibus, hoc est, & parentum & cognatorum relicto consortio, DEO dicati consecratiq; sunt, viventes in terrâ ad exemplum Nazaræorum, qvi olim à Parentibus suis Deo dicabantur. Qvod verò dicitur, qvi cum mulieribus non sunt contaminati, virgines enim sunt, significat: qvod nullatenus cum mulieribus rem habuerint, inculpati enim sunt, hoc est, mulierem nunqvam cognoverunt. (E)

Matthæi XIX, v. 29.

§. CCCCLXI.

Et qvicunq; domos, fratres, Patrem, uxorem & qvæ seqvuntur, propter nomen meum reliqverit, centuplum accipiet, vitæq; hæreditatem æternæ cernet. (F)

Matth. X, v. 39.

Qvisqvis non acceperit crucem suam, & secutus fuerit me, non est me dignus, (qvæ verba mortem voluntariam innuunt,) sicut & Paulus ait: Nolite carnis curam agere.

Et alibi: Qvi enim uxorem ducit, benè facit, qvi verò non ducit, melius agit. (G)

Ὁ, Ν· κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων λέγει.

Γάμων, ἢ κρεῶν, ἢ οἴνου, οὐ διὰ ἄσκησιν, ἀλλὰ διὰ βδελυρίαν ἀπέχεται.

Τὸ λέγειν, γάμων καὶ κρεῶν καὶ οἴνου ἀπέχεται· αἰνίττεται ὅτι ἐν τοῖς χρόνοις τῶν ἁγίων ἀποστόλων τινὲς ἀπείχοντο, ἀπὸ γάμου, καὶ ἀπὸ κρέατος, καὶ ἀπὸ οἴνου, ὡς φαίνεται, ἐν Τιμοθέῳ λέγοντος τοῦ παύλου, ὀλίγῳ οἴνῳ χρῶ διὰ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας. Εἰ μὲν ὁ Τιμόθεος οὐκ ἀπείχετο τοῦ οἴνου, οὐ κἂν ὁ παῦλος ἐνουθέτει τὸν τιμόθεον πίνειν οἶνον ἐν τῇ ἀνάγκῃ.

Ὁρῶμεν καὶ τὸν Ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν, ἀπείχετο ἀπὸ γάμου, καὶ κρέατος, ἀσκήσεως ἕνεκα.

Καὶ ὅρα, πῶς αὐτὸν μακαρίζει ὁ κύριος, λέγων· οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ. Ἔστι γὰρ ὁ Ἰωάννης ἀρχιστράτηγος τοῦ στρατεύματος τοῦ Χριστοῦ. Ὁ δὲ Χριστὸς βασιλεὺς καὶ πρωταρχιστράτηγος· ὥς φησιν ὁ Ἡσαίας περὶ τοῦ προδρόμου. Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου, πρὸ προσώπου σου, ὃς παρασκευάσει τὴν ὁδόν σου, ἔμπροσθέν σου. Ὥσπερ ὁ ἀρχιστράτηγος τοὺς στρατιώτας αὐτοῦ ὁπλίζει, καὶ νουθετεῖ πῶς ἐν τῷ πολέμῳ δεῖ φέρεσθαι τοὺς στρατιώτας.

Οὕτω

CANON L. SANCTORUM APOSTOLORUM AIT.

Nuptiis, carnibus, & vino non propter exercitium aliqvod, sed propter abominationem abstinentes damnantur. (H)

Qvando dicitur, à nuptiis, carnibus & vino sibi temperat, innuitur, qvod Sanctorum Apostolorum temporibus nonnulli à nuptiis, carne & vino abstinuerint, uti apparet ex epistolâ ad Timotheum, ubi Paulus ait: Utere vini modico propter crebras infirmitates tuas. Nisi enim Timotheus vino abstinuisset, non jussisset Paulus vinum, urgente necessitate bibere. (I)

Contemplemur etiam Johannem Baptistam: Temperavit is sibi sanè à nuptiis & carne exercitii causâ. (K)

Et considera, qvæso, qvibus elogiis ipsum efferat Dominus: Johanne Baptistâ inter mulieres major surrexit nemo. Est enim Johannes summus Dux CHRISTI exercitus. CHRISTUS verò est Rex, & summorum Ducum Dux supereminentissimus; sicut Esaias ait de anteambulone: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qvi præparabit viam tuam ante te. Qvemadmodum enim summus militiæ Præfectus milites suos armis instituit, qviqve se in conflictu gerere debeant, informat: Ita & Johannes, in virginitate

Οὕτω καὶ ὁ Ἰωάννης ἐδίδαξε τοὺς στρατιώτας τοῦ Χριστοῦ τὴν κρείττονα ἀρετὴν, παρθενεύων, νηστεύων, καὶ διδάσκων σὺν τῷ παραδείγματι τῆς νηστείας καὶ παρθενείας. Ὡς αὐτὸς ὁ Ἰωάννης φησὶν, ἐγώ εἰμι φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. Φωνὴ μὲν ἐν τῇ ἐρήμῳ ὁ Ἰωάννης ἐστὶ, βοῶντος δὲ ἡ φωνὴ τοῦ Χριστοῦ ἐστί. Πότε, ἐβόησεν ὁ Χριστὸς, ὅταν ἔλεγεν, ὁ διψῶν ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω, καὶ ὁσάκις τόσα. Τούτου ἕνεκα δοκεῖ ἀσκήσεως ἕνεκα ἐκ πάλαι ἐδόθη τῇ ἐκκλησίᾳ, νηστεία καὶ ἀποχὴ γάμου, καὶ κρεῶν, καὶ οἴνου·

Περὶ Κρέατος;

Παῦλος πρὸς Κορινθ· α· κεφ. η.

Βρῶμα δὲ ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ θεῷ. Οὔτε ἐὰν γὰρ φάγωμεν, περισσεύομεν, οὔτε ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστερούμεθα.

Πρὸς Κορινθίους· α· κεφ. ι.

Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει, πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα οἰκοδομεῖ.

Πρὸς Κορινθ. α. κεφ. ϛ.

Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει, πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐκ ἐγὼ ἐξουσιασθήσομαι

tate & jejunio vitam agens, militiæ Christi adscriptos, potiorem virtutem non solis verbis: sed proprio etiam virginitatis & jejunii exemplo docuit. Sicut is ipse Johannes testatur: Ego sum vox clamantis in deserto, complanate viam Domino, rectas facite semitas ejus. Vox qvidem in deserto Johannes est, at clamantis vox est ipsius Christi. Qvando autem clamavit Christus? cum dixit: Qvi sitit, veniat ad me & bibat; & qvotiescunqve similia protulit. Ex his apparet, Jejunium & abstinentiam à connubio, carne, & vino, exercitii causâ Ecclesiæ olim injuncta esse.

DE CARNE.

f.CCCCLXII.

Paulus 1. ad Corinth. c. VII.

Cibus nos Deo non commendat. Neqve enim, si ederimus, adeò abundabimus, neqve si abstinuerimus, egebimus. (L)

1. Corinth. c. X.

Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. (M)

1. Corinth. c. VI.

Omnia mihi licent, sed non omnia conducunt, omnia mihi permissa sunt, sed ego in nullius me patiar redigi potestatem; esca ven-

μαι ὑπό τινος τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν, ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει.

Κορινθ. β. κεφ. δ.

Πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ κυρίου, Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες, ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν φανερωθῇ.

στοιχ. ις.

Διὸ οὐκ ἐκκακοῦμεν, ἀλλ᾽ εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, ἀλλ᾽ ὁ ἔσωθεν ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ τῇ ἡμέρᾳ.

Κορινθ. α. κεφ. ιε. στοιχ. ν.

Τοῦτο δέ φημι ἀδελφοί, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται, οὐ δὲ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ.

Καὶ πάλιν ἐν στοιχ. νη.

Ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι, περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ κυρίου πάντοτε, εἰδότες, ὅτι ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν κυρίῳ.

Κορινθ. β. κεφ. ζ. στοιχ. θ.

Νῦν χαίρω, οὐχ ὅτι ἐλυπήθητε, ἀλλ᾽ ὅτι ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν. Ἐλυπήθητε γὰρ κατὰ Θεόν. ἡ

γὰρ

tri, & venter escæ, Deus verò & hanc & illum destruet. [N]

II. Corinth. c. IV.

Mortificationem Domini Jesu semper in corpore nostro circumferamus, ut etiam vita Jesu in corpore nostro manifestetur. (O)

Vers. 16.

Propterea non deficimus, sed, qvamvis exterior noster homo corrumpatur, interior tamen indies renovatur. (P)

I. Corinth. XV. v. 50.

Hoc verò dico, fratres, qvod caro & sanguis regnum Dei hæreditare non potest, nec corruptio incorruptibilitatem hæreditario jure adit. (Q)

Et denuo. v. 58.

Firmi estote, immoti, abundantes in opere Domini semper, scientes, qvod labor vester non est inanis in Domino. (R)

II. Corinth. VII, v. 9.

Nunc lætor, non, qvia tristitiâ affecti estis, sed qvia tristitiâ affecti estis ad resipiscentiam. Secundum Deum enim contristati estis. Dolor autem, qvi secundum Deum est, pœnitentiam ad salutem operatur. (S)

γὰρ κατὰ θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν κατεργάζεται.

Κορινθ. α. κεφ. ι. στοιχ. ζ.

Ἐκάθεσεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν. μηδὲ γογγύζετε, καθὼς καί τινες αὐτῶν ἐγόγγυσαν, καὶ ἀπώλοντο ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ. Ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις, ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε, καθὼς κἀκεῖνοι ἐπεθύμησαν καὶ ἀπώλοντο.

στοιχ. ιγ.

Πιστὸς δὲ ὁ Θεός, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε, ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ, καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑμᾶς ὑπερενεγκεῖν.

Κορινθ. α. κεφ. θ. στοιχ. κε.

Πᾶς δὲ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται, τουτέστι, πάντοτε καὶ ἐκ πάντων, τῶν ἐναντίων, ἐγκρατεύεται. Τούτου ἕνεκα, ἐπειδὴ οἱ μοναχοὶ γυναῖκας, οὐκ ἔχουσιν ἔξεστιν αὐτοῖς ἀπέχεσθαι καὶ ἀπὸ κρέατος, ὥσπερ ἔξεστιν αὐτοῖς ἀπέχεσθαι καὶ ἀπὸ γυναικός, ἵνα μὴ ἡ λάρυγξ αὐτῶν πάνυ εὐφραίνεται, καὶ οὕτω πληροῦται ἐν ἐκείνοις τὸ πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται.

Ὑπο-

1. Corinth. X, 7.

Confedit populus ad edendum & bibendum, surrexitqve ad ludendum. Nolite verò murmurare, ficut nonnulli eorum murmurarunt, & extincti funt ab exterminatore. Hæc autem typi loco acciderunt illis, fcripta verò funt nobis in correctionem noftram, in qvos finis feculi devenit, qvemadmodum & illi concupiverunt, & interierunt. [T]

Verf. 13.

Fidelis verò eft Deus, qvi non patietur vos tentari ultra vires veftras, fed tentationibus imponet finem, ut fufferre poffitis. (V)

1. Corinth. IX, 25.

Qvicunqve certat, is ab omnibus abftinet, hoc eft, & femper & ab omnibus noxiis fibi temperat. Hâc de causâ, qvandoqvidem Monachi uxores non habent, licet illis & à carne abftinere, qvemadmodum ipfis licitum eft & à mulieribus abftinere, ne omninò vel aliqvam delectationem gula illorum fentiat; atqve ita impletur in illis illud: Omnis certans ab omnibus abftinet. [W]

Ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ, μή-
πως ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γίνωμαι, ση-
μαίνει δὲ τὸ ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, ὅτι σφόδρα
ἐνήστευεν ὁ Παῦλος, καὶ ἐδάμαζε τὴν σάρκα ἀπὸ
τῆς νηστείας.

Σύνοδος Γάγγρεια κανὼν θ.

Εἴ τις παρθενεύοι, ἢ ἐγκρατεύοιτο ὡς ἂν βδε-
λύκτων τῶν γάμων, ἀναχωρήσας, καὶ μὴ διὰ τὸ
καλὸν, καὶ ἅγιον τῆς παρθενείας, ἀνάθεμα ἔστω.

Τῆς αὐτῆς Συνόδου κανὼν. ιθ. ιη.

Εἴ τις τῶν ἀσκουμένων χωρὶς σωματικῆς ἀνάγκης
ὑπερηφανεύοιτο, καὶ τὰς παραδεδομένας νηστείας εἰς
τὸ κοινὸν, καὶ φυλασσομένας ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας,
παραλύοι, ἀποκυροῦντος ἐν ἑαυτῷ τελείου λογισμοῦ,
ἀνάθεμα ἔστω.

Κανὼν τῆς αὐτῆς Συνόδου ι.

Εἴ τις τῶν παρθενευόντων διὰ τὸν κύριον, κατεπαί-
ροιτο γεγαμηκότων, ἀνάθεμα ἔστω.

Οἰκουμενικὴ Σύνοδος Χαλκηδόνος.

Κανὼν. α.

Τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων, καθ' ἑκάστην σύν-
οδον ἄχρι τοῦ νῦν, ἐκτεθέντας κανόνας κρατεῖν ἐδι-
καιώσαμεν. Ασκη-

Contundo corpus meum, & in servitutem illud redigo, ne aliis prædicando, ipse reprobus fiam. Illud verò: Contundo corpus meum, significat, qvod Paulus valdè jejunaverit, & carnem jejuniis domuerit. (X)

Synodus Gangrensis Canone 9.

Qvicunqve virginitatem custodiens, aut vitam cœlibem ducens, ideò, qvod nuptias velut rem abominandam esse existimet, & non ideò potius à nuptiis abstinet, qvod bonum & sanctum sit nomen virginitatis, anathema sit. (Y)

Ejusdem Synodi Canon. 19. 18.

Si qvis eorum, qvi continentiæ student, absq; corporeâ necessitate, tradita in commune & ab Ecclesiâ observata jejunia superbiendo & perfecta solidaqve ratione destitutus negligit, anathema sit. (Z)

Canon ejusdem Synodi. 10.

Qvod si qvis eorum, qvi virginitatem propter Dominum voverunt, adversum conjugatos sese efferat, anathema sit.

Concilium Oecumenicum Chalcedonense.

Canon. 1.

§. CCCCXXIII

A sanctis Patribus in una qvaqve Synodo usq; nunc prolatas regulas observare decrevimus.

Asce-

Ἀσκητικὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου,
κεφ. κε.

Ἀλλὰ κἂν τὸ προσέψημα τοῦτο παραχθὲν τὸ τὸ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων κριθὲν, ἀντ' ἄλλου τινὸς ἀρτύματος ἐλαχίστου τοῖς βρώμασιν ἐπιβάλλεσθαι, συμπεπλεγμένον τῷ λοιπῷ ἐδέσματι τοῦ ὕδατος, ἢ τῶν λαχάνων ὑπάρχει, μὴ προφάσει δῆθεν κενοδοξίας ἐθελοευλαβείας ὡς κρέα παραιτούμενος. (Ὅρα τί λέγει; ὡς κρέα παραιτούμενος, τοῦτο δὲ λέγει, ὅτι ἔθος εὔλογον ἦν ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἀπέχεσθαι ἀπὸ κρέατος τοῖς μοναχοῖς.)

Παῦλος πρὸς Ῥωμαίους κεφ. ιδ.

Ὁ ἐσθίων τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω, καὶ ὁ μὴ ἐσθίων, τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω. Ὁ ἐσθίων κυρίῳ ἐσθίει. Εὐχαριστεῖ γὰρ τῷ θεῷ, καὶ ὁ μὴ ἐσθίων, τῷ κυρίῳ οὐκ ἐσθίει, καὶ εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ. Οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις, ἀλλὰ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη, καὶ χαρὰ, ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Ὁ γὰρ ἐν τούτοις δουλεύων τῷ Χριστῷ, εὐάρεστος τῷ θεῷ, καὶ δόκιμος τοῖς ἀνθρώποις.

Ascetica Magni Basilii,
Cap. 25.

Verum si additum edulium hoc sale conditum, qvod à sanctis Patribus alicujus condimenti loco cibis superaddere constitutum est, reliqvis eduliis aqveis aut herbaceis admixtum fuerit, non prætextu scil. vanæ & electitiæ pietatis, ut carnem fugiens. (Considera, qvid dicat? ut carnem fugiens hoc nimirum vult innuere, tempore Magni Basilii Monachis peculiarem morem fuisse, à carnibus abstinere.) (Aa)

Paulus ad Roman. c. XIV, v. 3.

Qvi edit, eum non debet despicere, qvi non edit, & , qvi non edit, comedentem ne judicet. Qvi edit, Domino edit, gratias enim agit DEO. Et qvi non comedit, DEO non comedit, & gratias agit DEO. Non enim regnum cœlorum consistit in cibo aut potu, sed in justitiâ, pace & gaudio in Spiritu Sancto. Qvi enim in his CHRISTO servit, is placet DEO, & probatur hominibus. (Bb)

Παῦλος Κορινθ. α. κεφ. ϛ.

Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει, πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐκ ἐγὼ ἐξουσιασθήσομαι ὑπό τινος. τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν, ὁ δὲ θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει.

Ὅτι οὐ δεῖ τὸν μοναχὸν μετὰ τὸ ἐπάγγελμα γαμεῖν, σύνοδος οἰκουμενικὴ ἕκτη,

Κανὼν δ.

Μοναχὸς ἐπὶ πορνείᾳ ἁλοὺς, ἢ πρὸς γάμου κοινωνίαν, καὶ συμβίωσιν, γυναῖκα ἀγόμενος, τοῖς τῶν πορνευόντων ἐπιτιμίοις κατὰ τοὺς κανόνας ὑποβληθήσεται.

Σύνοδος ἐν τῇ Γαγγρίᾳ κανὼν ιη.

Εἴ τις τῶν ἀσκουμένων χωρὶς σωματικῆς ἀνάγκης ὑπερηφανεύοιτο, καὶ τὰς παραδεδομένας νηστείας, εἰς τὸ κοινὸν, καὶ φυλασσομένας ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας, παραλύοι, ἀκυροῦντος ἐν ἑαυτῷ τελείου λογισμοῦ ἀνάθεμα ἔσω.

Οὗτος ὁ κανὼν διαλαμβάνει περὶ τῶν ἀσκητῶν, καὶ μοναχῶν, τῶν οὐκ ἐσθιόντων κρέας· καὶ περὶ τῶν κοσμικῶν, κατὰ δύο τρόπους δεῖ νοεῖν, ὅτι ὀφείλουσιν

Paulus 1. Corinth. VI.

Omnia mihi licent, ſed non omnia proſunt: omnia mei arbitrii ſunt, ſed ego in nullius redigar poteſtatem. Eſca ventri, & venter eſcæ, Deus autem & hanc & illum deſtruet. (Cc)

Qvod Monachum, editâ ſemel hâc vitæ profesſione, Matrimonium contrahere non oporteat. Synodus Oecumenica VI. Canon. 4.

Monachus in ſcortatione deprehenſus, aut mulierem in matrimonium vitæqve ſocietatem ducens, pœnis, qvas Canones ſcortatoribus definivere, ſubjiciendus eſt. (Dd)

Synodus Gangrenſis Canon. 19.

Si qvis eorum, qvi continentiæ ſtudent, tradita in commune & ab Eccleſiâ obſervata jejunia, absqve neceſſitate corporea, ſuperbiendo, ſolidâ ratione deſtitutus, diſſolvit, anathema ſit.

Hic Canon loqvitur de Aſcetis & Monachis, carne non veſcentibus, ut & de Secularibus. Duplici verò modo eſt intelligendus, &, qvod Secu-

σιν οἱ κοσμικοὶ φυλάττειν τὰς παραδεδομένας νηστεί-
ας ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. Ὁμοίως ὀφείλουσι καὶ οἱ
μοναχοὶ καὶ οἱ ἀσκηταὶ φυλάττειν τὰς αὐτὰς νηστεί-
ας, καὶ ἀπέχεσθαι καὶ ἀπὸ τοῦ κρέατος, ὅτι δέδοται
τοῖς μοναχοῖς, μὴ ἐσθίειν κρέας ἀπὸ τῶν ἁγίων συ-
νόδων, ὥσπερ δέδοται καὶ τοῖς κοσμικοῖς, τὸ νηστεύειν
ταῖς τεσσαρακοσταῖς. καὶ τούτου ἕνεκα, ἐὰν μοναχὸς
φάγῃ κρέας ἐν ταύταις ταῖς νηστείαις, ἔχει δὶς τὸ ἀνά-
θεμα, ἓν ἀνάθεμα, ὅτι τῶν νόμων τῶν πατέρων κατε-
φρόνησε, δεύτερον, ὅτι τοὺς νόμους τῆς ἐκκλησίας κατα-
πατεῖ. καὶ διὰ τούτων τῶν προλεχθέντων δοκεῖ ἀρέσκειν
τῷ θεῷ, μοναχοὺς γενέσθαι, καὶ ἀπέχεσθαι ἀπὸ κρέα-
τος τοὺς μοναχούς, ἵνα τούτῳ τῷ τρόπῳ ἀποθνήσκωσι
τῷ προαιρετικῷ θανάτῳ.

Νηστεύοντες, ἀγρυπνοῦντες, προσευχόμενοι καὶ
κλαίοντες διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, κατὰ τὸν προφή-
την Ἰωὴλ, λέγοντα. καὶ νῦν λέγει κύριος, ἐπιστράφη-
τε πρός με ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ὑμῶν, καὶ ἐν νηστείᾳ,
καὶ ἐν σάκκῳ, καὶ ἐν κλαυθμῷ, καὶ ἐν κοπετῷ, καὶ
διαρρήξατε τὰς καρδίας ὑμῶν. καὶ πάλιν. ἁγιάσατε
νηστείαν, ἵνα μὴ θηριωθῶσιν αἱ ψυχαὶ αὐτῶν· ὅτι
διὰ τὸ πολλάκις ὑπακούειν τὴν ψυχὴν τοῦ θελήματος

τῆς

lares injuncta ab Ecclesiâ jejunia oporteat servare; &, qvod similiter Monachi & Ascetæ ea ipsa jejunia servare, carniumqve esum sibi interdicere teneantur. Sicut enim Secularibus jejunium tempore qvadragesimali: Ita à sanctis Synodis Monachis abstinentia à carnibus injuncta est. Et hac de causa Monachus, si hoc jejunii tempore carnem attigerit, duplici nomine anathematis reus est, altero, qvod Patrum leges contemptui habuit; altero, qvod sanctiones & statuta Ecclesiæ violavit. (Ee)

Et ex his, qvæ hactenus à nobis prolata sunt, liqvidò constat, minimè omnium displicere, imò placere DEO, qvod Monachi fiant, & à carne abstineant, ut scilicet hac ratione mortem spontaneam subeant, jejunando, vigilando, orando, & pro peccatis suis lacrymas fundendo, idqve juxta dictum Joëlis, qvod ita sonat: Et jam dicit Dominus; Convertimini ad me ex toto corde vestro, in jejuniis, in sacco, in fletu & in lamentatione, & lacerate corda vestra. Et denuo: Sanctificate jejunium; ne insolescant animæ illorum, qvando enim carnis cupiditatibus anima sæpè morem gerit, tandem & ipsa efferatur, nec amplius qvæ Dei sunt, curat, sed in mandatorum Dei oppugnatione, carni, ut bestia aliqva, belli sociam sese præbet.

τῆς σαρκὸς, θηλεύεται ἡ ψυχὴ, καὶ οὐκ ἔτι φροντίζει τὰ περὶ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ συμμάχεται τῇ σαρκὶ, κατὰ τῶν ὅπλων τοῦ θεοῦ, ὡς θηρίον.

Ἀλλ' ἴσως τις θέλει λέγειν νηστεύειν καὶ τὰ ἑξῆς λέγει, ὁ Ἰωὴλ ὁ προφήτης, γενέσθαι ταῦτα, ὅταν ἐστὶ κίνδυνος ἐν τοῖς ἀνθρώποις· καὶ οὐκ ἀεί.

Ἀπόκρισις. ὁ Διάβολος, ὁ ἐγκαλῶν ἡμᾶς νυκτὶ, καὶ ἡμέρα, ἐγκαλεῖ ἡμᾶς πρὸς τὸν θεὸν, καὶ οὐκ ἐνίοτε μόνον.

Ἰωάννης ἐν ἀποκαλυψ. κεφ. ιβ.

Ὅτι κατεβλήθη ὁ κατήγορος τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ὁ κατηγορῶν αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ ἡμῶν, ἡμέρας καὶ νυκτός.

Ἐὰν δὲ τις εἴπῃ, ὁ Ἰωάννης ταῦτα λέγει ὑπερβολικῶς, ἀκουσάτω τί λέγει ὁ κύριος.

κατὰ μαρκ. κεφ. ιδ. στοιχ. λη.

Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν.

Καὶ πάλιν, ἐν κεφ. ματθ. κδ. στοιχ. μβ.

Γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχεται.

Καὶ ταῦτα μὲν εἴρηται περὶ τῶν μοναχῶν, ὅτι ὀφείλουσιν οἱ μοναχοὶ, ὥσπερ ἀπέχουσιν ἀπὸ τῶν γυναι-

f.ccccLxiv

Sed dixerit fortè aliqvis: Propheta Joël, dum de jejunio & reliqvis loqvitur, non ſemper, ſed tùm ſolùm, qvando periculum aliqvod cervicibus noſtris imminet, à nobis id obſervari vult.

Reſp. Diabolus, qvi interdiu nos accuſat, noctu ab accuſatione ſuâ certè non deſiſtit, neqve tantum interdum id peragit.

Iohannes in Apocalypſi cap. 12.

Qvia deturbatus eſt, accuſator fratrum noſtrorum, accuſans illos dieqve nocteqve coram Deo noſtro.

Qvod ſi verò qvis objecerit, Johannem hìc hyperbolicâ locutione uti, audiat is, qvid Dominus dicat:

Marci XIV, verſ. 38.

Vigilate & orate, ne in tentationem incidatis.

Et rurſus Matth. XXIV. v. 42.

Vigilate itaqve, qvia, qvâ horâ fur adventabit, ignoratis.

Atqve hæc dicta ſunto de Monachis, qvod ſcilicet, ſicut ab uſu mulierum: ita qvoqve ab eſu carnium abſtinere neceſſe habeant, ne ab affectibus

γυναικῶν, ἀπέχειν καὶ ἀπὸ τοῦ κρέατος, ἵνα μὴ τὰ πάθη πειράζῃ αὐτούς. Ἀλλ' ἀποθνήσκειν αὐτοὺς τῷ προαιρετικῷ θανάτῳ. Καθὰ προείπομεν. Τὸ δὲ ὑβρίζειν τὸν Παῦλον, τοὺς διδάσκοντας ἀπέχεσθαι ἀπὸ γυναικὸς καὶ κρέατος, σημαίνει περὶ τῶν μανιχαίων. Οἵτινες ἀπείχοντο ἀπὸ γυναικὸς λέγοντες, ὅτι ἀκάθαρτός ἐστιν ὁ γάμος, καὶ τὸ κρέας. Οἱ μοναχοὶ δὲ οὐ λέγουσιν εἶναι ἀκαθαρσίαν, ἀλλ' εἶναι ἀρετήν, ὥσπερ Ἰωάννης ὁ πρόδρομος ἀπείχετο ἀπὸ γυναικός, ἀπὸ κρέατος ἀρετῆς ἕνεκα.

Καὶ πάλιν ἡ θεία γραφὴ λέγει, τίς ἐζήτησεν ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν ταῦτα; λέγει ἡ θεία γραφή, ταῦτα πρὸς κατηγορίαν τῶν ἑβραίων, ὅτι οἱ ἑβραῖοι ἐνήστευον καὶ θυσίας ἔφερον τῷ θεῷ, ἀλλ' ὅμως, πολλὰ ἕτερα κακὰ ἐποίησαν, τούτου ἕνεκα κατηγορεῖ ἐκείνων ὁ θεός, ὅτι ἡ νηστεία σὺν ἁμαρτίᾳ οὐδὲν ὀφελεῖ. Καλὴ μὲν καὶ ἁγία ἐστὶν ἐὰν μὴ ἁμαρτάνη ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀπέχει ἀπὸ κρέατος, ἵνα μὴ εὐφραίνηται ὁ λάρυγξ ἐκείνου καὶ ἔλθῃ εἰς πειρασμόν.

ANNO-

bus pravis tenentur, sed morte voluntariâ, ut antea dictum est, moriantur. Qvod verò Paulus in illos, qvi dicunt, abstinendum esse à muliere, ut & à carne, graviter invehitur, de Manichæis illi sermonem esse probè observandum est. Hi enim mulieris usum sibi ipsis interdicebant, qvod statuerent, conjugium & carnem res sua natura impuras esse. Monachi verò non statuunt, propter impuritatem naturalem hæc abominanda esse, sed eximiæ virtutis exercitium hoc esse judicant, qvemadmodum Johannes Præcursor à muliere & carne virtutis amore abstinuit. At alibi tamen sacræ dicunt pandectæ: Qvis reqvisivit hæc de manibus vestris? Dum sacra Scriptura in hæc verba erumpit, Hebræos notat, qvi qvidem jejunare & sacrificia DEO offerre, nihilominus tamen peccata plurima simul committere, & hanc ob causam illos DEUS increpat. Jejunia enim peccatis commaculata nihil prosunt. Bona verò & sancta ea sunt, si homo prius à peccatis, postea à carnibus abstineat, ne, dum gula ipsius effusius lætatur, ipse totus in tentationem incidat.

DE MONACHIS ET EORUM STATU.

ſortis homines diu noctuqve divino cultui cantibus atqve orationibus incumbunt. Non omnes tamen eodem vitæ instituto vivunt; ſunt enim qvi κοινοβιακοὶ, & qvi ἰδιόρρυθμοι nuncupantur. *Cœnobiaci* ſunt, non tantum qvi ſimul habitant, ſed communi habitatione ex uno veſtiario veſtiũtur, & ex uno cellario paſcũtur, & iisdē exercitiis, ſive dignitate illi cõſpicui, ſive minoris ſint ordinis, ſubjacent, & celebrandis officiis, iisdem legibus, adſunt; neqve inter eos unus aliqvis eſt, qvi à cõmuni munere vacuꝰ, arbitrio indulgeat ſuo; cũ omnes iisdem oneribus ac privilegiis gaudeant; nihil enim cuiqvam Proprium eſt, nihil à qvoqvam alienum, & communis fit qvis, communis Labor. Inter eos nonnulli ſunt τοῦ μεγάλου σχήματος, καὶ ἀγγελικοῦ, magni Habitûs atqve Angelici, & Μεγαλόσχημοι dicuntur, perfectiori vitæ instituto addicti; alii, illiqve majore numero, τοῦ μικροῦ, parvi, qvi & Μικρόσχημοι, de qvibus alias erit opportunior dicendi locus. Et hi qvidem Cænobiaci ſunt, ἰδιόρρυθμοι ſuo more vivunt, & ut illis collubitum eſt.

Cœnobiaci.

Namqve, anteqvam habitum induant, certâ pecuniâ corrogatâ, ad ſui neceſſarios uſus ſibi per monaſterium ſubminiſtrandos, cellam obtinent, & quotidie Panem ac Vinum, qvæ aliis etiam tradi ſolent à Cellario, ad victum accipiunt, reliqua ſibi ipſi provident, & ſic ab oneribus Monaſterii immunes, ſua peragunt, & negotiis operam dant, cum placet, & placet ferè ſemper, dũmodò in monaſterio commorantur, ne aliis obloquendi cauſa ſit, ad officia celebranda cum aliis in Eccleſiã conveniunt. Hi bona ſua, quæ tàm in Monaſterio, qvàm extra monaſterium poſſident, cum morti proximi ſunt; ſervo ſive ſocio, quem ipſi Diſcipulum vocant, & ex Grege illo ſibi ad neceſſaria eligunt, teſtamento legant. Hæres poſſeſſionibus auctus, ſuâ induſtria, eos auctiores factos, & bona, quæ de novo ſibi comparat, aſſumto ſocio moriens relinquit: quæ à Magiſtro acceperat, monaſterio cedunt, quæ aliis pecuniam conferentibus, venduntur; pecunia in Monaſterii uſûs atq; Eccleſiæ, nec non æris alieni, ſi quod fuit, eſt autem ut plurimùm, vertitur. Et ita Monaſterii atque Idiorrythmorum res &

Ἰδιόρρυθμοι

des,& alias lectiones ad Solis ortum,si vigilia præcesserit, sin minus, ante fugatas tenebras,expediunt: Deinde horas,Primam, & Sextam, & Missam dicunt; post duas à meridie horas,Vesperas, serò Apodypnum,& Lychnicum. Et sic domum se recipiunt, & post alias preces ac genuflexiones dormitum eunt; Et hæc singulis ferè anni feriis. Qvòd si vigilia,qvam ipsi ἀγρυπνίαν vocant, celebranda est, qvæ Dominicis omnibus & festivitatibus Dominicis, nec non aliis magnorum Sanctorum, sive Ecclesiæ,sive monasterii Patroni solennitatibus celebratur,aliter fit. Nam circa horam Diei Decimam, anteqvam Sol occidat,cui id onus incumbit, minister,jussu Hegumeni, Signo dato, omnes in Ecclesiam convocat: qvi recitant,uti moris est,qvas ipsi nuncupant parvas vesperas, μικρὸν ἑσπερινὸν, qvibus absolutis ad Cœnam se conferunt, esturq; qvantum satis est, ut esuriem pellant,biciturq; qvantum illis permittitur, qvi per noctem Deum adoraturi sunt. Post occasum Solis,idem minister, ita annuente Præside, signo denuò dato, Fratres in Ecclesiam convocat. Tum Sacerdos, post orationes nonnullas incensat omnes, & magnis Vesperis initium dat; qvæ solenni rerum omnium cantu protrahuntur ad mediam noctem,illisq; statim subjungunt eâdem solemnitate Matutinum, & laudes; qvæ per totam noctem insomnes continuant. Et, ne labore delassatis obregat Somnus, vigilat continuè,qvem ipsi ἐξυπνιστὴν appellant, qvi, ita jubente Hegumeno,singulis lectionibus, postqvam paululum lectum est,è sede propriâ surgens, in medio Ecclesiæ ter se signat, & ter inclinatur,tùm qvietè fratres visitat,&,qvem obdormientem invenerit, cautè excitat, & levi concussione somnum repellit. Excitatus, subitò in medium accurrit, & ter genu flectit, semelq; ad Chorum Dextrum,& ad Sinistrum reverenter inclinatur, tum sedem repetit. Omnes deniq; officiis absolutis, à Monasterii Præfecto, qvi, anteqvam fratres exeant, in Ecclesiæ foribus sese sistit, cervice inflexâ, delictorum veniam exorant,à qvo & impetrant. Et sic unusqvisqve in Cellam secedit,à qvâ,nisi vocante Signo, ad alia opera non exit. Interim non est fas illi cum aliis colloqvi, sed vel privatas orationes proseqvitur, vel scribit, vel in opus aliud tempus insumit. Ministri verò alii Monasterii propria munia exercent.

X. Ter porrò per totum annum singulis hebdomadibus jejunant, feriâ Secundâ, Qvartâ & Sextâ; aliâs verò bis die comedunt pisces, ova, caseum, oleum, & similia, & bibunt vinum. Cùm jejunant, Secundâ post meridiem horâ Templum invisunt, & precibus incumbunt; tum egressi, ad mensam procedunt, edunt fabas decoctas, vel similia, absq; oleo vel butyro, & herbas aliqvas sine aceto. Serò rursus post preces in Templo, circa Templum accumbunt: tùm is, qvem ipsi Cellarium vocant, ex sportulâ frustum panis arreptum, qvod sors tulerit, singulis monachis tradit, & poculum aqvâ plenum: Juniores oblata non recusant; seniores atqve Perfectiores nihil accipiunt, sed morantur paululum, donec qvi acceperunt, accepta absumant; tùm deniqve Templum ingrediuntur, & orant, & veniâ petitâ ab Hegumeno ad Cellam se conferunt, & præscripto tempore post munia obita cubant. Si ultra, qvàm par est, Somno qvis indulserit, nec primo officio, qvod est Mesonyction adfuerit, post tamen illud experrectus, oratum cum aliis venerit, sed ante fores stans, in conspectu Monachorum recitat Psalmum: *Miserere mei, DEUS*, donec illi comederint: illisq; exeuntibus, substernit se in terram, clamatq;: *Patres Sancti, benedicite homini desidioso, qvia peccavi*, illiqve respondent: *Dominus condonet*. Tùm ille ingressus, cibo, qvemadmodum & alii, reficitur, nemoqve immunis est, sed omnes, etiam qvi dignitatibus præfulgent, eandem pœnam exsolvunt. Habent prætereà per annum & alia jejunia, qvemadmodum & Seculares. Differunt, qvòd Monachi illis austerioribus corpus macerent. De qvibus agemus, cum Sermo erit de Jejuniis Græcorum. Et nunc de Monachorum recentiorum instituto satis.

§. CCCCLXVII *Mulierum Monasterialium sub regula Bas. M. vita ratio.*

IX. Mulieres æqvè ac viri, suo proprio habitu sub Basilii M. regulâ, in seclusis à Secularibus locis, & muris sublimibus cinctis, eâdem Societatis communione fruuntur. Monachis ipsæ neqve minus jejunant, neqve minus orant. Si sexum excipias, eadem utriusqve vitæ ratio est. Illis præest, qvæ ab iisdem, uti ætate, ita & castimoniâ & Sanctitate, & reliqvis virtutibus celebrior exigitur. Electa illis modum imponit, & deerrantes corrigit, lapsas qvoqve exemplo & dicto erigit. Ad ministranda mysteria, & confessiones audiendas, monachus, ex Senioribus, qvi non sine opinione Sanctitatis vixit, ab Abbate monasterii, cui mulierum monasterium subest, destinatur.

natur. Is & Sacrum facit,&, dum Officia recitantur,in Ecclesiâ adest,eaq; pro more illius Ecclesiæ dirigit: extra, sed proximè monasterium, habitat,ut, qvando opus est, indigentibus succurrat. Habitus omnibus idem est; indumentum Nigrum, ut plurimum non tinctum, sed qvod natura ipsa præstat, colore infectum. Maphorium eodem colore, manicæ brachia & manûs ad digitos usqve obtegentes: cuculla & superhumerale sine laciniis. Omnia simplicia, Lanea, capilli capitis detonsi. Singulæ possident ædiculam, in partem supernam infernamqve subdivisam, in qvâ potentiores aliam, qvæ nomen servitutis fert,tenent; sin minus,plures occupant. Aliqvando etiam Parentes, Affinesq; in eâdem ædiculâ, in qvâ cubant, parvulas educant,& melioribus moribus instituunt. Heu stragula, post preces, magnificè pingunt,cingula texunt è Serico, instar retis, in qvibus animalium omne genus diligentissimè perfectum, sciteqve distinctum, si ea explicaveris,intueberis, & ex eodem serico tùm crumenas admodum prolixas ad pecunias deferendas, vario pulcherrimoqve artificio, tùm loculos, aureis filis interstinctos ad odores deportandos, compingunt. His enim faciendis Virgines illæ maximoperè excellunt; ut illis non facile dixeris, qvicqvam te vidisse pulchrius. Hinc, cùm Turcarum classis ad Insulam advenit, qvod singulis annis certo tempore fit,effusi Græci per Urbem, ad monasteria commeant, & in portis consistunt. Tùm, Abbatissæ jussu ostio reserato, introëunt, &, cùm illis non concedatur ultra progredi, in impluvio sedent; posteà,annuente eâdem Monachæ merces, dicto artificio paratas,qvantum possunt, vendunt,& acceptâ pecuniâ sine ullâ morâ ad propria redeunt. Et sanè mirum est, viros, aliàs insolentissimos, armis atqve latrocinio deditos, vel unius vetulæ præsentiâ inter tot Virgines,easq; ut plurimùm pulcherrimas,tantundem inter modestiæ limites contineri,ac si saxei forent; & virgines ipsas, velatâ facie,fixisqve in terram oculis, sanctitate qvâdam petulcos aliorum animos deprimentes,mercaturam facere,qvâ dissolutâ,&Turcis exeuntibus,portæ rursus clauduntur. Memini aliqvando, cùm Abbatissæ, & nonnullæ aliæ ex eodem genere mulieres, ad Tribunal Turcicum procederent, totam Urbem commotam, Turcas etiam ipsos acceptis armis, ad easdem accedere,concomitari,sciscitari,qvid esset, qvid eas à domibus avocaret? Cùm posteà in Tribunali accepissent, Tur-

Turcam qvendam ebrium portis Monasterii vim intulisse, & virginis, qvæ inibi fuerat, amicitiam cupiisse. Ita omnes perciti, ante sententiam ipsam, judicis fremere, sontem perqvirere, tandem inventum ad mortem condemnare. Hæc cùm non terret Abbatissa, rogat pro misero, & impetrat: ne tamen impunitus abiret, coriis bubulis onustus, & cruciatibus multatus in triremes datur; reliqui reverenter Moniales ad Monasterium comitantur, & diffidentes verbis solantur, promittuntque prolixè, neminem alium imposterum salvo capite similia ausurum. Tantus est virginum Sacrarum, etiam apud infideles honor, & reverentia. Tantum est divino auxilio fulciri, & quos instructæ acies perterrere non possunt, simplex Virguncularum in Afflictione gemitus dementat, & ad vindictam rapit, &c. Ex his, quemadmodum & de Monachis diximus, aliæ sunt μικρȣ̃ σχήματ☉-, aliæ μεγάλȣ, quæ & μεγαλόσχημοι dicuntur.

§. CCCCLXVIII. *Sacerdotum & Monachorum Græcorum habitus.*

XII. Alius est Sacerdotum & Monachorum, alius Secularium Græcorum habitus & Vestium Cultus. Seculares recentiores in Insulis, & quibus cum Latinis quotidiana consvetudo intercedit, grataque est Latinorum congressio, eodem atque Latini, Itali, vel Galli, habitu & pallio utuntur: Seniores quidem, & qui non nisi vetustissimis delectantur, Græcorum Orientalium Vestes induunt. Sacerdotes & Monachi Largiore tunicâ atque Chlamyde amiciuntur. Manachis nigræ sunt ex lanâ, vel quam ipsi arte tinxerint, vel quam natura ita in pecoribus fuscaverit, ad talos usque demissæ, rusticius assutæ, & strictiori ambitu diffluentes. Sacerdotibus lautiores sunt, & cultiores, latioribus manibus, &, cum facultas est, sericeæ, & cæruleo colore potissimum interiores splendentes, quas semicinctio opulento, gravis reticuli instar, variis imaginibus intertexto, quæ, oculis, dùm explicas, objiciuntur, præcingunt. Monachis capitis cultus est corona amplior, ad cutem novaculâ detonsa; eam ambiunt capilli, comti, & per humeros demissi; in qvorum concinnitate inaniora ingenia cùm formam, tùm gloriam explicant, coronam caputqve operiunt camelaucio, qvod tegmen capitis est, ex lanâ nigricante, ut natura illam dedit, textum, rotundum, altitudine semipalmare, in formam conchæ finiens, qvâ caput ingreditur, non undeqvaqve rotundatur, sed, ubi aures sunt, plagulæ junguntur, qvibus aurium incommodis medentur. Nomen habet, ut ipse existimo, qvicqvid

qvid alii dicant, qvòd ex pilis Camelorum ut plurimùm texatur, ſuper camelaucion Cucullam extendunt. Sacerdotes aliter caput ornant ; qvibus omnibus corona in vertice capitis ſatis ampla cernitur. Eam Græci ςεφάνην ſ. παπαλήθραν appellant. Balſamon in Canon. XXI. Trullan. Διορίζεται ὁ κανὼν κείρεσθαι κλ. τὰς κληρικὰς τὴν κεφαλὴν, ἤγϐν ἔχειν παπαλήθραν, καὶ ἐνδύεσθαι σχῆμα μοναχȣ̃. *Decernit canon eſſe tondendos capite, ut Clericos i.e. habere eam, qvæ Græcè dicitur παπαλήθρα, i.e. tonſuram, & Clerici habitu indui.* Conſtantinus Epiſtolâ ad Sylveſtrum: Ὑπὲρ τὴν ςεφάνην, ἤτοι τὴν παπαλήθραν, ἣν εἶχε πρὸς δόξαν τȣ̃ Θεȣ̃, καὶ τȣ̃ ἁγίȣ Πέτρȣ, ȣ̓κ ἤθελε βαςάζειν ςεφάνην ἐκ χρυσȣ̃ καὶ μαργαριτῶν. *Super Coronam, ſive papalethram, qvam gerebat ad gloriam DEI, & S. Petri, nolebat geſtare coronam ex auro & Margaritis.* Eam Γάῤῥαραν qvoqve dictam teſtatur Petrus Antiochenus Epiſt. ad Cerularium: Καὶ ἡμεῖς γάῤῥαραν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ποιȣ̃μεν εἰς τιμὴν πάντως τȣ̃ Κορυφαίȣ τῶν ἀποςόλων Πέτρȣ, ἐφ' ᾧ ἡ τȣ̃ Θεȣ̃ μεγάλη ἐκκλησία ἐπῳκοδόμηται. Ὃ γὰρ εἰς ὕβριν οἱ δυσσεβεῖς τȣ̃ ἁγίȣ ἐφεῦρον, τȣ̃το ἡμεῖς εὐσεβȣ̃ντες εἰς δόξαν αὐτȣ̃, καὶ τιμὴν πεποιήμεθα. Ῥωμαῖοι μὲν ξυρῶντες τὰς πώγωνας, ἡμεῖς δὲ ἐπὶ κορυφὴν τὴν παπαλήθραν ἐπιτηδεύοντες. *Et nos Garraram in capite facimus , in honorem omninò Principis Apoſtolorum Petri, ſuper qvem DEI magna Eccleſia exædificata eſt : qvod enim impii ad ſanctum diffamandum excogitarunt, id nos piè facientes in gloriam illius & honorem agimus, Romani qvidem barbam radentes, nos in Vertice coronam procurantes.* Poſt coronam ſeqvuntur capilli, paulò, ſed non ut Monachorum, prolixiores. Caput operiunt non uno modo omnes; alii enim pileo, cujus latera crux alterius coloris brachiis amplectitur, alii rotundâ veluti mitrâ, ex panno nigro conſutâ qvam poſteà faſciâ albâ , ſi uxor Sacerdotis vivit, cæruleâ, ſi demortua eſt, colligant , caput operiunt ; ex cujus poſteriore parte ad humeros palmaris pendet faſcia, ejuſdem, ac mitra, coloris. Temporibus hybernis , tempeſtati & pluviis pileo ſubveniunt. *Hæc Leo Allatius de Monachis & Monialibus in Græciâ.* Liber Gallicus, cui Titulus ; *Les Eſtats Empires & Principautes du monde. p. 1187.* etiam aliqva annotavit , qvæ Latinâ veſte à nobis donata jam damus : Calogerorum ſcribit, h. e. Sacerdotum & Monachorum in Græciâ eſt Copia multò maxima, qvi per totam Græciam diſperſi, libero gaudent Religionis exer-

Ex lib. Gall. Les Eſtats Empires & Principautes du monde.

Calogeri.

exercitio, modò tributum pendant, quamvis sæpè qvoqve mille co_gantur devorare molestias à Barbaris illis, qvi intolerabili crudelita_te imperium exercent. Verùm ut speciatim nonnihil de his dicamus, Mons Athos habitationi horum Calogerorum S. Basilii hactenus fuit consecratus. Quibus ut Balon recenset, privilegium qvoddam est concessum, ne ullus nisi Calogir Græcus in hoc monte commoretur. Id qvod hodienum servatur. Horum Calogerorum sunt plus minus Sex Millia, qvi in diversis partibus hujus montis habitant. In illo existunt præter propter XXIV. antiqva & grandia monasteria, firmis muris contra hostes & piratas, sæpissimè ipsis Damna inferre molientes, munita, inter illa bina sunt Primaria. Alterum nominatur Untopedi, alterum Agias Laura, & ibi conspiciuntur, præclaræ reliqviæ, & templa magnificè exædificata, splendideqve ornata. Ultimò Græci tanti hunc montem faciunt, qvanti nos Romam, ceremoniæ qvoqve Germanicæ studiosè hic observantur. Et Calogeri hi majorem Sanctitatis famam sibi comparavere, qvàm reliqvi in totâ Græciâ. Ipsi Turcæ adeò honorificè de illis sentiunt, ut etiam largas Eleemosynas illis largiantur. Nemo autem inter eos est, qvi vivat sine opere aliqvo otiosus, & non aliqvem artem mechanicam exerceat. Omnes enim matutino tempore Monasteriis egrediuntur, portantes sua instrumenta, qvibus laborant ad totius familiæ sustentationem. Alii laborant in vineis, alii arbores & ligna findunt, secantqve, alii navigia fabrefaciunt: breviter, qvilibet suam artem exercet. Vestimenta gestant exigui pretii, & sunt vestiti sicut Eremitæ. Non gestant indusia linea, sed lanea, qvæ ipsi sibi texunt, consuuntqve. Studiis Literarum planè se non dedunt, qvin plurimi inter illos sunt, qvi ne qvidem literas, vel legere, vel pingere norunt. Qvòd si contingat, aliqvem fortè per hæc montana, cujus negotii causâ, iter facere, Calogeri hi gratis victum suppeditant. Hæc ille.

Mons Athos

DCCCCLXIX. *De Origine & significatione vocis Calogerorū.*

Qvia autem in his Verbis Calogerorum crebra fit mentio, placet annotare, qvæ de Origine & significatione hujus vocis consignavit Cl. *Hottingerus Secul. XV. §. 1. p. 27. 28.*

Qvæ Genebrardus p. 722. de Calogeris subjungit, ipse defenderit, An sit Turcica Vox, & ex usu plebis Turcicæ, ipsis etiam Monachis tributa; An radix Cholach per Cheth utrinqve, significet

mor-

mortificatum, ipse viderit. Ipsi enim Græci, qvi in Lexicis suis Καλόγηρον per Monachum, Μοναχὸν & Μονάζοντα reddunt, haud obscurè, unde vocem deductam velint, innuunt. Ita enim vocabant, inqvit Meurs Lex. Græco Barb. Monachos & Monachas ætatis provectioris, qvasi à pulchrâ Senectute; & mox extendi nomen ad qvodvis cœpisse, nullâ habitâ ætatis ratione.

Idem ergò accidisse videtur, qvod vocabulo Πρεσβύτερος. Idem verò subjicit: Er syllabam esse Terminationem Persicam, ut Il phacher (fakir Arabicum est, Y existente radicali) qvâ voce utuntur pro nostro *Humilis*, in literarum suarum subsignatione. Etiam ipsos Mirmiramler, i.e. Pro-Reges &c. οὐδὲν ὑγιές. *Joh. Hornebeck. in Summâ Controv. p. 948.* de iisdem ita scribit: Monachi omnes sunt ordinis Basilii, fundatoris Monachatûs in Oriente, uti Benedictus in Occidente: Caloger dicti Καλόγηροι, qvod nomen à bonâ Senectute primò datum Senioribus & ætatis provectioris Monachis, q.d. boni Senes, inde omnibus.

Hæc de Græcis.

Audiamus jam qvid de *Moscovitarum Monachis* referant Authores.

Moscovit. Monachi.

Autor Libri modò allegati: *Les Estats Empires & Principautes du monde*, de Moscis hæc refert: Religiosi omnes sunt Ord. S. Basilii, & ad exempl. Vitam instituunt, instar Eremitarum; At vix qvis duo vel tria milliaria conficiet, qvin aliqvod monasterium offendat. *Neugebaurius* tamen etiam Ordinis Benedicti meminit cap. 14. ita scribens: Cœnobiorum non exiguus est numerus, præsertim Ordinis S. Benedicti, qvibus magni agrorum sunt reditûs, qvippe Tertiam fundorum partem totius Moscoviæ, tenent Monachi. Haud longè à Moscoviæ Metropoli abest Monasterium S. Trinitatis amplissimum, ubi trecenti Monachi perpetuò ferè sub Regulâ Basilii M. vivere perhibentur. In qvo etiam Sergii Abbatis Sepulchrum multis miraculis clarum est. Eò Principes ipsi sæpè, Vulgus verò certo confluit tempore, monasteriiq; liberalitate alitur. Fertur inibi olla cuprea esse, in qvâ certi cibi, & ut plurimùm olus coqvitur, ac, sive pauci sive multi eò convenerint, semper tamen cibi tantùm remane-

Les Estats Empires & Principautes &c.

 re,

re, qvò ejus monasterii familia saturetur; adeò, ut nihil unqvam defiat, aut superfluat.

De Moscorum Monachis eorumqve votis hæc habet *Johannes* *Joh. Faber.* *Faber in Religione Moscovitarum ad Ferdinandum Regem*, cui à Confessionibus erat Anno 1525. conscripta, p. 174. Moscovitica Regio Monachis est refertissima, qvi qvidem eâ lege obstricti sunt abstinentiæ; ut nunqvam in perpetuum carnibus vesci liceat. Non procul ab urbe Moscoviæ amplissimum est monasterium, in qvò trecenti fratres perpetuò ferè sub Regulâ Basilii degunt. In qvo etiam sepulchrum S. Sergii Abbatis, qvod ab exteris è longissimis etiam agris freqventatur. Multis enim miraculis celebre factum est Christianorum admiratione non parum dignis. E qvibus vel unum in medium allatum sufficiet omnium illustrissimum, qvod paucos ante annos illic contigit, duobus cœcis qvidem visus donatus est. Cùm enim Abbas ille viveret, tantâ vitæ Sanctitate extitit, ut facile sibi persvaserint, atqve credant jam multa ipsum precibus suis apud DEUM efficere, & conseqvi mortalibus. Ideoqve monumentum ejus crebrò mirâ cum devotione accedunt honorantqve. Universi enim tùm Monachi, tùm Virgines Vestales, qvotqvot sunt in Monasteriis unicæ Regulæ, uniqve habitui obnoxii nigro sc. usqve adeò religiosè vivunt, ut non mirentur solùm, verùm etiam summo honore eas proseqvantur. Neqve ipsis tàm vilis ratio Voti habetur, velut hodie nobiscum. Verùm, cùm qvis ingressus fuerit Monasterium, nonnunqvam in perpetuum qvoqvo modo qvâve indulgentiâ ei licebit exire, aut aliqvo votum irritum facere. Vota verò tria sunt, qvæ exhibent, ceu nostri, Obedientiæ, sc. Paupertatis & Castitatis.

Qvæ si qvis prætergressus, è monasterio qvi prosiliit deprehenditur, perpetuo carcere in pœnam tanti sceleris clauditur. Tanta est Votorum Sanctitas. Ut etiam qvamvis multa apud Ruthenos Archi-Episcopi & Episcoporum Auctoritas sit. In his tamen illis minimè qvicqvam concessum est.

Et Adamus Olearius in Descript. Germ. Itineris Persici de iisdem pag. 187. hæc habet: Monachi in monasteriis strictissimam vitæ rationem observant, jejunando, orando, canendo. Extra monasterium autem eqvitant, curru vehuntur, laborant, mercantur Secularium more, & nisi vestitus eos discriminaret, vix ab eisdem dignosci pos-

possent. Innumera hinc inde in Moscoviâ sunt Monasteria Monachorum, & Monialium, qvorum plurima opulentis gaudent fundationibus, in fertilissimis locis Regionis sita. Alia autem valde macilenta, vix panem habentia. Sunt nonnulli, qvi peculiari Religione in Sylvas concedunt, exstruentes sibi Sacella, in iisqve duriter velut Eremitæ viventes; sustentantes se solùm Eleemosynis à prætereuntibus donatis.

§. CCCCLXX.

Atqve hactenus fuit Relatio de ipso Monachatu Græcorum & Moscorum ex diversis qvos nancisci potuimus, Autoribus.

Conjugium Sacerdotū ap. Græcos.

Addimus merito his, propter cognationem materiæ, aliqva de *Conjugio Sacerdotum Græcorum*, ut ita unà & *Statum Monasticum* & *vitam Conjugalem Sacerdotum apud Græcos* conspiciamus, & de utroqve tanto melius & rectius Theologicum possimus formare judicium.

Ita autem noster Chr. Angelus cap. 47. de Diaconis Sacris: *Græci in urbibus & pagis habitantes, si Diaconorum in ordinem cooptari desiderant: primò ducunt uxores; hoc facto Sacros Diaconos ipsos creant Episcopi. Qvi verò matrimonium inire recusat, illum cucullum prius induere oportet, ac tum demum designatur Diaconus Sacer. Postea dum verò Conjugio sese consecrare amplius neqvit; nisi excommunicationis pœnam velit incurrere.* Et capite 49. *Adhæc si Sacerdotis Uxor diem forte obierit, permittitur qvidem ipsi, ut aliam ducat, at ea cautione, ne sacra administret amplius. Qvod si enim duxerit, sacro ministerio jam vacare neqvit, sed Laici personam induit.*

Hæc noster Angelus.

Qvid verò ad hæc Pontificii & Romano-Catholici?

De Monachatu qvidem Græcorum mirum in modum lætantur & gloriantur, eundemqve pro vita Monastica in Romana Ecclesia usitata magnopere urgent; Protestantibus & Evangelicis autem nullatenus volunt concedere, ut Conjugia Sacerdotum Græcorum ad ostendendam ὁμοψηφίαν & consensum pro Conjugio Clericorum adducant; Sed vel Græcorum Sacerdotum Conjugia nihil pro nobis facere clamitant, vel Græcos à veteri orthodoxâ Græcia immane qvantum hoc in puncto defecisse garriunt.

Quid Gretser. de Conjugiis Clerico[illegible] *scribat.*

Facit hoc inprimis *Jacobus Gretserus in Annotationibus in Historiam Cantacuzeni, ad Caput XXI. lib. II.* cujus verba è magno volumine Parisiis in Regia Luparæa Typographia impresso, qvod non in omnium manu est, merito adduco & sic sonant : UXORI & FILIIS COHABITANTEM] Græcorum Sacerdotes uxoratos esse notius est, qvàm ut admonitione egeat, & si cui ignotum esset, id ex hujus Johannis Exemplo, de qvo hoc capite Cantacuzenus, planum testatumqve redderetur, ut etiam ex Primo Responso Jeremiæ Patriarchæ Constantinopolitani ad VVirtenbergenses. Multum tamen differunt Græci ab illis, qvi Evangelicorum Nomen sibi hodie arrogant, qvæ discrimina speciatim enumeranda sunt, ne illi nostri Libidinem suam Græcorum licentiâ honestare & excusare tentent.

Sed non olim !

Ac primò apud Græcos piaculum censetur, si Monachus Uxorem ducat, aut cum ductâ consvetudinem habeat. Par scelus si Monialis nubat. Ὁ δὲ ἐπαγγειλάμενος παρθενεύειν, inqvit Jeremias Patriarcha, παρθενευέτω, καὶ ἄδειαν αὐτῷ γαμεῖν μετὰ τὴν ἐπαγγελίαν οὐ παρέχομεν. οὐδεὶς γὰρ θεὶς τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον καὶ στραφεὶς, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἂν δέ τι πάθῃ ἀνθρώπινον, σωφρονίζομεν διὰ μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως, καὶ λοιπῆς κακοπαθείας, καὶ ἀποχῆς κακῶν ἀποπλύνομεν, καὶ τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ οὐκ ἀποδοκιμάσει αὐτόν. Ille autem, qvi semel Virginitatem professus est, Virgo permaneat, nec jam illi ullam amplius Licentiam post Votum susceptum nubendi damus. Nemo enim mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò, idoneus est conseqvendo cœlesti Regno. Si verò huic humanitus qvid contigerit, hunc Ecclesiasticâ Disciplinâ coërcemus, ac ad moderationem vitæ per Pœnitentiam, atqve Confessionem, Carnis item Mortificationem, ac omnem Vitæ Continentiam revocamus, ac veluti lustratione qvâdam expiamus, nihil dubitantes Misericordiam benignissimi DEI, humanæ ejus infirmitati non defuturam. Hæc Hieremias Patriarcha. Immane qvantum à Græcis hâc in re distant, qvi à Romanâ Ecclesiâ Secessionem fecerunt, qvibus nihil usitatius, qvàm Monachorum & Monialium innuptæ Nuptiæ. Nec fortè mirum, cùm tota illorum doctrina ex hujusmodi Nuptiis sit progenerata, cujus Pater Monachus, Mater Monialis.

Secun-

Secundò, Græci nullum ad Episcopi Dignitatem evehunt, nisi aut cœlibem, aut talem, qvi conditioni uxoris renunciet. Qvocirca cum Episcopi Uxorem ac Liberos Presbyteri hujus magno Domestico objicerent, tanqvam impedimenta ad Patriarchæ Honorem obtinendum, respondit Domesticus, fore ut Patriarcha creatus, Uxori valedicat. At Hæretici superintendentes, qvi alicubi Episcoporum qvoqve appellationem usurpant, tum primùm ad hoc munus aptissimi existimantur, si Uxorio jugo devincti sint, sobolemq; numerosam in circuitu mensæ suæ numerent.

Tertiò, si qvis Cœlebs apud Græcos sacris ordinibus initietur, expers thori vita qvoqve porrò agenda est, imò dum spiritus regit artus. *Si post ordinationem Presbyter aut Diaconus, aut Subdiaconus Uxorem duxerit, ejiciatur ex Clero, & curiæ civitatis, in qva Clericus erat, cum bonis suis tradatur*, inqvit Justinianus, Novellâ 123. Qvi & Novellâ 6. *Si Presbyter aut Diaconus, aut Sub-Diaconus posteà ducat Uxorem, aut Concubinam; aut palam, aut occultè, sacro statim cadat ordine, & deinceps Idiota sit.* Nec in hoc conveniunt Sectarii cum Græcis. Fortè libentius se conformarent cum more qvodam Græcorum, qvi si non hoc tempore, olim certè in Græciâ vigebat: Nam ut testatur Humbertus Cenomanensis Leonis IX. ad Constantinopolitanos Legatus, ordinandi prius interrogabantur, num Uxores haberent; si abnuerent, jubebantur ducere, & tum ad manuum Impositionem reverti. Qvæ fortè consvetudo hodie desiit in Græciâ, cùm Canon Trullanus, de qvo postea hoc non exigat, aut præcipiat. Mirum tamen non renovari hoc ævo ab illis, qvi in Joviniani & Vigilantii Disciplinam Nomina sua dederunt, præsertim, cum si non Nicolaum, unum ex septem primis Diaconis, certè Vigilantium authorem habeat. In qvem S. Hieronymus: *Episcopos sui sceleris habere consortes, si tamen Episcopi nominandi sunt, qvi non ordinant Diaconos, nisi prius uxores duxerint, nulli cœlibi credentes pudicitiam, imo ostendentes qvàm sanctè vivant, qvi male de omnibus suspicantur, & nisi pragnantes uxores viderint Clericorum, infantesq; de Ulnis Matrum vagientes, Christi Sacramenta non tribuunt.*

Qvartò, Græci nulli Bigamo aditum ad sacros Ordines patefaciunt. *Qvòd eos, qvi alteram duxerunt uxorem*, inqvit Justinianus, Novellâ 123. *Sacri Canones Clericos etiam prohibeant, Sanctus Basilius*

silius his verbis docet: Eos, qvi nuptias iterarunt, Canon exclusit Ministerio: Heretici autem suâ suorum Ministrorum Chirotoniâ vix excludunt Polygamum, nedum Bigamum.

Qvintò, Græci olim, & nunc qvoqve adegerunt ad Professionem perpetuæ Castitatis eum, qvi cœlebs ordines suscipere vellet. *Si is, qvi ordinandus est Diaconus,* inqvit Justinianus citato loco, *Uxorem* sibi junctam non habeat, non aliter ordinetur, nisi *prius* ab eo, qvi ipsum ordinat, interrogatus profiteatur, posse se *post* Ordinationem, vel sine legitimâ Uxore castè vivere: *neqveunte eo*, qvi ordinatur, ordinationis tempore Diacono permittere, ut *post* Ordinationem Uxorem ducat. Sin verò hoc fiat, Episcopus, *qui id* permisit, Episcopatu dejiciatur.

Sextò, apud Græcos, si Uxor ante ordines ducta, post Mariti Ordines hinc excedat, alterum matrimonium inire neqvaqvam licet. In qvo itidem à Græcis discedunt Lutherani nuptiatores: Qvorum Præconibus meta nulla, consortes in Thalamum adsciscendi.

§. CCCCLXXI. *Conjugium Sacerdotū, ab aliqvot seculis in Græcia usitatum, Saniori Græciæ fuit inusitatum sec. Gretserum.*

Porrò Mos, qvem Græci ab aliqvot Seculis servant, Saniori & Sanctiori Græciæ inusitatus fuit; statim enim cùm tradita & vulgata Christi Doctrina, cœlibatus inter Ecclesiæ Ministros invaluit. Nolo repetere, qvæ hâc de re doctissimè disputant Turrianus Lib. 1. de Dogmaticis Characteribus Verbi DEI, & Lib. 1. adversus Magdeburgenses pro Canonibus Apostolorum cap. 1. & 2. & Lib. 5. ejusdem Operis Cap. 12. & aliqvot seqq. & in Scholiis super Caput 15. Lib. 6. Constitut. Apostolicarum Clementis Romani: Cardinalis Baronius Tom. 1. Annal. Anno Christi 58. & Tom. 8. Anno 692. & Cardinalis Bellarminus Lib. 1. de Clericis cap. 19. seq. Nos contenti erimus uno vel altero Testimonio, qvò planum fiat, qvid in Ecclesiâ Lege & Consvetudine receptum fuerit. Audiamus ergò S. Hieronymum, qvi postqvam recensuisset, qvâ mente essent Episcopi Vigilantii fermento infecti, nulli præterqvam conjugato Clericatum impertire Consveti, mox subjungit: Qvid facient Orientales Ecclesiæ, qvid Ægypti & sedis Apostolicæ, qvæ aut Virgines Clericos accipiunt, aut continentes, aut si Uxores habuerint Mariti, esse desierunt. Et ad Pammachium: Episcopi, Presbyteri, Diaconi aut Virgines eliguntur, aut Vidui, aut certè post Sacerdotium *in æternum*

pudi-

pudici. S. Epiphanius Hæresi 59. Adhuc viventem & liberos Gignentem in unius Uxoris Virum Ecclesia non suscipit, sed eum, qvi se ab unâ continuit, aut in viduitate vixit, Diaconum & Presbyterum, & Episcopum & Hypo-Diaconum: maximè ubi sinceri sunt Canones Ecclesiastiei. At dices mihi in qvibusdam locis adhuc liberos gignere Presbyteros & Diaconos, & Hypo-Diaconos. At hoc non est juxta Canonem, sed juxta hominum mentem, qvæ per tempus elanguit. Nicæna Synodus: Ἀπηγόρευσε καθόλε ἡ μεγάλη σύνοδος, μήτε ἐπισκόπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ, μήτε ὅλων τῶν ἐν κλήρῳ τινὶ ἐξεῖναι συνείσακτον ἔχειν, πλὴν ἢ ἄρα μητέρα, ἢ ἀδελφὴν, ἢ θείαν, ἢ ἃ μόνα πρόσωπα ὑποψίαν διαπέφευγε. Hunc Canonem citat Justinianus Novella 123. Qvi latinè sic redditur à Turriano. Prohibuit in universum magna Synodus, ut neqve Episcopo, neqve Presbytero, neqve Diacono, neqve ulli prorsus Clerico liceret habere συνείσακτον, Mulierem, nisi fortè Matrem, aut Sororem, aut Materteram, aut amitam, aut eas solùm Personas, qvæ ab omni suspicione alienæ essent. Qvidam vertunt illud Συνείσακτον extraneam; nonnulli subintroductam; alii introductam, alii ascititiam, Turrianus aliqvam ad verbum, cointroductam, item absolutè Mulierem, & qvidem qvamcunqve, exceptis iis, qvas Canon excipit: Antiocheni enim (qvorum vocem Canon Nicænus usurpat) qvaslibet Mulieres s. Uxores, sive non Uxores liberè & familiariter, non sine suspicione consvetudinis illicitæ cum viris versantes vocant συνεισάκτες, ut ex Eusebio Lib. 7. Hist. Ecc. cap. 24. liqvet, qvæ inde hoc Nomen adeptæ videntur, qvòd in eodem conclavi & cellâ cum viris versentur, qvas Synodus Ancyrana nominat συνερχομένας, h. e. congredientes, cujusmodi sunt, qvibus ministrandi gratiâ ingredi licet, qvocunqve Dominus Domûs ingreditur, & cum eo simul ire per omne conclave Domus. Frustra ergò est cum suâ Explicatione Balsamon, qvi in Scholiis ad Tertiam Canonem Nicenum, συνεισάκτες tantùm restringit ad mulieres, non Uxores, cùm Canon loqvatur de omnibus. Plura Turrianus. Idem de Cœlibatu Ministrorum Ecclesiæ decretum qvoqve est in aliis Synodis, ut in Elibertinâ, Arelatensi, Agathensi, Turonensi primâ & secundâ &c. qvæ omnes Synodi, non novum morem introduxerunt, sed veterem ab Apostolicâ Traditione manantem denuò sanxerunt, semper enim

Synod. Elibertina, Arelatensis, Turon. &c. decrevit Cœlibatū Sacerd. sec. Gretser.

enim Synodis hoc curæ fuit,ne, ut inqvit Vincentius Lirinensis, *Aliqvid Posteris traderent*, qvod ipsæ à Patribus non accepissent, utq; in præsenti non *solùm* rem benè disponerent, verùm etiam postfuturis exempla *praberent*,ut & ipsi sc. sacratæ Vetustatis Dogmata colerent, *profana* verò novitatis adinventa damnarent. Cæterum hodierna Græcorum consvetudo fluxit à Pseudo Synodo, qvam Græci vocant Πενθέκτην, *Qvini-Sextam*, nomine novo & monstroso, ut ipsa Appellatio monstrum Synodi non Synodum indicet, cujus Architecti & Auctores carni fibulam laxarunt cum Sempiterno Græciæ dedecore,facta conjugatis ordines accipiendi, & conjugio inito,etiam post initiationem utendi potestate contra tot seculorum confessionem, & ab Apostolis derivatam consvetudinem. Nimirum ubi decrescit Virtus, ut tunc fiebat in Græciâ, eò irrepit Venus. Est autem Canon (XIII. inter Trullanos) qvem hâc de re condiderunt, plenus inscitiâ & mendaciis,ut Baronius fusè demonstrat. Tom. 8. Sin ideò Ecclesiæ ministri debent esse Mariti,qvia honorabile Conjugium in omnibus & Thorus immaculatus, Item, qvia, qvod Deus conjunxit, hoc non est separandum. Deniqve, qvia Apostolus monet, ut qvi Uxorem habet, solutionem non qværat: cur non patiuntur iidem Trullani Legislatores,ut Episcopi aut Monachi uxores retineant. Si nihil in Sacras literas committitur, qvando Episcopi & Monachi à Conjugibus sejunguntur cum Sacrilegium fit, mariti à sacris ordinibus repellantur, aut si admissi sunt à Matrimonii usu abstinere jubeantur, & pœnis qvoqve Ecclesiasticis, si ita necessitas exigat, compellantur? Verùm enim verò perpulchram profectò hujus impuri Canonis & moris rationem reddit Hieremias Patriarcha: *Non ignoramus*,inqvit,turpitudinis germina multa *suscipi* inter eos, qvi Sacerdotes Uxores accipere prohibent. Qvæ ratio, si qvid valet contra Cœlibatum Sacerdotum, valebit & contra cœlibatum Episcoporum, Monachorum, & eorum qvi mortuâ Uxore, cœlibem Vitam agere coguntur, apud Græcos,sive sint Sacerdotes, sive Diaconi,sive Sub-Diaconi. An isti ex carne & Sanguine non sunt coagmentati? Si isti sine hujusmodi maculis castam integramqve vitam vivere qveunt, cur non & illi, qvi recentes ad Sacerdotis, Diaconi, aut Sub-Diaconi officium accedunt? An non & his,si in flagitia labantur, adhibere licet ea medicamina, qvæ casti-

castitatem professis adhibere iste ipse Hieremias refert, nosqve supra commemoravimus. Episcopum nullam omninò mulierem habere, aut cum eâ habitare concedimus, inqvit Justin. Imper. Novel. 123. sed si id minus comprobâsse visus fuerit, Episcopatu dejiciatur. Ipse enim se ipsum Episcopatu indignum demonstrat. Cur hoc vel simili emplasmate non curant ejusdem Græci suos Sacerdotes, Diaconos & Sub-Diaconos, si qvi extra honestatis limites evagentur? Si totam Græci Antiqvitatem respuebant, par saltem erat, ut audirent suum Justinianum, qvi mentem suam de cœlibatu Ministrorum Ecclesiæ, diu ante Trullani Conciliabuli tempora explicarat his verbis Novella 6.

Nihil sic in Sacris ordinationibus diligimus, qvàm cum Castitate viventes, aut cum uxoribus non cohabitantes, aut unius uxoris Virum, qvi, sive fuerit, sive adhuc sit, & ipse castitatem eligat secundum divinas Regulas, primum Principium & Manifestum Fundamentum residuæ virtutis constitutam. Sed Venter aures non habet, multò minus libido; & fortè patrocinium à Justiniano qværerent, etsi impudenter. Nam Photius in Nomo Canone Titulo IIX. hanc ex Novellis Justiniani Sanctionem citat. *Nullus Clericus, qvi Uxorem non habet, habeat in Domo suâ introductitiam, præterqvam Matrem, & Filiam, & Sororem & alias non suspectas*: Ubi Imperator indicare videtur esse Clericis Matrimonium permissum, qvandoqvidem monet, ut qvi Uxores non habent, ab ἐπεισάκτοις abstineant. Qvo ipso existimare qvis posset ab eo significatum, Clericos, si voluissent, potuisse uxores ducere. Verùm si qvis integra verba Justiniani, non ut à Photio decurtata sunt, consideret, aliam longè mentem Justiniano fuisse intelliget. Verba edicti hæc sunt Novell. 123.

Τοῖς δὲ πρεσβυτέροις, καὶ Διακόνοις καὶ ὑποδιακόνοις, καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐν κλήρῳ τεταγμένοις μὴ ἔχουσι γαμετὰς κατὰ τοὺς θείους κανόνας ἀπαγορεύομεν καὶ ἡμεῖς κατὰ τὴν ἁγίων κανόνων δύναμιν γυναῖκά τινα ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἐπεισάκτον ἔχειν. Presbyteris, Diaconis, Sub-Diaconis & omnibus aliis in Clerum adscriptis, qvi secundum divinos Canones uxorem non habent, interdicimus & nos ex sacrorum Canonum præscripto, ne mulierem introductitiam domi suæ habeant, exceptâ matre, &c. Qvo loqvendi modo manifestè docet Imperator, Presbyteros, Diaconos, Sub-Diaconos cœ-

libem Vitam agere debuisse sacris Canonibus id ita præcipientibus: licet nonnullis ex Clericorum numero nuptiæ permissæ essent, lectoribus nimirum & cantoribus, de qvibus Apostolorum Canon. 25. vel juxta aliorum Divisionem 26. & ipse Justinianus Novella 6. & 123. Qvi mulierem, qvam Nicæna Synodus vocat Συνείσακτον eâdem ratione ἐπείσακτον appellat, eoqve Vocabulo idem, qvod Nicæna Synodus intelligit.

Seqvuntur jam II.

ANNOTATIONES THEOLOGICÆ,

§. CCCCLXXII

Jud. verum Theolog. de Statu Monachali.

Ex qvibus & de Statu Monachali, & Conjugio Sacerdotum Græcorum, ac Moscovitarum, & Argumentis, qvibus tum ab Autore nostro, tum ab aliis Monachatus hic fulcitur, nec non de Argumentis Gretseri tùm contra Græcos, tum contra Protestantes adductis, verum & solidum ferri poterit Theologicum Judicium.

Jac. Bolduci sententia de Origine Monachatus.

(A) *Ducenti ferè & L. anni elapsi à Resurrectione CHRISTI.*) Benè facit Autor, qvòd in Seculum Tertium usq; Originem Monachatûs rejiciat, sicut & Paulus Laymannus in *Justâ defensione* p. 440. non qvidem Originem Monachorum in genere, sed eorum existentiam & operam in occidente in qvartum seculum rejicit, dum expressis verbis negat, Monachos fuisse illos, qvi primi Germaniam ad Fidem Christi adduxerint. *Nam,* inqvit, *ante annum Domini Trecentesimum, Qvadragesimum, Certum est, in Toto Occidente visos non esse Monachos.* Omninò ergo cachinno Doctorum excipienda est *Jac. Boulduci Monachi* opinio, *qvi in tribus,* qvos scripsit, *de Ecclesiâ ante Legē libris,* statuit, *octo Sodalitat. Religiosorū & qvasi Monachales, ab initio Mundi, ad Christi usq; tēpora institutas, in* plu-

pluribus Cœnobiis fuisse, Primum Carthusian. Enosc. ab Enos dictorum, Gen. 4. v. 26. Quos posteà arbitratur *Essæos fuisse dictos; Secundum Minoritarum Cinæorum, à Caini Filio Enosi ex Num. 24. v. 21. Tertium Hebræorum, ab Archimandritâ Hebere Semi Abnepote, Gen. 10. v. 21. Quartum Cenezæorum, ab Ascenâ. Gen. 10. v. 3. & Num. 32. v. 11. Qvintum Nazaræorum, Sextum Filiorum Prophetarum; Septimum Rechabitarum, Octavum Essenorum,* Omnia ridicula. Neqve satisfacere possunt Eruditis Pontificii illi, qvi Originem Vitæ Eremiticæ ad Eliam, & Johannem Baptistam referunt. Fateor, sunt etiam inter Patres, quos pro suâ Sententiâ possunt advocare. Sed Nota I. Destitui hanc Sententiam Sacrarum Literarum, qvod hîc necessariò reqviritur, Testimonio. *Eremita enim is dicitur Pontificiis, non qvi urgente necessitate, ad aliqvod tẽpꝰ in desertis locis commoratur, sed qvi ex proposito cõsilio & voluntate suâ in Eremũ concedit, ibiq; perpetuò degit, ut sic mortificet Carnẽ, ejusq; Cupiditates, eoq; Loci in precibus, jejuniis, Continentiâ, Vitâ austerissimâ Deo serviat, & ad perfectionis Statum contendat.* Jam demonstretur, vel Eliam, vel Johannem Baptistam hoc animo in Eremo vixisse. *ELIAS* certè, propter instantem inqvisitionem & Persecutionem Achabi, jussu Dei, in torrente Cherit se abscondit, & postea ob emittens à Jesabele periculũ desertũ repetiit, ubi fermè Fame necatus fuisset, nisi Angelus illum mirabiliter pavisset, cujus pastionis beneficio 40. diebus, totidemqve Noctibus, in deserto obambulavit, donec tandem pervenit in montem Horeb, ubi sub Noctem in speluncam ingressus, non ut ibi perpetuò perseveraret, sed ut pernoctaret. Ac non obscurè apparet secessum hunc Deo minimè placuisse ob relictam Vocationem Ideo ad eam rursus revocatur his verbis: QVID TIBI HIC ELIAS! Qvibus morem gessit Propheta, & ad docendi officium reversus est, 2. Reg. 19. JOHANNEM qvod concernit, dicitur qvidem Luc. 3. *qvod habitaverit in deserto.* Sed observa, per *desertum* intelligi Montanam Regionem, in qvâ Parentes Beati Johannis habitarunt, sine dubio in commercio aliorum hominum (dicuntur enim Vicini gavisi de nato Johanne) licet non tam freqventi. Sicut Jos. 13. legitur, Tribui Juda in deserto sex Civitates assignatas fuisse. In hoc deserto fuit Johannes, qvando Verbum Domini factum ad eum, tum dicitur venisse in deserto prædicans Baptismum Pœnitentiæ, h. e. in illis diebus progressus est, in saltuosa loca versus Jor-

Nota I.

Eremita Pontificia Descriptio.

Elias qvalis Eremita fuerit.

Joh. Baptist. qvalis Eremita?

phor. l. 8. c. 39. & *Cassiodoro in Histor. Tripart.* notante *Pelargo* in Matth. c. 3. q. 1. Videatur etiam de eo l. 4. *Chron. Philippi p. 311. Hospin.* de Orig. *Monach.* & *Hottingerus in Hodego Germ. Part. 1. p. 8. 9.* Cum enim tempore Decii & Valeriani circa annum Christi 252. Christianis Christum confitentibus, plurima tormenta inferrentur, plurimi imbecillitati carnis suæ diffidentes, atqve adeò abnegationem Divini Nominis & Pœnas intolerabiles intuentes, existimarunt, & puritati ac saluti corporis fugâ esse consulendum. Itaqve relictis urbibus & facultatibus suis, in vastas proripuere se, seqve abdiderunt solitudines atqve latibula, ibiqve scenas s. ædiculas & casas tuguriolaqve exstruxerunt. Sæpè etiam in montibus intonsis, & saltibus de industriâ errabundi, ne deprehensi caperentur, mutabant sedes. At ubi remisisset furor perseqventium, & jam etiam Tyrannorum cessassent laniena, non ad sua & ad mundum redibant, sed in desertis & casis illis suâ spontè manserunt, utpote assueti jam divinis contemplationibus & tranqvillioris Vitæ generi, ideoqve in tali instituto ad Mortem usque perseverarunt.

§. CCCCLXXIII.

[B] *Paulus propter Fidem Christianam, & Persecutionem concessit in Eremum, qvorum è numero etiam fuit Magnus ille Antonius. &c.* Ut qvilibet in hæc nostra incidens, tantò certius, rectiusqve de hoc Argumento formare possit Sententiam, legat omninò cum curâ, qvæ habet Hieronymus. Tom. 1. Oper. fol. 108. 109. Edit. Basil. Frobeni. Qvibus juvat subjungere nonnulla ex *Hospiniano de origine Monachatus.* Inter primos, scribit, qvi propter persecutionem in eremum concessisse leguntur, primatum tenet *Paulus Thebæus.* Is enim natus annos 15. aut circiter in Persecutione sub Decio, orbus utroqve Parente, cum Sorore nuptâ, cum locupleti Hæreditate relictus est. Insidias autem Mariti Sororis animadvertens, prodere eum, ut Christianum volentis, sine dubio, ut bonis à Sorore relictis, solus potiretur, fugâ Saluti suæ Consuluit: & in Speciê ad Radicem saxei montis se recepit, ac amœnitatis loci occasione inductus, omnem solitarius reliqvam exegit vitam. Et annos natus 113. ibidem moritur. *Antoninus. Tit. 16. cap. 1. 2. Merul. Lib. 1. cap. 9. Sabell. Lib. 2. cap. 2. Hieronymus*

Historia de Paul. Theb. primo Eremitâ propter Persecutiones.

nymus in ejus Vitâ. Ab eo tempore, qvo Eremum ingressus fuit, qvi erat annus Christi 260. usqve ad Vitæ Finem nusqvam inde discessit, hominem nunqvam vidit, præterqvam supremo vitæ Die Antonium jam Nonagenarium divinitus monitum, à qvo etiam humatus fuit. Ibid. *Panvinio in Chronico* refert, Paulum hunc An. Dom. CC.LVI. eremum primùm colere cœpisse. Hic, inqvam, Paulus primus fuit, qvorum qvidem nominatim meminerunt historiæ, qvi persecutionum tempore metu mortis in solitudines fugit. *Frising. L. 4. cap. 5.* Nam apud probatos auctores nihil tale à qvoqvam Justini Martyris tempore, & aliqvantò post factum reperitur. Quod argumento esse potest, [illegible]mitarum Genus apud Christianos, & nondum tùm in usu fuiss[illegible], & propter necessitatem, non opinionem, seu potius superstition[illegible]n excellentis usus Divini susceptum esse.

Confirmat hæc, qvæ modo dixi, *Bapt. Mantuanus* Lib. 1. de Vitâ *Blas.* inqviens:

> *Tum pleriq; Patres Sancti, cum tale viderent*
> *Excidium, fugêre Urbes & more ferarum*
> *Per deserta Vagi, cæcis latuere cavernis.*
> *Ista ergò crediderim, per noxia tempora, Paulum*
> *Niligenam, Sole ardentem, qvi primus eremum*
> *Incoluit, liqvisse Urbes, Patriosq; Penates,*
> *Et didicisse togas textis componere palmis.*

Multi pio proposito, ne immundo mundi consortio polluerentur, in eremũ concessere.

Ex hoc igitur Pauli Thebæi instituto Eremitarum Origo est & initium, uti etiam Hieronymus in vitâ ejus disertè attestatur. Hunc deinceps & alii sunt imitati qvam plurimi, non solum persecutionum & Tyrannorum metu, sed bono zelo, & pio animi proposito, mundi nimirum & rerum mundanarum tædio, ne sc. immundo Mundi consortio polluerentur. Utqve contemplationibus divinis seu rerum cœlestium meditationi ac precibus magis incumbere possent. Qvibus haut immeritò annumerari debent clarissima illa Lumina, *Basilius, Nazianzenus, Augustinus, Hieronymus*, aliiqve Sanctissimi Viri, qvi Philosophiæ, & cœlestium rerum contemplationi sese dedentes, maluerunt in tenebris alicujus Eremi latere, qvam inter homines, & in mediâ Ecclesiarum luce versari. Horum aliqvi hoc propterea fecerunt, qvòd Ecclesias ejusqve Ministros viderent divexari Tyrannorum persecutionibus: referente *Cassiodoro Tripartitæ Hi-*

Historiæ. Lib. 1. c. 11. Qvidam verò, qvia animadverterunt, ipsam Ecclesiam Domesticis concuti dissidiis, hinc namqve grassantes viderunt Hæreticos, (adversus qvos magna & difficilia certamina oportet ab iis, qvi rerum potiuntur habenis, suscipi:) inde ardentes factiones Episcoporum, & detestanda Schismata; quæ tanta sæpenumerò fuerunt, ut boni, pii, modestiqve Homines, qvibus adjungere sese deberent, planè ignoraverint. Talis igitur cùm esset Ecclesiarum status, etiam post Annos à nato Christo C C C. pace à Constantino redditâ Orbi, plerique consultissimum arbitrati sunt, sese eò loci conferre, ubi ab his malis tuti agere possent. Fateri tamen simul oportet, non paucos adductos fuisse præpostero qvodam amore otii, s. cupiditate privatæ qvietis & Tranqvillitatis: fortè gaudentes atq; oblectantes se umbraticis suis studiis Philosophicis atq; inanibus contemplationibus. Multi qvoqve in hæc solitaria loca absqve dubio concesserunt progressu temporis ex κακοζηλία, h. e. pravâ Piorum, præstantium, & Clarorum Virorum imitatione, qvos videlicet noverant, se qvoqve in hoc Vitæ Genere exercuisse, ut hoc pacto vanam & nihil profuturam gloriam aucuparentur. Interdum etiam à Spiritu non bono persvasi, utpote Humilitatem & vitam angelorum ineptè præ se ferentes, in iis, qvæ non viderunt, fastuosi incesserunt, qvorum Hieronymus nonnullos memorat, atqve insectatur. Cæterum, ut hæc obiter moneam, sicut hi, ita illi qvoqve priores non leviter peccârunt. Nam satis declaraverunt, se pro CHRISTO non libenter aliqvid incommodi ferre posse: declaraverunt se privati boni plus justò amantes fuisse, & tanqvam, si sibi solis nati essent, noluisse per charitatem aliis servire, noluisse dona ac talenta sibi à Deo commissa ad utilitatem Ecclesiarum expendere: noluisse, cùm tamen potuissent, imò debuissent, in procurandâ Ecclesiarum Pace, in reducendis in rectam viam errantibus, in consolandis afflictis, in docendis imperitis, discrimina aut labores ullos subire. Unde profectò eos, qvi ita solitariam Vitam delegerunt, constat magis spectasse privatum aliqvod commodum, qvàm ministerii Ecclesiastici reveritos Majestatem. Quâ in re, quàm graviter peccarint, nemo non intelligit. Quocirca etiam nonnullos ex S. Patribus legimus, posteà pœnitudine ductos, suam temeritatem deplorasse, nec

Multi pii & pacifici Doctores propter dissidia in Eremum concessere.

Multi posteà in loca solitaria concesserunt ex κακοζηλίᾳ.

Sed & hi, & priores in eo non leviter peccarunt.

Ideò etiã nõnulli S. Patres, posteà pœnitudine

ducti, temeritatē suam deplorārunt.

non confessos, se erga Deum & Homines ingratos, Deoqve Vocanti immorigeros extitisse, & veniam à Deo & Ecclesiâ humiliter petivisse; ut videre licet apud *Chrysostomum Lib. 1. de Dignitate Sacerdotali, & Gregorium Nazianzenum in Homiliâ qvâdam.* Multi deniqve ex Desperatione in eremos & solitudines concesserūt, & monasticam Vitam elegerunt. Unde & Vulgatum illud Proverbium natum est: *Desperatio facit Monachum.* Qvæ qvidem vera esse, eum fateri oportebit, qvi Historias, res Gestas, & Vitas Eremitarum & Monachorum legerit. Hæc Hospinianus, qvi alterius adhuc consuli poterit.

Multi etiā ex Desperatione in solitudinem ivére.

§CCCCLXXIV.

Post illa Tempora Particulares Synodi etiam Vitam Monasticā certis Legibus adstrinxerunt. Posteà non solùm ipsa Oecumenica Concilia certas Monachis præscripserunt Leges, verùm etiam decretum jam à Particularibus Synodis Monachorum Ordinem concernentes Synodos approbārunt.] Ut hoc eò melius & solidius cognoscatur, imò ut tota series introducti Monachatûs secundùm singula Secula magè pateſiat, lubet repetere, qvæ *D. Chr. Dreiero Tractatu de Præcipuis Controversiis cum Pontificiis à pag. 749. ad 769. in Disputat. de Votis Monasticis* singulari studio & diligentiâ hâc de re annotavit. Jucundum enim & utile est nosse totam Historiā, qvomodo hic vel ille error in Ecclesiâ irrepserit, & incrementa sumpserit. Ita autem ille. §. 1. Initio qvidem Ecclesia suas Virgines habuit seu utriusqve sexûs Personas vitam solitariam ob instantes persecutiones, & ad eò melius vacandum divino Cultui & evitanda peccandi pericula amplexas. Illæ pedetentim commodam vivendi rationem qværentes, sese invicem aggregarunt, & contubernia mutua fecerunt, eaqve Vita ingruentibus & accrescentibus persecutionibus, semper asperior reddita, per Incuriam Hominum facilè in superstitionem abiit initio in Ægypto, qvod ibi Persecutiones Christianorum graviores essent, postea & in aliis Locis. In Ægypto qvidem medio Seculo III. *Paulus Thebæus* vitans Persecutiones in Eremum concessit, Eremitarum primus Auctor, ut testatur de ipso Hieronymus

in

in Vitâ ejus Tom. I. Operum fol. 243. cujus verba § præced. sunt adducta. Pervenit autem hic Paulus ad feram Senectutem, unde Seculo IV. adhuc cum ipso jam Centum Tredecim Annos nato congressus est *Antonius* Nonagenarius, qvi & ipse solitariam hactenus Vitam duxerat, isqve Monachorum Genus valde celebre & Clarum reddidit, qvod itidem testatur Hieronymus, L.c. Illi qvi in urbibus vivebant & communia sectabantur Contubernia, subinde magis in ordinem suam œconomiam, & vivendi rationem redigebant, seniorem aliqvem sibi præficientes, cujus judicio gubernarentur; hujusmodi Monachi in Ægypto qvoqve complures, cùm Ecclesia jam Pacem à conversis ad Fidem Christianam Romanis Imperatoribus accepisset, extiterunt. Proinde hoc seculo duo jam Monachorum Genera claruerunt, unum *Cœnobitarum* à Communi Consortio sic dictorum, alterum *Eremitarum*, qvi & *Anachoretæ* appellati sunt, ab ἀναχωρεῖν, secedere, qvòd ab aliis separati in solitariam secederent vitam. Utrumqve Genus perfecit & clarum reddit Antonius, ut utrumqve ad illum suam Originem referre possit. Hâc de re sic scribit Hieronymus Ep. 22. ad Eustochium de Custodiâ Virgin. cap. 15. Tom. I. fol. 149. *Tria sunt in Ægypto Genera Monachorum, Primum Cœnobitæ, qvod illi Sauses gentili Linguâ vocant, nos, in communi viventes possumus appellare. Secundum Anachoretæ, qvi soli habitant per deserta, & ab eo, qvòd procul ab Hominibus recesserint, nuncupantur. Tertium Genus est, qvod Remoboth dicunt, deterrimum atqve neglectum, & qvod in nostrâ Provinciâ aut solum, aut primum est. Hi bini vel terni, nec multò plures simul habitant, suo arbitratu ac ditione viventes; & de eo qvod laborarint, in medium Partes conferunt, ut habeant alimenta communia. His igitur qvasi qvibusdam Pestibus exterminatis, veniamus ad eos, qvi plures sunt, & in commune habitant, i.e. qvos vocari Cœnobitas diximus. Prima apud eos Confœderatio est, obedire Majoribus, & qvicqvid jusserint facere, divisi sunt per Decurias, ita ut Novem Hominibus Decimus præsit, & rursus decem Præpositos sub se Centesimus habeat, manent separati, sed junctis cellulis, &c.* Cap. 16. *Ad Tertium Genus veniam, qvos Anachoretas vocant, qvi & de Cœnobiis exeuntes, excepto Pane & Sale, nihil ad Deserta perferunt amplius: Hujus Vitæ Auctor Paulus, Illustrator Antonius.*

Secul. IV.

Hoc seculo jā duo Monachorum genera claruerunt, Cœnobitæ scil. & Eremitæ.

procedendi vel quo placuerit evagandi agendive, quod libitum fuerit, habeant Libertatē etiam amplius in operibus diurnis, quam hi, qui in cœnobiis degunt, diebus ac noctibus consumuntur, sed non eâ Fide eodemq; Proposito. Hoc enim isti faciunt, non ut Fructum sui operis subjiciant Dispensatoris arbitrio, sed ut acqvirant pecunias, qvas recondant. Post subjicit: *Hæc igitur Duo Genera Monachorum in hâc quidem Provinciâ æqvali propemodum numerositate, inter se contendunt. Cæterum per alias Regiones, qvas me necessitas Catholicæ Fidei compulit peragrare, istud Tertium Genus abundare, ac prope Solum esse cognovimus.* Unde constat, qvòd in communi sub Regulâ ii tantùm vixerint: qvi ab Episcopis vel Viris Piis ad id peculiariter fuerunt instituti. Addit qvoqve, qvod suo tempore in Armeniâ & Ponto de Anachoretis nihil sciverint: *Temporibus*, inqvit, *Lucii, qvi Arianæ perfidiæ Episcopus fuit, sub Valentis imperio, cum Diaconiam nostris Fratribus deferremus, his videlicet, qvi de Ægypto & Thebaide fuerunt ob Catholicæ Fidei perseverantiam metallis Ponti atqve Armeniæ relegati, licèt Cœnobiorum Disciplinam in qvibusdam Civitatibus rarissimam viderimus, Anachoretarum tamen apud illos, ne ipsum qvidem Nomen auditum fuisse comperimus.*

Sec. VI. Seculo VI. maximè celebris inter Monachos fuit Benedictus Nursinus, Italus, de qvo sic scribit, Gregorius M. Episcopus Romanus ipsi ætate suppar, ex Relatione Discipulorum ejus Lib. 2. Dialog. in Principio. *Liberiori Genere ex Provinciâ Nursiæ exortus Romæ Liberalibus Literarum studiis traditus fuerat. Sed cùm in eis multos ire per abrupta vitiorum cerneret, eum, qvem qvasi in ingressu mundi posuerat, retraxit Pedem; ne si qvid de Scientiâ ejus attingeret, ipse qvoq; in immane præcipitium totus iret. Despectis itaq; Literarum studiis, relictâ Domo rebusq; Patris, soli Deo placere desiderans, Sanctæ Conversationis habitum qvæsivit. Recessit igitur scienter nesciens & sapienter indoctus. Hujus ergo omnia gesta non didici, sed pauca qvæ narro, qvatuor Discipulis illius referentibus, agnovi Constantino sc. Reverendissimo valdè Viro, qvi ei in Ministerii Regimine successit; Valentiniano qvoqve qvi annis multis Lateranensi monasterio præfuit: Simplicio qvi Congregationem illius post eum tertius rexit: Honorato etiam, qvi nunc adhuc cellæ ejus in qvâ prius conversatus fuerat, præest.* Cap. 36. *Scripsit*, inqvit, *Monachorum regulam, discretione præcipuam sermone luculentam.*

tam. Qvanta hominum multitudo ad eum confluxerit, & qvomodo Monasteria multiplicarit, refert cap.3. *Multi*, inqvit, *ab eo in eodem loco ad omnipotentis DEI sunt Servitium congregati, ita ut illic Duodecim Monasteria cum Omnipotentis Jesu Christi Domini opitulatione construeret, in qvibus statutis Patribus duodenos Monachos deputavit, paucos verò secum retinuit, qvos adhuc in suâ Præsentiâ aptius erudire judicavit. Capere etiam tunc ad eum Romanæ Urbis Nobiles & Religiosi concurrere, suosq; ei Filios omnipotenti DEO nutriendos dare.* Erant enim hoc tempore Monasteria Scholæ, in qvibus Juventus erudiebatur. Igitur hic ordinem *Benedictinorum* Monachorum condidit, qvi mirè fuit propagatus, ita ut hic Benedictus post Antonium meritò Pater omnium Monachorum, præsertim in Occidente, dici possit. Justinianus qvoqve Imperator in Oriente increbescentes Vitæ Monasticæ abusus, latius qvibusdam Legibus, præcidere, eamqve in ordinem redigere voluit, ut patet ex Novellâ 133. statim in Præfat. Cap.2. sancit, *ne qvis separatim ab aliis habitet, neqve Proprium qvid habeat, sed in commune cum aliis vivat, & vitæ suæ inspectores admittat.* Cap.6. præcipit ipsis manuum laborem: *Oportet*, inqvit, *duplex hoc opus Monachis esse, aut divinis vacare Scripturis, aut, qvæ Monachos decent (qvæ vocant manuum opera) meditari & operari.* Parentibus Filios suos Monasticam Vitam eligentes ex monasteriis abstrahere, interdicit Novella 23. cap.41. Repetit qvoqve Justinianus Legem, qvam jam olim statuerat Jovinianus, ut qvi corruperit vel sollicitaverit Monastriam, Capitali supplicio afficiatur cap.43. non qvòd statuerit, matrimonium non esse validum, si cum Moniali contraheretur, sed ut terrorem facilè relabentibus incuteret. Cæterum Lex hæc ansam præbuisse videtur, ut tandem Conjugium Monachi vel Monialis irritum & nullum pronunciârint. Concilium eqvidem Turonense II. in Galliâ hoc tempore celebratum ejusmodi conjugium solvi præcipit, qvòd anteà factum fuisse non legimus cap.16. *Si Uxorem duxerit* (Monachus) *excommunicetur, & de uxoris malè sociatæ consortio etiam judicis auxilio separetur.* Nihilominus multi consecratas Fœminas in uxores ducebant, idqve consentiente Exarcho Italiæ præfecto & Mariniano Episcopo Ravennæ, ut testatur Gregorius Lib.4. Indict.3. Ep.18. & Lib.8. Ep.9. Idemqve fecit ipsius Gregorii amita, ut refert Homil.38. in Evangel. *Tres*, inqvit, *Pater meus*

Ordo Monachor. Benedictinorũ.

Occasio legis, quâ Conjugium Monachi vel Monialis irritũ pronunciatum.

meus sorores habuit, quæ cunctæ tres Sacræ Virgines fuerunt. Quarum una Tarsilla, alia Gordiana, alia Æmiliana dicebantur. Uno omnes ardore conversæ, uno eodemq; tempore sub districtione Regulari degentes, in domo propria socialem vitam ducebant. Hinc Tarsillam & Æmilianam defunctam narrat, & subdit: *Gordiana autem mox, ut solam remansisse se reperit, ejus pravitas excrevit, & quod prius latuit in desiderio cogitationis, hoc post Effectu pravæ Actionis exercuit. Nam oblita Dominici Timoris, oblita pudoris & Reverentiæ, oblita consecrationis, conductorem Agrorum suorum postmodum maritum duxit.* Matrimonium hoc eqvidem ratum fuisse existimat, nihilominus ut nimis freqventes tunc Monachorum nuptias cohiberet, eum, qvi Uxorem duxerat, in Monasterium retrudi, præcipit Anthonio Sub-Diacono, Lib.1. Ep.40. c.27. Qvæst.1. cap.38. De oblationibus Ecclesiæ factis Eleemosynas participabant, si proprius labor ad sustentationem non sufficeret. Clerici enim non erant, sed ab his planè distincti, ut testatur idem Gregorius Lib.4. Ep.1. ad Johan. Ravennatem Episcopum, citatur & c.16. Qvæst.1. cap.38. statuit, ut si qvis Clericus fiat, Monasticam Vitam relinqvat, & vice versâ. Præterea conqveritur Gregorius, qvod & pueros in Monasteria receperint, qvem abusum corrigere voluit. Lib.1. Ep.48.

§. CCCCLXXVI. *Sec. VII. Quo anno receptio in monasteriū fieri debeat?*

Seculo VII. Synodus Qvini-Sexta in Trullo Imperatoris Palatio celebrata annum Decimum jam determinavit, qvo Monasterium ingredi cuiqvam liceret, si tantùm Judicium sufficiens haberet. Can. 40. Concilium Toletanum X. in Hispaniâ concessit Liberis cum dissensu Parentum Vitam Monasticam eligere, si jam decimum Annum excessissent. Can. 6. Idem Concilium, ut fortius Monachos & Moniales constringeret, votorum solennitatem auxit. Cap.5. c.27. Qvæst.1. cap.36. *Omnes Fæminæ*, inqvit, *venientes ad sacram religionem, pallio capita sua contegant, conscriptam roboratamq; Professionem faciant, post quàm Scripturam non sinantur relabi ad prævaricationis audaciam.*

Monachi labore suo victum acquirunt.

Cæteroqvin hoc tempore Monachi adhuc ex labore manuum se sustentabant, potissimum agrum colentes, ut patet ex Concilio Agathensi in Galliâ Narbonensi hoc tempore celebrato, qvod cap. 56. ita decernit: *Injustum putamus, ut Monachis quotidianum rurale opus facientibus servi eorum Libertatis otio potiantur.*

Igi-

Igitur Monachi per hæc tempora semper Manibus sibi victum qvæsiverunt. Is verò subinde invalescebat abusus, ut qvi post Votum Matrimonium inirent, separarentur, stabilitus in concilio Foro-Juliensi in Italiâ Seculo VIII. celebrato, cap. 11. Synodus Aqvisgranensis in Galliâ Seculo IX. sub Ludovico Imperatore coacta c p. 115. Tom. 6. Concil jam jus aliqvod tribuit Monachis in oblationes Ecclesiasticas, licet nondum eos Clericos faciat. Concilium Triburiense in Germaniâ repetit, qvod jam ante Decretum cap 23 ut, qvi post Votum nuptias contraxerint, *omninò separentur, & juramento constringentur, ut ulterius sub uno non cohabitent tecto.* Sed hæc omnia in pœnam & terrorem sancita sunt delinqventium. Non omnes verò hoc tempore Monachos & Moniales in Monasteriis degisse, patet ex constituto Concilii Moguntinensis Tempore Arnulphi Imperatoris facto, cap. ult. *Qvi Propositum Castitatis assumserint, aut Monasterii claustris regulariter constringantur, aut domi manentes castitatem suæ professionis integerrimè custodiant.*

Sec. X. Ordo Mon. Cluniacens.

Pleriqve verò Monachi sub Regulâ viventes Benedictini fuerunt usqve in Seculum X. qvo ordo Monachorum *Cluniacensium* institutus est; qvi non parùm ab eâ secessit, apud Surium die 11. Maj. Baronium Tom. X. An. 912. n. 17. De eorum Regulâ qvædam affert Petrus Cluniacensis. Lib. 5. Ep. 16. inter cætera, qvòd *plus qvam tertio redeuntem Monachum recipiant, & manuum opus postponant.* Ditescebant jam Monasteria, ut manuum laborem facilè negligerent, & luxui passim se dederent.

Sec. XI. Carthusiens. & Cistertiens. Mon. instit.

Seculo XI. institutus est & Ordo Monachorum *Carthusiensium* à Brunone Coloniensi in Carthusiæ solitudine, & *Cistertiensium* Monachorum cœpit institutum in Cistertio loco qvodam in Burgundiâ, qvo Regula Benedicti collapsa de Novo fuit instaurata & Monachis manuum opus injunctum.

Bernhardus Cluniacens. Monachus.

Huic Ordini sub initium Seculi XII. se addixit *Bernhardus*, qvi Cluniacenses delicatos & otiosos non parùm perstringit Ep. 1. ad Robertum Nepotem suum, qvi de ordine Cistertiensi transierat ad Cluniacum, inter cætera de qvodam ex Ordine Cluniacensium sic scribit: *Voluntariam Paupertatem miseriam dicit, jejunia, Vigilias, Silentium, manuumq; laborem vocat insaniam. Qvando*, inqvit, *delectatur DEUS cruciatibus nostris? ubi scribit scriptura, qvempiam seje inter-*

terficere? Qualis verò Religio est fodere terram, sylvam excidere, stercora comportare? In subseqventibus, dum ei reditum svadet: *Vigilias times & jejunia manuumq; laborem? Sed hæc levia sunt meditanti flammas perpetuas.* Epist. 345. ad Monachum qvendam: *Consilium tibi dedi, non Præceptum, semper vel semel in die comedere, fœminarum Visitationes vel Colloqvia omninò non admittere, tuarum te opere Manuum sustentare.* Regulæ Puritatem Cistertiensibus præ Cluniacensibus tribuit: Lib. de Præcept. & Dispens. cap. 20. & cujusmodi obedientiam voveat Monachus, ibidem optimè explicat. *Nemo*, inqvit, *cùm profitetur, spondet Regulam, sed determinatè secundum Regulam sui qvisq; conversionem, suamq; deinceps Conversationem sese pollicetur dirigere. Hæc profectò hujus temporis, omnibus fermè communis Professio est. Qvisq; itaq; tenet, qvod teneri invenerit bonum ubi profitetur, profectò vivit, sicut promittit,* & c. 7. *Neqve enim Abbas supra Regulam est, cui semel & ipse spontaneâ se Professione submisit, etsi (qvod negandum non est) DEI Regula Charitas, Regulæ S. Benedicti, jure præponitur.* Melior itaqve Bernhardus cæteris Monachis fuit, & ut ad antiqvam vitæ Monasticæ Formam omnia revocaret, elaboravit. Cæterum hoc ipso Seculo Innocentius II. Pontifex Gregorium VII. in propagandâ cœlibatûs Lege secutus, in Concilio qvodam Romano primus statuit, matrimonia post Votum inita nulla prorsus esse, dilatans, ut loqvitur Legem continentiæ. c. 27. Qvæst. 1. cap. 40. *Ut Lex continentiæ & DEO placens munditia in Ecclesiasticis Personis dilatetur: Statuimus, qvatenus Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Sub-Diaconi, Regulares Canonici, Monachi, atqve conversi Professi, qvi sanctum transgredientes Propositum, uxores sibi copulare præsumserint, separentur. Hujusmodi namq; copulationem, qvam contra Ecclesiasticam Regulam constat esse contractam, matrimonium non esse censemus. Qvi etiam ab invicem separati pro tantis excessibus condignam pœnitentiam agant. Idipsum qvoqve de Sanctimonialibus Fœminis si (qvod absint) nubere attentaverint, observari decernimus.* Hunc secuti sunt alii: Repetit enim Innocentii Constitutionem Eugenius III. in Concilio Rhemensi Tom. 7. Concil. fol. 617. Et Alexander III. l. 4. Decret. tit. 6. qvi Cler. vel Vov. cap. 3. sanxit, non qvidem ob votum, sed Voti solennitatem, qvæ tamen mera erat Accidentalis ceremonia, matrimonium contractum esse rescindendum. Hæc enim jam Hominum animos occupabat opinio, qvod non qvidem Votum simplex,

Bernhardus melior fuit cæteris Monachis.

plex, sed votum solenne, i.e. Non Votum qvâ votum est; sed Accidentalis Voti solennitas solvat Matrimonium contractum, qvod & constat ex Statuto Cœlestini III. Pontificis ibid. cap. 6. & Innocentii III. cap. 7. Hinc Scholastici de Voto simplici & solenni disputare cœperunt. Lombardus Lib. 4. Sentent. Distinct. 38. B. *Qvi privatum*, inqvit, *faciunt Votum continentiæ, matrimonium contrahere non debent, qvia contrahendo mortaliter peccant. Si tamen contraxerint, non separentur: qvia probari non potest, qvòd occultè factum est: Qvi verò solenniter vovent, nullatenus conjugium inire qveunt, qvibus non solùm nubere, sed & velle damnabile est.* Tantus qvoqve Novorum ordinum hoc tempore numerus extitit, ut Innocentius III. in Concilio Lateranensi cap. 12. edicto prohibere necesse habuerit, ne qvis novos Religionum ordines institueret, sc. sine approbatione Pontificis, qvi hâc ratione, & Confirmationem ordinum Monasticorum ad se traxit. Habetur illud in Decretalibus Gregorii cap. Fin. de Relig. Dom. *Ne nimia Religionum Diversitas gravem in Ecclesiam DEI confusionem inducat, firmiter prohibemus, ne qvis de cætero novam Religionem inveniat: sed qvicunq; ad Religionem converti voluerit, unam de approbatis assumat.* Nihilominus hoc tempore ordo *Carmelitarum* in Carmelo Monte Palæstinæ, & *Dominicanorum s. Prædicatorum* à Dominico Hispano, & *Franciscanorum s. Minorum* à Francisco in Italiâ conditus & à Pontificibus confirmatus est, ut refertur in Vitâ Innocentii Tom. 7. Concil. fol. 785. Et hi jam Mendicantes se dicebant, adeoqve eò jam res devenerat, ut non solum ex labore manuum vivere nollent, sed præterea mendicitatem profiterentur monachi, ausu depravato & priscis seculis planè incognito.

Introductio plurium ordinum religiosorum prohibetur.

§. CCCCLXXVII. *Sec. XIII.*

Coactus fuit Seculo XIII. Gregorius X. Legem Innocentii de non instituendis novis Religionibus renovare in Concilio Lugdunensi cap. 23. Tom. 7. Concil. fol. 889. *Religionum diversitatem nimiam, ne confusionem nimiam induceret, Generale concilium consultâ prohibitione vetuit. Sed qvia non solũ importuna petentium inhiatio illarũ postmodo multiplicationem extorsit, verum etiam aliqvorum præsumtuosa temeritas diversorum ordinum præcipuè mendicantium, qvorum non dum approbationis meruere Principium, effrenatam qvasi multitudinem adinvenit; repetitâ constitutione districtius inhibentes, ne aliqvis de cætero novum Ordinem aut Religionem inveniat vel habitum Novæ Religionis assumat,*

cunctas affatim Religiones & Ordines Mendicantes post dictum Concilium adinventos, qui nullam confirmationem sedis Apostolicæ meruerunt, perpetuæ prohibitioni subjicimus & quatenus processerant revocamus. *Thomas de Aquino* jam ante Dominicanorum cœtui se associaverat, invitis & renitentibus parentibus ac fratribus, idemq; postea in scriptis suis defendit 22. Quæst. 88. Artic. 8. ad 2. Inculcat qvoqve id, qvod ex Lombardo hauserat, Votum solenne dirimere Matrimonium contractum in supplement. Qvæst. 53. Art. 2. *Cum per Votum solenne*, inqvit, *homo sui Corporis Potestatem amiserit, Deo se ad perpetuam continentiam tradens, votum solenne, ex suâ naturâ non modo contrahendum, sed etiam contractum dirimit.* Addit ibidem, qvod alii assignent hujus Rei causam Scandalum, alii statutum Ecclesiæ, ut tunc certè non defuerint, qvi statuerint, solo jure Ecclesiastico Votum Solenne matrimonium contractum dirimere. Ipse id fieri jure divino statuit, in quâ Sententiâ est & *Albertus M. Cardinalis Bonaventura*, & *Richardus de Mediâ Villâ* in 4. Sent. Dist. 38. Mirabilis opinio, qvòd Accidẽtalis voti solẽnitas ab Ecclesiâ excogitata & introducta cautelæ gratiâ dirimat matrimonium jure Divino, non Votum simplex. Doctores jam Pontificum Mancipia erant, & superstitio Monastica cum Papa Dominio ad Summum pervenerat, collapsâ præsertim verâ Doctrinâ de justificatione & Pœnitentia. Confirmatio Pontificum, id qvod illicitum erat, licitum facere posse putabatur, & res eò jam Processerat, ut Voti qvoqve solennitas à Confirmatione Paparum suspenderetur. Bonifacius VIII. eam sanè Causam statuit, cur Matrimonium dissolvendum sit, non aliam, qvia Papa Religionem confirmaverit, cap. cui de Voto in 6. Decretal. *Nos*, inqvit, *attendentes, qvod voti solennitas ex solâ constitutione Ecclesiæ est inventa, Matrimonii verò vinculum ab ipso Ecclesiæ capite rerum omnium conditore, ipsum in Paradiso & in Statu Innocentiæ instituente, unionem & indissolubilitatem acceperit: præsentis declarandum duximus oraculo Sanctionis, illud solum votum debere dici solenne, qvantum id post contractum matrimonium dirimendum, qvod solennizatum fuerit per susceptionem Sacri ordinis aut per Professionem expressam vel tacitam factam alicui de Religionibus per Sedem Apostolicam approbatis. Reliqva verò Vota, etsi qvandoq; Matrimonium impediant contrahendum, non tamen rescindere possunt Matrimonia post contracta.* Vita monastica

Th. de Aqv. renitentibus Parentibg se Dominicanis associavit.

ca

ea passim in cathedris audiebat status perfectionis, cum antè vita Clericorum semper multò perfectior æstimata fuisset, ita ut Monachi in Clericos promoti ex statu imperfectiori ad perfectiorem transiisse putarentur. Secus hoc tempore Scholasticis visum. Mendicantium ordinem *Viam Perfectionis à Christo ostensam* appellat Nicolaus III. in 6. de verborum signif. c. Exiit, eumqve approbat, laudat, confirmat, cum passim à Doctoribus oppugnaretur, qvi eorum Regulam, *illicitam, inobservabilem, discriminosam esse probabant*, ut ibidem testatur.

Seculo XIV. *Johannes Duns Scotus* Ordinis Minorum, Thomæ adversarius non jure Divino, sed Ecclesiastico tantum, Votum dirimere Matrimonium statuit, in 4. Sentent. Dist. 38. Quæst. un. *Dicitur*, inqvit, *qvod simplex Votum apud Deum non minus obligat qvam solenne; sed Matrimonium contractum post votum Continentiæ simplex, non est dirimendum; igitur nec post solenne. Et si dicis, qvod non est simile, qvia votum solenne probari potest, non sic privatum. Contra ex hoc seqvitur oppositum, qvia tunc si probetur esse Votum, licet non solenne, impediet Matrimonium, qvod est contra istas decretales.* In eâdem sententiâ est *Petrus Paludanus* Dominicanus, in 4. Sent. Dist. 38. At *Durandus* de S. Portiano itidem Dominicanus, in 4. Sent. Dist. 38. Qvæst. 1. Jus Divinum urget; causam verò, cur simplex Votum non dirimat Matrimonium, solenne autem dirimat, dicit esse, qvod in Voto simplici *sit solum promissio continendi, in voto verò solenni sit traditio corporis sui in manum alterius vice Dei.* Addit: *Alii dicunt, qvod illud est propter statutum Ecclesiæ, sed illud minus valet, qvia assignanda est aliqva ratio statuti: & iterum si hoc esset propter solum statutum, Ecclesia posset statuere contrarium, qvod non est verum.* Ad Clericos hactenus non pertinuerunt Monachi, sed tantum ut Laici ex Monastriis assumpti & in Clericos promoti fuerunt, cessantes jam esse Monachi. At *Clemens* V. demum eos ad Sacros ordines obligavit, adeoqve turpem Clericorum & Monachorum confusionem induxit, in *Clementinis* de statu Monachali cap. 1. Ne in agro §. ad ampliationem. *Ad Ampliationem autem cultûs Divini statuimus, qvod Monachi qvilibet ad Monitionem Abbatis se faciant ad omnes ordines Sacros, (excusatione cessante legitimâ) promoveri.* Cultum Divinum censebat in multitudine Missarum, quæ ut

Sec. XIV.

Clerici ad sacros ordines alligati à Clemente.

ducti, temeritatẽ suam deplorârunt. non confessos, se erga Deum & Homines ingratos, Deoqve Vocanti immorigeros extitisse, & veniam à Deo & Ecclesiâ humiliter petivisse: ut videre licet apud *Chrysostomum Lib. 1. de Dignitate Sacerdotali, & Gregorium Nazianzenum in Homiliâ qvâdam.* Multi deniqve *Multi etiã ex Desperatione in solitudinem ivêre.* ex Desperatione in eremos & solitudines concesserũt, & monasticam Vitam elegerunt. Unde & Vulgatum illud Proverbium natum est: *Desperatio facit Monachum.* Qvæ qvidem vera esse, eum fateri oportebit, qvi Historias, res Gestas, & Vitas Eremitarum & Monachorum legerit. Hæc Hospinianus, qvi alterius adhuc consuli poterit.

§CCCCLXXIV. *Post illa Tempora Particulares Synodi etiam VitamMonasticã certis Legibus adstrinxerunt. Posteà non solùm ipsa Oecumenica Concilia certas Monachis præscripserunt Leges, verùm etiam decretum jam à Particularibus Synodis Monachorum Ordinem concernentes Synodos approbârunt.*] Ut hoc eò melius & solidius cognoscatur, imò ut tota series introducti Monachatûs secundùm singula Secula magè pateat, lubet repetere, qvæ *D. Chr. Dreierus Tractatu de Præcipuis Controversiis cum Pontificiis à pag. 749. ad 769. in Disputat. de Votis Monasticis* singulari studio & diligentiâ hâc de re annotavit. Jucundum enim & utile est nosse totam Historiã, qvomodo hic vel ille error in Ecclesiã irrepserit, & incrementa sumpserit. Ita autem ille. §. 1. Initio qvidem Ecclesia suas Virgines habuit seu utriusqve sexûs Personas vitam solitariam ob instantes persecutiones, & adeò melius vacandum divino Cultui & evitanda peccandi pericula amplexas. Illæ pedetentim commodam vivendi rationem qværentes, sese invicem aggregarunt, & contubernia mutua fecerunt, eaqve Vita ingruentibus & accrescentibus persecutionibus, semper asperior reddita, per Incuriam Hominum facilè in superstitionem abiit initio in Ægypto, qvod ibi Persecutiones Christianorum graviores essent, postea & in aliis Locis. In Ægypto qvidem medio Seculo III. *Paulus Thebæus* vitans Persecutiones in Eremum concessit, Eremitarum primus Auctor, ut testatur de ipso Hieronymus in

in Vitâ ejus Tom. 1. Operum fol. 243. cujus verba § præced. sunt adducta. Pervenit autem hic Paulus ad seram Senectutem, unde Seculo IV. adhuc cum ipso jam Centum Tredecim Annos nato congressus est *Antonius* Nonagenarius, qvi & ipse solitariam hactenus Vitam duxerat, isqve Monachorum Genus valde celebre & Clarum reddidit, qvod itidem testatur Hieronymus, L. c. Illi qvi in urbibus vivebant & communia sectabantur Contubernia, subinde magis in ordinem suam œconomiam, & vivendi rationem redigebant, seniorem aliqvem sibi præficientes, cujus judicio gubernarentur; hujusmodi Monachi in Ægypto qvoqve complures, cùm Ecclesia jam Pacem à conversis ad Fidem Christianam Romanis Imperatoribus accepisset, extiterunt. Proinde hoc seculo duo jam Monachorum Genera claruerunt, unum *Cœnobitarum* à Communi Consortio sic dictorum, alterum *Eremitarum*, qvi & *Anachoretæ* appellati sunt, ab ἀναχωρεῖν, secedere, qvòd ab aliis separati in solitariam secederent vitam. Utrumqve Genus perfecit & clarum reddit Antonius, ut utrumqve ad illum suam Origenem referre possit. Hâc de re sic scribit Hieronymus Ep. 22. ad Eustochium de Custodiâ Virgin. cap. 15. Tom. I. fol. 149. *Tria sunt in Ægypto Genera Monachorum, Primum Cœnobitæ, qvod illi Sauses gentili Linguâ vocant, nos, in communi viventes possumus appellare. Secundum Anachoretæ, qvi soli habitant per deserta, & ab eo, qvòd procul ab Hominibus recesserint, nuncupantur. Tertium Genus est, qvod Remoboth dicunt, deterrimum atqve neglectum, & qvod in nostrâ Provinciâ aut solum, aut primum est. Hi bini vel terni, nec multò plures simul habitant, suo arbitratu ac ditione viventes; & de eo qvod laborarint, in medium Partes conferunt, ut habeant alimenta communia. His igitur qvasi qvibusdam Pestibus exterminatis, veniamus ad eos, qvi plures sunt, & in commune habitant, i.e. qvos vocari Cœnobitas diximus. Prima apud eos Confœderatio est, obedire Majoribus, & qvicqvid jusserint facere, divisi sunt per Decurias, ita ut Novem Hominibus Decimus præsit, & rursus decem Præpositos sub se Centesimus habeat, manent separati, sed junctis cellulis, &c.* Cap. 16. *Ad Tertium Genus veniam, qvos Anachoretas vocant, qvi & de Cœnobiis exeuntes, excepto Pane & Sale, nihil ad Deserta perferunt amplius: Hujus Vitæ Auctor Paulus, Illustrator Antonius.*

Secul. IV.

Hoc seculo jã duo Monachorum genera claruerunt, Cœnobitæ scil. & Eremitæ.

 Simi-

Similia scripserunt de Origine Vitæ Monasticæ seqventibus Temporibus Theodoretus : Lib. IV. Historiarum cap.19.& Johan. Cassianus Collat.18. cap.4. Non eqvidem à Christo, nec ab Apostolis,nec ab Ecclesiâ instituta est Vita Monastica ; sed à privatis Hominibus privato ausu introducta,non in publicum Ecclesiæ Bonum; sed in privatum duntaxat, vel proprium privatorum commodum ad peccata commissa perpetuò deflenda & futura eò melius cavenda. *Monachorum* , inqvit Basilius de Instit. Monast. *Vitæ Ratio unum sibi tantummodò propositum habet, Animæ Salutem, & qvicqvid prodesse ad eum finem potest.* Hieronymus lib. adversus Vigilantium Tom. 2. fol. 411. *Monachus non Doctoris,sed plangentis habet officium : qui vel se,vel Mundum lugeat & Domini pavidus præstolatur Adventum.* Proinde Monachi ex Primâ Institutione meri Laici sunt, pœnitentes tamen & arctiorem Vitam ducentes, & qvi hanc Vitam eligebat eiqve ipso opere se dabat, DEO promisisse ac vovisse ejusmodi vivendi Rationem putabatur, licet professionem publicam vel Votum aliqvod expressum non fecisset. Unde absqve ullâ adhibitâ solennitate, absq; ullo Voto expresso multi perfecti Monachi fuerunt, sed refrigescente Ardore, & Devotione , cùm Monachi facilè Propositum relinqverent, & ad Mundum redirent,excogitarunt Monachorum Antistites Vinculum Humanum expressæ & conceptis verbis certisqve solennitatibus peragendæ Professionis, ut ad perseverantiam publicâ obligatione magis adstringerentur. Hæ solennitates initio exiguæ fuerunt, posteà verò sua sumpserunt Incrementa. Conjunctim qvi vivebant , Regulis prætereà habebant opus ac legibus, secundum qvas ab eo, qvem sibi præfecerant, regerentur. In his Primus operæ pretium fecisse perhibetur Basilius Presbyter adhuc,cùm Cæsareâ, odium & Invidiam Eusebii Episcopi fugiens,in Pontum discederet. Gregorius Nazianzenus , in Monodiâ in Vitam Basilii M. supra Medium : *Ut autem*, inqvit, *non solùm sibi, sed & aliis qvoqve proficeret, primus Cœnobia excogitavit, ritumq; illum Monachorum antiqvum atq; agrestem, ad ordinem qvendam formulamq; Religioni propiorem reduxit.* Qvod & de ipso scribit Ruffinus, Lib.2.Histor.cap.9. Hactenus enim Monastica vivendi Ratio à Paulo , Antonio & aliis privatâ auctoritate introducta intra Ægyptum & Vicina Loca sese continuerat, Basiliuseam in Pontum transtulit, Athanasius Romam,

Vinculum expressæ & conceptis verbis peragendæ Professionis qvãdo introductum.

Solennitates istæ qvomodo creverũt.

Basilius M. primus monasteria instituit.

Teste

Teste Hieronymo in Epitaphio Marcellæ Ep.16. ad Principiam Virginem Tom.1. *Nulla eo tempore, inqvit, nobilium Fœminarum noverat Roma propositum Monachorum, nec audebat propter rei Novitatem ignominiosissimum, ut tunc putabatur & vile in populis nomen assumere. Hæc ab Alexandrinis prius Sacerdotibus, Papâq; Athanasio & posteà Petro, qvi Persecutionem Arianæ Hæreseωs declinantes, qvasi ad tutissimam communionis suæ Portum Romam confugerant, vitam B. Antonii, adhuc tunc viventis, monasterium in Thebaide Pauchumii & Virginum ac Viduarum didicit Disciplinam.* Unde constat, qvòd & hoc ipso Seculo persecutionis Constantii & Valentis Arianorum Imperatorum Vitam Manasticam plurimum promoverint.

§.CCCCLXXV. Sec.V.

Seculo.V. Augustinus Lib. de Moribus Ecclesiæ Catholicæ multum differit de Anachoretis & Cœnobitis sui Temporis, qvos, ait, *per totum orbem indies magis magisq; diffundi & in Oriente maximè atq; Ægypto.* Ipseqve Monachos & Monasteria in iis Africæ locis, ubi forsan ante non fuerunt, instituit, ut testatur Lib.3. contra Literas Petiliani Donatistæ, cap. 40. *Deinceps*, inqvit, *perrexit ore maledico in Vituperationem monasteriorum & Monachorum, arguens etiam me; qvòd hoc genus vitæ à me institutum fuerit: Qvod genus Vitæ omnino, qvale sit, nescit, vel potius toto orbe notissimum nescire se fingit.* Johan.Cassianus Chrysostomi Discipulus Qvatuor Sectas, qvæ suo tempore extiterint refert Colla. 18. cap. 4. *Tria sunt*, inqvit, *in Ægypto Genera Monachorum, qvorum duo sunt optima. Tertium lepidum atq; omnibus modis evitandum. Primum est Cœnobitarum, qvi sc. in congregatione pariter consistentes unius Senioris judicio gubernantur, cujus Generis maximus Numerus Monachorum per Universam commoratur Ægyptum. Secundum Anachoretarum, qvi prius in Cœnobiis instituti jamq; in Actuali conversatione perfecti, solitudinis eligere secreta, cujus professionis nos qvoq; optamus esse participes. Tertium reprehensibile Sarabaitarum est.* Hinc describit Cœnobitas & Anachoretas & subjicit de Sarabaitis cap. 7. *Emersit illud Sarabaitarum genus, qvi ab eo, qvod semetipsos à Cœnobiorum congregatione seqvestrarent, ac sigillatim suas curarent necessitates, Ægyptiæ Linguæ Proprietate Sarabaitæ nuncupati sunt. Districtionem Cœnobii declinantes bini vel terni in cellulis commorantur, sed hoc præcipuè procurantes, ut absoluti à seniorum jugo, exercendi Voluntates suas, &*

procedendi vel qvo placuerit evagandi agendive, qvod libitum fuerit, habeant Libertatē etiam amplius in operibus diurnis, qvam hi, qvi in cœnobiis degunt, diebus ac noctibus consumuntur, sed non eâ Fide eodemq; Proposito. Hoc enim isti faciunt, non ut Fructum sui operis subjiciant Dispensatoris arbitrio, sed ut acqvirant pecunias, qvas recondant. Post subjicit: *Hæc igitur Duo Genera Monachorum in hâc qvidem Provinciâ æqvali propemodum numerositate, inter se contendunt. Cæterum per alias Regiones, qvas me necessitas Catholicæ Fidei compulit peragrare, istud Tertium Genus abundare, ac prope Solum esse cognovimus.* Unde constat, qvòd in communi sub Regulâ ii tantùm vixerint: qvi ab Episcopis vel Viris Piis ad id peculiariter fuerunt instituti. Addit qvoqve, qvod suo tempore in Armeniâ & Ponto de Anachoretis nihil sciverint: *Temporibus*, inqvit, *Lucii, qvi Arianæ perfidiæ Episcopus fuit, sub Valentis imperio, cum Diaconiam nostris Fratribus deferremus, his videlicet, qvi de Ægypto & Thebaide fuerunt ob Catholicæ Fidei perseverantiam metallis Ponti atqve Armeniæ relegati, licèt Cœnobiorum Disciplinam in qvibusdam Civitatibus rarissimam viderimus, Anachoretarum tamen apud illos, ne ipsum qvidem Nomen auditum fuisse comperimus.*

Sec. VI. Seculo VI. maximè celebris inter Monachos fuit Benedictus Nursinus, Italus, de qvo sic scribit, Gregorius M. Episcopus Romanus ipsi ætate suppar, ex Relatione Discipulorum ejus Lib. 2. Dialog. in Principio. *Liberiori Genere ex Provinciâ Nursiæ exortus Romæ Liberalibus Literarum studiis traditus fuerat. Sed cùm in eis multos ire per abrupta vitiorum cerneret, eum, qvem qvasi in ingressu mundi posuerat, retraxit Pedem; ne si qvid de Scientiâ ejus attingeret, ipse qvoq; in immane præcipitium totus iret. Despectis itaq; Literarum studiis, relictâ Domo rebusq; Patris, soli Deo placere desiderans, Sanctæ Conversationis habitum qvæsivit. Recessit igitur scienter nesciens & sapienter indoctus. Hujus ergo omnia gesta non didici, sed pauca qvæ narro, qvatuor Discipulis illius referentibus, agnovi Constantino sc. Reverendissimo valdè Viro, qvi ei in Ministeris Regimine successit; Valentiniano qvoqve qvi annis multis Lateranensi monasterio præfuit: Simplicio qvi Congregationem illius post eum tertius rexit: Honorato etiam, qvi nunc adhuc cella ejus in qvâ prius conversatus fuerat, præest.* Cap. 36. *Scripsit*, inqvit, *Monachorum regulam, discretione præcipuam sermone luculentam.*

tam. Qvanta hominum multitudo ad eum confluxerit, & qvomodo Monasteria multiplicarit, refert cap. 3. *Multi,* inqvit, *ab eo ineodem loco ad omnipotentis DEI sunt Servitium congregati, ita ut illic Duodecim Monasteria cum Omnipotentis Jesu Christi Domini opitulatione construeret, in qvibus statutis Patribus duodenos Monachos deputavit, paucos verò secum retinuit, qvos adhuc in suâ Præsentiâ aptius erudire judicavit. Capere etiam tunc ad eum Romanæ Urbis Nobiles & Religiosi concurrere, suosq; ei Filios omnipotenti DEO nutriendos dare.* Erant enim hoc tempore Monasteria Scholæ, in qvibus Juventus erudiebatur. Igitur hic ordinem *Benedictinorum* Monachorum condidit, qvi mirè fuit propagatus, ita ut hic Benedictus post Antonium meritò Pater omnium Monachorum, præsertim in Occidente, dici possit. Justinianus qvoqve Imperator in Oriente increbescentes Vitæ Monasticæ abusus, latius qvibusdam Legibus, præcidere, eamqve in ordinem redigere voluit, ut patet ex Novellâ 133. statim in Præfat. Cap. 2. sancit, *ne qvis separatim ab aliis habitet, neqve Proprium qvid habeat, sed in commune cum aliis vivat, & vitæ suæ inspectores admittat.* Cap. 6. præcipit ipsis manuum laborem: *Oportet,* inqvit, *duplex hoc opus Monachis esse, aut divinis vacare Scripturis, aut, qvæ Monachos decent (qvæ vocant manuum opera) meditari & operari.* Parentibus Filios suos Monasticam Vitam eligentes ex monasteriis abstrahere, interdicit Novella 123. cap. 41. Repetit qvoqve Justinianus Legem, qvam jam olim statuerat Jovinianus, ut qvi corruperit vel sollicitaverit Monastriam, Capitali supplicio afficiatur cap. 43. non qvòd statuerit, matrimonium non esse validum, si cum Moniali contraheretur, sed ut terrorem facilè relabentibus incuteret. Cæterum Lex hæc ansam præbuisse videtur, ut tandem Conjugium Monachi vel Monialis irritum & nullum pronunciârint. Concilium eqvidem Turonense II. in Galliâ hoc tempore celebratum ejusmodi conjugium solvi præcipit, qvòd anteà factum fuisse non legimus cap. 16. *Si Uxorem duxerit* (Monachus) *excommunicetur, & de uxoris malè sociatæ consortio etiam judicis auxilio separetur.* Nihilominus multi consecratas Fœminas in uxores ducebant, idqve consentiente Exarcho Italiæ præfecto & Mariniano Episcopo Ravennæ, ut testatur Gregorius Lib. 4. Indict. 3. Ep. 18. & Lib. 8. Ep. 9. Idemqve fecit ipsius Gregorii amita, ut refert Homil. 38. in Evangel. *Tres,* inqvit, *Pater meus*

Ordo Monachor. Benedictinorũ.

Occasio legis, qvâ Conjugium Monachi vel Monialis irritũ pronunciatum.

meus sorores habuit, quæ cunctæ tres Sacræ Virgines fuerunt. Quarum una Tarsilla, alia Gordiana, alia Æmiliana dicebantur. Uno omnes ardore conversæ, uno eodemq; tempore sub districtione Regulari degentes, in domo propria socialem vitam ducebant. Hinc Tarsillam & Æmilianam defunctam narrat, & subdit: *Gordiana autem mox, ut solam remansisse se reperit, ejus pravitas excrevit, & quod prius latuit in desiderio cogitationis, hoc post Effectu pravæ Actionis exercuit. Nam oblita Dominici Timoris, oblita pudoris & Reverentiæ, oblita consecrationis, conductorem Agrorum suorum postmodum maritum duxit.* Matrimonium hoc eqvidem ratum fuisse existimat, nihilominus ut nimis freqventes tunc Monachorum nuptias cohiberet, eum, qvi Uxorem duxerat, in Monasterium retrudi, præcipit Anthonio Sub-Diacono, Lib.1. Ep.40. c.27. Qvæst.1. cap.38. De oblationibus Ecclesiæ factis Eleemosynas participabant, si proprius labor ad sustentationem non sufficeret. Clerici enim non erant, sed ab his planè distincti, ut testatur idem Gregorius Lib.4. Ep.1. ad Johan. Ravennatem Episcopum, citatur & c.16. Qvæst.1. cap.38. statuit, ut si qvis Clericus fiat, Monasticam Vitam relinqvat, & vice versâ. Præterea conqveritur Gregorius, qvod & pueros in Monasteria receperint, qvem abusum corrigere voluit. Lib.1. Ep.48.

§. CCCCLXXVI. *Sec. VII. Qvo anno receptio in monasteriū fieri debeat?*

Seculo VII. Synodus Qvini-Sexta in Trullo Imperatoris Palatio celebrata annum Decimum jam determinavit, qvo Monasterium ingredi cuiqvam liceret, si tantùm Judicium sufficiens haberet. Can. 40. Concilium Toletanum X. in Hispaniâ concessit Liberis cum dissensu Parentum Vitam Monasticam eligere, si jam decimum Annum excessissent. Can.6. Idem Concilium, ut fortius Monachos & Moniales constringeret, votorum solennitatem auxit. Cap.5. c.27. Qvæst.1. cap.36. *Omnes Fœminæ*, inqvit, *venientes ad sacram religionem, pallio capita sua contegant, conscriptam roboratamq; Professionem faciant, post qvàm Scripturam non sinantur relabi ad prævaricationis audaciam.*

Monachi labore suo victum acqvirunt.

Cæteroqvin hoc tempore Monachi adhuc ex labore manuum se sustentabant, potissimum agrum colentes, ut patet ex Concilio Agathensi in Galliâ Narbonensi hoc tempore celebrato, qvod cap. 56. ita decernit: *Injustum putamus, ut Monachis qvotidianum rurale opus facientibus servi eorum Libertatis otio potiantur.*

Igi-

Igitur Monachi per hæc tempora semper Manibus sibi victum qvæsiverunt. Is verò subinde invalescebat abusus, ut qvi post Votum Matrimonium inirent, separarentur, stabilitus in concilio Foro-Juliensi in Italiâ Seculo VIII. celebrato, cap. 11. Synodus Aq. isgranensis in Galliâ Seculo IX. sub Ludovico Imperatore coacta c. p. 115. Tom. 6. Concil jam jus aliqvod tribuit Monachis in oblationes Ecclesiasticas, licet nondum eos Clericos faciat. Concilium Triburiense in Germaniâ repetit, qvod jam ante Decretum cap 23 ut, qvi post Votum nuptias contraxerint, *omninò separentur, & juramento conligentur, ut ulterius sub uno non cohabitent tecto.* Sed hæc omnia in pœnam & terrorem sancita sunt delinqventium. Non omnes verò hoc tempore Monachos & Moniales in Monasteriis degisse, patet ex constituto Concilii Moguntinensis Tempore Arnulphi Imperatoris facto, cap. ult. *Qvi Propositum Castitatis assumserint, aut Monasterii claustris regulariter constringantur, aut domi manentes castitatem suæ professionis integerrimè custodiant.*

Sec. X. *Ordo Mon. Cluniacens.*

Pleriqve verò Monachi sub Regulâ viventes Benedictini fuerunt usqve in Seculum X. qvo ordo Monachorum *Cluniacensium* institutus est; qvi non parùm ab eâ recessit, apud Surium die 11. Maj. Baronium Tom. X. An. 912. n. 17. De eorum Regulâ qvædam affert Petrus Cluniacensis. Lib. 5. Ep. 16. inter cætera, qvòd *plus qvam tertio redeuntem Monachum recipiant, & manuum opus postponant.* Discebant jam Monasteria, ut manuum laborem facilè negligerent, & luxui passim se dederent.

Sec. XI. *Carthusiens. & Cistertiens. Mon. instit.*

Seculo XI. institutus est & Ordo Monachorum *Carthusiensium* à Brunone Coloniensi in Carthusiæ solitudine, & *Cistertiensium* Monachorum cœpit institutum in Cistertio loco qvodam in Burgundiâ, qvo Regula Benedicti collapsa de Novo fuit instaurata & Monachis manuum opus injunctum.

Bernhardus Cluniacens. Monachus.

Huic Ordini sub initium Seculi XII. se addixit *Bernhardus*, qvi Cluniacenses delicatos & otiosos non parùm perstringit Ep. 1. ad Robertum Nepotem suum, qvi de ordine Cistertiensi transierat ad Cluniacum, inter cætera de qvodam ex Ordine Cluniacensium sic scribit: *Voluntariam Paupertatem miseriam dicit, Jejunia, Vigilias, Silentium, manuumq; laborem vocat insaniam.* *Qvando*, inqvit, *delectatur DEUS cruciatibus nostris? ubi scribit Scriptura, qvempiam sese in-*

 ter-

terficere? Qualis verò Religio est fodere terram, sylvam excidere, stercora comportare? In subseqventibus, dum ei reditum svadet: *Vigilias times & jejunia manuumq; laborem? Sed hæc levia sunt meditanti flammas perpetuas.* Epist. 345. ad Monachum qvendam: *Consilium tibi dedi, non Præceptum, semper vel semel in die comedere, fœminarum Visitationes vel Colloqvia omninò non admittere, tuarum te opere Manuum sustentare.* Regulæ Puritatem Cistertiensibus præ Cluniacensibus tribuit: Lib. de Præcept. & Dispens. cap. 20. & cujusmodi obedientiam voveat Monachus, ibidem optimè explicat. *Nemo,* inqvit, *cùm profitetur, spondet Regulam, sed determinatè secundum Regulam sui qvisq; conversionem, suamq; deinceps Conversationem sese pollicetur dirigere. Hæc profectò hujus temporis, omnibus fermè communis Professio est. Qvisq; itaq; tenet, qvod teneri invenerit bonum ubi profitetur, profectò vivit, sicut promittit,* & c. 7. *Neqve enim Abbas supra Regulam est, cui semel & ipse spontaneâ se Professione submisit, etsi (qvod negandum non est) DEI Regula Charitas, Regulæ S. Benedicti, jure præponitur.* Melior itaqve Bernhardus cæteris Monachis fuit, & ut ad antiqvam vitæ Monasticæ Formam omnia revocaret, elaboravit. Cæterum hoc ipso Seculo Innocentius II. Pontifex Gregorium VII. in propagandâ cœlibatûs Lege secutus, in Concilio qvodam Romano primus statuit, matrimonia post Votum inita nulla prorsus esse, dilatans, ut loqvitur Legem continentiæ. c. 27. Qvæst. 1. cap. 40. *Ut Lex continentiæ & DEO placens munditia in Ecclesiasticis Personis dilatetur: Statuimus, qvatenus Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Sub-Diaconi, Regulares Canonici, Monachi, atqve conversi Professi, qvi sanctum transgredientes Propositum, uxores sibi copulare præsumserint, separentur. Hujusmodi namq; copulationem, qvam contra Ecclesiasticam Regulam constat esse contractam, matrimonium non esse censemus. Qvi etiam ab invicem separati pro tantis excessibus condignam pœnitentiam agant. Idipsum qvoqve de Sanctimonialibus Fœminis si (qvod absint) nubere attentaverint, observari decernimus.* Hunc secuti sunt alii: Repetit enim Innocentii Constitutionem Eugenius III. in Concilio Rhemensi Tom. 7. Concil. fol. 617. Et Alexander III. l. 4. Decret. tit. 6. qvi Cler. vel Vov. cap. 3. sanxit, non qvidem ob votum, sed Voti solennitatem, qvæ tamen mera erat Accidentalis ceremonia, matrimonium contractum esse rescindendum. Hæc enim jam Hominum animos occupabat opinio, qvod non qvidem Votum simplex,

Bernhardus melior fuit cæteris Monachis.

plex, sed votum solenne, i.e. Non Votum qvâ votum est; sed Accidentalis Voti solennitas solvat Matrimonium contractum, qvod & constat ex Statuto Cœlestini III. Pontificis ibid. cap. 6. & Innocentii III. cap. 7. Hinc Scholastici de Voto simplici & solenni disputare cœperunt. Lombardus Lib. 4. Sentent. Distinct. 38. B. *Qvi privatum*, inqvit, *faciunt Votum continentiæ, matrimonium contrahere non debent, qvia contrahendo mortaliter peccant. Si tamen contraxerint, non separentur: qvia probari non potest, qvod occultè factum est: Qvi verò solenniter vovent, nullatenus conjugium inire qveunt, qvibus non solùm nubere; sed & velle damnabile est.* Tantus qvoqve Novorum ordinum hoc tempore numerus extitit, ut Innocentius III. in Concilio Lateranensi cap. 12. edicto prohibere necesse habuerit, ne qvis novos Religionum ordines institueret, sc. sine approbatione Pontificis, qvi hâc ratione, & Confirmationem ordinum Monasticorum ad se traxit. Habetur illud in Decretalibus Gregorii cap. Fin. de Relig. Dom. *Ne nimia Religionum Diversitas gravem in Ecclesiam DEI confusionem inducat, firmiter prohibemus, ne qvis de cætero novam Religionem inveniat: sed qvicunq; ad Religionem converti voluerit, unam de approbatis assumat.* Nihilominus hoc tempore ordo *Carmelitarum* in Carmelo Monte Palæstinæ, & *Dominicanorum s. Prædicatorum* à Dominico Hispano, & *Franciscanorum s. Minorum* à Francisco in Italiâ conditus & à Pontificibus confirmatus est, ut refertur in Vitâ Innocentii Tom. 7. Concil. fol. 785. Et hi jam Mendicantes se dicebant, adeoqve eò jam res devenerat, ut non solum ex labore manuum vivere nollent, sed præterea mendicitatem profiterentur monachi, ausu depravato & priscis seculis planè incognito.

Introductio plurium ordinum religiosorum prohibetur.

§. CCCCLXXVII. *Sec. XIII.*

Coactus fuit Seculo XIII. Gregorius X. Legem Innocentii de non instituendis novis Religionibus renovare in Concilio Lugdunensi cap. 23. Tom. 7. Concil. fol. 889. *Religionum diversitatem nimiam, ne confusionem nimiam induceret, Generale concilium consultâ prohibitione vetuit. Sed qvia non solũ importuna petentium inhiatio illarũ postmodo multiplicationem extorsit, verum etiam aliqvorum præsumtuosa temeritas diversorum ordinum præcipuè mendicantium, qvorum non dum approbatonis meruere Principium, effrenatam quasi multitudinem adinvenit; repetitâ constitutione districtius inhibentes, ne aliqvis de cætero novum Ordinem aut Religionem inveniat vel habitum Novæ Religionis assumat,*

 cun-

cunctas affatim Religiones & Ordines Mendicantes post dictum Concilium adinventos, qvi nullam confirmationem sedis Apostolicæ meruerunt, perpetuæ prohibitioni subjicimus & quatenus processerant revocamus. *Thomas de Aqvino* jam ante Dominicanorum cœtui se associaverat, invitis & renitentibus parentibus ac fratribus, idemq; postea in scriptis suis defendit 22. Qvæst. 88. Artic. 8. ad 2. Inculcat qvoqve id, qvod ex Lombardo hauserat, Votum solenne dirimere Matrimonium contractum in supplement. Qvæst. 53. Art. 2. *Cum per Votum solenne,* inqvit, *homo sui Corporis Potestatem amiserit, Deo se ad perpetuam continentiam tradens, votum solenne, ex suâ naturâ non modo contrahendum, sed etiam contractum dirimit.* Addit ibidem, qvod alii assignent hujus Rei causam Scandalum, alii statutum Ecclesiæ, ut tunc certè non defuerint, qvi statuerint, solo jure Ecclesiastico Votum Solenne matrimonium contractum dirimere. Ipse id fieri jure divino statuit, in quâ Sententiâ est & *Albertus M. Cardinalis Bonaventura, & Richardus de Mediâ Villâ* in 4. Sent. Dist. 38. Mirabilis opinio, qvòd Accidētalis voti solēnitas ab Ecclesiâ excogitata & introducta cautelæ gratiâ dirimat matrimonium jure Divino, non Votum simplex. Doctores jam Pontificum Mancipia erant, & superstitio Monastica cum Papa Dominio ad Summum pervenerat, collapsâ præsertim verâ Doctrinâ de justificatione & Pœnitentia. Confirmatio Pontificum, id qvod illicitum erat, licitum facere posse putabatur, & res eò jam Processerat, ut Voti qvoqve solennitas à Confirmatione Paparum suspenderetur. Bonifacius VIII. eam sanè Causam statuit, cur Matrimonium dissolvendum sit, non aliam, qvia Papa Religionem confirmaverit, cap. cui de Voto in 6. Decretal. *Nos,* inqvit, *attendentes, qvod voti solennitas ex solâ constitutione Ecclesiæ est inventa, Matrimonii verò vinculum ab ipso Ecclesiæ capite rerum omnium conditore, ipsum in Paradiso & in Statu Innocentiæ instituente, unionem & indissolubilitatem acceperit: præsentis declarandum duximus oraculo Sanctionis, illud solum votum debere dici solenne, qvantum id post contractum matrimonium dirimendum, qvod solennizatum fuerit, per susceptionem Sacri ordinis aut per Professionem expressam vel tacitam factam alicui de Religionibus per Sedem Apostolicam approbatis. Reliqva verò Vota, etsi qvandoq; Matrimonium impediant contrahendum, non tamen rescindere possunt Matrimonia post contracta.* Vita monastica

Th. de Aqv. renitentibus Parentibus se Dominicanis associavit.

ea passim in cathedris audiebat status perfectionis, cum antè vita Clericorum semper multò perfectior æstimata fuisset, ita ut Monachi in Clericos promoti ex statu imperfectiori ad perfectiorem transiisse putarentur. Secus hoc tempore Scholasticis visum. Mendicantium ordinem *Viam Perfectionis à Christo ostensam* appellat Nicolaus III. in 6. de verborum signif. c. Exiit, eumqve approbat, laudat, confirmat, cum passim à Doctoribus oppugnaretur, qvi eorum Regulam, *illicitam, inobservabilem, discriminosam esse probabant*, ut ibidem testatur.

Sec. XIV.

Seculo XIV. *Johannes Duns Scotus* Ordinis Minorum, Thomæ adversarius non jure Divino; sed Ecclesiastico tantum, Votum dirimere Matrimonium statuit, in 4. Sentent. Dist. 38. Quæst. un. *Dicitur*, inqvit, *quod simplex Votum apud Deum non minus obligat, quam solenne; sed Matrimonium contractum post votum Continentiæ simplex, non est dirimendum; igitur nec post solenne. Et si dicis, quod non est simile, quia votum solenne probari potest, non sic privatum. Contra ex hoc sequitur oppositum, quia tunc si probetur esse Votum, licet non solenne, impediet Matrimonium, quod est contra istas decretales.* In eâdem sententiâ est *Petrus Paludanus* Dominicanus, in 4. Sent. Dist. 38. At *Durandus* de S. Portiano itidem Dominicanus, in 4. Sent. Dist. 38. Qvæst. 1. Jus Divinum urget; causam verò, cur simplex Votum non dirimat Matrimonium, solenne autem dirimat, dicit esse, qvod in Voto simplici *sit solum promissio continendi, in voto verò solenni sit traditio corporis sui in manum alterius vice Dei.* Addit: *Alii dicunt, qvod illud est propter statutum Ecclesiæ, sed illud minus valet, quia assignanda est aliqua ratio statuti: & iterum si hoc esset propter solum statutum, Ecclesia posset statuere contrarium, qvod non est verum.* Ad Clericos hactenus non pertinuerunt Monachi, sed tantum ut Laici ex Monastriis assumpti & in Clericos promoti fuerunt, cessantes jam esse Monachi. At *Clemens* V. demum eos ad Sacros ordines obligavit, adeoqve turpem Clericorum & Monachorum confusionem induxit, in *Clementinis* de statu Monachali cap. 1. Ne in agro §. ad ampliationem. *Ad Ampliationem autem cultûs Divini statuimus, quod Monachi qvilibet ad Monitionem Abbatis se faciant ad omnes ordines Sacros, (excusatione cessante legitimâ) promoveri.* Cultum Divinum censebat in multitudine Missarum, quæ ut

Clerici ad sacros ordines alligati à Clemente.

eò magis multiplicarentur, voluit Monachos omnes, manentes in Statu Monastico, fieri & esse simul Clericos contra tot Patrum & Ecclesiæ Statuta atqve Canones. Igitur ex hoc tempore Monachi cœperunt Sacris ordinibus initiari, & sic jus Majus ad Bona Ecclesiæ donata obtinuerunt, eâqve occasione jam subinde majores acqvisiverunt divitias, ut pauperes, ditissimos pedetentim superarint opibus. Idem Clemens de Verbor. signif. cap. Exivi de Paradiso, Mendicantium ordinem denuò confirmavit, qvod in eum doctores passim insurgerent, inter qvos & hoc tempore fuit *Richardus* Archiepiscopus Armachanus Serm. 4. & *Johan. VViclephus* Professor Oxoniensis in Anglia, qvi ob tetros abusus statum Monasticum planè rejecit & publicis scriptis damnavit. Articuli ejus in Synodo Constantiensi damnati Sess. 8. & 45. hi sunt Tom. 7. Concil. fol. 1016. & 1122. Art. 21. *Si qvis ingreditur religionem privatam qvalemcunq, tam possessionatorum, qvam mendicantium redditur ineptior & inhabilior ad observantiam* mandatorum Dei 22. *Sancti instituentes religiones privatas sic instituendo peccaverunt.* 23. *Religiosi viventes in religionibus privatis non sunt de Religione Christiana.* 24. *Fratres tenentur per labores manuum victum acqvirere & non per mendicitatem.* 31. *Peccant fundantes claustra, & ingredientes sunt viri diabolici.* 34. *Omnes de ordine mendicantium sunt hæretici; & dantes eis Eleemosynam sunt excommunicati.* 45. *Omnes Religiones indifferenter introductæ sunt à Diabolo.* Ipse Johannes XXII. Pontifex mendicantium ordini minus favens, id qvod statuerant Nicolaus III. & Clemens V. hunc ordinem nihil possidere neqve in Persona neqve in communi, sed tantum usum habere rerum necessariarum sine possessione & dominio, qvod Romæ Ecclesiæ illi vendicarant revocavit tribus Constitutionibus, qvæ extant *Extrav. de verbor. signif. ad conditorem, cum inter nonnullos, & qvia qvorundam,* concedens Franciscanis non solum usum, sed etiam dominium rerum usu consumptibilium, nolens sibi vel Romanæ Ecclesiæ ullum in ejusmodi res vendicare dominium, qvod putet dominium ab usu earum separari non posse. Provocantes ad Exemplum Christi, qvi nihil proprii possederit, hæreseos damnavit Cap. 5. Qvia qvorundam, inter cætera: *Constat,* inqvit, *multa contineri in dicta regula, qvæ nec Christus verbo docuit, nec exemplo firmavit, utpote qvod præcepit conditor regulæ fratribus universis, ut nullo modo denarium*

§. CCCCLXXVIII

vel

vel pecuniam recipiant per se vel interpositam personam nec non & de multis aliis contentis in dicta regula: quæ utiqve nec Christus nec Apostoli verbo docuerunt, nec firmaverunt exemplo. Sic ipsi Pontifices adversus mendicantium ordinem insurrexerunt. Franciscani vel Minoritæ restituerunt vehementer, nihil proprii Christum & Apostolos habuisse, defendentes, nec potuisse Papam revocare constitutionem Nicolai III. ob qvam pertinaciam pro hæreticis habiti, eorumqve nonnulli postea sub Innocentio VI. exusti sunt, ut testatur Abrahamus Bzovius Tom.14. An.1323.n.12.& An.1354.n.18.

Cæterum articuli Joh. Wiclephi seculo XV. in Concilio Constantiensi sunt damnati, atqve sic omnes in universum, ipsorum etiam mendicantium ordines denuò sunt stabiliti & confirmati Sess.8. Damnatus qvoqve Joh. Hussus, qvi articulos Wiclephi defenderat, & passim religiones privatas & Monachorum vitam reprehenderat. In tractatu de sacerdotum & Monachorum Carnalium abominatione Cap.21. in operibus ejus Noribergæ impressis part.1.fol.398. *Monachos excogitatos à Satana nocere*, ait, *Christi pauperibus mendicis in plebe Christiana, eorumq; victum emungere usq; ad sanguinem martyrum Jesu.* In alio tractatu de abolendis sectis & traditionibus hominum ibidem f. 472. *Varietatem Religionum & Religiosorum & mandatorum & traditionum esse per doctores evellendam, debellandam & foras qvasi palmites inutiles reiiciendam.* Complures qvoqve hoc seculo statuerunt, solo jure Ecclesiastico vota contractum matrimonium reddere irrita, veluti omnis *Jureconsultorum* Schola, ut refert Nicolaus Panormitanus in c. Rursus qvi Cleric. vel vov. & *Thomas de Vio* Cardinalis *Caietanus* in 22. qvæst.88.art.7. ubi cum refutasset aliorum opiniones & Durandi rationem, ob qvam per votum solemne solvi matrimonium putaverat, de traditione videlicet sui in istum statum, cum ejusmodi traditio & mutatio status consistere possit cum voto simplici, subjicit: *Est igitur tertia opinio, qvæ est veritas, qvod solennitas voti consistit in hoc, qvod Ecclesiæ autoritate statutum est, tale votum esse solenne, scil. per qvod homo inhabilis est ad matrimonium, ut in voto sacri ordinis & in voto Regularis obedientiæ castitatis, paupertatisq; ut est votum religionis. Et confirmatur hoc ex profitentibus tria vota de facto, hoc est sine Apostolica autoritate scil. obedientiæ, paupertatis & castitatis in religione non approbata ad hoc, qvod sit simpliciter religio, ut multis personis ter-*

tertii habitus ex devotionis fervore inventum est contigisse. Hujusmodi enim vota non excedunt vim voti simplicis, nisi ex hoc solo, quod autoritas Ecclesiæ deest. Sic igitur jam votorum valor & efficacia ab autoritate Pontificis suspendebatur, & tria vota præcisè numerabantur, cùm antiqvi omnia se remoturos impedimenta vovissent, qvæ incultu divino ipsis obesse possent.

Tanta igitur cum Ecclesiam occupasset & pœne pessundedisset superstitio, & cultus divinus potissimum & salus hominum atqve justificatio in ejusmodi umbra votorum collocaretur, B. Lutherus sub initium seculi XVI. reformationem qvandam hac in parte fieri optavit, & invectos in Monasticem abusus præcidi & amputari, sicut hàc de re prolixè disserit in lib. de votis Monasticis Tom. 2. Jenens. Latin. *Non disputari*, ait fol. 506. fac. 2. *sit ne præstandum votum, sed quæ vota verè vota sint.* Et çujusmodi verum pium votum sic passim inculcat. fol. 517. *Christiano*, inqvit, *& pio affectu vovens, sic cogitabit necessariò apud Deum: Ecce Deus hoc vitæ genus voveo tibi, nō qvod existimem, hanc esse viam ad justitiam & salutem, aut satisfactionem peccatorum, sed hoc ago, quandoqvidem in carne vivendum est, nec otiandum sit, apprehendam hanc formam vivendi exercendi corporis gratiâ ad serviendum proximo, ad meditandum in verbo tuo, qvemadmodum alius apprehendit agriculturam & artificium pro suo qvisq; exercitio absq; ullo meritorum aut justificationis respectu.* Fol. 539. Videtur ergo forma voti apud Deum sic habere: *Voveo* castitatem, qvam diu possibilis fuerit, si autem servare neqviero, ut liceat nubere. Idqve propterea qvia omne votum excipiat impossibile. Fol. 521. *Humanum inventū est votum, humanum inventum manet, sed non in totum, tamen ridiculum est: Nam vovere subjectionem istam liberam ad tempus, non est inutile. Videmus enim primitivæ Ecclesiæ institutum fuisse & morem planè saluberrimum, ut juventutem seniores, sibi ad tempus commendatam, instituerent in fide & disciplina. Hinc primum natæ Scholæ Christianæ, in qvibus & puellæ qvoq; erudiebantur.* In Augustanâ confessione de Votis Monachorum ostenditur, deseri posse vota papatus, *quod de re impossibili, à pleriq; non sponte & consulto sint suscepta, imo in tenera juventute ante annos pubertatis contra Canones; qvod ab hominibus sint instituta, sine mandato Dei & electa, ad promerendam justificationem & gratiam, qvod putent, factitias religiones satisfacere pro peccatis & me-*

mereri gratiam & justificationem; etiamsi voti violatio reprehendi possit, tamen conjugia eorum qvi voverunt dissolvenda non esse. Sed hoc Monachis minimè ad palatum erat, qui huic nostrorum Confessioni gravem reprehensionem opposuerunt in Confutatione Augustanæ Confessionis lecta in præsentia Caroli V. & Principum apud Chytræum in Hist. August. Confess. de votis Monasticis. pag. 205. probaturi, *Vota Monastica in sacris literis novi & veteris Testamenti esse fundata & mereri vitam æternam multo auctiorem, qvam vitam reliqvorum Christianorum.* pag. 207. Non erat eqvidem nostris propositum vitam Monasticam prorsus abolere, sed abusus & superstitionem resecari volebant, & in pristinum vigorem Monasticen restitui, uti satis suam mentem explicarunt & in Apologia Augustanæ Confess. isti Confutationi opposita. Sed hæc non sufficere videbantur adversariis, tantum enim abfuit, ut vel minimum abusum removissent, ut potius singulos, qvi manifestè in Ecclesiam irrepsisse probari poterant, defendendos susceperint, uti constat ex *Concilio Tridentino* sess. 25. tit. de Regularibus & Monialibus, ubi omnes ordines Monachorum, etiam mendicantium approbantur. cap. 3. & sess. 24. can. 9. de matrimonio ita decernit: *Si qvis dixerit Regulares castitatem solenniter professos posse matrimonium contrahere, contractum validum esse, non obstante lege Ecclesiastica vel voto, & oppositum nihil aliud esse, qvam damnare matrimonium, qvi non sentiunt, se castitatis, etiamsi eam voverint, habere donum, anathema sit.* Bellarminus lib. 2. de Monachis cap. 15. §. 1. & 3. *Dissentimus ab adversariis in eo qvod docent Vota Monachorũ impia, irrita & omnino solvenda esse, qvod fiant cum opinione cultus, & tamen de iis rebus sint, qvas Deus nusqvam præcepit.* Cap. 16. docet; *omne qvod fit ex voto esse cultum Dei.* cap. 20. *paupertatem voluntariam rectè voveri Deo, subjiciendo omnibus in rebus judicium & voluntatem suam alterius judicio & voluntati,* cap. 22. & seq. *continentiam absolutè voveri posse,* cap. 33. & 38. *matrimonium post votum solenne contractum nullum esse & proinde solvendum,* c. 36. *Qvod filiis ingredi liceat religionem parentibus invitis,* cap. 37. *licere conjugatis ex consensu vovere continentiam,* cap. 42. *non teneri Monachos ad laborem Manuum,* cap. 43. *licitum esse Monachis vivere ex bonis patrimonialibus in communi* cap. 45. *licere Monachis ex mendicatione vivere. Et hunc esse statum perfectionis Consiliis Christi nobis propositum* cap. 7. & seq

§. CCCCLXXIX.

 Eadem

Eadem cæterorum sententia est. Hæc D. Dreierus, qvi in seqventibus etiam argumentis, quæ ex Scriptura & Antiqvitate proferuntur à Pontificiis, ex asse satisfacit id, quod ibi legendum.

E qvibus Benevolus Lector Theologicum formare judicium poterit, qvid de Monachatu hodierno tum Græcorum tum Latinorum sit judicandum. §. Placet in hanc rem adscribere judicium *Erasmi Roterodami*, qvod concepit in *Hieronymi ad Heliodorum Epitaphium Nepotiani Tom. 1. oper. Hier. Edit. Frob. Bas. fol. 20.* his verbis:

Eras. Roter. judicium de Monachatu.

Ne qvem illud offendat, qvod in hac epistola, sicuti nec in superioribus, divus Hieronymus nihil eorum præcipit, qvæ his temporibus à Monachis exiguntur. Permittit possessionem rei familiaris, modo sit moderata. Permittit vitam agere cum matre, cum sorore; deniqve cum qvibuslibet viris aut mulieribus, modo fugiat suspectam ac periculosam consvetudinem. Hortatur, non exigit, ut si malit peregrè vivere, in contubernio multorum, patris alicujus arbitrio vivat, potius qvam solus suo. De monasterio certo, de figura, aut colore, aut materia vestis, nulla usqvam mentio. Tantum ejusmodi vestitum vult esse, ut nec sordibus hypocrisim, nec nitore fastum præ se ferat. Jam de tribus illis votis: qvæ vocant solennia, ne verbum qvidem ullum. Laudat in hoc eloqventiæ studium, qvodqve literarum gratia, procul semotas adierit regiones. Sed meminisse debemus, id qvod palam liqvet ex hujus scriptis, ætate Hieronymi nondum fuisse hoc monachorum genus, cujusmodi nostra tempestate videmus: qvos omnes utinam tam pios haberet Mundus, qvàm habet multos: & ita sanctimoniâ cæteris antecellentes, ut ornatu differunt. Nam illis temporibus monachi nihil aliud erant, qvàm Vitâ severiori Mundi contemtum profitentes, nihilominus Episcopo suo parebant sicut cæteri, & Clericorum munere fungebantur, sicut & cæteri. Porrò monachis olim non fuisse interdictam rerum suarum possessionem, vel *Augustinus* est testis *in libro de Hæresibus ad qvod-vult DEUM*, cujus hæc sunt verba: Apostolici, inqvit, qvi se isto Nomine arrogantissimè vocaverunt, eò qvòd in suam Communionem non reciperent utentes conjugibus, & res proprias possidentes, qvales habet Catholica Ecclesia, & Monachos & Clericos plurimos. Idem in Regulâ suorum Clericorum, prohibet,

Monachatꝰ tēpore Hieronymi planè alius à moderno.

ne

ne sit notabilis illorum habitus, nec vestibus affectent placere, sed moribus: h. e. si meliores velint videri cæteris, non id agant novo colore, aut formâ vestis, sed probitate vitæ. Non igitur mirum, si nihil de his meminerit Hieronymus, qvæ nondum erant instituta. Et haud scio an nunc qvoqve magis expediret Ecclesiæ Christianæ, si Pauciora forent Monasteria, qvorum magnam partem, ad mores parum religiosos prolapsam videmus: essetqve omnium idem cultus, eædem preces, eademqve Vitæ ratio. Postremo qvàm minimum servitutis ac Ceremoniarum: qvæ magis ad Judæos pertinent, qvàm ad Christianos, & superstitiosum facere possunt, pium non possunt. Hæc Erasmus.

§. CCCCLXXX. *Ab. Ecchell. Præf. in Ant. M. Epist. ex Arabico Latinè conversas notatur.*

Mirari itaqve satis neqveo, qvòd in Præfatione Epistolarum XX. Antonii Magni, Monachorum omnium, ut Titulus habet, *Parentis Anno 1641, Ex Arabico Latini juris factarum, & Parisiis editarum ab Abrahamo Ecchellensi*, pro defendendo Monastico instituto contra Philippum Mornæum, & B. Lutherum, suffragium petatur ab ipsis *Mahumetanis*. Ita enim modò dictus Professor Orientalium Parisiensis. *Ipsi Christiani Nominis hostes nobis in hoc suffragantur.*

Gelaleddinus Sajuti Mahumetanus, Vir in suâ Ægyptiacâ Historiâ ex variis auctoribus, qvos ibidem citat, seqventia allegat de Monastici instituti Exordio: Facultatem petierunt, qvi crediderunt ex Magis, à Moyse, ut redirent ad suos, & ea, qvæ habebant in Ægypto: & impertitus est eis Moses Facultatem, eq, deprecatus est pro illis, qvamobrem professi sunt Monasticam Vitam in Summitatibus Montium, & sanè primi fuerunt, qvi Monasticam vitam professi sunt: & appellabantur cœtus. Remanserant verò qvidam eorum cum Mose, donec fatis concessit, DEO jubente: & interruptus est Monachatus post illos, donec restauraverunt illum Christi Apostoli, super qvos Pax. Imò ipse Pseudo-Propheta Mahometus, instituti veneratione motus, conceptis Verbis Monachos suis commendavit, ac Monachorum & Monasteriorum bona, à tributorum Gravamine exemit. Ita & à Mahumetanis Pseudo-Prophetis probationem Religionis Pontificiæ qværi videmus, ab ipsis Pontificiis Professoribus. Confer hic *D. Eliæ Vejelii Dissertat. Histor. Theol. de Eccles. Græcanicâ hodier. p. 2.* qvi idem in Ecchellensi reprehendit. Qvod aliqvi Essæorum Exemplum laudatum ab *Hieronymo Lib. 2. adversus Jovinianum*, nec non Auctoritatem *Philonis atqve Eusebii, ut & Institutionem ipsius Evangeli-*

 sta

stæ Marci, è traditione & præscripto Petri, pro hâc monasticâ vitâ adducunt: & docuit, & argumentis repulit summus ac in Antiqvitate Versatissimus Theologus noster *Martinus Chemnitius Exam. Concil. Trident. part. IV. p. m. 120. Josephus Scaliger*, qvoqve, in suis ad Græca Παντοδαπῆς ἱστορίας Eusebii Notis p. 255. huic ab Essenis ex Eusebio petito argumento monastico occurrit ita scribens: *Multæ sunt hallucinationes, multa peccata Eusebii. Nullus est auctor, qvi leviori studio, & majori securitate judicii Lectorum scripserit, qvàm hic noster, &c. Non hæc propono ut confutentur, hoc enim Aretalogi hodierni in re manifesta facere solent: sed ideò, ut hujus Scriptoris* Επικύνδυνοι *scopuli vitentur, qvos imperitis, nisi prius indicati fuerint, difficile est vitare. Nam hodie qvot dicta veterum Patrum, tot scita Divinæ Scripturæ censentur. Hinc larvæ & mendicabula Sophistarum incunabula primorum Eremicolarum ab Essenis repeteriverunt, qvia Eusebius id dixit: qvi cùm illud de Essenis scriberet, se compotem mentis non fuisse ex eo ostendit, qvòd alibi de Essenis non ut Monachis Christianorum; sed ut merè Judæis loqvitur. Nam erratis hujus Auctoris enumerandis charta non sufficeret.* Hæc Scaliger.

Jos. Scal. judiciū de Eus.

Esseni non fuere Monachi Christianorum sed merè Judæi.

Sed præprimis hîc consulendus est *M. Chemnitius in Exam. Concil. Trident. Sect. VIII. de Cœlibatu Sacerd. in Historia* paulò post initium, qvi pag. m. 48. 49. ita. Qvod enim Philo peculiari libello (de Vitâ contemplativâ) describit & celebrat peculiare institutum τῶν θεραπευτῶν, in Ægypto, & præcipuè circa Alexandriam, prorsus simile Monachatui, in eo etiam fuit primarium caput, imò Fundamentum, Ἐγκράτεια, Continentia. Nam in eo conventu præter Viros cœlibes fuerunt etiam mulieres γηραλέαι παρθένοι, jam vetulæ Virgines castitatem servantes. Licet Philo addat mulieres illas τὴν ἀγαμίαν ἀσκοῦσας, cœlibatum exercere, non (sicut apud Græcos in qvibusdam sacris fit) ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ κατ' ἑκούσιον γνώμην διὰ ζῆλον καὶ πόθον σοφίας, non ex necessitate; sed secundum spontaneam, s. voluntariam sententiam, propter Zelum & Desiderium sapientiæ. Et ex illâ Philonis Historiâ Hieronymus qvidem & Pontificii ad unum omnes conantur probare, Monachatum de Mandato, & ex præscripto Apostolorum institutū, esse cùm Marcus à Petro in Ægyptum missus, Alexandriæ Ecclesiam constituisse scribatur; sed *Sozomenus Lib. 1. cap. 12.* ostendit, qvos Descriptio illa Philonis intelli-

telligi voluerit, nempe τοὺς καθ' αὐτὸν ἐξ ἑβραίων χριστιανίζοντας, ἐπὶ ἰουδαικώτερον οἰκοῦντας, καὶ τὰ ἐκείνων ἔθη φυλάττοντας, h.c. illos, qvi suis temporibus ex Hebræis Christianismum amplexi, adhuc nimium Judaicè conversabantur, & mores, f. Ritûs illorum retinebant. Illam explicationem repetit etiam *Nicephorus.* Et *Sophronius in Vita Marci* ita scribit. Philo disertissimus Judæorum, videns, primam Ecclesiam Alexandriæ Judaizantem, qvasi in laudem Gentis suæ, super eorum conversatione scripsit, &c. Et hæc cùm ita se habeant, ex illâ tamen origine Monachatus, cum despectu conjugii, in Ægypto primùm disseminatus, & inde postea per totum orbem, sub specie & prætextu Apostolicæ traditionis propagatus fuit. Hæc noster *M. Chemnitius.*

Monachatus ex origine judaizantiū in Ægypto disseminatus.

Conferatur qvoqve Joh. Dallæus de Jejun. & Qvadragef.lib. 2.cap.4.à p.244.ad p.249. ubi, idem qvod Scaliger & Chemnitius de Philone & Essenis & Eusebio scribit, pluribus exeqvitur & demonstrat scilicet, Philonis Ascetas non Christianos sed Judæorum Essenos fuisse.

Error hodiernorū Græc. qvo vitam Monasticā nimium extollunt.

De Errore Græcorum, qvo vitam Monasticam nimium extollunt, ita judicat. *D. Elias Vejelius in Differt. Hist. Theolog. pag. 44. Num. X.*

Decimus Error Græcorum est *immane Elogium vitæ Monasticæ.* Jeremias R. I. p.119. 136. dicit, *non esse bonum qvòd Aug. Confess. Vitam Monasticam operibus inutilibus annumeret: qvam ipse nominat* βίον τέλειον, *Vitam perfectam*, βίον ἰσάγγελον, *Vitam Angelicam.* Legatur Officium magni & Angelici habitûs in Euchol. p.499. seqq. ubi p. 505. audit *Vita perfectissima, ad cujus instar Domini conversatio exprimitur*, & ibi: Goar. adde Christ. Angel. instituta Monachorum fusè proseqventem. Sunt autem Tria Monachorum Genera, sub unius S. Basilii Regulâ. Κοινοβιακοὶ, Ἰδιόρρυθμοι, & Ἀναχωρηταί, apud Allat. Goar addit Ἀρχαρίους, sive Novitios. Cœnobiaci sunt, qvi simul habitant, pascuntur, & iisdem legibus ac exercitiis subjacent. Inter eos nonnulli sunt τοῦ μεγάλου σχήματος καὶ ἀγγελικοῦ (rationem nominis reddit Goar.) perfectiori vitæ instituto addicti, alii τοῦ μικροῦ, sive μικρόσχημοι, observantiæ non tam strictæ. Idiorrythmi suo lubitu vivunt, & negotiis operam dant. Anachoretæ sive Ceiliotæ extra Monasterium culturâ Vinearum & agrorum Vi-

de Stat. E.G. à c.27. ad 41. P.C.3.8.8.β. Ad Rit. p. 472. Mon. Cœnobiaci. Rit. p.472. Idiorrythmi Celliotæ.

nearum & agrorum Vitam tolerant: ex qvibus nonnulli Ascetæ & Eremitæ in loca remotiora & deserta secedunt. Monachi autem in Monasteriis, officiis peragendis operam navant. Mulieres æqvè ac viri suo proprio habitu, nec minus ipsis Monachis orantes, atqve jejunantes vivunt. Habitus est indumentum, de qvo Goar. Post preces operi Phrygio faciundo incumbunt. Legi velim censuram Allatii, Græcos suos, tanqvam prævaricatores Canonum, juvenes sine præviâ Probationne, sine habitâ ætatis atqve interstitiorum ratione, promoventes, ac habitum Angelicum comminiscentes, graviter incusantis. Confer Goar. De eâdem re disputantem, cur Græci minores Ordines vix agnoscant. Qvantum autem tribuant Monachatui, ex eo qvàm maximè intelligere est, *qvòd Monasticam consecrationem, inter Sacramenta retulerunt, &*, qvod blasphemum est, æqvam & eandem vim ad dimissionem Peccatorum Baptismo ac Habitui Monachico adscribunt: *Et, ut magis ac magis divino lavacro eum exaqvarent, quasi in Novâ Regeneratione nomina etiam mutabant: nonnullorum qvoqve credulitas eò devenerat, ut eo habitu, non sibi tantùm, sed demortuis etiam & condemnatis, peccatorum veniam impetrari posse, aliis persvadere conati sint. Et mirabimur, in eâ Natione tàm multos etiam ex Imperatoribus habitum hunc morituros flagitasse, exultasseq; gaudiis eum consecutos, ut vix mente constarent?* Hæc omnia Allatius, Græcorum superstitionem, non sine tacitâ Latinorum Græcis, neqve in hâc ἐθελοπερισσοθρησκείᾳ cedentium reprehensione taxans. Laborat Allatius, qvomodo Monachatum ex Numero Sacramentorum extrudere possit, aptiorem autem rationem dare neqvit eâ ipsâ, qvàm Chemnitius dudum dedit, nempe si ex dictis P. P. Numerus Sacramentorum sit sciscendus, tum vel plura vel pauciora fore. Nullibi autem plures uno in loco Monachi degunt, qvàm in Monte Athone, qvem Allatius *Laudatissimi 30. & amplius* (Goar numerat 24.) *Nobilissimis Monasteriis clarissimi* Elogio ornat. *Sanctus hic Mons* (hoc ei Nomen est κατ᾽ ἐξοχὴν) *tantis ut ita dicam Monachorum gregibus colitur, ut ad 6000. ibi vitam agere noscantur. Monachi à Morum probitate & maturitate* Καλόγεροι *Boni Senes* (*si hodie schisma non foverent*) *nuncupandi.* Goar. Hæc *Vejelius.*

Et hactenus 1. Statum & Mores Monachorum tùm apud Græcos, tum apud Moscos spectavimus. 2. Totius Monachatûs Ori-

N. ad Rit. p. 472. 488.

Euchol. p. 237. §. it. 247. n. 2. it. Arcud. 6. 2. & 9. Quanta vis Monachali statui à Græcis adscribatur.

P. C. 3. 16. à §. 9. ad f. c. S. Mons Atho quot Monasteria, & millia Monachorū contineat? de Gr. quorundā opinat. §. 24. ad Euch. p. 120.

Originem ex Antiqvitate Ecclesiasticâ indagavimus, &,qvomodo is paulatim usqve ad Tempus Reformationis per B. Lutherum institutæ, & Augustanæ Confessionis, qvæ displicentiam suam circa vitam Monasticam testata est,incrementa sumpserit, donec in Concilio Tridentino ad Ἀκμὴν pervenit, cognovimus.

Seqvitur jam,ut examinemus Argumenta,qvæ pro Statu Monachali Græcorum noster Angelus producit.

§. CCCCLXXXI. *Argum. pro statu Mona. producta examinatur*

Præmittam autem nonnulla Argumenta, qvæ *Magnus Dux Moscoviæ* aliqvando pro statu Monachali ursit:

Colloq. Mag Mosc. Ducis Bas. cũ Joh. Rochitâ de Religione.

Cum enim Johannes Basilius, Magnus Dux Moscorum, Johannem Rochitam in conspectu Magnificorum Legatorum Sigismundi Augusti, Serenissimi Regis Poloniæ & Magni Ducis Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Kioviæ, Voliniæ, Poclassiæ, Livoniæ, in Urbe Moscuâ, ineunte Anno M D L X X. ad certas Qvæstiones Theologicas respondere jussit;decimò hanc qvæstionem proposuit:

Conj. Sacer.

De Conjugio Sacerdotum atq; Cœlibatu, qvænam est vestra Sententia? Ad hanc qvæstionem Johannes Rochita seqventem in modum respondit: *Hâc in re,uti in aliis, servatur à nobis Disciplina Apostolica. Laudamus, beatumq; dicimus eum, qui hoc Donum à Deo accepit, ut tàm Spiritu, qvam Corpore puro serviat Christo in Ecclesia. Qvo si caret, fecit melius,cum idem munus obit in connubio: ne fortè suâ impuritate, tum Deum offendat, tum Sanctam ejus Ecclesiam. Ut autem Deus qvondam Sodomam & Gomorrham perdidit propter libidines; ita idem rursus adulteros, ac scortatores judicabit. Hebr.13. Qvò magis anteferenda est Latinæ Græca Ecclesia: in qvâ licet Sacerdotibus in matrimonio vivere. Qvod Romana & Anathemate & Ferro fieri vetat. De Monachis, qvid scribam, ignoro. Nihil enim de illis Christus, nihil Apostoli sanxerunt.*

Monachi.

Deus sit uniuscujusq; Judex, & propitius omnibus, Filium ejus in Spiritu & Veritate invocantibus, qui cum Patre & Spiritu est Deus in secula Benedictus, Amen. Hæc habes, magne Dominator, ad tua interrogata, qvantum te loqventem intelligere potui: sospes abs te, ut intrepidè responderem, animatus, qvæ jussu tuo breviter conscripta, tibi offero. Qvod si qvid à me, non

non omnia reor Verba tua assecuto, praetermissum est ? quaeso ut id in meliorem partem accipere digneris. Cum vero, quibus Firmamentis nitatur doctrina, videas, ne, oro, abs te habear Hereticus, sacris rebus, margaritisq; coelestibus audiendis indignus, ut, qui eas non calcare, cum mihi verbo Divino ostenduntur, sed humo tollere solitus sum. Adhaec, est nobis omnibus communis Judex Justissimus, JESUS CHRISTUS, Dei Filius, qui solus agnos ab Hoedis, Zizania à Tritico, stultas Virgines à Prudentibus verè separabit, ac Mercedem unicuiq; à meritis dabit: Oves voci sua hic obseqventes, in gloriam coelestem recipiet; impios autem aeternis poenis addicet, ubi erit fletus oculorum, & stridor dentium.

Unus judex omnium.

Qvod reliqvum est, Deum ad indignus ejus Servus oro, ut te magnum Principem & Monarcham Generis Sclavinici, per Spiritum suum omnibus bonis augeat, atqve regat, qvo tua omnes actiones, sint Majestati ipsius laudi, Christianae Reipublicae commodo, hostibus autem Generis Ethnici exitio.

Postqvam Johannes Rochita hocce Responsum suum, etiam scripto Principi Moscorum tradidisset, reddidit Johannes Basilius Magnus Dux Moscorum aliud Responsum scriptum Russicum, qvod *Johannes Lasicius*, Vir suo tempore clarissimus, ex inculto & horrido Moscovitico, verbis qvidem Polonicis at non Phrasibus expressum in latinum Sermonem convertit.

Joh. Lasicius.

Ex illo ipso scripto nos jam proferemus praecipua aliqva argumenta, qvibus Magnus Dux Moscoviae Coelibatum Sacerdotum & Monachatum voluit defendere; adjectis ad argumenta prolata Responsionibus. Moscovitarum Argumentum pro Virginitate sic sonat. *Ita nos Christum, & coelibes Apostolos imitari debere, ut & ipsi coelibem Vitam agamus. Verba haec sunt* cap. 14. p. 150. *B. Johannes inqvit in 1. Epistolâ: Si qvis credit Jesum Christum in carnem venisse, ac se in eo dicit permanere, is debet ita, ut & ipse incedere. Porrò nec Christus, nec Apostoli uxores habuerunt. Si Petro & Socrus & Conjux fuit, id antè, qvam Christum secutus est, factum. Simul atq; verò Apostoli facti sunt Christi Sectatores, castè vixerunt; Socrus illis Matres, Uxores, Sorores fuerunt. Eodem modo Philippus ille Septimus Diaconus Qvatuor Filias Vaticinatrices procrearat, verum priusqvam Assecla Christi esset: posteà se castè gessit, Filiae qvoq; ejus Virgines permanserunt, qvae Virili constantiâ praeditae, donum vaticinandi adeptae sunt,*

Argument. Mosci pro coelibatu Sacerdotum.

sunt, verbum divinum simul cum Apostolis prædicarunt. Hæc fuere verba Ducis Moscoviæ. Respondeo ad ea I. Omnes qvidem Christum & Apostolos imitari debemus, at non in omnibus; sed ad qvæ nos Christianismus obligat; ad qvæ nos Dominus Jesus in aliis Scripturæ locis est adhortatus: aliàs etiam deberemus ejusmodi miracula patrare, qvalia Christus designavit. Ideò Christus Matth. II, valdè considerate loqvitur, qvando ait: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* In qvem locum non malè ita Cornelius à Lapide. q. d. *Imitamini meam humilitatem & mansvetudinem, estote mites & humiles, & sentietis, qvam svave sit jugum Dei.* Ita S. Chrysostomus, & S. Augustinus Serm. de Verbis Domini secundum Matthæum, qvem audi: *Tollite jugum meum super vos, & discite à me, non mundum fabricare, non cuncta visibilia & invisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere & mortuos suscitare; sed qvoniam mitis sum & humilis corde Magnus esse vis? à minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere Celsitudinis, de Fundamento prius cogita Humilitatis.*

Responsio 1.

Matth. 11. Discite à me, quia mitis sum.

Et qvibus in Virtutibus Episcopi & ministri Spirituales S. Apostolos imitari debeant, dicit D. Apostolus Paulus pluribus locis, in 1. Tim. 3 v. 1. seqq. *Fidus est hic Sermo, si qvis Episcopatum appetit, præclarum opus desiderat. Oportet igitur Episcopum irreprehensum esse, unius Vxoris Virum, Sobrium, compositum, Hospitalem, aptum ad docendum. Non Vinosum, non percussorem, non turpiter lucri cupidum; sed moderatum alienum à pugnis, alienum ab avaritiâ. Qui suæ domui benè præsit, qui liberos contineat in subjectione cum omni honestate. Nam si qvis propriæ Domui præesse non novit, qvomodo Ecclesiam Dei curabit? Non Novitium, ne inflatus in criminationem & laqveum incidat Diaboli. Diaconos itidem honestos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpiter lucri cupidos. Tenentes Mysterium fidei cum purâ conscientiâ. Atqve hi etiam probentur prius, deinde ministrent, si sint inculpati.* Item v. 12. *Diaconi sint unius uxoris Mariti, qui liberis rectè præsint, & propriis domibus: Nam qui benè ministraverunt, gradum sibi bonum acqvirunt, & multam libertatem per Fidem, qvæ est in Christo Jesu. Hæc tibi scribo, sperans fore, ut venirem ad te valde citò.*

1. Tim. 3. v. 1. seq.

Unius uxoris Vir, qvomodo intelligend.

In his verbis loqvitur Apostolus de Conjugio Clericorum seu ministrorum Ecclesiæ, & docet, Ministros Ecclesiæ, sive sint Episcopi,

ſcopi, Presbyteri, Diaconi, liberè poſſe uxores ducere, ſi velint; modò non habeant plures, qvam unam, id eſt, nec cum Hebræis & Ethnicis duas vel tres ſimul, vel cum aliis præter uxorem & concubinam. Liberè ajo; non neceſſariò. Non enim præcipit, ut neceſſariò habeant uxorem, ut Vigilantius docuit, neqve enim Apoſtoli qvenquam cogunt ad nuptias, qui donum continentiæ habent, & in cœlibatu vivere caſtè cupiunt & poſſunt; ideoqve etiam fruſtranea eſt exceptio Bellarmini & aliorum: *Apoſtolum inter dotes & virtutes Epiſcopi non ponere Conjugium, cum alibi 1. Cor. 7. continentiam commendet, nec legem tuliſſe, ut Epiſcopi haberent uxores, ſed hanc ſolùm, ut non haberent, nec habuerint plures qvàm unam.* Id enim non dicimus. Non enim neceſſitas conjugii Clericalis hîc aſſeritur, ſed libertas.

Non neceſſitas conjugii Clericalis aſſeritur ſed libertas.

Hæc eſt noſtra ſententia. Peccant itaqve Pontificii, qvando dicunt, nos inter neceſſarias Virtutes Miniſtri Eccleſiæ ponere Conjugium, id qvod etiam prudentiores Pontificii ipſi agnoſcunt. Notatu digna ſunt verba *Claudii Eſpenſæi in opere p. 659.* qvibus probat: Sacros novæ legis Miniſtros nulla ejus Scriptura Canonica directè compelli vel cœlibes eſſe vel maritos. Poſteaqvam, ubi enarravit nonnullos, qvi cogunt miniſtros uxores ducere, ita ſcribit: Qvid hâc in re faciant, aut non faciant Germani, Helvetii, & alii Eccleſiæ Romanæ nuperi deſertores, neſcio, ſed vereor, ut hæc illis coactio falsò imponatur. Nos autem ex hâc interpretatione contra Pontificios ita inferimus: *Si Apoſtoli tulerunt Legem, ut Epiſcopi non habeant, nec habuerint plures qvàm unam uxorem; utiq; legem tulerunt, ut liberè uxores habeant, veluti ſi qvis alicui panem & vinum percipiendum concedat utiq; cibum & potum concedit.*

§. CCCCLXXXI. *Exceptio Pontif. Reſponſio.*

Illud autem majoris ponderis eſt argumentum, qvod dicunt: *Apoſtolum loqvi de uxoribus, non qvas habeant in Epiſcopatu, vel Presbyteratu, & Diaconatu, ſed qvas habuerint, ut ita excludantur digami, qui duas uxores ſucceſſivè habuerunt.* Sed Reſpondeo; *Apoſtolum loqvi de Epiſcopo in ſenſu compoſito, qvi in ipſo Epiſcopatus, Presbyteratus & Diaconatus miniſterio conſtitutus unam uxorē habeat, cumq; eâ cohabitet.*

Nam 1. Apoſtolus loqvitur de tempore præſenti: oportet Epiſcopum εἶναι eſſe, non γεγονέναι fuiſſe unius uxoris maritum, ſicut in præſenti eum vult eſſe ſobrium, prudentem, hoſpitalem. Defunctæ

ctæ enim uxoris nemo maritus eſt. Rom. 7. 5. 1. Cor. 7. 39. 2. loqvitur de eo, qvi actu ipſo præſit domui ſuæ & educet liberos 1. Tim. 3. 4. Tit. 1. 5. 3. Interdicit Apoſtolus Epiſcopo vitia omnia, qvæ cum faciant reprehenſibilem. Debet enim eſſe ἀνεπίληπτος. 1. Tim. 3. 2. & ἀνέγκλητος Tit. 1. 5. At ſecundæ nuptiæ non ſunt inter ea. Ergò ſecūdæ nuptiæ non ſunt inter ea, qvæ hominem reprehenſibilem faciant. Ita etiam hunc locum Pauli explicant orthodoxi Patres Græci; *Clemens Alexandrinus l. 3. Stromatum* inqvit: *Unius uxoris virum utiqve admittit, ſive ſit Presbyter, ſive Diaconus, ſive Laicus, utentem matrimonio citra reprehenſionem. Et Chryſoſtomus homil. 10. in 1. Tim. 3. Non hoc, inqvit, velut ſanciens dicit, qvaſi non liceat absqve uxore Epiſcopum fieri, ſed ejus rei modum conſtituens. Judæis qvippe licitum erat etiam ſecundo matrimonio jungi, & duas itidem habere ſimul uxores. Et homil. 2. in epiſt. ad Titum: obſtruere prorſus intendit Hæreticorum ora, qvi nuptias damnant: oſtendens, eam rem culpâ carere, imò ita eſſe pretioſam, ut cum ipſâ etiam poſſit qviſpiam ad ſanctum Epiſcopatus ſolium ſubvehi. Et Theodoretus in Comment. Illud autem unius uxoris virum mihi videntur qvidam rectè dixiſſe: olim enim conſveverant & Græci, & Judæi cum duabus & tribus, & pluribus etiam uxoribus ſimul jungi lege matrimonii.*

Conſenſus Antiqvitatis.

Noluit itaqve Paulus cuiqvam Epiſcopo conjugium interdicere, qvi expreſſè unius uxoris mentionem facit, unius, ajo, ad excludendam Polygamiam ſimultaneam. Id qvod unicuiqve luce meridianâ clariùs pateſcet, qvi citra præjudicium, in verâ pietate hoc dictum examinaverit, & cum his ſeqventia accuratè penſiculatæ contulerit. ut 1. Cor. 7. 2. *Propter fornicationem unuſqviſqve ſuam uxorem habeat, & unaqvæqve ſuum virum habeat. Uxori vir debitum reddat: ſimiliter autem & uxor viro. Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir. Similiter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. Nolite fraudare invicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi: & iterum revertimini in idipſum, ne tentet vos Sathanas propter incontinentiam veſtram. Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium. Volo autem omnes homines eſſe ſicut me ipſum: ſed unuſqviſq; proprium donum habet ex DEO: alius qvidem ſic, alius verò ſic. Dico autem non nuptis & viduis: bonum eſt illis, ſi ſic permanєant ſicut & ego. Qvod ſi non ſe continent, nubant. Melius*

 eſt

est enim nubere, qvàm uri. Hebr. 13. v. 4. *Honorabile est Conjugium in omnibus & torus immaculatus, fornicatores autem & adulteros judicabit Deus.* 1. Timoth. 4. 1. *Spiritus disertè dicit, fore ut novissimis temporibus discedant qvidam à fide, attendentes Spiritibus impostoribus ac doctrinis Dæmoniorum. Per simulationem falsiloqvorum, cauterio notatam habentium conscientiam, prohibentium contrahere matrimonium.* Et notabilis est locus 1. Cor. 9. v. 5. *Annon habemus potestatem uxorem sororem circumducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini & Cephas.* Ex qvo cum D. Christiano Dreiero è vigesima secunda Disputatione adversus Pontificios de Conjugio Clericorum p. 635. 636. 637. ita argumentamur.

§. CCCCLXXXIII. *Qvod Apostoli sibi licitum duxerunt & in praxi observarunt, id ministris Ecclesiæ lege qvâdam non est interdictum. (Si enim Apostolis conformentur, perfecti utiq; erunt.) Sed Apostoli sibi licitum duxerunt uxores habere, easq; re ipsâ habuerunt. E. Ministris Ecclesiæ id lege qvadam non est prohibitum, nec prohibendum.*

Loc. 9 1 Cor. 9 v. 5. excutitur. Sororem Uxorem circũducere.

Minor probatur ex allegato loco 1. Cor. 9. v. 5. *Annon habemus potestatem sororem uxorem circumducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini & Cephas.*

Potuit ergò Paulus Uxorem ducere, etiamsi eam non habuerit, & reliqvi Apostoli habuerunt Uxores, & Fratres Domini & Petrus, de quo idem constat ex Matei 1. v. 30. ubi dicitur *Socrus Simonis* Febricitans decubuisse. *Ubi autem Socrus, ibi & uxor, ibi & conjugium*, ait *Chrysost. Hom. 4. de Verbis Esaiæ.* Præterea de Philippo Diacono & Evangelistâ legimus Act. 21. v. 9. qvod habuerit Filias Virgines prophetantes, unde iterum *Chrysostomus* l. c. *Quid autem Philippus, nonne qvatuor habebat Filias? Ubi verò qvatuor Filiæ, illic & Uxor & Matrimoniũ.* De Philippo Apostolo ex Scripturis nihil constat. Polycrates a. Ephesinus in Epist. ad Victorem apud Eusebium Lib. 3. cap. 28. *Philippus*, inqvit, *unus ex Duodecim Apostolis obdormivit Hierapoli, & duæ Filiæ ejus in Virginitate consenuerunt. Et altera Filia ejus, qvæ in Spiritu S. conversata est, Ephesi qviescit.* Ignatius in Epist. ad Philadelphenses & Clemens Alexandrinus. L. 3. Stromat. circa Medi. Paulum qvoqve conjugatis annumerant. Ambrosius verò Paulum excipit & Johannem, & reliqvos omnes Conjugatos facit, in Comm. 2. Cor. 11. *Omnes Apostoli*, ait, *excepto Johanne & Paulo uxores*

res habuerunt. Basilius de Abdicatione Seculi conjugatos hortatur, ut sint, qvales olim, Abraham & Job, in N.T. qvalis Petrus fuit unaqve cum eo reliqvi etiam Apostoli. De Judæ Fratris Domini Posteris ex Egesippo disserit Eusebius Lib.3. cap. 29. *EXCIPIT* Valentinianus Lib. de Cœlibatu cap. 6. Apostolum non de Uxoribus, sed de *Piis Fœminis* loqvi, qvæ seqvebantur Apostolos, & eis ministrabant, tum qvia Johannes fuerit cælebs, ideoqve Uxorem non circumduxerit, tum qvia aliàs Paulus non absqve Articulo ἀδελφὴν dixisset, sed cum Articulo τὴν ἀδελφὴν γυναῖκα, cum uxor certa qvædam mulier sit.

Soror uxor ἀδελφὴν γυναῖκα.

Resp. 1. *Soror Mulier* non est Phrasis rationi conveniens, sed *Soror uxor*, qvia omnes Sorores sunt Mulieres, sed non omnes Uxores. Cur igitur addidit Apostolus Determinationem γυναῖκα super ἀδελφὴν? si nihil aliud voluit innuere, qvam Sororem Fœminam vel mulierem esse. An hoc est ignotum? Igitur certa qvædam mulier notetur, necesse est, videlicet uxor. Vox enim γυνὴ sæpè Uxorem significat, ut Tob. 8. v. 10. Raguelis Conjux, & v. ult. *Tobiæ Uxor* γυνὴ dicitur. Neqve Paulus ordinem immutare potuit, cum determinatio semper postponatur, ut ἄνδρες ἀδελφοί. Act. 1. v. 16. neque semper hic Articulos usurpant Græci. Imò vacantem Articulo γυναῖκα, non semper mulierem simpliciter, sed crebrò etiam uxorem legitimam designare, & qvidem maximè ἀορίστως ex Judic. 21. v. 23. 1. Cor. 7. v. 10. Aristotel. Lib. 1. Oeconom. cap. 3. patet.

Circumducere.

2. Nota Emphasin Vocis περιάγειν, qvæ sonat jus illud, qvod habet Maritus in Uxorem, qvale jus Apostoli non habuerunt in alias Fœminas Opulentas. Neqve Scriptura dicit Christum circumduxisse Mariam Magdalenam, Johannam, Susannam, sed illæ sponte eundem secutæ sunt, qvòd ipsas beneficiis affecisset, Luc. 8. v. 2. Sed Apostolus loqvitur de potestate circumducendi cum Imperio Mulierem, & unam qvidem, cùm aliàs, ut Doctor multas habuerit seqvaces Discipulas.

3. Apostolus dicit, se habere potestatem gravandi Ecclesias & sumtus ab iis poscendi. At mulieres divites vel ministrantes de facultatibus suis Apostolis non fuissent Ecclesiis Gravamen, sed levamen.

4. Apostoli pro suâ virili omnem speciem Mali vitarunt. 1. Thes. 5. v. 22. & conversationem bonam inter gentes præ se tulerunt. 1. Petr. 2. v. 12. non credibile itaqve est illos cum peregrinis Mulieribus tam familiariter versatos, ut illas hâc illâc in peregrinationibus suis circumduxerint. Incurrissent enim sine dubio odiosam suspicionem inter Gentes. Canones enim seqventibus temporibus prohibuerunt Sacerdotes habere in Domo mulierem, nisi Matrem, Sororem, Aviam, Amitam, Materteram, *causamq; addunt, qvia hæ solæ Personæ omnem excedunt suspicionem*, ut habet Canon IV. Concil. Nicæn.

5. Etsi Johannes non habuit uxorem, habuit tamen Jacobus, & hic sufficit unus etiam inter Fratres Domini, qvanqvam alios nullos habuisse, qvis docuit. Contrarium jam ex Antiqvitate demonstratum.

Excipit II. Bellarminus, Apostolos post Vocationem ab Officio conjugiali abstinuisse, ut docet *Hieronymus Lib. 1. contra Jovinianum, qvia sc. Apostoli omnia reliqverunt, Christum secuti. Matth. 19. ad qvod servator respondeat, si qvis inter alia & Uxorem dimisisset, eum multo plus recepturum. Ideò & Uxores dimiserunt.*

Resp. Non fecerunt Apostoli contra Præceptum Christi Matth. 19. v. 5. *Relinqvet Homo Patrem & Matrem & adhærebit uxori suæ. Qvod ergò Deus conjunxit, Homo non separet.* Nec contra propriam Regulam, qvam præscripserant 1. Cor. 7. v. 10. *Uxor à Viro non discedat. v. 11:*

Vir uxorem non dimittat. 2. *Petrus uxorem suam usq; ad necem secum habuit,* qvâ de re Eusebius lib. 3. c. 27. ex Clemente Alexandrino cap. 7. Stromat. Dicit igitur, inqvit, B. Petrum, qvum Uxorem suam ad Mortem duci cerneret, gavisum qvidem fuisse Vocationis gratiâ, & qvòd ad sua remearet, acclamasse verò illi admodum, hortandi & consolandi gratiâ, ex nomine eam compellando ac dicendo: O memento Domini: Tale erat beatorum connubium, & integer amicissimorum affectus. 3. *Si qvando ab Uxoribus abstinuerunt, id non necessitate cœlibatus, sed itineris & Persecutionum factum est:* Erant enim in totum Mundum emissi, velut oves inter Lupos Matth. 10. v. 16. ad prædicandum Evangelium & colligendam Ecclesiam ubiq; gentium. Hoc eorum iter, atqve officium si eos abstraxerit ab uxori-

uxoribus, in Exemplum trahi non poteſt, niſi & alii idem officium gerant & pariter orbem obituri ſint. 4. *Reliqverunt Apoſtoli omnia propter Chriſtum, ut tamen Matthæus Chriſtum in ſuas ædes receperit.* Matth. 9. v. 10. & Johannes Matrem Domini receperit εἰς τὰ ἴδια. Joh.19.v.27. Petrus amiculam ἐπενδύτην retinuerit, qvo ſe ſuccinxit aliqvot annis, poſtqvam omnia reliqverat. Joh. 21.v. 7. Paulus habuit penulam, libros membranas. 2.Tim. 4. v. 13. Imò & Animas proprias tam reliqverunt, qvàm poſſeſſiones & Uxores. Luc. 14. v. 26. Si qvis venit ad me & non odit Patrem ſuum & Uxorem & Filias & Fratres & Sorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt eſſe meus Diſcipulus, nec tamen ſe ipſos interfecerunt. Igitur id comparatè intelligendum: Non plus amarunt vel poſſeſſiones, vel Uxores, vel Animam, qvàm Chriſtum, ſicut & explicatur Matth. 10. v. 37. Qvi amat Patrem & Matrem plus qvàm me, non eſt me dignus. Cum autem dicit, inqvit Chryſoſtomus Homil. 65. in Matth. cap. 19. Qvicunqve reliqverit Uxorem, non ſimpliciter præcipit dirimenda eſſe matrimonia; ſed ſicut in ſuperioribus dicebat: qvi prodit animam ſuam propter me, inveniet ipſam, non ut nosmetipſos interimamus, neqve ut animam noſtram violenter à corpore disjungamus, ſed ut religionis Pietatem cæteris omnibus anteferamus. Hæc D. Dreierus, qvi ibidem plura argumenta urget, qvæ videri poſſunt.

Et ſi hæc non ſufficiunt conſulatur qvæſo *Panſtratia Danielis Chamieri, qvi Lib. XVI. cap. 12. ad §. 49. p. 292. 293. 294.* hoc dictum contra Φλυαρίας Ferrarii, Salmeronis, Juſtiniani fuſiſſimè & ſolidiſſimè aſſeruit & vindicavit. Cui Adverſarii Pontificii, nondum reſponderunt, nec unqvam ſatisfacturi ſunt.

§. CCCCLXXXIV. *Reſp. 2. Probari poſſe etiam Apoſtolos Domini uxoratos fuiſſe. Pet. & Phil. liberos procrearunt teſte Euſ. & Clē. Alexandri.*

Qvid? qvod & *Clemens Alexandrinus lib VII. Stromatum* Uxorum Petri & Philippi meminit. Locus apud Euſebium Hiſtor. Eccleſ. Lib. III. cap. 24. p.m. 74. eſt valdè clarus, dignus, qvi hîc apponatur. Ita enim Euſebius.

Clemens, cujus Verba modo citavimus (ſc. ex Lib. 3. Στρωμάτων de Nicolao Diacono, qvòd habuerit ὡραίαν γυναῖκα i.e. Uxorem Facie honeſtâ & liberali.) Deinceps poſt illa, qvæ ſupra poſuerat, Apoſtolos, qvi matrimonium contraxiſſe reperiuntur, enumerat: idqve contra eorum ſententiam, qvi Nuptias tollere abroga-

teq;

reqve instituerent: Num, inqvit, sunt Apostolos improbaturi? Petrus enim & Philippus liberos procrearunt. Philippus Filias Viris collocavit in Matrimonium. Paulus etiam non veretur in qvâdam Epistolâ conjugis suæ mentionem facere: qvàm eò minimè secum circumduxit, qvò facilius liberiusqve fungeretur suo ministerio. Ac qvoniam in istarum rerum mentionem incidimus, aliam qvoqve ejusdem historiam dignam explicatione, dignamqve memoriâ proferre non gravabimur; qvam qvidem in VII. Libro Στρωμάτων isto modo literis proseqvitur: Ajunt, B. Petrum, cùm Uxorem suam ad necem abductam conspicaretur, magnâ gestiisse lætitiâ, tum qvòd vocaretur à Deo, tùm qvòd in proprium Domicilium reverteretur. Eam verò admodum exhortatus & consolatus, sic nomine appellavit: *Heus tu memor esto Domini.* *Tales sunt beatorum Nuptiæ, & tam perfectus Amor inter amicissimos intercedit.* Ista ergò cùm propria sint, & accommodata ei, qvod in manibus est argumento, hoc loco sint à me opportunè citata.

Sed plura Testimonia ex Antiqvitate Ecclesiasticâ hîc non afferimus, qvia ad calcem Examinis hujus Capitis integram Relationem Historicam constantis nobiscum hoc in puncto consensûs Ecclesiæ Græcæ instituemus.

Resp. 3. Apostoli habuerunt liberos. Ergò etiã uxores.

Resp. 3. Christus Apostolos suos alloqvens Luc 11. inqvit: *Si vos cum sitis mali, nostis bona dare liberis vestris.* Si igitur liberos, habuerunt etiam Uxores. Non esse autem Apostolos uxorum suarum consvetudine interdum usos, qvis dixerit alius, qvàm cui Matrimonium peccatum est, vel ut hic Mosco ipsa Impuritas, qui error Marcionitarum olim erat & Encratitarum. Nec ergo crediderim scribit *Lasicius, p. 155.* licet qvidam Veteres secus sentiant, vel viduas, vel conjuges alienas per tot Mundi tractus secum ductasse Apostolos 1. Cor. 9. Mulieres illæ Apostolorum fuerunt, ut illæ Romanorum. *Illud me,* inqvit, *movet, quod video omnes bonos abesse Româ, & eos mulieres suas secum habere.* Cic. Ep. 18. Lib. 14. Vox γυνή tam Uxorem, qvam Mulierem significat. Ideoqve Ambros. Lib. 10. Ep. 81. & Hildivino in vitâ Dionysii Areopagitæ, illa Damaris Act. 17. Non mulier, sed Uxor Dionysii, Primi Athenienfium Episcopi, Eusebio teste Lib. 4. cap. 22. fuisse visa est. Pudor seqvi non suum Virum vetabat, & suspicionem apud Gentiles pariebat. Etiam

tum

tum tentabantur homines à propriâ cupiditate. Jacob. 1. qvod Paulus de seipso ingenuè fatetur. 2. Cor. 12. Rom. 7. Christi, qvem mulieres multæ seqvebantur, Luc. 8. & Discipulorum ejus, diversa est ratio. Nam ille Deus naturâ erat: non tamen credo nunciasse illas, ita uti ipsos viros, Evangelium. Eadem omnium Apostolorum sententia fuit. Non sinit autem unus, mulieres docere in Ecclesiâ. 1. Cor. 14. 1. Tim. 2. Evangelium, ut non confundit ordines Ecclesiæ, ita non separat, sed conjungit, copulatqve conjuges, adeò strictè, ut eam conjunctionem dirimant, tantum adulterium, & infidelis à Fideli secessio. Nec ita impedimento est uxor, ut qvis esse Minister Ecclesiæ neqveat. Est amplexandi tempus, est & abstinendi ab amplexu. Eccles. 3. Ipsi qvoqve Ethnici in Sacris cerealibus, Ovidio id prodente, à complexu fœminarum abhorrebant. Livius Decem tum Dies, matronas à Viris secubasse tradit, qvibuscum ter in mense congrediendum esse Plutarchus in Solone scribit. Qvæ tempora non observâsse primos Christianos, qvis dubitarit? Si qvæ impuritas in Conjugio esset, non illud Paulus honorabile, nec Thorum ejus impollutum vocasset, nec id Divina Majestas instituisset, aut suo in conspectu Sacerdotes, qvibus erant Uxores, versari, & hostias sibi offerri permisisset. Et tamen Moscus solis Virginibus Castitatem tribuit. Ubi nunc es S. Paphnuti, qvi concubitum cum propriâ uxore Castitatem appellasti? *Tripart. Hist. Lib. 2. cap. 14.* Cujus. Viri, tanta olim fuit Autoritas, ut ejus sententiam secutum sit, universum illud 318. Episcoporum Concilium Nicænum ad Cœlibatum Clericis injungendum, paulò, propensius Gratianus Dist. 31. Permissum Voluntati uniuscujusqve dormire cum uxore, vel non optimè hæc haud dubie enim, gratius est Deo castum conjugium, Virginitate multis æstibus inqvinata, Porrò Paulus Veram Virginem, & corpore & animo castam esse vult. 1. Cor. 7.

Objectio Mosci.

Moscus inqvit: *Mulieres*, quæ unguenta attulerant, omnes *Virginitatem sunt* sectatæ. Qvæ Virginitas non à Viris tantum, verum *etiam à Genere Fœminino servabatur.*

Resp. Unde sua sumat Moscus, de iis, quæ Christum seqvebantur, mulieribus, me latet. Id pro comperto habeo, fabulis eos duci, & qvidvis absqve omni judicio, qvod per Manus à Majoribus

A aa aa acce-

acceperunt, admittere. Si mulieres, non fuerunt Virgines. Sola Maria Mulier vocatur, qvia peperit, Virgo, qvia Virum non cognovit.

Obj. Mosci.

Tertium Argumentum pro Monachis & Virginitate perpetua Moscus ducit à semel præstito Voto. *Constat*, inqvit, *apud nos Christianitas: ex Virginibus & conjugibus. Cæterum, facto Castitatis servandæ, extra conjugalem copulationem & abstinendi à carnibus Voto, præstandum id est, non tamen delectus, sed abstinentiæ Causâ. Qvi verò hæc non voverunt, iis in matrimonio vivere, & carnibq vesci licet: modo mandata Christi observent. Eadem enim sunt præcepta vivendi data tàm Monachis, qvàm Secularibus hominibus. At qvi promissam non servant Castitatem, de his Petrus Apostolus, præstabat tales viam Veritatis non cognovisse, quam eâ cognitâ, à præcepto S. ipsis tradito, retro labi, de quibus illud verè dicitur proverbium: Canis ad Vomitum suum, & sus lotus ad cœnum sordidum reversus est.*

Resp. 1. Vota hæc Monastica, sunt contra Scripturam.

Resp. I. *Vota talia Jurata Virginitatis sunt extra, sine, imò contra Scripturam.* Qvi primus præter Votum, de colendâ omni tempore Vitæ pietate, in Baptismate factum aliud perpetuæ Castitatis in Ecclesiam induxit (qvod qvidam Græco tribuunt) is hoc & extra præceptum Divinum fecit, nusqvam enim cuiqvam præcipitur Virginitas, & laqueum injecit hominibus seu verius ipsum Peccatum.

Qvotusqvisqve enim virorum est, qvi hâc in simulatâ Pietate, creatorem suum cùm cogitatione, tùm reipsâ non multò pluries, qvàm in matrimonio offendat? Qvod cùm fit, qvo is animo oculos ad Deum purissimum attollet? Qvâve id spe, qvod petit, se ab illo impetraturum sibi persvadebit? Servari absqve ejusmodi promissis castitas potest ac debet. Non vovent, scribit porrò *Lasicius*, eam ministri Ecclesiæ Fratrum Bohemorum: & tamen pleriqve omnes in Bohemiâ & Moraviâ vivunt cœlibes sanctissimè, at qvi in Poloniâ sunt, ubi tuta & libera omnia, ii uxores ducunt. Non esse præcipitantes vovendum, monet Salomon. At qvæ præcipitantia stultitiavé major, qvàm vovere in pueritiâ, qvod non possis præstare in Adolescentiâ? & vovere id, qvòd in Divinâ, non in tuâ manu est, nisi

qvod

qvod tibi ad tempus, qvasi qvoddam privilegium, est concessum? Nota nobis sunt Mosis de Votis instituta, nota Samsonis, Nazaræorum, matris Samuëlis, Pauli aliorumqve vota, ac illa Rechabitis, in Jeremiâ, data à Patre præcepta. Qvibus tamen, neqve Conjugium, generi humano necessarium, neqve usus carnium, corpori hominis conveniens, neqve vota paupertatis voluntariæ continentur. Imò, dicam liberius, nihil planè de ejusmodi obligationibus reperiri in universis Bibliis. Ad qvas tamen faciendas, simplex puerorum, puellarumq; ætas, variis technis inducitur.

Respondeo 2. *Fructûs coactæ & imprudenter juratæ Virginitatis valdè sunt abominabiles.* Johannes Peregrinus in Convivalibus sermonibus. Est, inqvit, apud Germanos Episcopus qvidam, qvi dixit in Convivio, uno Anno ad se delata undecim millia Sacerdotum, palàm concubinariorum. Nam tales singulis annis pendunt aliqvid Episcopo. Et Sanctus Huldericus, Episcopus Augustensis, ad Nicolaum Papam, circiter annum Domini 860. Sunt aliqvi, qvi S. Gregorium suæ Sectæ sumunt adjutorem; Qvorum qvidem temeritatem doleo, ignorant enim, qvòd periculosum hujus hæresis Decretum, à S. Gregorio factum, condigno pœnitentiæ fructu, postmodum ab eo sit repurgatum. Qvippe cùm die qvodam in Vivarium suum propter pisces misisset, & allata inde plus qvàm sex Millia infantum capita videret, intimâ mox ductus pœnitentiâ ingemuit: & factum à se de abstinentiâ decretum, tantæ cædis confessus, condigno illud, ut dixi Pœnitentiæ fructu purgavit, suoq; decreto prorsus damnato Apostolicum illud laudavit Consilium, melius est Nubere, qvam uri; addens ex suâ parte, melius est nubere, qvàm mortis occasionem præbere. Cesset ergò Sanctitas Tua cogere, qvos tantùm deberet admonere, ne privato, qvod absit, præcepto, tàm Veteri qvàm Novo contrarius inveniaris Testamento. Et plura ejusmodi in Epistolâ sæpè recusâ ac in Catalogo Testium Veritatis à Flacio Illyrico & à Westhemero in conciliatione scripturæ ac Patrum positâ. Bruschius in Chronologiâ mysteriorum Germaniæ. Anno 1050. Eâ tempestate, inqvit, Monachi, sine exemplo majorùm uxores ducebant, in qvos idcirco

5. CCCCLXXXV. Resp. 2. *Fructûs coactæ, & imprudêter juratæ castitatis, sunt valdè abominabiles.*

Gregorius Pontifex VII. Excommunicationis fulmine animadvertit. Et Lucidus libro de Emendatione temporum. Anno Domini 1504. celebrato Florentiæ concilio, multi Episcopi propter Simoniam, & fornicationem damnati sunt, plura istiusmodi omitto. Sed qvantò præstabat, permittere cujusvis arbitrio, à Deo permissum conjugium, ut qvivis legitimæ uxori junctus liberos Deo, qvam in stupris Diabolo procrearet? Verùm ut in aliis rebus, ita etiam in hâc, oportuit Anti-Christum CHRISTO contraria statuere.

Resp. 3. Monachatus est recens inventum.

Respondeo 3. *Monachatus est recens inventum.* Hildebrandus sive Gregorius VII. qvi primus specie religionis, Anti-Christi Imperii (judicio Episcoporum Bavariæ apud Aventinum Lib. 7. Annalium Bojorum Anno *Domini* 1241.) Ante Annos CLXX. fundamenta jecit, & carnibus Die Sabbathi vesci in consilio Romano Anno 1074. interdixit Annis XX. ab hoc consilio Florentino, Sacerdotibus conjugium ademit, qvemadmodum Abbas Trithemius in Anno 1073. Chronico Hirsaugiensis scriptum reliqvit. Itidem Gotfridus Viterbiensis, qvi Conrado, Friderico, & hujus Filio Henrico VI. Imp. fuit ab Epistolis. Gregorius, inqvit, VII. Papa ad Clericorum Incontinentiam reprimendam, connubia eorum à Sub-Diaconatu, & supra, per totum orbem Romanum, edito decretali in æternum prohibuit. Nam Panthei Lib. XVII. cap. Henricus IV. Trithemius hoc eum magnâ pœnâ excommunicationis additâ fecisse narrat. Id qvod & anteà fecerant Syricius & Innocentius, ut est scriptum Distinct. 82. cap. qvia & 28. cap. decernimus.

Resp. 4. Papa pracepto suo jurata Virginitatis se probat verum Anti-Christum.

Respondeo 4. *Papa Pracepto suo jurata Virginitatis se probat verum Anti-Christum.* Daniel de futuro Anti-Christo cap. XI. ita vaticinatus est: *Neqve inqvit Deum Patrum suorum, neqve Mulierum Voluptatem, neqve ullum omninò Deum curabit, qvin supra omnia sese extollet.*

Apostolus ad Tempus conjuges precum ac jejunii causâ se cubare vult. Papa Apostolo sapientior, usum connubii inter qvosvis hone-

honeſti, in perpetuum tollit. Chriſtus non niſi in cœlo poſt reſurrectionem factam, eam eſſe hominum conditionem futuram ait, ut illis dare operam Matrimonio non ſit neceſſe. Antichriſtus, hoc fieri mandat in terris: nec fœminarum; ſed puerorum delectatur amoribus; nullos prorſum curat Divos, ſ. Deos, Auguſtos Cæſares & Reges. Qvòd ſi cui incredibile videtur, is Romam petat. Ita me amet DEUS, niſi ibi Sodomam, niſi Ægyptum, niſi Babylonem viderit.

Riſum mihi movent, *inqvit Laſicius*, p. 160. illa Baldi verba in lege; Si Tibi Filius, Digeſt. de Adopt. Papam poſſe permittere Monacho ducendæ uxoris ad Tempus poteſtatem, ut ſobole procreatâ confeſtim ad Monachiſmum revertatur. Qvid enim ſi iterum atq; iterum, prolis edendæ cupidine inflammetur? An toties id Papæ conceſſu faciet, qvod ductâ ſemel uxore, ſemper facere poteſt.

Alia Moſci objectio.

Pergit Moſcus. Qvi promiſſam non ſervant Sanctitatem, de his Petrus Apoſtolus inqvit: Præſtabat tales viam derivatis non cognoviſſe, qvàm eâ cognitâ, à præcepto Sancto ipſis tradito, retrò labi, de qvibus illud: Canis ad Vomitum.

Reſp. Moſcus planè inſulsè vota caſtitatis illis Petri verbis confirmat, qvæ ab illo de abnegatâ Chriſtianâ Veritate prolata ſunt.

Verba Magni Ducis Moſcoviæ.

Moſcus porrò inqvit, p. 153. *Facta eſt abs te mentio etiam vitæ monaſticæ: cujus Auctores ſunt Apoſtoli: ac de qvâ hæc apud Matthæum Jeſus Chriſtus. cap. 19. Qvi parentes liberosq; ſuos plus me diligit, non eſt me dignus, niſi qvis ſumtâ ſuâ cruce me ſeqvatur, non eſt me dignus. Et apud Lucam 18. Si qvis ad me venit, nec ſuos odit Progenitores, uxorem, liberos, fratres, ſorores, deniq; animam ſuam, non poteſt eſſe meus diſcipulus, ut qvi non portet crucem ſuam, & ponè me eat. Ita omnis veſtrûm, qvi non renunciat omnibus bonis ſuis, hic non poteſt eſſe meus Diſcipulus.*

Et electum Vas Paulus Apoſtolus de eodem: Qvicunq; baptiſati ſumus in Chriſtum, in mortem ejus baptizati ſumus, & ſepulti ſimul cum eo per Baptiſmum in mortem. Ut qvemadmodum is reſurrexit à mortuis, gloriâ Patris; ita & nos in novitate vitæ ambulemur, & qvæ ſeqvuntur uſqve ad illa Verba: Vulnera Domini Jeſu in corpore meo gero. Dicito

verò mihi, qui fuerint, qvi morbos sanabant, dolores mitigabant, mortuos excitabant potiones mortiferas salvi bibebant, Diabolos illæsi ejiciebant, aliaq; , ut est in Evangelio agebant? An non ab Ordine Monastico hæc omnia gesta? Sed de his hactenus. Qvod scribis, ut nobis loqvi tibi mandantibus liberè id & audenter faceres, absq; metu severitatis nostræ. Nos, etiam hodie dictorum nostrorum memores, nihil te metuere jubemus. Nihilominus tamen hæreticus mihi es, propterea qvod tua omnis doctrina perversa sit, & Christianæ atqve Ecclesiasticæ disciplinæ, planè adversa, neque hæreticus tantùm es, verùm etiam Servus Antichristi, à Diabolo excitatus. Non solus tamen tu es Luterianus, sunt etiam alii te deteriores. Qvapropter te hanc doctrinam, in regionibꝰ nostris patefacere prohibemꝰ. Jesum autem Christum, Dominum nostrum diligenter oramus, ut genus nostrum Rossiacum ita conservet, ne tenebris involvatur infidelitatis vestræ. Patri coæternoq; ejus Filio, & Spiritui S. sit gloria nunc & per omnia secula. Amen. Hæc Moscus.

Ad qvæ ego breviter respondeo. Moscus planè citra ullum fundamentum, & contra intentionem Spiritus Sancti hæc Scripturæ testimonia detorqvet ad comprobandam Vitam Monasticam; in reliqvis qvoqve, qvæ adjungit, est plane erroneus & à veritatis & sanæ mentis norma toto cœlo aberrans. Qvi autem pleniorem horum ut & reliqvorum Magni Moscoviæ Ducis verborum refutationem desiderat, is adeat Joannem Lasitzkium in Theologia Moscovitica à p.159. 160. ad p.168. 169.

Seqvuntur jam illæ rationes & fundamenta, qvæ *Christophorus Angelus noster* ex S. Scripturæ dictis producit. Qvæ breviter explicabimus, ut omnibus & Græcis & Romanis qvoqve, qvi eadem argumenta sæpè usurpant, patescat, neqvicqvam Christophorum Angelum in hisce dictis firmum qværere præsidium. Ita autem *Angelus*:

§. CCCCLXXXVI *Argum. Ch. Ang. pro Monachatu ex Scripturâ Matth. 19. v. 12.*

Sed inqviramus jam, anne DEO etiam placeat, ut aliqvi evadant Monachi, an secus?

(D) *Matth. 19. v. 12. Et Eunuchi qvoq; sunt, qvi se ipsos propter Regnum Dei castrarunt.*

Respon-

Respondeo : Locus hic ἀπροσδιονύσως allegatur. Nam (1) *Responsio.* non de Monachis Christus loqvitur, sed de iis, qvi, cum dono continentiæ præditi sint, ad commodiorem Ecclesiæ (qvæ non rarò Regnum cœlorum in Scripturis appellatur) propagationem, à Conjugio abstinent: de ingressu n. in monasteria eo tempore altum erat silentium. (2.) Nec Christus sermocinatur de voto Cœlibatûs propriè sic dicto, nam hujusmodi votum temporis in usu fuisse, ne uno qvidem exemplo demonstrari poterit, verum de firmo cœlibatus proposito; esse scilicet, qvi ex dono & vocatione singulari decreverunt in corde suo, servare Virginitatem, & in illo proposito stabiles persistunt: Ita n. illud ἐστήκασι ἑαυτοὺς, Apostolus 1. Cor. 7. v. 37. Explicat in iis, qvæ dicit de Patre, Virginem suam servante, qvod citra votum fieri potest. Oritur n. etiam ex studio & affectu vehementi in Virtutem, unde fit, ut sibi qvisq; Legem præscribat actionum optimarum, ut inter Christianos infinitæ fiunt Eleemosynæ, absqve voto, sed ex habitu Charitatis. Sic Paulus manibus suis sibi victum parabat, sed & manebat cœlebs; nullo id qvidem voto, verum, qvia non omnia, qvæ licerent, expedirent. Itaqve nec semper laborabat manibus suis, & pronunciabat, licere sibi sororem uxorem circumducere. Seqveretur etiam, multos Martyres & sanctas Virgines, imò & Apostolos qvosdam, qvi sine cœlibatus voto extra conjugium manserunt , non contineri in numero eorum, qvi seipsos castraverunt propter Regnum Cœlorum. Itaqve qvi vovent cœlibatum, se ipsos castrant; sed non vice versa, omnes, qvi se ipsos castrant, vovent virginitatē : possunt n. sine voto se ipsos castrare. Proinde necesse non est Christum loqvi de votivâ continentiâ. (3). Non concedimus, amputasse sibi facultatem contrahendi nuptias: neqve n. continentia opponitur facultati contrahendarum nuptiarum, sed voluntati, nimirum; ut, etsi liceat, non libeat tamen: Sic Paulus. etsi liceret Uxorem sororem circumducere, tamen sibi Legem indixerat non circumducendi, etsi absq; voto. Itaqve is Eunuchus dici potest, qvi actu continet, etsi votum nullum nuncupaverit. Qvomodo ὑδροπότης, qvi abstinet vino, etiamsi voto facultatem sibi non præciderit bibendi vinum.

Per-

Pergit Christophorus Angelus,& inqvit:

1. arg. Ch. Angeli ex Apoc. 14. v. 3

(E) *Iohannes in Apocalyps. c. 14. v. 3. Neqve qvisqvam poterat discere canticum illud, nisi illa centum qvadraginta qvinqve millia. Illi scil. redempti sunt de terrâ. Hi sunt, qvi cum mulieribus non sunt inqvinati. Virgines enim sunt: hi sunt, qvi seqvuntur agnum, qvocunqve ierit, hi empti sunt ex hominibus, primitiæ DEO & Agno sacræ, & in qvorum ore non est inventus dolus. Sunt enim inculpati coram Throno Dei.*

EXPLICATIO.

Empti sunt ex hominibus, hoc est, & Parentum, & Cognatorum relicto Consortio, DEO dicati consecratiq; sunt, viventes in terrâ, ad exemplum Nazaræorum, qvi olim à Parentibus suis DEO dicabantur. Qvòd verò dicitur, qvi cum mulieribus non sunt contaminati, Virgines enim sunt, significat: qvod nullatenus cum mulieribus rem habuerint, inculpati enim sunt, hoc est, mulieres nunqvam cognoverunt.

Responsio.

Respondeo. Non unum est, qvod in explicatione hujus dicti Johannitici à Christophoro Angelo prolati, est observandum. 1. Qvod Author Nazaræorum meminit, & putat, illos exemplo suo præire illis, qvi hodie perpetuam Virginitatem profitentur, & statum Monasticum eligunt. Et hoc ipsum est, qvod olim Romano Catholici Majoribus nostris Aug. Confess. Carolo V. exhibentibus objecerunt, ad qvam objectionem in Apolog. Confess. responderunt, p. 289. 290. (qvæ responsio etiam Christ. Angelo Græco pote &

test facere satis:) Hic objiciunt ex Lege Nazaræos. Sed hi non suscipiebant vota sua cum his opinionibus, qvas hactenus diximus nos reprehendere in votis Monachorum. Nazaræorum ritus erat exercitium, aut protestatio fidei coram hominibus, non merebatur remissionem peccatorum coram Deo, non justificabat coram Deo. Deinde, sicut nunc circumcisio, aut mactatio victimarum non est cultus, ita nec ritus Nazaræorum nunc debet proponi tanqvam cultus, sed debet judicari simpliciter ἀδιάφορος. Non igitur rectè confertur Monachatus sine verbo Dei excogitatus, ut sit cultus, qvi mereatur remissionem peccatorum & justificationem cum ritus Nazaræorum, qvi habebat verbum Dei, nec traditus erat in hoc, ut mererentur remissionem peccatorum, sed ut esset exercitium externum, sicut aliæ ceremoniæ Legis. Idem de aliis votis in Lege traditis dici potest, &c. vide reliqva, in qvibus qvoqve Rechabitarum institutum explicatur. Accedamus jam locum ipsum Johanniticum, & ejus genuinam interpretationem. Et sanè permulti (inter qvos & hic noster *Christophorus Angelus* numerari debet) hoc loco malè usi sunt ad probandum statum Monasticum. Et primò qvidem dici meretur, qvod Hierax cum suis Sectatoribus matrimonium olim interdixit, *qvod non inqvinati cum mulieribus seqvantur Agnum, qvocunq; ierit.* Ex eâdem ratione *Hieronymus lib. cont. Jovian. Nuptias pollutionem dixit.* Et Pistorius in Hodopor. p. 651. concludit, *Clericos omnes debere esse Cœlibes.*

Sed Resp. 1. Apostolus non loqvitur *de carnali* mariti cum propriâ *conjuge concubitu*, ut qui impollutus est inter omnes Hebr. 13. 4. & castitas Paphnutio apud *Theodoret.* l. 4. Hist. Eccles. c. 22. teste; sed de *spirituali coinqvinatione* facta per *Meretricis Babylonicæ Idololatriam*, aut etiam *per fornicationem aut adulterium*, contra sextum Decalogi Præceptum. Alias n. seqveretur (1) nullos *sanctos Patriarchas*, Prophetas, Apostolos, agnum seqvi posse, cùm omnes ferè conjuges fuerint. (2) Nullos ex Judæis & Gentibus *sub Antichristo* convertendos ad Christum, *fore conjuges*, qvod minus credibile. *Facessat ergò Hierax cum sua Nuptiarum prohibitione, Hieronymus cum suâ Matrimonii pollutione, & Pistorius cum impuro Cleri Papalis cœlibatu.*

Excipere posset aliqvis, sicut excipit Bell. l. 2. de Mon. c. 9. ad 9. testimon. Johanni non dicendum fuisse, *cum mulieribus non*

 sunt

sunt coinqvinati, sed *cum muliere*, si intelligeret *de Fornicatione Babylonis.*

Resp. (1) Non seqvitur, qvia *meretrix illa* magna, & *multiplex ejus scortatio* commodè notatur *numero plurali*; tum a. ipsius *Idololatriæ Babylonicæ*, qvid obstat, qvò minùs multæ sint species. (2.) Positâ unâ specie, non tollitur genus. Itaqve omne genus idololatriæ comprehenditur: non tantum enim adscribuntur cœlis ei, qvi non *polluerunt se Antichristiano Scelere*, sed etiam qvi abstinuerunt Idololatriis Ethnicis. (3.) Intelliguntur *virgines* non *literaliter*, qvi prorsus abstinuerunt ab uxoribus, sed *spiritualiter*, qvi *crediderunt* in Christum: tum qvia Paulus virgines promiscuè appellat fideles 2. Cor. 11. 2. tùm, qvia aliàs cœtus ille meris constaret *puellis illibatis*, cùm tales propriè sint παρθένοι qvod etiam *Alcasar* ducit absurdum; tùm qvia sic Agnum seqverentur *Sacrifici Cybelis & Dianæ Atheniensis*, qvi cicutæ haustu evirati, *virgines secundum carnem* manebant. (4.) *Glossa ordinaria* in h. l. Tuitiensis ibidem. *VVicelius* in Demogor. fol. 57. *Schæpper.* in Conc. 3. epist. Fest. Innocent. p. 189. rectè negant, per *virgines* hoc loco intelligi *cœlibes*: secus immotè seqveretur, *omnes illos*, qvi in conjugio vivunt, esse cum *mulieribus coinqvinatos*, cùm ita Lex oppositionis postulet, qvod est absurdum, &c. vide qvæ de hoc dicto ad Procemium libri annotavimus.

(F) Christophor. Angelus porrò dictum Matth. 19. producit, ita scribens:

5. CDLXXXVII. 3. Arg. Ch. Angel. ex Matth. 19. v. 29.

Matthæi 19. vers. 29: Et qvicunqve domos, fratres, Patrem, Uxorem, &, qvæ seqvuntur, propter nomen meum reliqverit, centuplum accipiet, vitaq; hæreditatem æternæ cernet.

Responsio.

Responsionem de hoc dicto vide *in Concordiâ in Apolog. Aug. Confess. Carolo V. exhibitâ*, p. 285. 286. Qvi reliqverit domum &c. scilicet hîc qvoqve perfectionem arrogat factitiis Religionibus. Sed hic locus Scripturæ nihil facit ad vitam monasticam. Non enim hoc vult Christus, qvòd deserere Parentes, Conjugem, fratres, sit opus ideò faciendum, qvia mereatur remissionem peccatorum & vitam æter-

æternam. Imò maledicta est illa desertio. Fit enim cum contumeliâ Christi, si qvis ideò deserat Parentes aut Conjugem, ut hoc ipso opere mereatur Remissionem peccatorum & vitam æternam. Duplex autem desertio est, qvædam fit sine vocatione, sine mandato Dei, hanc non probat Christus. Nam opera à nobis electa sunt inutiles cultus. Clariùs autem hinc apparet, Christum non probare hanc fugam, qvia loqvitur de deserendâ uxore & liberis. Scimus autem, qvod mandatum Dei prohibet, deserere Uxorem & Liberos. Alia desertio est, qvæ fit mandato Dei, videlicet cùm cogit nos potestas aut Tyrannis cedere, aut negare Evangelium. Hic habemus mandatum, ut potiùs sustineamus injurias, potiùs eripi nobis patiamur, non solùm facultatem, Conjugem, Liberos, sed vitam qvoqve. Hanc desertionem probat Christus, ideoqve addit, propter Evangelium, ut significet, se de his loqvi, non qvi faciunt injuriam Uxori & Liberis, sed qvi propter Confessionem Evangelii sustinent injuriam. Corpus nostrum etiam deserere debemus propter Evangelium. Hic ridiculum fuerit sentire, qvod cultus Dei sit, seipsum occidere & relinqvere corpus sine mandato Dei. Ita ridiculum est, sentire, qvod cultus Dei sit deserere possessiones, Amicos, Conjugem, Liberos, sine mandato Dei. Constat igitur malè detorqveri dictum Christi ad vitam Monasticam. Nisi fortassis hoc qvadrat, qvòd centuplum in hâc vitâ recipiunt. Plurimi enim fiunt Monachi non propter Evangelium, sed propter culinam & otium, qvi pro exiguis patrimoniis, inveniunt amplissimas opes. Sed, ut tota res Monastica simulationis plena est, ita falsò prætextu testimonia Scripturæ citant, ut dupliciter peccent, hoc est, ut fallant homines, & fallant prætextu Nominis divini. Hæc Apolog. Augustanæ Confess.

Nota præterea [1.] Christus non jubet *Nuptias sponte dividi, sed seipsum Conjugi preponi*, & qvidem in puncto *edendæ Confessionis*, propter qvam uxor etiam relinqvenda. (2.) Non *in specie de Sacerdotibus*, sed *in genere de Christianis* sermo est: Ergóne verò alii qvoqve relinqvere debent uxores ductas, aut si nullas habeant, nullas ducere? Qvæ hæresis est Eustathii in Synodo *Gangrensi* damnata. *Gerhard.* in Confess. Cathol. lib. 2. spec. par. 2. p. 123. Arg. 6. *Cham.* Tom. 3. *Panstr.* l. 17. c. 4. §. 7. 31. p. 309. seq.

4. Arg. Ch. Angel. ex Matth. 10. v. 39.

[G] *Matth. 10. vers. 39: Qvisqvis non acceperit crucem suam, & secutus fuerit me, non est me dignus.*

1. Qvæ verba mortem voluntariam innuunt. Sicut & Paulus ait : Nolite carnis curam agere. 2. Et alibi : Qvi enim uxorem ducit, benè facit, qvi verò non ducit, meliùs agit. 3.

Responsio.

Respondeo ad 1. Qvando Christus Matth. 10. vers. 39. inqvit: *Qvisqvis non acceperit crucem suam, & secutus fuerit me, non est me dignus*: non mortem voluntariam, multò minùs abstinentiam à conjugio docuit, sed Christus docet, ut qvilibet calamitates à Deo immissas patienter ferat, & ita Christum seqvatur. Non enim hîc Christus docet, *qvemlibet Christianum licitè sibi crucem aliqvam posse imponere*, idqve *Christum* svadere, *ut accipiat crucem suam*: eo enim fine *ipsum accipere crucem suam, ut sibi imponat crucem*. Sed *accipere* in Scripturâ freqventissimè, non *sibi ipsi aliqvid dare vel imponere, sed aliunde impositum datumve recipere vel aufferre significat*, ut *Joh. 2. 10. Matth. 23. 14. Luc. 20. 47. Joh. 20. 22. 1. Cor. 4. 7.* Ita hîc *crucem suam accipere*, non est, *sibi ipsi crucem fabricari & imponere, sed calamitates à DEO immissas patienter ferre, Deumq;, qvi imposuit, seqvi*; sumptâ phrasi à *crucifigendis*, qvibus olim sua ipsorum crux ad locum supplicii bajulanda imponi solebat, ideò *Christus* addit: *Et seqvitur me à tergo. Qvi enim cruce ultrò sibi impositâ* colere Deum volunt, *non seqvuntur Christum, sed præire illi volunt.* Christus enim non de cruce *arbitrariâ*, sed *portatu planè necessariâ* loqvitur, qvia acceptionem illam adeò necessariam ipse facit, ut, *qvi crucem suam non accipit*, non se sit dignus.

Respondeo ad 2. Qvando Paulus scribit: *Nolite carnis curam agere*, per carnem hîc non intelligit conjugium, sed carnem simpliciter; cujus cura etiam extra conjugium, etiam in Monachatu geri potest, teste experientiâ & ipsorum propriâ conscientiâ. Neqve Paulus simpliciter dicit: *Carnis curam nolite gerere*, uti auctor noster

ster citat, sed *nolite carnis curam gerere ad concupiscentias.* Hinc Lutherus benè vertit: Wartet des Leibes/ doch also/ daß er nicht geil werde. Continetur enim in hoc textu generalis admonitio pertinens ad omnes fideles, loqviturqve de peccato inqvinante conscientiam, & excludente à Regno Dei. Tale autem legitimum esse conjugium, Dæmonia docent 1.Timoth.4.v.1.3. Tertius locus est 1.Cor.7.v.38. *Qvi uxorem ducit, benè facit, qvi verò non ducit, melius agit,* id est, magis consulit tranqvillitati filiæ suæ, scribit Osiander in Notis. Est itaqve fallacia secundum qvid. Non enim simpliciter melius est, non nuptum dare, sed κατά τι propter præsentem necessitatem v.26.& ut sine impedimento Deo adhæreat v.35. Interim omnibus Christianis dictum est: *Qvi non continent, Matrimonium contrahunto; meliùs enim est matrimonium contrahere, qvàm uri* v.9. Aliàs seqveretur *Romanas vestales* absolutè præstare Saræ, Rebeccæ &c. qvod falsum est.

Loc. 1. Cor. 7.v.38. excutitur.

Excipis: *Cælibatum rectè voveri, qvia melius sit non nuptum dare, qvàm nuptum dare.*

Resp. 1.) Negatur seqvi: *Nam omnes homines convertere* melius est, qvàm *non convertere,* & tamen, si qvis voveret, se *conversurum omnes,* insanus esset 2.] neqve *absolutè* meliùs est, non nuptum dare, qvàm nuptum dare; sed *restrictivè*, qvia meliùs hîc non de *bono justitiæ*, peccato opposito; sed de *bono utilitatis* accipitur, qvod *tribulationi Conjugum* opponitur v.28.

Excipis porrò, *universaliter* intelligendum esse, siqvidem *restrictio* non addita sit à Paulo 1.Cor.7.v.38. *Qvi non contrahit matrimonium, meliùs facit.*

Resp. 1.] Paulus non præcipit *Cælibatum ulli hominum generi,* ne cuiqvam laqveum injiciat v.35. Verùm de ipsis etiam *Virginibus* testatur, non peccare, si nupserint v.28. 2.] Apostolus *universaliter* dicit v.2. *Propter fornicationem unusqvisqve Uxorem suam habeto, & unaqvaqve virum suum,* ubi exceptio de *Clericis* reperiri nulla potest, nisi habeant *donum continentiæ divinitùs sibi concessum.* 3.) Paulus non dicit *absolutè* melius esse, sed συγκριτικῶς, nimirum *pro ratione illorum temporum,* ubi non tantùm *freqventes erant persecutiones* propter Evangelium. vers. 26. Verùm etiam difficile e-

rat, *paria invenire matrimonia*, inter Judæos, Gentes & Christianos verſ. 12.

§. CDLXXXIIX.

(H) *Canon L. Sanctorum Apoſtolorum ait: Nuptiis, carnibus & vino non propter exercitium aliqvod, ſed propter obſtinationem abſtinentes &c.*

Reſpondeo. Si illa, qvæ modo in explicatione Apoſtolicorum dictorum prolata ſunt, & paulò pòſt proferentur, accuratiùs conſiderentur, Sole meridiano clarius apparebit, Canones illos, qvi Sanctorum Apoſtolorum titulum ſibi vendicant, non eſſe Apoſtolicos; nec unqvam ab Apoſtolis ſanctis vel conſcriptos, vel approbatos, adeòqve nihil in hâc materiâ poſſe concludere, qvemadmodum & hæc ipſa adducta verba Canonis unâ cum explicatione auctoris ſunt ἀπροσδιόνυσα. Uberioris explicationis tamen cauſâ placet adducere, qvæ habet *D. Georgius Calixtus in Tractatu de Conjugio Clericorum p. 324. 325. Sunt*, inqvit, *ſanè Canones, qvi Apoſtolici dicuntur, oppidò antiqvi: ab ipſis autem Apoſtolis conſcriptos & editos eſſe, nemo, qvi ſanum ſynciput gerat, affirmabit.* Videntur Canones qvidam, juxta qvos primitiva Eccleſia qvoad ritûs & diſciplinam gubernata eſt, in memoriâ & ore piorum fuiſſe. *Qvi cum aliqvando in chartas conjicerentur, aucti ſunt deinceps ab iis, qvi ſe qvoqve, qva ratione vetus Eccleſia regi conſueviſſet, noviſſe exiſtimarent; dictiq, Apoſtolici, non qvod ab Apoſtolis editi, ſed qvòd Apoſtolicam Eccleſiæ gubernandæ formulam tradere crederentur.* In auctoritatem demum, & qvidem ſub ipſo Apoſtolorum nomine, numero XXCV. à Trullianis Patribus recepti ſunt. Neqve verò inutiles ad diſciplinam Eccleſiæ, pro iſtorum temporum ratione tuendam, cenſeri merentur; neqve qvicqvam incommodi continent, ſi qvod eſt de Baptiſmo hæreticorum non probando, de hæreticis Baptiſmi ſubſtantiam evertentibus intelligas. Atqve utinam pleraqve ibi conſtituta, accuratiùs, qvàm hodiè fit, obſervarentur. Inter cætera hoc qvoqve: παλλακὴν κτησάμενος οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, καὶ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. *Qvi Concubinam habuerit, non poteſt eſſe Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus,* vel

Judic. D. Calixti de Can. Apoſtolicis.

Cur dicti Apoſtolici.

can. 46. & 68.

Canon. 17. Pontificii hunc Canonē non obſervant.

vel omninò ex ordine Clericorum. Illa verò, ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπ' ἐμοῦ πέτρου, item οἷος καὶ ὁ ἡμέτερος ὀνήσιμος ἐφάνη & similia, assumenta videntur hominis inepti, qvi Apostolis aptare, & ab ipsis omnia profecta fuisse, persvadere voluit.

Διατάξεις tamen *sive Constitutiones Apostolicas libris octo nomine Clementis editas* non recipiunt Trullani, ἐν αἷς ἤδη, inqviunt, πάλαι ὑπὸ τῶν ἑτεροδόξων ἐπὶ λύμῃ τῆς ἐκκλησίας νόθα τινὰ καὶ ξένα τῆς εὐσεβείας παρενετέθησαν, τὸ εὐπρεπὲς κάλλος τῶν θείων δογμάτων ἡμῖν ἀμαυρώσαντα: *Quarum aliqvibus jampridem à sectariis cum pernicie Ecclesiæ adulterina quædam & à pietate aliena inserta sunt, de corā divinorum dogmatū pulchritudinē offuscantia.* Sed qvia nihilominus hic qvoq; vestigia antiqvitatis supersunt, qvæ ad rē nostrā faciūt, inde apponētur. Ἐπίσκοπον καὶ πρεσβύτερον καὶ διάκονον εἴπομεν μονογάμους καθίστασθαι, κἂν ζῶσιν αὐτῶν αἱ γαμεταὶ, κἂν τεθνᾶσι. μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτοῖς μετὰ χειροτονίαν ἀγάμοις οὖσιν ἔτι, ἐπὶ γάμον ἔρχεσθαι, ἢ γεγαμηκόσιν ἑτέραις συμπλέκεσθαι, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι ἣ ἔχοντες ἦλθον ἐπὶ τὴν χειροτονίαν. ὑπηρέτας δὲ καὶ ψαλμῳδοὺς, καὶ ἀναγνώστας, καὶ πυλωροὺς καὶ αὐτοὺς μονογάμους εἶναι κελεύομεν. εἰ δὲ πρὸ γάμου εἰς κλῆρον παρέλθωσιν, ἐπιτρέπομεν αὐτοῖς γαμεῖν, εἴγε πρὸς τοῦτο πρόθεσιν ἔχουσιν, ἵνα μὴ ἁμαρτήσαντες κολάσεως τύχωσιν. οὐδενὶ δὲ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ κελεύομεν, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ χήραν, καὶ ἐκβεβλημένην λαμβάνειν, ὡς καὶ ὁ νόμος λέγει. *Episcopum & Presbyterum, & Diaconum dicimus unius uxoris viros debere constitui, sive vivant eorum uxores, sive mortuæ fuerint: non licere autem ipsis, si post ordinationem conjugii expertes fuerint, amplius ad nuptias devenire: vel si mariti fuerint, cum aliis jungi, sed eâ contentos esse, quam habentes ad ordinationem pervenerunt. Ministros autem & Cantores & Lectores, & Janitores jubemus quoque unius uxoris esse. Quod si antequam matrimonio jungerentur, in Clerum profecti sunt, concedimus eis, ut, si velint, uxores ducant, ne, si peccarint, pœnas luant. Jubemus verò, ut nulli ex Clero liceat vel meretricem, vel servam, vel viduam & repudiatam accipere, sicut & Lex ipsa dixit.* Hæc D. Calixtus.

Nemo autem est, qvi fusiùs & doctiùs de Constitutionibus Apostolicis argumentum excusserit, celeberrimo, & in Antiqvitate Ecclesiasticâ versatissimo *D. Johanne Dallæo, editis libris III. de Pseudepigraphis Apostolicis seu libris octo Constitutionum Apostolicarum*

Apo-

Apocryphis, ex qvibus solam hîc notamus Conclusionem, qvæ ita sonat:

Conclus. Dall. de Constitut. Apostolicis.

Atque ita, inqvit Dallæus, *satis superq; demonstratum est, non modò Apostolicos non esse novem istos nuper à Turriano editos Canones, sed ne sani quidem, aut eruditi esse authoris; in quibus, ut nunc quidem liquet, nihil penè sani est aut integri, omnia absurda, ab historia divina atq; Ecclesiastica veritate, à doctrina sacra rationibus, ab omnium ferè Christianorum sententiâ aliena, ut non modo impudentem, sed etiam crassum, ac stupidum fuisse oporteat, qui tales ineptias præter omnem veri speciem sanctissimis Apostolis affingere ausus sit.* Qvo fit, ut, tametsi non nesciam, summam esse Turriani in his adversus nos disputationibus audaciam atqve inverecundiam, ac non mediocrem interdum inscitiam; vix tamen qveam in animum meum inducere, tam informem absurdumqve fœtum ab eo prognatum esse, potiùsqve eò propendeam, ut credam *Impostorem de istâ recentiorum Græculorum catervâ fuisse*, qvi dictam à Gregorio in Synodo 7. sententiam nactus, eam arripuit, excolendamqve ac perpoliendam putavit, & ex hoc rudimento pro captu suo (nihil enim est istis infimorum seculorum, Græculis neqvius, imperitius, & ad omnia in literis flagitia projectius) hanc Synodi scilicet Anthiochenæ fabulam stultissimè absurdissimèqve instruxit, ac fecit, in qvam cùm incidisset Turrianus, homo omnium qvisqviliarum, ineptiarum & anilium fabularum avidissimus, carbones pro Thesaurò nobis venditavit. Hæc autem paulò fusiùs, qvàm fortassis necesse erat, disputare libuit, ut omnis adversariorum frangeretur impudentia. Nam si apud homines candidos, sapientes & verecundos, qvales etiam in istis partibus plurimi reperiuntur, hæc causa agatur, non dubito, qvin ab ipso statim disputationis limine summovendus sit Turrianus. Cujus enim frontis est, post clausum obsignatumq; jam ante qvindecim penè secula Apostolicarũ scripturarũ Canonem, repente nobis novos istos omnibusqve antiqvissimis authoribus ignotos canones obtrudere, eosqve summâ vi in Apostolicorum librorum censum inferre velle; Si hæc licent, nullus unqvam erit Apostolici Canonis finis aut modus. Neqve enim unqvam deerunt procacia & inverecunda ingenia, qvæ suos partus Apostolis commodent, suasqve fabulas ac nænias gloriosissimo ac sanctissimo eorum nomine commen-

Impostor Græculus.

mendent. Atqvi contra & Turriani & Græcorum, & omnium, qvi fuerunt, qviqve erunt; impostorum audaciam, justissima hac antiqvissimaqve præscriptione abundè cautum erit, si nullus unqvam liber Apostolicus censeatur, vel pro Apostolico obtrudatur, nisi qvem in librorum Apostolicorum Canone disertè reposuerint vel omnes, vel certè plurimi priorum trium seculorum Patres; cæteri vel à Nomine primæ illius memoriæ, vel certè à paucissimis hoc in numero recensiti aut memorati, ex Ecclesiæ finibus è vestigio exterminentur, velut apocryphi, & ab hominibus vel improbis, vel otiosis infeliciter conficti. Neqve qvisqvam sit piorum adeò stultus, aut imperitus, qvi sibi ullius manuscripti codicis authoritate, vel ullius sive Turriani garrulitate, vel Montacutii pollicitatione persvaderi patiatur, *Apostolorum ea* esse, qvæ nemo trium beatissimorum & sanctissimis illis viris proximorum seculorum memoravit, nemo pro Ecclesiâ normâ ac regulâ agnovit. Qvale enim qvæso istud est, ut qvi verè sint Apostolorum libri, Justinus qvidem, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Origenes, Melito-Sardensis, & alii eorundem temporum sanctissimi atqve antiqvissimi viri, vel nescierint, vel scribere literisq; mandare noluerint. Turrianus verò & Bzovius, & Montacutius & alii nudius tertius nati, adhæc suspectæ omnes fidei, nonnulli & judicii parû sani id optime sciverint, fidelissimèqve monuerint. Sed hæc qvidem, de his plus satis. Qvi verè pius, verèq; Apostolorum amans fuerit, ille non temerè, neq; sine magnâ evidentiqve Veterum testimoniorum authoritate quicquam pro vero Apostolorum opere recipiet; qvâ Authoritate, præter eos libros, qvos summus Christiani orbis consensus jam pridem, & ab ipsis Ecclesiæ initiis, in Canonem sacrum retulit, cæteri omnes & Constitutionum & Canonum codices carent. Hæc è Dallæo de Autoritate & Constitutionibus Apostolorum hac occasione adferre, utile, imo necessarium judicavimus.

Qvisnam liber verè sit Apostolicus, vel pro Apostolico debeat recipi.

Seqvitur in textu Christophori Angeli:

§. CCCCLXXXIX

(I) *Qvando dicitur, à nuptiis, carnibus & vino sibi temperat, innuitur, qvòd sanctorum Apostolorum*

generoſiora vina naſcuntur. Qvid prohibet ab infantiâ ſic aſſvetum? 6.) Timotheus *non ita abſtinebat à vino, ut putaret, peccatum mortale committi, ſi biberet vinum*: contrà verò putant Papiſtæ, *peccatum mortale committi, ſi diebus vetitis carnem comederent*. 7.) *Exemplum eſt* hac, non *præceptum*, qvod imitari nullâ neceſſitate cogimur. Non enim omnia omnibus expediunt Eccleſ. 37. verſ. 31. 8.) Paulus liberam hanc Timothei abſtinentiam improbavit, interdicendo uſum aqvæ, & præcipiendo uſum vini, contra morem jejunantium. Hic igitur locus Pauli non pro Angelo & Coſtero, ſed potius contra eosdem facit.

K] *Contemplemur Johannem Baptiſtam &c.* Vide qvæ de hoc Johanne ſuprà in litera A] protulimus.

DE CARNE.

Pergit Chriſtophorus Angelus:

L] *Paulus 1. Cor. 7. Cibus nos DEO non commendat. Neqve enim, ſi ederimus, ideò abundabimus, neqve ſi abſtinuerimus, egebimus.*

Arg. Chr. Ang. pro Jejun. Mon. ex 1. Cor. 8. v. 8. Reſp.

Reſp. Eſt locus 1. Cor. 8. verſ. 8. In hoc loco nihil eſt, qvod Jejunium Monachorum ſtabiliat, ſed Paulus dicit: *Eſcam nos non commendare DEO. Neqve enim &c.* Ita eſt. Regnum enim Dei non eſt eſca aut potus, ſed juſtitia, pax & gaudium in Spiritu S. Rom. 14. v. 17. Et loqvitur Paulus de omnibus Chriſtianis in genere, non ſingulariter de Monachis.

M) *1. Cor. 10. v. 23. 24. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant.*

Arg. Chr. Ang. ex 1. Cor. 10. v. 23. 24.

Qvid hic locus ad Jejunia Monachorum? Dicit Paulus: omnia mihi licent ſcil. in rebus mediis, & adiaphoris, qvæ nec à Deo ſunt præceptæ nec prohibitæ.

N) *1. Cor. 6. v. 12. 13. Omnia mihi licent, sed non omnia conducunt. Omnia mihi permissa sunt, sed ego in nullius me patiar redigi potestatem, esca ventri & venter escæ. DEUS verò & hanc & illum destruet.*

Qvid ex hoc loco adjumenti pro adstruendo Jejunio Monachali? Loqvitur enim Paulus de discrimine ciborum & dierum, non de rebus per se inhonestis & peccaminosis. Has enim Apostolus supra damnaverat v. 9. 10. Sed restrictè, qvò de rebus in differentibus, qvæ sunt certa Licentiæ species, & qvarum usum Christianis Paulus concedit, per abusum autem eas noxias fieri docet.

Arg. Chr. Arg. ex 2. Cor. 4. v. 10.

O) *2. Cor. 4. vers. 10. Mortificationem Domini Iesu semper in corpore nostro circumferamus, ut etiam vita Iesu in corpore nostro manifestetur.*

Resp.

Respondeo. Et hic versiculus tantùm facit, vel pro statu, vel pro jejunio Monachali, qvantum facit pro spontaneâ flagellatione, qvam ex eo exsculpere conatur Gretserus Lib. 1. de Disciplin. cap. 3. ubi inculcat *proprii corporis flagellationem, ut qvæ sit Mortificatio Christi in corpore Pauli.* Resp. 1.) Vox *Mortificationis* hic non sumitur *propriè*, pro *Corporis afflictione*; sed *metaphoricè*, pro *Crucis tolerantiâ*, qvæ dicitur *Mortificatio Jesu*, qvia propter Christum, & qvidem ad veteris Adami mortificationem immittitur, & qvia per eam Christo capiti conformes reddimur. II.) Si maximè hoc in loco *mortificatio propriè* intelligenda esset de Afflictione Corporis, propterea non tamen intelligeretur *afflictio spontanea*, seu *flagellum proprio corpori sponte inflictum*: de eo enim nihil habet Paulus, sed de periculis & *ærumnis*, qvas ubiqve locorum invenit, qvocunqve tandem cum Evangelio suo se contulit. Itaqve locus nihil habet de *spontaneis flagellationibus à propriis manibus proprio corpori inflictis. Balduin.* in 2. Cor. 4.

Vers. 16.

P) *Verſ. 16. Propterea non deficimus, ſed qvamvis exterior noſter homo corrumpatur, interior tamen in dies renovatur.*

Arg. ex v. 16. 1. Cor. 4.

Reſp. Genuinus ſenſus hujus loci hic eſt: Etſi ex afflictionibus carnalis noſter homo indies fit infirmior; tamen novus homo indies per Dei gratiam fit robuſtior, & augetur in eo fides, ſpes & charitas. *Oſiander in Notis. D. Balduinus* hoc dictum paulò fuſiùs ita explicat *Comment.* in h.l.p 195. hoc modo: Qvarta conſolatio à proprio afflictorum commodo petita: *propter qvod non deficimus, ſed licet is, qvi foris eſt, noſter homo corrumpatur, tamen is, qvi intus eſt, renovatur de die in diem v. 16.* Superioribus rationibus addit Concluſionem: ſe propter dictas cauſas magno eſſe animo in adverſis: mox rationes alias adjungit, & in hoc qvidem verſu magnum ſibi emolumentum inde promittit, incrementum nimirum novi hominis. Externum hominem vocat eam ſui partem, qvâ nondum renatus eſt, qvæ aliàs caro appellatur. Et hic externus homo duo complectitur 1.) *Vitam animalem hominis cum omnibus deſideriis rerum temporalium, Sanitatis, Divitiarum, Honorum & ſimilium.* Qvæ deſideria etiam ſine peccato eſſe poſſunt, ſed non propriè renatorum ſunt, qvatenus talium. Ideò hi ſurſum cogitare jubentur. Coloſſ. 3. 2. 2.) *Deſideria peccatorum, ſeu malam concupiſcentiam.* Corrumpitur ergò homo externus, & mortificatur calamitatibus, qvæ delicias hujus mundi ſubtrahunt, & qvaſi frenum injiciunt, ne vires ſuas ut antè, cùm ſui juris erat, exercere patiantur. Et reſpectu carnalium horum deſideriorum externus homo vetus homo vocatur, & novo opponitur. Novum hominem vocat hominem renatum, qvi aliàs Spiritus appellatur, & ſapit ea, qvæ ſurſum, non qvæ ſuper terram ſunt. Coloſſ. 3. v. 2. Is de die in diem renovatur, qvia ſemper carni etiam in renatis reſiduæ reſiſtit, eamqve vincit, perpetuisqve exercitiis pietatis (qvæ ſub cruce magis fervent) qvotidiè corroboratur. Hæc Balduinus.

Qvid inde pro ſtatu Monachali, cùm locutio ſit generalis ad omnes Chriſtianos applicanda.

§. ccccxc.
1. Cor. 15. 50.

Q) *1. Cor. 15. verf. 50. Hoc verò dico fratres, qvod caro & ſanguis, Regnum DEI hæreditare non poteſt, nec corruptio incorruptibilitatem hæreditario jure adire.*

Reſp.

Reſp. Senſus hujus loci hic eſt: Humana natura (ut eſt jam peccato infecta, adeoqve corruptioni obnoxia) non poteſt particeps fieri æternæ felicitatis, niſi prius immutetur, & peccatum deponat. *Oſiander in Notis.* Qvid hinc pro Monachorum ordine?

v. 58. Firmi eſtote &c.

R) *Et denuò verſ. 58. Firmi eſtote, immoti, abundantes in opere Domini ſemper, ſcientes, qvod labor veſter non eſt inanis in Domino.*

Reſp.

Reſp. Genuina ſententia ex connexione præcedentium fluens hæc eſt. Loqvitur Paulus de reſurrectione, qvam hactenus contra eam negantes aſſeruit, jam concludit, his qvaſi verbis: Qvid? Et tribulationes hujus ſeculi fruſtra à nobis ferrentur, ſi non eſſet ſpes melioris ævi. Ego certè qvotidianas perpetior ærũnas Evangelii cauſâ, & maximas perpeſſus ſum, qvod ſanè nunqvã ſuſtinere potuiſsẽ, ſi ſpem beatioris vitæ non habuiſſem. Cur non potiùs cum Epicureis genio indulſiſſem, ſi nihil melius & beatius ſperandum eſſet? Qvapropter! O vos mei, cavete vobis à ſeductionibus: vetus verbum eſt Ethnici Poëtæ: Colloqvia prava corrumpunt bonos mores. Ita ſermones profani hominum impiorum polluunt animos ſimplices. Hos igitur cavete, torporem deponite, rectè vivite, verbo Domini credite, nec Deum contemnite, qvod eos facere neceſſe eſt, qvi reſurrectionem mortuorum rident, cujus profanitatis (ſi qva inter vos fuit) meritò vos pudere debebat. Hoc ſentit, hoc vult Paulus in illis à Chriſtophoro noſtro Angelo allegatis verbis. Qvid ergo hinc ſubſidii pro Statu Monachali?

2.Cor.7.v.9.

S) *2. Cor. 7. verſ. 9. Nunc lætor, non, qvia triſtitiâ affecti eſtis, ſed qvia triſtitiâ affecti eſtis ad reſipiſcentiam. Secundum DEUM enim contriſtati eſtis. Dolor autem, qvi ſecundum Deum eſt, pœnitentiam ad Salutem operatur.*

Reſp.

Reſp. Videamus, quid in hoc dicto virtutis lateat pro Monachatu. D. Paulus hoc vult dicere: Et qvanqvam priore epiſtolâ vos triſtitiâ affeci, non tamen me pœnitet, neque enim contra eum, qvo vos complector, amorem eſt. Illa enim triſtitia ex Deo eſt, qvæ vos ſcelus iſtud, qvod inter vos commiſſum eſt, agnoſcere docuit: qvalis divina triſtitia primus gradus eſt ſalutaris pœnitentiæ, ſecularis verò triſtitia, qvalis eſt in impiis, mortis & deſperationis ſæpè cauſa eſt, qvia nullam admittit conſolationem. Et ſanè veſtra pœnitentia vobis in hoc profuit, ut in poſterum majus adhibeatis ſtudium, ne tales ſcelerati inter vos tolerentur. Qvid qvæsò hoc pro Monachatu?

1.Cor.10.v.7

T) *1. Cor. 10. verſ. 7. Conſedit populus ad edendum & bibendum, ſurrexitq́ ad ludendum: Nolite verò murmurare, ſicut nonnulli eorum murmurarunt, & extincti ſunt ab Exterminatore. Hæc autem Typi loco acciderunt illis; ſcripta verò ſunt nobis ad Correctionem noſtram, in qvos finis ſeculi devenit, qvemadmodum & illi concupiverunt, & interierunt.*

Reſp.

Reſp. Hic locus nihil facit pro Monachis, ſed Apoſtolus dicit: Hæc de Iſraëlitarum peccato & pœnâ ſcripta eſſe nobis in correctionem noſtram, in qvos finis ſeculi devenit, i. e. omnibus Chriſtianis, non ſolis Monachis. Nam non in illos ſolos finis ſeculi devenit; ſed in omnes. Idem dicendum de conſolatione illa, qvam v. 13. exhibet.

v. 13.

v.13. Fidelis &c.

V) *Vers. 13. Fidelis verò est DEUS; qvi non patietur vos ultra vires vestras tentari, sed tentationibus imponet finem, ut sufferre possitis.*

Resp.

Resp. Spectat hæc consolatio ad omnes veros Christianos de monachis hic specialiter meminisse Divo Paulo ne qvidem in mentem venit.

1.Cor.9.v.25. Qvicunq; certat &c.

W] *1. Cor. 9. vers. 25. Qvicunqve certat, is ab omnibus abstinet, hoc est, & semper & ab omnibus noxiis sibi temperat. Hâc de causâ qvandoqvidem Monachi uxores non habent, licet illis & à carne abstinere, ne omninò vel aliquam delectationem gula illorum sentiat, atqve ita impletur in illis illud: omnis certans ab omnibus abstinet.*

Resp.

Resp. Mira est illa explicatio hujus dicti 1.Cor. 9. v. 25. *Qvicunq; certat abstinet ab omnibus &c.* Hâc de Causâ subjungit Angelus noster, *qvandoqvidem Monachi Uxores non habent, licet illis & à Carne abstinere, qvandoqvidem illis licitum est à mulieribus abstinere, ne omninò vel aliqvam delectationem gula illorum sentiat*; D. Paulus in his verbis nec conjugium honestum, nec certum genus cibi cum gratiarum actione moderatè sumtum ullatenus voluit interdicere, sed in postremâ hâc capitis IX. parte subjungit gravissimam adhortationem ad Corinthios, caveant sibi ab intempestivâ commessatione & conversatione cum gentilibus, ne in periculum salutis suæ incidant, sed potiùs hanc impendant operã, ut ad finẽ vitæ Fidem & bonã Conscientiã retineant illibatam: idq; proponit per geminã similitudinẽ, qvarum utraq; ad unum eundemq; scopũ tẽdit. Prima petita est à Cursoribus, de qvâ v.4. loqvitur; altera ab Athletis. Ideò v.25. subjungit: *Qvod omnis, qvi in agone certat, ab omnibus abstinet. Ab omnibus abstinet*, inqvit Apostolus, iis nimirum, qvibus ad certamina ineptiores fieri possent, qvalia sunt: Crapula, Luxuries, Splendor vestium,

um, in qvibus corp9 oneratur potiùs, qvàm ornatur: à cæteris enim, qvæ necessaria corporis sustêtatio reqvirit, non abstinet. Ita Christianis non omninò interdicta est rerū domesticarū Cura, alioqvin mira rerū omnium confusio introduceretur, qvin & ex mundo egrediendum esset. Sed voluptas hujus seculi, Luxus carnis, Avaritia & similia vitia prohibentur, qvibus in studio pietatis impediri possent. Hoc vult D. Paulus his verbis. Ergone Virginitatem perpetuam cum Voto suscipiendam imperat? Ergonè certorum Ciborum jejunium injungit? Minime omnium. Hinc etiam verum sensum seqventis dicti facilè possumus asseqvi:

X) *Contundo corpus meum & in servitutem illud redigo, ne aliis prædicando, ipse reprobus fiam. Illud verò: contundo corpus meum, significat, qvod Paulus valde jejunaverit, & Carnem jejuniis domuerit.*

Respondeo: Contundo, ὑπωπιάζω, est vox à Pugilibus desumpta, qvi ὑπώπια faciunt h.e. plagas lividas in Facie, qvæ nec absq; dolore, neq; absq; dedecore sunt. Manet itaq; Paul9 in eadē Metaphorâ ab Athletis petita, & dicit: Ego qvoqve ferio pugno, & ideo contundo corpus meum. Intelligit autem Contusionem carnis talem qvâ pravis affectib9 resistitur, temperantiâ, Laboribus, Vigiliis, & aliis externis exercitiis, qvibus Caro naturâ suâ petulans in servitutem redigitur, ne dominetur spiritui, hominemqve in præcipitia Vitiorum abripiat. Corpus enim hic non est Corpus physicum Pauli, sed corpus peccati, qvod aliàs Caro & Vetus homo appellatur. Hæc Balduinus.

Synodus Gangrensis Canone 8.

§. ccccxci. *Textus. Chr. Angel.*

Y] *Qvicunqve Virginitatem custodiens aut vitam cœlibem ducens, ideo qvod nuptias velut rem abominandam esse existimet, & non ideo potius à*

 nuptiis

nuptiis abstinet, quod bonum & sanctum sit nomen Virginitatis, Anathema sit.

Syn. Gang. contra quos congregata.

Nota, Synodum hanc Gangrensem congregatam fuisse contra Eusthatium quendã (de quo paulo post in Relatione Historica Cœlibatus Clericorum aliqua proponentur) ejusque inprimis asseclas Conjugatos Presbyteros repudiantes &c. Sozomenus lib. 3. c. 13. scribit, *à nonnullis* Eusthatium ipsum, *Sebastenum* videlicet illum Sebastiæ in Armenia Episcopum, *culpa eximi & quosdam ejus discipulos* (id forte à veritate omnium minime alienum esse dicit D. Calixtus p. 203. de Conj. Cler.) accusari, ὡς γάμῳ καταμεμφομένους καὶ τοὺς γεγαμηκότας πρεσβυτέρους ὑπερφρονοῦντας, quod nuptias reprehendat, *quod in ædibus eorum, qui matrimonium contraxerint, orare renuant, quod Presbyteros, qui habent uxores, contemnat, quod diebus Dominicis jejunent, quod in ædibus agant conventus, quod divites omninò à Regno Dei exclusos pronuntient, quod detestentur eos, qui carnibus vescuntur, quod tunicas & stolas communiter quidem usitatas induere nullo modo velint, sed peregrino & insueto vestitu utantur, quod deniq; alia quamplurima innovare studeant.* Unde mulieres non paucæ adductæ in fraudem primum viros deseruerunt, deinde, cum non possent se temperare, stupro graviter peccarunt. Socrates lib. 2. c. 33. ita scribit: *Eusthatius* γαμεῖν ἐκώλυε καὶ βρωμάτων ἀπέχεσθαι [respicit verba Apostoli. 1. Tim. 4. vers. 3.] ἐδογμάτιζεν, &c. hoc est, *nuptias fieri prohibuit, à cibis abstinendum docuit, unde nonnullos, qui nuptias contraxerant, à connubio segregavit. In ædibus conjugatorum precationes fieri vetuit & benedictionem & communionem Presbyteri habentis uxorem, quam Lege, cum esset Laicus, duxisset, tanquam scelus declinandam præcepit.* Hæc Socrates.

Præf. Synodi Episc. Arm. compellans.

Notatu etiã digna est Præfatio Synodi, Episcopos Armeniæ cõpellans, cujus hoc est initiũ: *Quoniam Sanctissima Episcoporum in Gangrensi Ecclesia propter quasdã Ecclesiasticas causas congregata Synodus, in quæstionem venientibus etiam illis, quæ per Eusthatium gesta sunt, deprehendit, multa perperam ab iis, qui Eustathium sequuntur, facta; necessario constituit & omnibus manifestare allaboravit, quæ facerent ad tollenda ab ipso pravè commissa. Etenim inde quod nuptiæ vituperantur, & quod docetur nullum in*

in conjugio constitutam spem apud DEUM habere, multa maritata mulieres in fraudem inducta suos viros, & viri suas uxores deseruerunt: inde quum interea continere non possent, adulteria commiserunt, & in ædibus conjugatorum preces fieri nolunt, & factas contemnunt, & oblationum, quæ in conjugatorum domibus sæpè fiunt, participes esse recusant, & Presbyteros Conjugatos despiciunt, & sacramenta ab illis confecta non attingunt. Canon primus hic est. Εἴ τις τὸν γάμον μέμφοιτο, καὶ τὴν καθεύδουσαν μετὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς οὖσαν πιστὴν καὶ εὐλαβῆ βδελύσσοιτο ἢ μέμφοιτο, ὡς ἂν μὴ δυναμένην εἰς βασιλείαν εἰσελθεῖν ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis nuptias vituperat, & dormientem cum suo viro fidelem ac religiosam detestatur ac criminatur, quasi regnum DEI non possit ingredi, anathema sit.*

In Epilogo tandem concludunt: ἡμεῖς τοιγαροῦν παρθενίαν μετὰ ταπεινοφροσύνης θαυμάζομεν, καὶ ἐγκράτειαν μετὰ σεμνότητος καὶ θεοσεβείας γινομένην ἀποδεχόμεθα καὶ ἀναχώρησιν τῶν ἐγκοσμίων πραγμάτων μετὰ ταπεινοφροσύνης ἀποδεχόμεθα, καὶ γάμου συνοίκησιν σεμνὴν τιμῶμεν. *Nos itaque virginitatem cum humilitate conjunctam admiramur; & continentiam, quæ cum gravitate & pietate exercetur, suscipimus, & recessum à mundanis negotiis admittimus; & venerabilem matrimonii cohabitationem honoramus.* Hæc ex Historia illius Synodi: De qvâ noster *Dn. D. Martinus Chemnitius* more suo, hoc est, doctissimè ita commentatur.

Maximè verò illustre exemplum extat in Synodo Gangrensi, qvomodo constitutio Nicæna, contra legem de cœlibatu Sacerdotum, in actum fuerit deducta. Eusthatium enim Episcopum narrat Sozomenus, lib. 3. c. 14. in Armeniam, Paphlagoniam, & reliqva circa Pontum loca primum introduxisse Monachatum, præscriptâ peculiari regulâ, de cibis, de vestitu, & de aliis rebus, & dicit, qvosdam confirmare, *librum Asceticum, qui Basilii titulo fertur, hujus Eusthatii esse.* Is igitur inter cætera, qvæ dissentanea in canonibus & typis Ecclesiasticis instituit, γαμεῖν ἐκώλυε, sicut Socrates inqvit, prohibuit contrahere matrimonium. Et multis mulieribus conjugatis persvasit à consvetudine conjugali abstinere, qvas Sozomenus dicit, posteà cum continere non possent, in adulteria incidisse. Præcipuè verò Sacerdotum Conjugio iniqvus fuit, qvod Socrates ita describit, εὐλογίαν καὶ κοινωνίαν, hoc est, preces

Lib. Ascetic. qui Bas. tit. fertur hujus est Eusthatii.

ac Sacramenta Presbyteri uxorem habentis jussit fugere, ὡς μύσος, tanqvam pollutionem & piaculum. Sozomenus dicit discipulos hujus Eusthatii καταμεμφομένους, hoc est, vituperasse seu reprehendisse conjugium & Presbyteros uxoratos contempsisse. Significat autem ὑπερφρονεῖν, qvo verbo Sozomenus utitur, aliqvem præ se contemnere, & qvasi ex alto despicere. Cœpit autem institutum illud Eusthatii paulo ante tempus Nicæni Concilii. Meletius enim, qvi primus Arium protraxit, substitutus fuit huic Eustathio, cum à proprio suo parente Episcopatu dejectus fuisset, post qvam dejectionem Monachatum illum instituit. Et hæc observatio de tempore historiæ Eustathii ostendit, ante tempus Nicænæ Synodi, sicut in Hispaniis & Galliis, ita etiam in Armenia, Paphlagonia, & circa Pontum, legem de cœlibatu Sacerdotum magno supercilio caput exerere. Et qvia magnam institutum hoc habebat speciem sanctitatis, castitatis & puritatis, primò non ausi fuerunt Episcopi illius loci se opponere, sed cum Nicææ, publicâ authoritate lex illa esset repulsa, abrogata & antiqvata, cui Synodo etiam Armeniæ, Paphlagoniæ & Ponti Episcopi interfuerant, reversi igitur domum, cum authoritate Nicænæ Synodi armati essent, non longè post, Gangris Concilium celebrârunt, in qvo Monachatum Eustathii damnârunt, & nominatim contra legem de cœlibatu Sacerdotum posuerunt, 4. Canonem. *Si qvis discernit inter presbyterum conjugatum, tanqvam occasione nuptiarum, qvod offerre non debeat, qvodqve non oporteat, eo ministrante de oblatione percipere, & ab ejus oblatione ideò se abstinet, Anathema sit.* [Qvæ verò hujus Canonis sententia sit ex historia Eustathii, qvam ex Socrate & Sozomeno recitavimus, intelligi potest.

f. CCCCXCII. Textus Chr. Angel.

Z) *Ejusdem scil. Gangrensis Synodi Canon. 18. 17.*

Si qvis eorum, qvi continentiæ student, absqve corporeâ necessitate, tradita in commune & ab Ecclesia observata jejunia superbiendo & perfectâ solidâq; ratione destitutus negligit, anathema sit.

Audia-

Audiamus v. qvid Doctissimus noster Chemnitius in Examine Conc. Trid. T.IV.p.133. 134. ad illustrationem hujus Canonis consignavit.

Porrò circa annum Domini 320. Eustathius, Sebastiæ in Armenia Episcopus, à carnium esu abstinendum docuit; non qvod cum Manichæis eas immundas & abominandas judicaret, sed alia opinione & specie, qvæ qvalis fuerit ex historiis ostendendum est. Socrates lib.2.cap.33. dicit, Eustathium multa præter ritus Ecclesiæ tentasse. Et inter cætera recenset hoc, βρωμάτων ἀπέχεσθαι ἐδογμάτιζεν, à cibis abstinendum docuit, καὶ τὰς μὲν ὁρισμένας νηστείας ἐντρέπεσθαι, & præscripta seu constituta qvidem jejunia aversanda, Dominicis verò Diebus jejunandum docuit. Sozomenus verò lib. 3. cap.13. clarius explicat, qvâ opinione & specie Eustathius hoc fecerint. Armenis, inqvit, autor fuit monasticæ disciplinæ σπουδαίας, austeræ seu accuratæ vitæ, καὶ εἰσηγητὴν γενόμενον ἐδεσμάτων τε ὧν χρὴ μετέχειν καὶ ἀπέχεσθαι, καὶ πολιτείας ἀκριβοῦς, & extitisse ipsis autorem, qvi instituit & introduxit accuratam, exactam, exqvisitam seu consummatam disciplinam, qvibus cibis sit utendum, & à qvibus abstinendum. Dicit autem Sozomenus, Eustathium prænimis exqvisita disciplina ad absurdas observationes delapsum. Et addit, qvosdam ex sectatoribus ipsius accusari, qvod Dominicis Diebus jejunarint. Adjicit & hoc, Eustathium in Synodo Gangrensi se declarasse οὐκ αὐθαδείας ἕνεκα, ἀλλὰ τῆς κατὰ θεὸν ἀσκήσεως, qvod non contumaciæ aut arrogantiæ, sed religiosæ exercitationis erga Deum gratia, illa instituisset & introduxisset. Hæc ex Sozomeno ipsius verbis, qvæ plana sunt, describere volui, nam interpres Angelus sententiam illam non fideliter reddidit. Et in actis Concilii Gangrensis dicitur, Eustathium docuisse, carnium cibos illicitos esse. Sed Sozomenus clarius opinionem illius exponit.

Consideretur autem Ordo historiæ de jejuniis, cum enim Manichæorum dogma de prohibitione ciborum, propter crassam blasphemiam, invisum esset omnibus, statim superstitio cogitavit, si hac non successit, alia aggrediendum est via. Eustathius igitur primum Monachis suis præscripsit exqvisitam disciplinam, quibus cibis uti possent, & à qvibus abstinere deberent, à carnibus scilicet sicut Gangrensis Synodus declarat. Et illam abstinentiam propo-

fuit, non eâ opinione sicut Manichæi, qvasi carnes immundæ & abominabiles essent, sed διὰ ἄσκησιν κτ̀ θεὸν, propter exercitationem cultus divini. Postea institutum illud multi alii etiam amplexi sunt, & adversus alios, qvos præ se contemnebant, se extollebant, arrogantes sibi justitiam & perfectionem, sicut Gangrenses Canones ostendunt. Et diligenter observetur, qvando & qvo autore instituta fuerit disciplina illa, præscribens & præcipiens, qvibus cibis sit utendum, & à qvibus sit abstinendum, in exercitiis cultus divini, qvodæve in tali ciborum delectu consistat cultus Dei.

Propter illam verò controversiam vicini Episcopi ad Synodum Gangrensem convenerunt. Et in 2. Canon. ita decreverunt: *Si qvis eum, qui carnem* (excepto sangine, idolothyto, & suffocato) *ex fide cum religione manducat, condemnarit, velut spem propter hujusmodi perceptionem non habeat, anathema sit.* Et cap. 19. dicunt, *Si qvis earum, qvi in proposito sunt continentiæ præter necessitatem corporalem, & superbiens communia jejunia totius Ecclesiæ putaverit contemnenda, perfectam sibi in sua scientia vindicans rationem, anathema sit.* Qvomodo vero Eustathius communia Ecclesiæ jejunia contempserit, ex instituto ipsius intelligi potest, qvod scilicet non ex luxu qvodam hoc f. cerit, sed prætextu exactioris continentiæ, sæpius & strictius jejunandum docuerit, ita ut ne Dominico qvidem die solvendum voluerit jejunium, sicut Concilii Canon. 18. dicit: si qvis tanqvam hoc continentiæ convenire judicans die Dominico jejunaverit, aut in ejusdem diei contemtum, anathema sit. In hoc igitur Gangrensi Concilio libertas novi Testamenti de cibis rectè defensa est, qvod scilicet, qvi ex fide cum timore Domini carens manducat, non sit condemnandus, qvasi propter earum perceptionem spem non habeat. Prohibitio igitur Carnium tempore jejunii sub peccato mortali & sub pœnâ damnationis, tunc nondum fuit in Ecclesia. Tentata qvidem fuit prohibitio illa, sicut ostendimus, sed Ecclesia tunc illam non recepit, sed damnavit. Qvia vero Monachi & Clerici abstinebant & abstinentia illa laudari incipiebatur, tanqvam eximium exercitium cultûs divini, sicut ex hisce narrationibus patet. Illa admiratio peperit postea æmulationem, inde facta est consvetudo,

Prohibitio Carnium tẽpore jejunii qvomodo sẽsim introducta.

do, & tandem ex consvetudine lex, sicut seqventes historiæ ostendent.

HISTORIA SPIRIDONIS.

§. cccexciii.

Et hactenus qvidem per annos post CHRISTUM natum trecentos, superstitiosæ leges & opiniones de forma jejunii & discrimine ciborum, variis coloribus tentatæ, sed vel privatis piorum, vel publicis Ecclesiæ judiciis repressæ & refutatæ fuerunt.

Cumq; vetus Ecclesia, sicut ex Tertlliano ostendimus, jejunia & qvæ ex consvetudine usitata esse cœperant, & qvæ pro temporibus & causis cujusqve vel indicebantur vel suscipiebantur, non ex imperio, nec sub lege præcepti, sed ex arbitrio, indifferenter & liberè servaret, nec certæ vel necessariæ essent observationes, qvandiu & à quibus cibis, jejunii tempore esset abstinendum. Videbimus jam porrò, qvomodo post annum Domini trecentesimum, in liberis illis & dissimilibus observationibus, ex admiratione austerioris disciplinæ in prolixioribus jejuniis, & voluntaria à carnibus abstinentia, qvidam privatim opinionem vel necessitatis vel meriti conceperint, qvidam verò publicè legem necessitatis, & tempori jejuniorum & discrimini ciborum sub prætextu Apostolicæ traditionis, adscribere conati sint, idqve opinione meriti & pœna damnationis. Et qvomodo tamen subinde vestigia qvædam veteris & primitivæ libertatis manserit, retenta & defensa fuerint, donec tota ea collapsa & sublata est.

Post annum trecẽtesimũ ex admiratione austerioris disciplinæ, qvidã in jejuniis opinionẽ necessitatis & meriti conceperunt.

Ita ergo hoc loco adscribemus celebrem historiam Spiridonis, qvi circa tempora Nicænæ Synodi & postea, vixit. Sic autem describitur historia illa apud Sozomenum, lib. 1. cap. 11.] Cum instaret Qvadragesima, qvidam ex itinere divertit ad Spiridonem, qvibus diebus ipse cum suis solebat jejunia continuare, ita ut certo seu statuto die cibum gustaret, intermediis autem seu interpositis diebus ἄσιτος sine cibo permaneret, cum igitur Spiridion hospitem valde fessum videret: Age, inqvit, filia, lavato hospiti pedes, & qvod comedat ei appone; cùm verò filia responderet, nec panem, nec farinam

Hist. Spirid.

seu

seu polentam adesse, propter jejunium enim supervacua fuisset horum apparatio, Spiridion cùm prius precatus esset, & veniam petiisset, mandavit Filiæ, ut carnes suillas, qvas domi salitas habebat, coqveret, qvibus coctis, hospitem fecit secum accumbere, deqve appositis carnibus, ipse cœpit comedere, hortans hospitem, ut idem faceret, qvi cum illud facere recusaret, diceretqve se Christianum esse. Hanc, inqvit, ob causam, eò minus recusare debes, Verbum Dei enim pronunciat, Mundis omnia esse Munda. Multa in hac historia notanda sunt. Ostendit enim *primò*, qvòd tunc in Qvadragesima qvidam liberè Jejunium per aliqvot dies, sine ullo cibo continuarunt. Et in illis regionibus, sicut Mirandulanus de prænotionibus lib. 3. inqvit, per duos, tres, aut qvatuor dies, ab omni cibo abstinere, nec mirum, nec molestum erat, qvod in nostris frigidioribus locis, vel impossibile vel miraculosum esset. *Secundo*, qvod in Qvadragesima pane & polenta contenti, ab esu carnium abstinuerint. De illa verò libera & dissimili observatione antea ex Irenæo qvædam annotavimus, & mox ex Epiphanio & Socrate etiam qvædam adscribemus. *Tertiò*, qvod accesserit tunc opinio necessitatis, Christianum scilicet in Qvadragesima non posse bona conscientia, & sine peccato carnes comedere, sed necessario tunc ab illis, si Christianus esse velit, abstinere debere; *Qvartò*, qvod Spiridion, licet prius veniam à Deo petat, qvod præter suum morem & institutum, illo die cibum capere & in Qvadragesima carnes comedere vellet, libere tamen sine scrupulo conscientiæ, & ipse carnes comederit, & hospitem, ut idem faceret, hortatus sit. *Qvintò*, cum hospes religionem prætenderet, & recusaret in Qvadragesima carnes comedere, eò qvod existimaret, Christianis sine peccato hoc non licere. Spiridion disertè negat hoc, & argumentum hoc invertit & refutat, propter hanc ipsam causam, inqviens, qvod Christianus es, eò magis non debes recusare esum carnium, etiam in Jejunio Qvadragesimæ; qvia Deus ipse sine prohibitione & exceptione pronunciat: Mundis omnia esse Munda, qvod si ipse Spiridion rectè expendisset divinum illud oraculum, Actor. 10. Qvod Deus purificavit, tu ne commune dixeris, non opus fuisset prius veniam petere, qvasi in Qvadragesima comedendo carnes, aliqvid prohibiti & illiciti facturus esset. Manifestè igitur hæc historia utrumqve ostendit. Et, qvod liberis illis obser-

Qvænam in hac Hist. notanda.

1. 2. 3. 4. 5.

ſervationibus cæperint affingi opiniones neceſſitatis, qvibus etiam magni viri faſcinari cæperunt. Et, qvòd tamen objectis conſcientiæ ſcrupulis & laqveis, ad fundamenta ſcripturæ reſpexerint, unde ſuperſtitioſæ illæ opiniones repreſſæ ac refutatæ & libertas Novi Teſtamenti uſurpata ac defenſa fuit, ſicut exemplum hoc Spiridionis oſtendit. Hæc Chemnitius. Qvi plura de hoc Spiridionis exemplo legere cupit, is adeat *Johannem Dallaum in lib. de Jejuniis & Qvadrageſima.*

Aſcetica Magni Baſilii.

Cap. 25.

§. ccccxciv. *Textus Chr. Ang.*

Aa) *Verum ſi additum edulium hoc ſale conditum, qvod à ſanctis Patribus alicujus condimenti loco cibis ſuperaddere conſtitutum eſt, reliqvis eduliis aqveis aut herbaceis admixtum fuerit, non prætextu ſc. vanæ & electitiæ pietatis, ut carnem fugiens. [Conſidera, qvid dicat? ut carnem fugiens, hoc nimirum vult innuere, tempore Magni Baſilii Monachis peculiarem morem fuiſſe, à carne abſtinere.]*

Reſp.

Duo hic obſervanda 1. qvo loco habenda Aſcetica Magni Baſilii. 2. qvid de eo cenſendum, qvod Chriſtoph. Angelus dicat, tempore Magni Baſilii peculiarem morem fuiſſe à carne abſtinere.

Aſceticũ an ſit Baſilii?

Qvod ad prius attinet, paulo ante è D. Chemnitio audivimus, Aſceticon illud Euſtathio Sebaſtæ Epiſcopo, qvi in Synodo Gangrenſi condemnatus eſt, adſcribi. Id qvod prolixius deducit D. *Joh. Gerhardus in Patrologia pag. 252. 253.* Ἀσκητικὸν à Baſilio ſcriptum Hieronymus cenſet, ſed Sozom. lib. 3. cap. 13. *affirmat, nonnullis viſum ejus autorem eſſe, Euſtathium, qvi Sebaſtiæ in Armenia Monaſticæ vitæ Autor extiterit.* Vide Sozom. Aſcetica in Catalogo monumentorum ejus in Monodia Nazianzeni non habentur.

Qværstiones compendio explicatæ non sunt indubitatæ. Niceph. lib. 9 cap.16.& lib.13. cap.29. ac Sozomenus lib.3. cap.13. dicunt, *à multis tribui Eustathio Sebasteno Basilii ascetica*, id qvod Bellarm. putat de qværstionibus compendio explicatis intelligendum, cùm q. 1. & 95. damnentur traditiones, qvas Basilius in lib. de S.S. cap. 27. acriter defendit. Item q. 4. & 293. videtur tollere discrimen peccati mortalis ac venialis. Bellarm.lib.1.de amiss.gratia c.13. *Non constat, an hæ qvæstiones sint Basilii magni, an potius Eustathii & Sebastiani, cujus multi graves errores damnati sunt in Concilio Gangrensi. Huic enim autori hoc opus adscriptum fuisse, testes sunt Sozomenus lib.3. Hist.c.13. & Niceph. l.9.c.16.*

Nicetas commentator Nazianzeni in Orat.30. Nazianz. num. 6. scribit, *institutionem Monasticam non Basilio, sed Eustathio Sebastiæ Episcopo tributam à Nicephoro in Ecclesiastica Historia.*

Constitutiones adulterinæ sunt. 1. in qvibusdam Codd. plures, in aliis pauciores reperiuntur. 2. Stylus harum constitutionum non est similis reliqvis Basilii scriptis. 3. nullam earum mentionem facit Greg. Nazianz. in Vita Basilii, ubi tamen reliqva ejus scripta diligenter recenset. 4. qvi eas scripsit, ostendit, se hanc vitam diu coluisse: At verus Basilius in Episcopatu vitam exegit.

Vide qvoqve *Andr. Rivetum in Crit. Sac. lib. III. pag. 330. 331.* Qvod autem ad alterum attinet, qvod Chr. Angelus scribit: *Considera quid dicat? ut Carnem fugiens? hoc nimirum vult innuere, tempore Magni Basilii Monachis peculiarem morem fuisse à carne abstinere.* Nota, qvid de prohibito Carnium esu scribat *Joh. Dallæus de Jejun. & Qvadr. l.2 cap.2.p.222. 223. seq.* Qvod ad delectum ciborum, qvibus Jejunium solvitur, spectat, meminisse decet nos, non piscium odio, qvos isti dierum νηστιμων cibum esse volunt, carnium esum defendere. Utrisqve enim & vesci, & abstinere Christiano perinde licere putamus; ac si nihil aliud sit, nos sanè in fratrum gratiam carnibus qvoqve libenter abstinebimus; neqve qvi abstinent, si modo liberè, non ex lege, si ex caritate in fratres, non ex alicujus hominis imperio abstinent, damnamus, vel damnandos putamus. Unam istorum superstitionem ridemus, qvi piscibus, vel oleribus sanctius pranderi, cœnariqve putant, qvam bubulâ, aut vervecinâ; tyran-

De abstinētia ab esu Carnium.

Nō odio piscīū carniū esum defendimus.

Superstitionē ridemus.

rannidem odimus, qvi ſcortationes & cædes non ſeverius, qvam carnium per tempora Jejuniorum eſum interdicunt; certè multò diligentiùs, multoqve acriùs in ſtultiſſimæ legis violatores, qvàm in homicidas & adulteros inqvirunt atqve ſæviunt. In illos, igne animadvertunt; hos impunè volitare ſinunt. Et diebus νηςίμοις, qvales ſunt qvadrageſimales, macella qvidem, lanionumqve tabernas accuratiſſimè claudunt, ac ne qvid carnium venale in civitates importetur, moroſiſſimâ diligentiâ provident; publicæ verò libidinis loca, turpesqve lenonum, ac proſtibulorum cellas patere nulla ſimili ſeveritate prohibent; qvaſi gravius ſcilicet peccent, qvi ovillam carnem, qvam qvi ſuam, aut alienam pudicitiam vendunt, vel ſit flagitioſius lardum, qvam ſcortum tetigiſſe. Sed nos ſupra de hujus iſtorum inſtituti, tum abſurditate, tum etiam immanitate ſatis multa diximus; qvæ hic tenenda, animoqve repetenda ſunt, ut ſciatur, qvis propriè ſit hujus qvæſtionis ſtatus. Nunc videamus, qvid ex Veterum monumentis ad tuendum errorem tam craſſum afferant.

Ego ſanè fateor carnium abſtinentiam non eſſe apud Chriſtiani nominis homines novitiam; neqve fruſtra Paulum contra hanc inſaniam vigilaſſe, in quam tàm multi tàm maturè impegerunt. Adverſariis plurimi hac in parte ab ipſis Chriſtianiſmi initiis præiverunt. Nam eſum carnium & ſtatim Ebionitæ, & mox Encratitæ, tum Euſtathiani, & poſtea Manichæi, atqve Priſcillianiſtæ repudiarunt, & Marcionem, itidem ut adverſarios, *maris copias ſanctiorem cibum deputaſſe*, ex Tertulliano a) ſcimus. Hos eqvidem iſtis libens dono, ſane Veteres, qvis neget? ſuæ diſciplinæ Patriarchas. Sed eas reſpuit Bellarminus b) ac ſtrenuè indignatur ſuæ ichthyophagiæ originem ab his auctoribus repeti; qvorum ſcilicet damnnata ab omni antiqva Eccleſia nomina atqve inſtituta non ignorat. Negat enim, qvæ iſtis fuerunt, eaſdem ſibi, ſuisqve eſſe à carnibus abſtinendi cauſas; illos abſtinuiſſe, qvod carnes natura ſua immundas, eoqve illicitas eſſe putarent; ſe ſuosqve abſtinere, non qvod naturâ immundas, eoqve illicitas eſſe putarent; ſed qvod domandis concupiſcentiis ab Eccleſiâ ſuâ vetitas fuiſſe ſciant; itaqve illos qvidem ſemper, ac ubiqve abſtinuiſſe; ſe verò interdictis tantum temporibus abſtinere;

Epiph. hær. 30.
Aug. hær. 25.
Socrat. l. 2. c. 33.
Aug. de Morib. Manich. c. 13.
Id. hær. 70.
a) *l. 1. contr. Marcion. c. 14.*
b) *l. 2. de Bon. oper. c. 3. & 4.*

ſtoli convenit, qvod in Montaniſtas jecit Hieronymus, *Tanta paſſi eſtis ſine cauſa.* Quod ſi Tatianum avum ſuum fuiſſe negent (tametſi negare, niſi falſo ac immerito, non poſſint) Montanum qvidem certè verum ac indubitatum ipſorum parentem, inficiari non poſſunt. Ille enim, ut ex Tertulliano ejus ſectatore, ac defenſore conſtat, Xerophagias ſuis præcepit, hoc eſt moroſas à carnibus & ab omni uvidiore cibo abſtinentias, qvas iſte ſic deſcribit, *Xerophagias obſervamus (inqvit) ſiccantes cibum ab omni carne, & omni jurulentia, & uvidoribus quibusq; pomis, ne qvid vinoſitatis vel edamus vel potemus; Lavacri quoq; abſtinentiam, congruentem arido victui.* Sed ad hanc Xerophagiam vini abſtinentia eodem teſte pertinebat; *Et hæc autem* (inqvit) *ſtrictura potus Xerophagiæ portio eſt, &c. Qvalis enim eſus, talis & potus. Veriſimile non eſt, ut qvis dimidiam gulam Deo immolet.* Jam ad hæc nihil valet ad Encratitarum objectionem allata Bellarmini de diverſis abſtinentiæ cauſis cavillatio. Montanus enim carnes neqve naturâ ſuâ immundas, neqve ab alio, qvàm à Chriſti Patre vero Creatore conditas docebat; neqve in perpetuum ab iis abſtineri jubebat, ſed qvibusdam tantum temporibus humiliandæ, ac caſtigandæ carnis gratia; planè, ut hodie adverſarii; qvæ omnia ex Tertulliano clara ſunt. Is enim diſerte negat, apud ſuos *perpetuam abſtinentiam præcipi ad deſtruenda & deſpicienda opera Creatoris; qvales (inqvit) inveniam apud Marcionem, apud Tatianum, apud Jovem hodiernum de Pythagora hæreticum; non apud Paracletum.* Et ſtatim initio operis, totam hanc invidiam amoliens negaverat Montanum *alium DEUM prædicare, vel Jeſum Chriſtum ſolvere*, vel *aliqvam* deniq; *fidei aut ſpei regulam evertere.* Abſtinentiam verò illam è carnibus apud Montaniſtas perpetuam adeò non fuiſſe teſtatur, ut etiam anno toto non plures, qvam decem Xerophagiarum dies ab iis obſervatas affirmet. *Qvantula eſt enim apud nos* [*inqvit*] *interdictio ciborum? Duas in anno hebdomadas Xerophagiarum nec totas, exceptis ſcilicet Sabbatis, & dominicis, offerimus Deo, abſtinentes ab eis, qvæ non rejicimus, ſed differimus.* Plane ſimilis eſt apud adverſarios abſtinentiæ à carnibus ratio. Nam abſtinent & ad tempus, non in perpetuum, & ζαπεινοφερούσης, id eſt humiliandæ, domandæqve carnis gratia. Ergo iſti Montaniſtarum vera, ac genuina proles; niſi qvod à

ξηροφαγίαι apud Veteres

§. ccccxcv. *Montani ſẽtentia eruitur.*

Parentibus, ut progenies origine deterior esse solet, nonnihil degenerarunt. Nam cum Montanistæ duas tantum Xerophagiarum hebdomadas observarent, hi si bene supputes, plures, qvam qvindecim toto anno observant; & cum illi & à carne, & ab omni jurulentia, & à pomis etiam uvidioribus, & maxime à vino abstinerent, hi nostri solas carnes exhorrescunt; pisces & poma, cæterosqve cibos, qvantumvis uvidos, & vina etiam generosissima, impune usurpant; qvos adeò Tertullianus si viveret, *cibis si forte sobrios, potu* certè *ebrios* diceret, argueretqve *velut non totam, sed dimidiam* tantum *gulam Deo immolantes*. Hæc Dallæus cap. 2.

Parallelism. causæ Vet. Cathol. adv. Mõtanist. & nost. advers. Latinos hodiernos ostẽditur.

Cap. III. ostenditur *Parallelismus causæ veterum Catholicorum adversus Montanistas & nostræ adversus Latinos hodiernos* ex Tertulliano à pag. 230. ad pag. 244. Cap. IV. refellitur prima Adversariorum pro carnium interdictione objectio ex Philonis Ascetis desumpta, qvos Essenos Judæorum, non autem Christianos fuisse probatur. Initium capitis valdè notabile hoc est. Atqve hæ qvidem sunt, qvantum ex veteri historia intelligere licet, Romanæ carnium abstinentiæ, veræ ac antiqvæ sanè Origines; non apud Apostolos, vel apud propagatam ab iis Ecclesiam, sed apud teterrimos, & ab omnibus retro Catholicis damnatos hæreticos, Encratitas, Marcionitas, Montanistas, & cæteros ejusdem commatis heroas. Notabilis qvoqve est Conclusio: pag. 248. 249. Jam qvi fuerint illi Philonis asceta, illud qvidem certe constat, eos, non universam, sive Judæorum, sive Christianorum gentem, sed proprium ac privatum qvorundam ex gente τάγμα, sive ordinem, aut sectam fuisse hominum sua qvædam propria, ultro suaq; voluntate, non autem totius gentis lege suscepta instituta colentium; idq; non Philo modo apertissimè toto libro testatur, sed & volunt ac contendunt adversarii. Istos enim Bellarminus *monachos* vocat. Ergo etiamsi, qvod falsissimum esse constat, id verum esse constaret, fuisse nimirum istos, de qvibus Philo scribit, Christianæ religionis homines; non ideo tamen seqveretur, apud omnes memoriæ illius Christianos solenne ac legitimum fuisse à carnibus certis temporibus abstinere. Qvinimo inde contra efficeretur, apud Christianos, non universalem, sed particularem, non necessariam, sed voluntariam hanc istorum disciplinam fuisse; qvalia sunt omnia Monachorum propria instituta. Itaqve cum alio per-

pertineat hæc de Philonis ascetis disputatio, non est, qvod in ea diutius immoremur. Capite V. refelluntur aliæ adversariorum objectiones II. è Constitutionibus III. è Recognitionibus. IV. ex Canonibus Apostolorum. V. ex Eusebii Historia. VI. ex Luciani Proteo. VII. ex duobus Tertulliani locis à pag. 249. ad p. 256. cap. VI. *ostenditur ex Tertulliano, nullam fuisse ap. ejus ævi Catholicos publicam de carnium abstinentia legem à pag. 256. ad p. 265.* Cap. VII. *idem demonstratur ex insigni exemplo Alcibiadis Martyris ap. Eusebium; cujus verba Hist l. 5. c. 3. f. 48. edit. Rost. è versione Ruffini hæc sunt: Alcibiades qvidam erat in numero, qui pro CHRISTO vinculis tenebantur. Hic vitam satis arduam & Austeram gerebat, nihil cibi volens accipere, sed tantum sale & pane cum aqva utebatur. Cumq; hunc vitæ rigorem vellet etiam in carcere positus obtinere, Attalo post primam confessionem suam, qvam in amphitheatro confessus est, revelatur, qvia non rectè faceret Alcibiades, creaturis DEI & ipsum non uti, & aliis formam scandali derelinqvere. Qvibus cognitis Alcibiades cœpit omnia cum gratiarum actione percipere.*

Ex his videre est *primo*, qvidem cui libuisset ξηροφαγεῖν, non minus id ei liberum fuisse, qvam carnibus more cæterorum mortalium vesci; *Secundo* paucos tamen fuisse hujusmodi ascetas, id enim si tralatitium & vulgare fuisset, nullam cæteris Christianis admirationem, nullum scandulum peperisset. *Tertio male eos facere*, qvi in hujusmodi victus austeritate nimium sunt pertinaces; non qvod per se sit nefas aridis vesci, si qvis eum victum ferre potest; sed qvod ea res fratribus scandalum objicere possit; qvorum imprimis ratio habenda est. Scandalum autem inde oritur, qvod cum vident aliqvem pietate præstantem virum his ascesibus perpetuò affixum, facilè in eam cogitationem veniunt, ut putent vel istos sive errore, sive ambitione aliqva laborare, vel certè (si supra suspiciones hujusmodi posita sit eorum pietas) hujus generis officia nō liberæ, sed necessariæ esse observationis; qvod magnam affert perniciem. Unde *postremo* conseqvitur nihil esse tutius, quam via regiâ incedere, & in pietate præcipuè (qvod jubet Paulus) exerceri; ista autem, quæ naturæ sunt liberæ & mediæ, liberè pro temporum ratione, & hominum ædificatione, modo usurpare, modo omittere; qvod & post cœlestia monita di-

ligen-

ligenter præstitit Alcibiades, abjectâ illâ suâ pristinâ austeritate qvosvis cum gratiarum actione cibos promiscuè gustans. Hæc Dallæus.

§. CCCCXCVI.

Seculo 4. ap. Cathol. nondū ullæ leges latæ de Carnium abstinentia.

Xerophagiæ à Mon. potissimùm usurpatæ.

Cap. VIII. à pag. 270. 271. seq. Idem Dallæus excutit, qvæ adversarii pro sua de carnium abstinentia lege ex quarti sæculi testibus Epiphanio, Synodo Laodicena, Cyrillo Hierosol. Basilio, & Theophilo Alexandrino afferunt. Verba, qvibus Dallæus id caput orditur, sic sonant: *Atqve hæc sunt, qvæ de primis Christianismi tribus sæculis observari possunt: ex qvibus patet, leges de carnium abstinentia illis qvidem temporibus apud solos hæreticos fuisse; apud Catholicos nondum* ullas fuisse. Fateor Xerophagias postea & in usu freqventiori, & in pretio majori fuisse; idqve à Monachis exortum videtur, qvi circiter illa tempora emerserunt, mox magis, magisqve & numero, & famâ aucti sunt. Isti enim cum cœlibes degerent, cavebant ut par erat, magno studio ab iis omnibus, qvæ rerum Venerearum cupiditates irritare, aut etiam accendere solent. Itaqve victu usi sunt tenui inprimis, ac præparco; neqve à carnibus modò, sed etiam à piscibus, pomis herbisqve salacibus, vino, & cæteris omnibus, qvæ aliquam libidini materiam invehunt, accuratissimè abstinuerunt; qvo pertinent, qvæ apud Veteres vitæ, ac disciplinæ monasticæ scriptores legere nos jubet Bellarminus; præposterè qvidem ille, atqve ad id, qvod agit, parùm appositè (Non enim hic de propriis ac privatis qvorundam hominum, qvales monachi sunt, institutis, sed de communi ac publica Christianorum omnium disciplina disputamus.) Sed tametsi ascetarum primo propria, privatoqve eorum instituto, cœlibatui scilicet, propriè accommodata esset illa certorum ciborum abstinentia, fecit tamen istorum admiratio, quos omnes passim laudibus, velut unum Christianæ pietatis columen, in cœlum ferebant, ut imitandi amore, qvi admirationem conseqvitur, hæc eorum ascesis longius, latiusqve serperet; certantibus sponte singulis, ut propositum à sanctissimis scilicet viris exemplum pro sua virili, si non omninò, certè qvodamtenus seqverentur. Ita non qvidem publica ulla lege, sed usu tamen, atqve consvetudine omnes paulatim Christianorum populos pervasit hæc certorum ciborum abstinentia. Inde illa sunt omnia, qvæ Bellarminus huc con-

Cavebāt ab iis, qvæ libidini aliqvā materiā invehunt.

L. 2. de bon. op. c. 2. §. Deniq.

congerit. Hæc Dallæus p.271. idem Dall. cap.XIII. pag.326.327. ita ſcribit. Atqve ex his videre eſt,qvæ etiam qvarto, qvintoqve ſeculo fuerint veterum Patrum de his abſtinentiis judicia. Fateor ſecutis temporibus ultra proceſſum eſſe; & erroris initia fuiſſe à plebe, qvæ & ſuopte ingenio in hujusmodi ſuperſtitiones prona, & aſcetarum,monachorumqve exemplis incitata,adhæc longo uſu in iſtis trita,illam carnium abſtinentiam, qvæ voluntariæ obſervationis & primo & diu fuerat, neceſſariam poſtremo, & qvidem inter præcipua Chriſtianæ pietatis officia cenſuit, libentiſſimeqve atqve religioſiſſimè excoluit. Nimirum pleriqve vulgo ſibi perſvadent, qvod hæc, qvæ à Deo præcepta non ſunt,obſervent,eo ſibi jure qvodam indulgeri, ut præcepta non obſervent, ac, ut veriſſimè,atqve acutiſſimè ait Hieronymus, *illis hoc qvod licita contemnunt,ſecuritatem qvandam illicitorum facit.* Hac mercede plebes paſſim abſtinentiam illam à certis cibis magna alacritate ſuſceperunt. *Epiſt.ad Celant.*

Paulus ad Rom. c. 14. verſ. 3.

Textus Chr. Angel.

Bb) ***Qvi edit, eum non debet deſpicere, qvi non edit, & qvi non edit, comedentem ne judicet; qvi edit, Domino edit, gratias enim agit DEO. Et qvi non comedit, Domino non comedit & gratias agit DEO. Non enim regnum cœlorum conſiſtit in cibo & potu,ſed in juſtitia,pace & gaudio in Spiritu Sanct. Qvi enim in his CHRISTO ſervit, is placet Deo & probatur hominibus.***

Egregium planè eſt dictum, qvod contra Græcorum & Pontif. Jejunium omnino facit: Nam nemini carnis uſus certis diebus interdicendus eſt. *Nemo*,enim,*ſive manducet ſive non manducet,debet judicari* ſive *condemnari*; per mandatum autem *de non manducandâ carne certis diebus*, omnino *judicatur* ſeu *condemnatur homo*, qvi v. g. *diebus Veneris & Sabbathi* carnem edit. *Reſp.*

Papistæ respondent, Paulum loqvi de *ceremoniis* V. T. *& nolle, ut vel Judæi conversi non manducantes, vel hi* illos judicent, hinc verò non damnari *Pontificium decretum de discrimine ciborum.*

Resp. 1.) Hoc ipsum est, qvod volumus, *Paulum nolle qvenqvam Christianum judicari,* sive *manducet*, sive non *manducet* carnem, & hinc fortissimè concludimus, *carnis usum* in N. T. *simpliciter esse liberum*, itaqve cum discrimen ciborum V. T. qvod Deus ipse instituerat, sit abrogatum in N. T. ridiculum est, aliud *discrimen ciborum sine DEO autore* in N. T. instituere. 2.) Similia delicta seqvuntur similes pœnæ. Similes autem *Pontificii* hâc in parte fiunt illis *Judæis*, qvi qvamvis ad fidem Christianam essent conversi, nihilominus non solùm observabant discrimen ciborum, sed etiam simul condemnabant eos, qvi non observabant illud discrimen ciborum. Cum igitur *Pontificii similiter peccent*, *pariter etiam condemnantur ab Apostolo.* Gravver, par. 8. Prælect. in August. Confess. pag. 178. 180.

§. CCCCXCVII *Textus.*

Cc) *Paulus 1. Cor. 6. Omnia mihi licent, sed non omnia prosunt, omnia mei arbitrii sunt, sed ego in nullius redigar potestatem. Esca ventri & venter Escæ. DEUS autem & hanc & illum destruet.*

Nec hic locus qvicqvam pro Christophoro Angelo, sed potius contra eum facit.

Textus,

Dd) *Qvod Monachum editâ semel hâc vitæ professione matrimonium contrahere non oporteat. Synodus Oecumenica sexta. Canon. 4.*

Monachus in scortatione deprehensus, aut mulierem in matrimonium vitaq; societatem ducens, pœnis qvas Canones scortatoribus definivere, subjiciendus est.

Solet

Solet in hanc rem plerumqve allegari dictum Pauli 1.Tim.5. de viduis; verf. 11. *Juniores viduas rejice: postqvam enim lascivire cœperint adversus Christum, nubere volunt. Ex eo damnandæ, qvod primam fidem rejecerint.* Ad qvam objectionem, qvia Majores nostri in Apolog. Aug. Conf. benè responderunt, placet eam responsionem ex libro Concordiæ pag. 290. 291. hic apponere. Citant & ex priore ad Timotheum Cap.5. de viduis, qvæ servientes Ecclesiæ, alebantur de publico, ubi ait: *Nubere volunt, habentes damnationem, qvia primam fidem irritam fecerunt.* Primum hic fingamus, Apostolum de votis loqvi, tamen hic locus non patrocinabitur Monasticis votis, qvæ fiunt de impiis cultibus, & hâc opinione, ut mereantur remissionem peccatorum, & justificationem. Paulus enim totâ voce damnat omnes cultus, omnes leges, omnia opera, si ita observentur, ut mereantur remissionem peccatorum, aut ut propter ea conseqvamur vitam æternam, non propter Christum per misericordiam. Ideò necesse vota viduarum, si qva fuerunt, dissimilia fuisse votis Monasticis. Præterea, si non desinant adversarii detorqvere locum ad vota, detorqvendum erit eodem hoc qvoqve, qvod vetat eligi viduam minorem annis sexaginta. Ita vota ante eam ætatem facta erunt irrita. Sed nondum norat Ecclesia hæc vota. Itaqve damnat Paulus viduas, non qvia nubunt. Jubet enim nubere juniores, sed qvia publico sumtu alitæ lasciviebant, ideoqve fidem abjiciebant. Hoc vocat primam fidem, scilicet, non Voti Monastici, sed Christianismi. Et hoc modo fidem accipit in eodem Cap. Si qvis proprios, & maxime domesticos non curat, fidem abnegavit. Aliter enim de fide loqvitur, qvam Sophistæ. Non tribuit fidem his, qvi habent peccatum mortale. Ideo dicit hos abjicere fidem, qvi non curant propinqvos. Et ad eundem modum dicit, mulierculas petulantes fidem abjicere.

1 Tim. V. v. 11.

Synodus Gangrensis Can. 19.

Textus.

Ee) *Si qvis eorum, qvi continentiæ student, tradita in commune, & ab Ecclesiâ observata jeju-*

 nia,

nia, absqve necessitate corporea, superbiendo, solida ratione destitutus, dissolvit, anathema sit.

Hic Canon loqvitur de Ascetis & Monachis carne non vescentibus, ut & de Secularibus. Duplici verò modo est intelligendus, &, qvod Seculares iniuncta ab Ecclesia Jejunia oporteat servare; &, qvod similiter Monachi & Asceta ea ipsa jejunia servare, carniumq; esum sibi interdicere teneantur. Sicut enim secularibus jejunium tempore qvadragesimali: Ita à sanctis Synodis Monachis abstinentia à carnibus injuncta est. Et hac de causa Monachus, si hoc jejunii tempore carnem attigerit, duplici nomine anathematis reus est, altero, qvòd Patrum leges contemptui habuit, altero, qvod Sanctiones & statuta Ecclesiæ violavit.

Resp. Sicuti noster Angelus hunc canonem non optime interpretatur: ita eodem abutuntur & Bellarminus & Peronius. Contra qvos ita *Joh. Dallæus de jejuniis & Quadrag. lib. 2. cap. XV. p. 347. 348.* seq. Præter hæc afferunt etiam Bellarminus, & Perronius quarumdam Synodorum canones. *In Concilio Gangrensi* (inqvit ille) *cap. 19. anathema dicitur iis, qui sine magna necessitate jejunia indicta dissolvunt. Sentiebant igitur Patres illi veteris Ecclesiæ jejunia rectè indici, & indicta sine peccato non posse dissolvi.* Primò sac ita esse. Nihil inde seqvetur, qvod pugnet cum nostra sententia. Nam neqve nos negamus, *jejunia rectè indici*, quæ & ipsi sæpe indicimus; neqve eos non peccare defendimus, qvi citra necessitatem eà violant: qvippe qvi & Ecclesiæ indicentis auctoritatem contemnant, & fratribus, maximè infirmis scandalum objiciant. Tantum negamus peccare, si qvis jejunium ita non observet, ut neutrum horum incurrat, in qva sententia esse videntur etiam ex ipsis adversariis nonulli haud sane ignobiles viri, ut supra monuimus. Sed & secundo respondeo, Bellarminum nobis illudere, Synodiqve Gangrensis. & verba & mentem pervertere. Hæc sunt Synodi verba; *εἴτις τῶν ἀσκουμένων χωρὶς σωματικῆς ἀνάγκης ὑπερηφανεύοιτο καὶ τὰς παραδεδομένας νηστείας εἰς τὸ κοινὸν καὶ φυλασσομένας ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας παραλύοι, ὑποκυροῦντος ἐν αὐτῷ τελείου λογισμοῦ ἀνάθεμα ἔσω.* Dionysius Exiguus Latinè ita *hæc* red-

reddit; *Si qvis eorum, qvi continentiæ ſtudent, abſq; neceſſitate Corporea, tradita in commune jejunia, & ab Eccleſia cuſtodita ſuperbiendo diſſolvit, ſtimulo ſuæ cogitationis impulſus, anathema ſit*; Alii; *Si qvis eorum, qvi exercentur.* Alii; *Si qvis eorum, qvi in propoſito ſunt continentiæ.* Synodus primo, ut vides, non de qvibusvis fidelibus, qvod Perronius & Bellarminus malignè fingunt, ſed de ſolis aſcetis loqvitur; Secundo neqve de qvibusvis aſcetis, ſed de certo qvodam eorum genere, qvos ὑπερηφανεύειν ſuperbire, dicit. Tertio. Neqve de iis tradita in commune jejunia ſimpliciter non obſervantibus, ſed ea per ſuperbiam diſſolventibus. Iſti vero Euſtathiani haud dubiè erant, in qvos propriè habita eſt Gangrenſis Synodus, omnes eorum errores ſigillatim damnans. Ac primo qvidem canone iſtorum contra conjugium; ſecundo contra κρεωφαγίαν deliramenta percutit, & ſic deinceps ſingulis canonibus in aliqvam eorum vel blaſphemiam, vel inſaniam anathematis mucronem ſtringit; ut videre eſt omnes percurrendo. Cæteris ergo iſtorum damnatis erroribus nunc canone hoc 19. eorum ſuperba & maleſana de jejuniis placita caſtigant Patres; qvorum mentem ut planè aſſeqvamur, repetendum eſt ex ipſorum epiſtola huic Concilio præfixa, qvid Euſtathiani de Jejuniis ſenſerint; νηστείας (inqviunt Patres Gangrenſes) ἐν κυριακῇ ποιούμενοι, καὶ τῆς ἁγιότητος τῆς ἐλευθέρας ἡμέρας καταφρονοῦντες, καὶ τῶν νηστειῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τεταγμένων ὑπερφρονοῦντες καὶ ἐσθίοντες. *Jejunia in Dominica facientes, & liberæ diei ſanctitatem contemnentes, & jejunia in Eccleſiis indicta, vel ordinata ſuperbè aſpernantes, & edentes.* Hi ergo ſunt, qvos Synodus canone 19. damnat; hæretici & ſchiſmatici, propria qvidem jejunia contra totius Eccleſiæ morem exercentes, die ſcilicet dominica, qva nemo Catholicus jejunabat; aliorum verò Chriſtianorum publica ac communia jejunia, *tradita in commune* (qvæ ſcilicet ab omnibus vulgo & paſſim, non à qvibusdam aut à ſingulis ſervabantur) ex mera animi protervia, atqve ſuperbia violantes, ac conculcantes, veluti non inutilia tantum, ſed etiam noxia ac illicita. Canonem ſic acceperunt omnes interpretes. Balſamo Bogomelicam hæreſim refert, ac deſcribit, qvæ, qvod ſibi qvandam ex ſuis, neſcio qvibus, jejuniis perfectionem arrogabat, &

jejunia solvere, & qvidvis pro libitu, patrare sibi fas putabat. Τοιαῦτα νῦν ἐδίδασκον, ὡς ἔοικε, καὶ οἱ περὶ τὸν Εὐστάθιον. διὸ καὶ ἀνεθεματίσθησαν. Talia ergo, ut videtur, docebant & Eustathiani; & ideò fuerunt anathemate percussi. Zonaras; τῶν δὲ περὶ τὸν Εὐστάθιον τὰς παραδεδομένας νηστείας λυόντων, ὡς τάχα φθασάντων πρὸς τελειότητα, καὶ οὐκέτι δεομένων νηστείας, τὸν κανόνα τοῦτον ἡ σύνοδος ἐξεφώνησεν. *Cum verò Eustathiani, qvasi summum perfectæ virtutis apicem attigissent, nec amplius jejunio indigerent, tradita jejunia violarent, hunc canonem Synodus promulgavit.* Binius Ballamonem seqvitur, *contra Eustathianos hoc quod decernitur constitutum esse* dicens; idqve eodem modo accepisse Gregorium XIII. in notis ad hunc canonem. Jam ex his patet, qvanta sit Bellarmini, Perroniiqve inverecundia, qvi hæc à Gangrensi Synodo contra Schismaticos Ecclesiasticorum jejuniorum contemptores decreta ad absolutam illam, qvam somniant, jejunii necessitatem torqvere non dubitant; qvasi scilicet boni illi Patres eum anathema esse jubeant, qvi citra superbiam, citra contemptum, citra scandalum deniqve indictum ab Ecclesia in commune jejunium non observet.

§. CCCCXCVIII. Et hactenus qvidem primò dicta Scripturæ excussimus, qvibus Autor Monachatum & Monachorum cœlibatum probare voluit. Vidimus etiam argumenta, qvæ Moscus contra conjugia Clericorum produxit. Excussimus qvoqve aliqvot testimonia Antiqvitatis, qvæ Autor noster inspersit, qvibus Pontificii illicò pro probando suo cum Græcâ Ecclesiâ hoc in puncto consensu abuti solent: placet porrò in eâdem materiâ pergere, & cognoscere qvàm constanter Ecclesiâ Vetus, potissimùm Græca contra qvosvis hæreticos & dissentientes, ultimò etiam contra Latinos & Ecclesiam Romanam, sanctitatem Conjugii Clericalis defenderit, & tutata fuerit.

Non potest enim non animum veritatis cupidum vehementer recreare & confirmare historica illa relatio, qvâ per singula secula ostenditur, qvomodo cœlestis veritas etiam in hoc argumento contra qvosvis Sathanæ insultus à Græcâ Ecclesiâ constanter fuerit defensa & asserta.

Vera Antiqvitatis si- Ingrediamur igitur hanc viam, & Antiqvæ puriorisqve Ecclesiæ Græcæ hoc in puncto nobiscum Consensum, & cum Pontificiâ dissen-

dissensum rimemur, imò contra Leonis Allatii & N.husii Φλυαρίας miremur. Nota autem

I. Cœlibatum Sacerdotum etiam Ethnicorum antiqvissimorum apud Athenienses, Ægyptios, Romanos & Assyrios fuisse in admiratione & singulari cultu. Immundus enim Spiritus, cum nefandis libidinibus omnia misceret, solum legitimum Conjugium à sacris suis Idololatricis prætextu puritatis repulit. Et de reliqvis qvidem hoc tantum sancivit: Absistat ab aris.

Cui tulit hesternâ gaudia nocte Venus. Sacerdotibus verò primariis, tractantibus sacra sua Idololatrica, prorsus interdixit Conjugio. Ita Hierophantes Atheniensium usqve hodiè cicutæ sorbitione castrari, & postqvam in Pontificatum fuerint electi, viros esse desinere dicit Hieron. l. 2. cont. Jovinian. Apud qvem etiam Chæremon Stoicus de vitâ antiqvorum Sacerdotum Ægypti narrat, qvod nunqvam mulieribus se miscuerint, nunqvam cognatos & propinqvos, ne liberos qvidem viderint, & vino semper abstinuerint, maximè propter appetitus libidinis extinguendos.

tentia de Cœlibatu, nec non de Conjugio Cleric. Cœlibatus Sacerdotum ap. Ethnicos in veneratione.

De Romanorum Virginibus Vestalibus & Assyriorum Sacerdotibus perpetuæ Virginitatis videatur Alexander ab Alexandro in diebus Genialibus.

E talibus Ethnicorum exemplis sumpsere Veteres Hæretici occasionem damnandi conjugium referente Clemente Alex. l. 3. Stromat. & ipse Hieronymus qvoqve lib. 2. contra Jovinian. inde cœlibatum & monogamiam Sacerdotum probat. Quorum vestigia in hoc premunt etiam hodierni Pontificii, qvi etiam ab ipsis Mahumedanis confirmationem sui Monachatus petunt, ut supra in hoc capite vidimus.

Ex Exẽplis Ethnic. vet. Haret. sumpserunt occasionẽ rejic. Conj. Cleric.

II. Cum tempore Vet. Test. Cœlibatus non esset in magnâ admiratione, collapsâ post Machabæorum tempora Religione, Essæi sectæ suæ rationem mutuati sunt ab illâ vivendi ratione, qvam Pythagoras Græcis monstravit, uti scribit Joseph. lib. 15. cap. 13. Et primarium illius sectæ caput fuit ὑπερoψία γάμυ Contemptus Conjugii. de bello Judaico l. 2. cap. 11. qvod scilicet uxores non admittebant, sed, sicut Philo loqvitur, aversabantur. Antiqvit. lib. 18. Et Eusebius lib. 18. de præparat. ex Philone recitat

citat multas Essæorum contumelias contra Conjugium, & contra sexum muliebrem. Cumqve propter hanc speciem Essæi in magnâ essent authoritate & admiratione, instituerunt etiam Scribæ & Pharisæi tanqvam Doctores populi, peculiaria exercitia continentiæ à conjugibus, aliqvi quadriennium, aliqvi octennium, aliqvi decennium, & illo tempore gerebant peculiares purpuræ fimbrias, ut hominibus continentiæ suæ professionem ostentarent. Ita enim Epiphanius inter hæreses apud Judæos ante Christum describit Pharisæos & Scribas lib. 1. Tom. 1. utq; solet superstitio tanqvam gangræna serpere, in ipsam etiam Ecclesiam Essæorum institutum irrepsit &c. &c.

Et cùm tempore Christi celebre inter Judæos Essæorum illud institutum esset, mirum videri posset, qvod Christus eorum nominatim nullam facit mentionem, sed Apostoli videntur id respexisse, qvando auditâ disputatione Christi de divortio dicunt. Si ita se habet causa hominis cum uxore, non ergò expedit matrimonium contrahere, qvasi dicerent: Essæi ergò rectè faciunt, τὸν γάμον παραιτήσαντες conjugium aversantes [his enim verbis Philo apud Euseb. lib. 8. de præp. Essæorum cœlibatum describit] Christus verò ita respondet, ut ostendat, donum veri cœlibatûs non esse omnium, &, qvibus datum est, ipsos debere hoc ad verum finem referre, ut scil. propter regnum cœlorum se castrent, utq; ipso facto Essæorum superstitionem de cœlibatu refutaret, ideò qvosdam Conjugatos ad Apostolatum vocavit, & in comitatu suo habuit mulieres adhuc conjugatas.

III. Ex Essæorum etiam instituto videntur Disputationes illæ apud Corinthios de conjugio & cœlibatu 1. Corinth. 7. ortæ fuisse. Nam & gentibus Essæorum cœlibatus admirationi fuit &c.

Sed undecunqve occasionem sumpserint qvæstiones illæ Corinthiorum, hoc constat, Diabolum hostem legitimi conjugii tentasse Zizania superstitiosi cœlibatûs spargere in Ecclesiâ, ipsis Apostolis adhuc viventibus & docentibus, sed vigilantiâ Apostolorum illa repressa fuerunt, sicut ex accuratâ illâ disputatione Pauli 1. Cor. 7. non obscurè id colligitur. Qvi non continent, nubant: melius est nubere, qvàm uri. 1. Timoth. 5. docet Paulus, ad collegium viduarum, qvi-

qvibus ratione Eleemosynarum in viduitate manendum erat, nullam admitti debere ante annum ætatis 60. juniores docet posse ipsas etiam in Conjugio pietatem exercere. Cumqve Philonis θεραπευταὶ propter Zelum philosophandi (sicut Sozomenus Philonis verba recitat) nuptias aversentur, & Titus ac Timotheus essent cœlibes, ut Ignatius epist. ad Philadelp. refert, Paulus Tito præscribit, ut non cœlibes tantùm constituat Presbyteros, sed nominatim unius uxoris mariti meminit, *Constituet*, inqvit *Presbyterôs, si qvis est unius uxoris vir.* Imò 1 Tim. 4. dicit, doctrinam Dæmoniorum esse prohibere nuptias. Ita tempore Pauli tentata fuit superstitio & lex cœlibatûs, sed à Paulo graviter est repressa, monstratâ verâ ratione pii cœlibatûs. Chem. p. 49. A.

Dehinc refertur Historia de Nicolao, & sectâ Nicolaïtarum, qvam vide. Hanc sectam refutavit Johannes Apocalyps. 2.

§. CCCCXCIX.

IV. Cùm viventibus Apostolis id, qvod aliqvoties tentarat, non posset obtinere, observavit illam occasionem, cùm Paulus & cæteri Apostoli è mundo evòcati, & Johannes in Pathmum esset relegatus, tunc enim existimavit, se posse in Ecclesiam tanqvam in domum vacuam irrepere. Excitavit igitur in Asiâ Presbyterum qvendam sectatorem Pauli, qvi sparsit Historiam qvandam, præferentem titulum, de Periodo Pauli & Teclæ, sive, ut Gelasius loqvitur, de actis Pauli & Teclæ, cujus historiam recenset Chemn. l. c. p. 49. Summa autem fabulæ hæc est. Teclam nobilem Virginem Iconiensem, voluntate & consensu Parentum desponsatam fuisse Thamiro cuidam: Paulum verò cùm venisset Iconium de Virginitate fuisse eo modo concionatum, qvod Tecla repudiato sponso, contra voluntatem & sponsi & Parentum, cœlibatum voverit. Et Paulum per multos annos Teclam illam secum circumduxisse, ac tandem eam sacro velo consecrasse, traditâ ipsi potestate docendi, baptisandi, & virgines votis perpetui cœlibatûs velandi & consecrandi. Hæc fermè fuit summa commenti, sicut ex Tertulliano de Baptismo, ex Ambrosio de Virginitate, & ex Legendâ Teclæ colligitur. Qvia verò magna in Ecclesiâ erat autoritas Pauli, multi exemplum illud opponebant & præferebant scriptis Pauli & reliqvorum Apostolorum. Johannes verò, cùm ab exilio restitutus Ecclesiæ esset, videns fabulam non esse

consentaneam perpetuæ doctrinæ Pauli, qvi sicut mulierem non permittit publicè in Ecclesiâ docere: ita desponsatam contra sponsi & Parentum voluntatem suscipere cœlibatum prohibet 1. Cor. 7. Sponsa enim censetur loco uxoris. Deut. 22. Presbyterum ergò illum Johannes publicè coram Ecclesiâ convicit, qvod falsum & supposititium librum sub nomine & titulo Pauli sparsisset. Et Presbyter ille publicè confessus fuit, se hoc Pauli amore fecisse. Joannes verò ipsum à Ministerio removit, ut propter posteritatem, publicâ notâ commentum illud de Teclâ, ut supposititium & adulterinum rejiceretur. Ita Historiam describit Tertullian. de Baptism. & Hieronymus, de Scriptoribus Ecclesiasticis.

V. Nihilominus tamen postea tempore Tertulliani muliercula qvædam, ministerium verbi & Sacramentorum, in Ecclesiâ sibi vendicare conabantur, autoritate Teclæ illius, qvas Tertullianus historiâ illâ de Johanne Apostolo repellit. Et post illud tempus etiam Ambrosius institutum suum velandi sacras Virgines, qvod in Mediolanēsi Ecclesiâ tùm ut novū & peregrinum reprehendebatur, conatur ex fabulâ illâ Teclæ, tanqvam probationem Apostolicam probare & tueri. Epiphanius etiam & Hieronymus ad Gerontiam testimonio illius Teclæ utuntur. Imò, licet Gelasius circa ann. Domini 500. narrationem illam de Actis Pauli & Teclæ inter Apocrypha rejecit, Monachi tamen postea fabulam illam Teclæ aliqvoties explosam, rursus in Theatrum peculiari Legendâ, ut dicitur, reduxerunt, ut hominibus persvaderent Votum cœlibatûs & ordinem Sanctimonialium esse institutum & traditionem Apostolorum. Ita scilicet videmus commentitium illum prætextum Antiqvitatis Apostolicæ multis imposuisse.

Ex Teclæ fabula ordo Sanctimonialiū est introductus.

VI. Cœlibatûs superstitio viventibus Apostolis aliqvoties qvidem tentata, sed intercessione Apostolorum graviter repulsa & abrogata fuit. Et qvia post mortem etiam Apostolorum scripta Apostolica sibi obstare videret Satanas, varia scripta Apocrypha, qvasi ab Apostolis vel edita vel tradita, Ecclesiæ obtrusit. Ita Clemens Alex. lib. 3. Strom. refert, Veteres Hæreticos cùm consvetudinem conjugalem deformare vellent, usos esse testimoniis ex Apocrypho qvodam Evangelio sec. Ægyptios [fortè sparsum à Christianis qvibusdam, qvi apud Ægyptios juxta Essæorum, institutum, (cujus primarium

rium caput fuit ἀγαμία) judaizare cœperunt] ubi Solomæ interroganti: Qvoad usqve vigebit mors? Dominus respondisse fingitur: Qvoad usqve Vos mulieres paritis. Dominum item dixisse: Veni ad dissolvendum opera fœminæ. Eodem modo aliud Apocryphum scriptum, specioso titulo Protoevangelii Jacobi sparsum fuit, ubi narratur Maria votum perpetui cœlibatûs emisisse. Hûc pertinet Apocryphum scriptum Abdiæ Babylonici, qvem fingunt fuisse contemporaneum & comitem Apostolorum, ubi fingitur Drusiana, postqvam à Johanne esset conversa, propter cultum Dei noluisse ampliùs marito suo commisceri. Et qvidem marito insistente, ipsam mori potiùs elegisse, qvàm consvetudinem repetere conjugii. Ibi & ficta oratio morituri Joannis Apostoli describitur, in qvâ apocryphus ille Johannes fingit legitimam conjunctionem cum uxore reddere immundum, virginitatem esse præcepti; ex qvâ etiam fabula fluxit, qvod Joannes fuerit sponsus in Canâ, qvodqve Christus in has nuptias venerit, ut Joannem à nuptiis & conjugio avelleret. Idem in vitâ Thomæ fingit, Dominum apparuisse Sponso & Sponsæ deductis jam in cubile, & dissvasisse consvetudinem conjugalem his verbis: Thomas vos mihi commendavit, ut custodiam vos ab omni malo. Et ibidem Abdias fingit, Mulieres conversas ex concionibus Thomæ didicisse, ut non ampliùs dormirent cum maritis suis. Et qvidem cùm Rex peteret à Thomâ qvia separasti animos uxorum à consortio conjugii nostri, age igitur ut redeant, & sint conjuges nostræ sicut antea fuerunt, Thomas fingitur respondere: Errat jussio Regis, si enim hoc facerem, Deus corpus & animam mitteret in æternum ignem: qvod certè palpabiliter contra Paulum 1. Corinth. 7.

Nota autem ex his, qvales sint Traditiones, qvas pro defendendâ lege cœlibatûs Pontificii Apostolorum titulo venditent.

Eamus jam per singula secula, & videamus qvid de conjugio vel cœlibatu Clericorum sit statutum vel decretum. §.ccccc.

VII. In 1. Seculum ponimus Polycarpum, Constitutiones Apostolorum, & Ignatium.

1. *Polycarpus* Smyrnæorum Episcopus, Johannis Evangelistæ Auditor, qvi sub finem primi seculi vixit, facit mentionem Pres- *Polycarpus.*

byteri cujusdam, qvi uxorem habuerit, in epistolâ ad Philippenses, his verbis: *Nimis contristatus sum*, inqvit, *pro Valente, qvi Presbyter factus est aliqvando apud vos, qvod sic ignoratis locum, qui datus est ei.* Et paulò pòst: *Valde ergò, fratres, contristor pro illo & conjuge ejus, qvibus det Dominus pœnitentiam vestram* ap. Chamier. l. 16. cap. XIII. num. VI. p. 295. & Dreier. de Conjug. Clericor. p. 639.

2. Qvod ad Canones Apostolorum attinet, derogat illis qvidem autoritatem Apostolicam, & inter Apocrypha ponit Decretum dist. 16. Nihil autem hoc ad nos, sed ad Pontificios, qvi viderint, num sint verè Apostolici, qvi illos pro Apostolicis venditant; licet non negemus qvædam utilia in illis inveniri. Nos contra Pontificios disputantes nixi verbo Dei nihil respuimus, qvod ei sit consentaneum. In his Canon V. ita sonat:

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλέτω προφάσει εὐλαβείας. ἐὰν δὲ ἐκβάλλῃ, ἀφοριζέσθω. ἐπιμένων δὲ καθαιρείσθω. Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus uxorem suam prætextu Religionis non abjicito; Si abjicit, segregator à communione; si perseverat, deponitor.

Occasio hujus Canonis. Occasio hujus Canonis videtur hæc fuisse. Postqvam illi explosi erant, qvi fingebant Conjugium in universum omnibus fidelibus esse inqvinationem, alii in solo ordine sacerdotali hoc locum habere contenderunt: Religionem scilicet, pietatem, innocentiam reverentiam & cautionem (hæc enim omnia significat εὐλάβεια, qvæ in sacro ministerio reqviruntur.) non posse ferre consvetudinem conjugalem, tanqvam rem minus puram. Hoc enim Canon 50. non obscurè indicat, cum inqvit: Si qvis è sacerdotali ordine, nuptiis, carnibus & vino abstinuerit οὐ δι' ἄσκησιν non propter meditationem & exercitationem in rebus divinis, sed propter abominationem, diffamationem & calumniam nuptiarum aut creaturarum, aut corrigitur, aut deponitur, & ex Ecclesiâ ejicitur. Canones igitur illi rectè concedunt & probant: Si qvis habens donum continentiæ, à conjugio ideò abstineat, ut expeditior sit ad officia ministerii. Sed γάμον, hoc est, conjugium, nuptias & consvetudinem conjugalem, religioni, pietati, & reverentiæ sacri ministeri prorsus non convenire, hoc Canones illi

illi, non tantum negant, ſed ſub pœnâ depoſitionis & excommunicationis damnant. Sacerdotibus itaqve qvi continere non poſſunt, uſum legitimi conjugii, non tantum ut rem licitam, bonam & piam concedunt: Sed & eos, qui in ſacris ordinibus copulam conjugalem prætextu religionis vel prohibent, vel ab eâ abſtinent, ab officio removent, & excommunicationi ſubjiciunt. Hæc hiſtorica obſervatio valdè utilis eſt. Monſtrat enim, cum Sathan non poſſet conjugium in omnibus fidelibus damnare, qvod ordini ſacerdotali tentârit cœlibatum tanqvam neceſſarium imponere, qvaſi religio eſſet, Sacerdotem, qvi præ reliquis mundior eſſe debet, cum uxore etiam legitimâ conſvetudinem habere. Sed qvâ ſeveritate lex cœlibatûs Sacerdotum, cum argumentis & rationibus de religione ſeu pietate, non tantum exploſa, ſed damnata tunc fuerit, Canones illi clariſſimè oſtenderunt.

Pontificii videntes Legem ſuam de cœlibatu Sacerdotum, cum omnibus argumentis & rationibus Siricii & Innocentii diſertè Apoſtolico hoc Canone jugulari & damnari, varias qvæſiverunt rimas, ut ex vinculis illius Canonis, qvibus ſe conſtrictos ſentiunt, elabantur. Fingunt enim diſt. 31. & 51. Canonem illum Apoſtolorum loqvi non de conſuetudine conjugali, ſed tantum de neceſſariis ad victum & amictum, uxori à Sacerdote Conjuge ſubminiſtrandis. Sed manifeſta eſt depravatio Canonis, ſicut verba & cicumſtantiæ oſtendunt. Et ſexta Synodus expreſſè dicit, hanc eſſe ſententiam Apoſtolici hujus Canonis: Sacerdotibus non eſſe prohibendam copulam ſeu conſuetudinem conjugalem. Hæc Chemnitius. Bellarminus, qui quidem poſt editum à Chemnitio Examen Concilii Tridentini ſcripſit, ſed lib. 1. de Clericis cap. XIX. p. m. 95. in 8o. ſe eum nondum vidiſſe teſtatur. Audio, dicens, Kemnitium in tertiâ parte Examinis Concilii Tridentini de cœlibatu Sacerdotum copioſè tractaſſe, ſed eum librum nondum videre potui. Hic Bellarminus tamen ad Canomem hunc 5. Apoſtol. ex Humberto Cardinali ita excipit: Non negari ſeparationem thori, ſed imponi curam uxoris: qvia etſi reliqverint, qvoad thorum, tamen debeant alere. Confirmat ex Trullano Canon. 48. jubente Epiſcopi uxorem in monaſterio aliqvo degere, & provi-

dentiâ Episcopi viri sui frui. Ex Turonensis Concilii 2. Canone 13. præscribente, Episcopum conjugatum habere uxorem, ut sororem, & ejus curam gerere, absqve ulla tamen suspicione carnalis commercii.

Sed ego respondeo cum Daniele Chamiero, qvi Bellarmino ex asse satisfecit, ut in hunc diem nihil in contrarium prolatum sit, è Panstratiâ Catholica lib. XVI. cap. VIII. num. IV. & seq. & dico inhiberi separationem Thori: Etenim non simpliciter prohibitum, ejici uxorem, sed ejici prætextu pietatis. Atqvi destituere omni auxilio, qvem potest habere religionis prætextum? Sed distractionem thori manifestum est à multis inductam, hoc ipso prætextu. Qvare de Thoro intelligenda Canonis verba. Nam & Nicolaus Papa iis utitur apud Gratianum causæ 30. q. 2. c. 3. de separatione thori loqvens; nullius religionis obtentu debet conjux dimittere conjugem. Zonaræ in hunc Canonem hæc verba: τὸ παλαιὸν ἐξῆν διαζεύγνυσθαι τοὺς συνοικοῦντας, καὶ χωρὶς αἰτίας ὁπηνίκα ἐβούλοντο. Ὁ δὲ Κύριος, ὡς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις γέγραπται, τοῦτο ἀπηγόρευσε. κατὰ γοῦν τὴν τοῦ κυρίου διαγωγὴν (lego διαταγὴν) καὶ οἱ ἀπόστολοι οὕτω κωλύουσι, καὶ πῶς νῦν περὶ τῶν ἱερωμένων φησίν. ὡς ἐν προφάσει εὐλαβείας ἱερωμένος τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἀποπέμψηται, ἀφοριζέσθω. ἕως ἂν δηλαδὴ πεισθῇ προσλαβέσθαι αὐτήν, εἰ δὲ ἐπιμένῃ μὴ προσλαμβάνων αὐτήν, καὶ καθαιρεθήσεται, ἔοικε γὰρ εἰς διαβολὴν εἶναι τοῦτο τοῦ γάμου. ὡς ἀκαθαρσίαν τῆς μίξεως ἐμποιούσης. τὴν δὲ τίμιον ἡ γραφὴ λέγει καὶ κοίτην ἀμίαντον. Μέμνηται δὲ ὁ Κανὼν καὶ ἐπισκόπων ἐχόντων γυναῖκας, ὅτι τότε ἀκώλυτον εἶχον καὶ οἱ ἐπίσκοποι τὴν πρὸς γυναῖκας νόμιμον συζυγίαν. Olim licebat solvere conjugatos etiam absq; causâ, qvoties vellent: at Dominus, ut in Evangeliis scriptum est, id interdixit. Qvare secundum Christi mandatum etiam Apostoli id ipsum prohibent. Et nunc de iis loqvitur Canon, qvi sunt in sacris. Si prætextu pietatis, qvi in sacris est, uxorem suam dimittat, separetur à communione: videlicet donec in animum inducat eam resumere: qvod si perseveraverit non resumere, etiam excommunicator. Videtur enim id pertinere ad calumniam conjugii, qvasi impuritatem coitus induceret. At hunc honorabilem Scriptura dicit, & cubile impollutum. Meminit autem Canon etiam

etiam Episcoporum habentium uxores, qvia tùm etiam Episcopis erat libera cum mulieribus legitima copulatio. Nec aliter Balsamo, Ante sextam Synodum, qvæ fuit in Trullo palatii, licebat Episcopis habere uxores etiam post dignitatem episcopalem: qvemadmodum & qvi post matrimonium ordinantur Sacerdotes & Diaconi. Adde Matthæum Monachum tom 1. juris Græco-Romani lib. 8. in responsis matrimonialibus c. de Clericis uxores suas prætextu religionis ejicientibus, ubi hic ipse Canon Apostolicus recitatur: ἔοικε γὰρ τὸν γάμον διαβάλλειν, ὡς ἀκάθαρτον ἐν τῷ νομίμως μίγνυσθαι. Qvippe matrimonium criminari videtur, qvasi coitus legitimus qvædam sit impuritas.

Nota: Primò Causas Canonis duas: Unam, autoritatem Christi prohibentis dissolvi matrimonium. Atqvi hæc solutio thori etiam intelligitur, negat enim Christus eos separandos, qvos Deus conjunxit, qvare & Canon sic corrigendus. Alteram, calumniam conjugii: at hæc calumnia in eo constituitur, si dicatur ἡ μίξις ipse coitus impurus esse. Atqvi hæc causa non tollitur, etiamsi maneat cura illa, qvam vult retineri Canon Trullensis: imò manet, si separetur Thorus: itaqve hanc necesse est prohiberi. Secundo nota, ἀκώλυτον ἔχον καὶ οἱ ἐπίσκοποι τὴν πρὸς γυναῖκας νόμιμον συζυγίαν. Atqvi non est ἀκώλυτος συζυγία, ubi jubetur thorus separari, & prohibetur usus ejus συζυγίας. Tertiò perspicua sunt verba Balsamonis: Licebat Episcopis habere uxores, qvemadmodum Sacerdotibus & Diaconis. Clarum est autem ex usu Græcorum, Sacerdotibus & Diaconis licuisse uti uxoribus, Ergò hic Canon negat prohibendum Episcopis usum conjugii. §. CCCCCI.

Iterum testem do, Novellam Alexii Comneni ex lib. 8. Tom. 1. Juris Græco-Germani editi à Leuenclavio, in titulo de Clericis, conjuges suas prætextu religionis ejicientibus. Ὁ πέμπτος ἁγίων ἀποστόλων Κανὼν, ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα προφάσει εὐλαβείας ἐκβάλλοντα ἀφορίζει μέχρις ἂν αὖθις προσλάβηται· ἐπιμένοντα δὲ καθαίρει. Qvintus sanctorum Apostolorum Canon, Episcopum vel Presbyterum vel Diaconum, suam uxorem prætextu religionis ejicientem, segregat, donec eam ad se receperit, perseverantem verò deponit. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἐθέσπισε μὴ ἐξεῖναί τινι τοῦ παλαιῶ προ-

προσέχοντι νόμῳ, ὅτε βέλοιτο τὴν ἑαυτῦ ἐκβάλλειν γυναῖκα χωρὶς ἀπειρημένης αἰτίας. ἔοικε γὰρ τὸν γάμον διαβάλλειν ὡς ἀκάθαρτον ὂν τὸ νομίμως μιγνύσθαι. Hoc enim Dominus etiam in Evangeliis sancivit, non licere alicui priscæ legi obtemperanti, ut pro lubitu suo uxorem suam ejiciat, absqve causâ legis interdicto comprehensâ. Qvippe matrimonium criminari videtur, qvasi coitus legitimus qvædam sit impuritas.

De Trullano Concilio facile negotium. Primò qvicqvid in eo constituitur, pertinere duntaxat ad Episcopos. Ἡ δὲ πρὸς ἐπισκοπῆς προεδρείαν ἀναγομένε γυνὴ κατὰ κοινὴν συμφωνίαν τῦ οἰκείε ἀνδρὸς προδιαζευχθεῖσα μετὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονίαν, ἐν μοναστηρίῳ εἰσίτω πόῤῥω τῆς ἐπισκόπε καταγωγῆς ᾠκοδομημένῳ καὶ τῆς ἐκ τῦ ἐπισκόπε (an potius ἐκεῖ τῦ ἐπισκόπε) προνοίας ἀπολαυέτω. Uxor ejus, qvi ad episcopalem dignitatem promotus est, communi consensu à suo viro prius separata, postqvam in Episcopum ordinatus est, monasterium ingrediatur, procul ab Episcopi habitatione constructum, & ibi fruatur Episcopi providentiâ. Viden? solos Episcopos nominari? At de Presbyteris & Diaconis longè aliter Canone decimo tertio, etiam contra morem Romanorum, ut postea videbimus. Atqvi Papistæ nihil distingvunt inter Episcopum, & Presbyterum ac Diaconos, imò æqvè prohibent.

Secundò, qvid hic Trullanus Canon ad explicandum illum Apostolicum? Aut qvæ ratio concludentibus, Trullani Patres censuerunt dissolvendum Thorum, non negandam providentiam. Ergò etiam Canonem Apostolicorum autores? Atqvi audiant non interpretatos esse Trullanos Patres, sed antiqvasse Canonem Apostolicum, hâc qvidem parte, qvæ de Episcopis est. Zonaras. Μέμνηται δὲ ὁ Κανὼν καὶ ἐπισκόπων ἐχόντων γυναῖκας. ὅτι τότε ἀκώλυτον εἶχον καὶ οἱ ἐπίσκοποι τὴν πρὸς γυναῖκας νόμιμον συζυγίαν. ἡ γὰρ ἐν τῷ τρέλλῳ σύνοδος ἡ λεγομένη ἕκτη τοῦτο ἐκώλυσεν ἐν τῷ δωδεκάτῳ αὐτῆς Κανόνι. Meminit Canon etiam Episcoporum habentium uxores: qvia tùm etiam Episcopis erat libera cum mulieribus legitima copulatio. Nam Synodus in Trullo, qvæ sexta dicitur, hoc prohibuit Canone suo duodecimo. Qvod ipsum paulò ante Balsamon significabat: Ante sextam Synodum, qvæ fuit in Trul-

Trullo palatii, licebat Episcopis habere uxores etiam post dignitatem Episcopalem. Viden'? ante licuisse? lib. 8. Juris Græco-Romani tom. 1. in Matthæi Monachi caussis Matrimonialibus cap. de Clericis uxores suas prætextu religionis ejicientibus. αὕτη σύνοδος πρώτη ταῖς γαμεταῖς ἀποτάττεσθαι τοὺς ἐπισκόπους ἐθέσπισεν. Hæc Synodus prima fuit, qvæ sancivit, ut uxoribus suis Episcopi renunciarent. Nulla ergò interpretatio.

Et verò ipsa illa Trullana Synodus Canone illo duodecimo satis indicat, se de ipso thoro statuere aliter, qvàm esset ab Apostolis definitum. Verba hæc sunt: Ad nostram cognitionem hoc qvoqve pervenit in Africâ & Libyâ & aliis locis religiosos præsules, (προέδρους) cohabitare propriis uxoribus (συνοικεῖν ταῖς ἰδίαις γαμεταῖς) neqve post acceptam ordinationem æstimare se aliis offendiculo esse & scandalo, μετὰ τὴν ἐπ' αὐτοῖς προελθοῦσαν χειροτονίαν οὐ παραιτεῖσθαι πρόσκομμα τοῖς ἄλλοις τιθέντες καὶ σκάνδαλον. Qvamobrem cùm magno studio teneamur, ut omnia ad utilitatem gregis, qvi sub manibus est, peragantur: visum est, ne qvicqvam tale posthac unqvam fiat. Hoc autem dicimus, οὐκ ἐπ' ἀθετήσει καὶ ἀνατροπῇ τῶν ἀποστολικῶς νενομοθετημένων, ἀλλὰ τῆς σωτηρίας, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον προκοπῆς τοῦ λαοῦ προμηθούμενοι, καὶ τοῦ μὴ δοῦναι μῶμόν τινα κατὰ τῆς ἱερατικῆς καταστάσεως. Non ut antiqvemus, aut evertamus, qvæ fuerunt Apostolicis legibus constituta, sed curam habentes salutis & progressûs in melius populi, & ne qvid labis inuratur sacerdotali ordini. Qvorum verborum hanc habes paraphrasin apud Zonaram: Μονονουχὶ οὕτω λέγοντες, ὅτι οἱ μὲν θεῖοι ἀπόστολοι ἀρχὴν ἐχούσης τῆς πίστεως καὶ τοῦ θείου κηρύγματος οὔπω πληθυνθέντος, συγκαταβατικώτερον διέθεντο πρὸς τῇ πίστει προσερχομένους. Tantum hoc non dicunt: Divinos Apostolos, cùm initium caperet fides, necdum impletum esset præconium divinum, indulgentiores fuisse eos, qvi accederent ad fidem, neqve usqveqvaq; perfectionem exegisse, sed concessisse aliqvid eorum infirmitati, moribusqve Paganis & Judaicis ἄρτι δὲ τοῦ κηρύγματος πληθυνθέντος. Nunc verò cùm dilatatum esset præconium, pervenissetqve Evangelica disciplina, καὶ τῆς Εὐαγγελικῆς πολιτείας ἐπιδιδούσης oportere dicunt Antistites vitam suam instituere ad exactam continentiam, ut non tantùm alienis abstineant mulieribus, sed iis etiam, qvæ prius

ſibi copulabantur, nec tantùm non miſceri iis, ſed ne qvidem eodem tecto uti. Et hæc Balſamon repetiit totidem penè ſyllabis.

ſ.CCCCCII. Hæc ſunt adeò manifeſta, ut luce aliâ nullâ opus habeant: ſi enim nihil novi decernebatur: qvid opus erat tempora diſtinguere? Qvid initia & progreſſus? omninò igitur conſtat illud ſancitum. Si autem aliud: ergò non idem ſenſus Canonis Apoſtolici & Canonis Trullenſis, qvod tamen voluit Bellarminus. Tùm autem Trullenſes exiſtimant proficienti præconio congruere exactam abſtinentiam: & hanc in eo ſitam, ut ne miſcerentur Epiſcopi ſuis uxoribus. Neceſſe eſt igitur illis primis temporibus Apoſtolos permiſiſſe κοινωνεῖν τῆς τε εὐνῆς καὶ τῆς μίξεως, qvod ferre non poteſt Bellarminus.

Sed eam comparationem ſui cum Apoſtolis qvis pius ferre poteſt? Teſtantur ſe nolle ἀντινομοθετεῖν τοῖς ἀποστόλοις, ut loqvitur Zonaras; ſatis providè. Sed qvid igitur? Curam gerere ſalutis populi. Hoc verò pios viros & Apoſtolorum ſeqvaces oportuit dicere? Nam qvid hoc eſt, ſi non eſt ſuggillatio Apoſtolicæ providentiæ: qvaſi non ſatis attendentium ei ſaluti? Sed pergunt καὶ τὸ μὴ δοῦναι μῶμον κατὰ τῆς ἱερατικῆς καταστάσεως. O ſcelus! Non tantùm negligentiores fuiſſe Apoſtolos procurandæ ſaluti plebis: ſed etiam non caviſſe, ne epiſcopalis dignitas eſſet ἄμωμος. Qvid addi poteſt? Imo. Qvid aliud dixiſſet qvisqvam eorum, qvi Diabolo conjugium imputant? Mitto, qvàm veriſimilem dicant τὴν ἐπὶ κρεῖττον προκοπὴν, id eſt, interprete Zonarâ εἰς κρείττω κατάστασιν καὶ τάξιν τῶν πιστῶν ἐληλυθέναι. Nam longus eâ de re ſermo eſſet: unum moneo, ut cogitent Papiſtæ, qvàm benè conveniat huic profectui (qvæ qvidem cauſa fuerit arcendi Epiſcopos ab uxoribus) cum infirmioribus illis corporibus, qvibus diſciplinæ remiſſionem adſcribunt?

Concilii Turonenſis ſecundi mentem, aut Bellarminus detorqvet, aut ego non aſſeqvor: Epiſcopus conjugem, ut ſororem habeat: & ita ſanctâ gubernatione gubernet domum omnem tàm Eccleſiaſticam qvàm propriam, ut nulla de eo ſuſpicio qvaqvâ ratione conſurgat. Hæc video in ſpeciem ſervire Bellarm. notanti & ſororem & ſuſpicionem. Sed primum, nullam lego curam uxoris,

qvam

qvam ille expreſſit, qvaſi eodem ſenſu cum Trullenſi Canone; ſed gubernationem, qvam illa Trullenſis cura non comprehendebat, ſi credimus interpreti Balſamoni: ſed duntaxat egeſtatis ſublevationem, ſi qvæ egeſtas eſſet. Qvid? qvod neqve gubernationem ſolius uxoris, ſed totius familiæ? At Trullenſis Canon, non tantùm familiam nullam nominat, ſed etiam excludit, cùm mulierem jubet includi monaſterio: non enim puto totam familiam: qvis enim factum unqvam audivit? Itaqve non vult habitare ſeorſim. Imo contra Canon. 14. Epiſcopum, Epiſcopam non habentem, nulla ſeqvatur turba mulierum. Qvid hoc eſt? Nam ſi ſeparatim habitat Epiſcopa, & qvidem προδιαζευχθεῖσαν, ut in Canone Trullenſi, qvis locus exceptioni?

Suſpicionem autem qvomodo intelligam, anxius ſum. Nam qvæ ſeqvuntur, non accedunt ad mentem Bellarmini de uſu conjugii. Videtur potiùs de abuſu famularum in comitatu Epiſcopæ: Et licet, inqvit, Deo propitio, Clericorum ſuorum teſtimonio vivat, qvia cum illo tam in cellâ, qvàm ubicunqve fuerit, ſecum habitent, eumqve ſeqvantur, & Presbyteri & Diaconi, vel Clericorum turba juniorum, Deo adjutore, converſantur: ſic tamen propter Zeloten Deum noſtrum tàm longè abſint, manſionis propinqvitate diviſi, ut nec hi, qvi ad ſpem recuperandam Clericorum ſervitute nutriuntur, famularum propinqvâ contagione polluantur. Ita ſe Canon habet: ubi vides nihil de uxoris, ſed tantum de famularum contagione agi.

Qvanqvam fateor ita, aut ab initio obſcurè intricateqve conceptum, aut deinceps incuriâ librariorum corruptum, ut ſeriem contextûs non facilè ſit cuiqvam obſervare, aut perſpicuum ſenſum eruere. Sed ſi tamen Bellarminus mentem potiùs eſt aſſecutus, qvod tum credidero, cum erit argumentis firmatum: aut certè negabo (ut in Trullenſi) eam mentem eſſe Canonis Apoſtolici: ſed potius contrariam conſtitutionem.

Pergit Bellarminus, Trullenſem Canonem pro ſe facere. Nam Græcâ vox, inqvit, pro qvâ habemus religionis, eſt εὐλαβείας qvæ cautionem propriè ſignificat. Itaqve ſenſus eſt, Epiſcopus aut Presbyter neqvaqvam prætextu cautionis uxorem abjiciat: id eſt,

Hhhhh 2 ne

ne curam uxoris dimittat eo prætextu, qvod tenetur ab eâ se continere.

Imò εὐλάβεια etiam religionem pietatemq; in Deum significat: qvod infinitis locis patet. Unde est Luc. 2. δίκαιος καὶ εὐλαβής Actorum c. 2. ἄνδρες εὐλαβεῖς. Hic verò nemo unqvam aliter erat interpretatus. Atqve adeò nullus commodus sensus erui potest ex cautione, nisi supponatur cura illa uxoris, qvam satis refutavimus. . Hæc ad Canon. V. Apostol. annotasse sufficiat. Chamier eundem porrò illustrat Canone Gangrensi qvarto, qvi ita sonat: εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι λειτουργήσαντος αὐτοῦ προσφορᾶς μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω. Hoc est: Si qvis de Presbytero, qvi uxorem duxit, contendat, non oportere eo sacra celebranti oblationi communicare, sit anathema. Qvem etiam contra except. Andradii & Bellarm. defendit, uti loc. citat. legere licet.

§. CCCCCIII. *Per Ignat. honor Conjugii Clericalis asseritur.*

Audiamus jam 3. qvomodo per Ignatium auditorem Joannis Apostoli in fine primi Seculi Conjugii clericalis honor sit assertus. Is in epistolâ ad Philadelphenses de Cœlibatu & Conjugio, more prorsus Apostolico ita loqvitur: Et vos itaqve oportet, ut populum peculiarem & Gentem sanctam omnia perficere concordibus animis in Christo. αἱ γυναῖκες τοῖς ἀνδράσιν ὑποτάγητε ἐν φόβῳ θεοῦ. αἱ παρθένοι τῷ χριστῷ ἐν ἀφθαρσίᾳ, οὐ βδελυσσόμεναι γάμον, ἀλλὰ τοῦ κρείσσονος ἐφιέμεναι οὐκ ἐπὶ διαβολῇ συναφείας, ἀλλ' ἕνεκα τῆς τοῦ νόμου μελέτης. Τὰ τέκνα πειθαρχεῖτε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν, καὶ στέργετε αὐτοὺς ὡς συνεργοὺς θεοῦ εἰς τὴν ὑμετέραν γέννησιν. Δοῦλοι ὑποτάγητε τοῖς Κυρίοις ἐν τῷ θεῷ, ἵνα χριστοῦ ἀπελεύθεροι γένησθε. Οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας ὑμῶν, ὡς ὁμοδούλους θεοῦ, ὡς οἰκεῖον σῶμα, ὡς κοινωνοὺς βίου καὶ συνεργοὺς τεκνογονίας. αἱ παρθένοι, μόνον τὸν χριστὸν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχετε, καὶ τὸν αὐτοῦ πατέρα ἐν ταῖς εὐχαῖς, φωτιζόμεναι ὑπὸ τοῦ πνεύματος. Ὀναίμην ὑμῶν τῆς ἁγιοσύνης, ὡς Ἠλία ὡς Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, ὡς μελχισεδέκ, ὡς Ἐλισσαίου, ὡς Ἱερεμίου, ὡς τοῦ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, ὡς τοῦ ἠγαπημένου μαθητοῦ, ὡς Τιμοθέου, ὡς Τίτου, ὡς Εὐωδίου, ὡς Κλήμεντος, τῶν ἐν ἁγνείᾳ ἐξελθόντων τὸν βίον. Οὐ ψέγων τοὺς λοιποὺς μακαρίους, ὅτι γάμοις προσωμίλησαν, τούτων ἐμνήσθην ἄρτι. Εὔχομαι γὰρ ἄξιος θεοῦ εὑρεθεὶς, πρὸς τοῖς ἴχνεσιν αὐτῶν, εὑρεθῆναι ἐν τῇ βασιλείᾳ, ὡς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, ὡς Ἰω-

σὴφ

σηΦ, καὶ Ἰσαΐου, καὶ τῶν ἄλλων Πϱοφητῶν, ὡς Πέτϱου καὶ Παύλου, καὶ τῶν ἄλλων ἀποςόλων τῶν γάμοις πϱοσομιλησάντων. Ἀλλ' ὑπὸ πϱοθυμίας τὸ πϱὸς τὸ πϱᾶγμα, ἐπ' ἐννοίας αὐτὸς ἔχον ἐκείνους. *Uxores maritis subditæ sint in timore DEI. Virgines CHRISTO, non abominantes nuptias, sed quod præstantius est, amplectentes, non in calumniam matrimonii, sed ut liberius divinam Legem meditentur. Filii obedite parentibus vestris & amate eos, ut Dei cooperatores ad generationem vestram. Servi parete Dominis in Deo, ut liberti sitis Christi. Viri diligite uxores Vestras, ut conservas Dei, ut proprium corpus, ut Socias vitæ, ut cooperatrices progenerationis Liberorum. Virgines solum Christum in precibus vestris ante oculos habete, & Patrem illius illuminatæ à Spiritu. Utinam fruar vestrâ Sanctimoniâ, ut Heliæ, ut Jesu Filii Nave, ut Melchisedech, ut Helisæi, ut Jeremiæ, ut Baptistæ Johannis, ut dilecti Discipuli, ut Timothei, ut Titi, ut Evodii, qvi in Castitate transegerunt hanc vitam: Non qvod vituperem reliqvos Sanctos, quod rei uxoriæ se dederint, horum tantummodò memini. Opto enim, ut dignus sim in regno cœlorum ad horum pedes inveniri, ut Abrahæ, Isaaci, Jacob, ut Joseph, Esaiæ, & aliorum Prophetarum, ut Petri, Pauli, & aliorum Apostolorum, qvi nuptiis operam dederunt, sed studio Virginitatis, de qvâ loqvor, illi mihi in mentem venerunt.*

Ut aureus hic Ignatii locus nobis sartus tectus maneat, potissimum contra Bellarminum & Baronium, apponemus præcipua, qvæ in eundem annotavit D. Nicol. Vedelius in Cap. XI. XII. XIII. Ita autem ille: οὐ ψέγων τοὺς λοιποὺς μακαϱίους ὅτι γάμοις πϱοσωμίλησαν, i. e. *Non reprehendens reliqvos beatos, quod in conjugio vixerunt.*] Sic paulò ante dixerat, scribit Vedelius, Virgines debere Christo obedire, οὐκ ἐπὶ διαβολῇ συναφείας, h. e. non ut conjugio obtrectent, aut maledicant. Ex qvibus inprimis ex priore perspicuum est, qvid senserit Ecclesia tempore Ignatii de conjugio Pastorum Ecclesiæ: sc. ne reprehensum qvidem id fuisse, nedum ut impurum haberetur, & in scortationum sordibus censeretur. οὐ ψέγων, inqvit, τοὺς λοιποὺς μακαϱίους. Non reprehendens reliqvos beatos, loqvitur autem de Pastoribus Ecclesiæ, non solum de sanctis aliis. Ex Veteri Test. affert exemplum Esaiæ, καὶ τῶν ἄλλων πϱοφητῶν & cæterorum Prophetarum. Ex Novo Petri

 (nam

(nam de τȣ Παύλȣ hic non contendam) καὶ τῶν ἄλλων ἀποςόλων τῶν γάμοις προσομιλησάντων, h. e. Eorum, qvi conjugio usi fuerunt. Observetur hoc contra eos, qvi Clericis conjugium interdicunt, qvi qvantum dissimiles sint primitivæ Ecclesiæ, facile hinc liqvet.

Syricius Papa Dist. 82. Canones plurimos, loqvens tam de conjugiis propriis, quam etiam turpi coitu Sacerdotum, id crimen, & de utroqve genere loqui pergens, ait: *Dicat mihi nunc, qvisqvis ille est Sectator libidinum, Præceptor vitiorum. Item utrumq; factum Luxuriam vocat.* Item, *Sanctitatem & conscientiæ integritatem illis adimit,* eodem Canone. Et Canone seqvente. Qvia aliqvanti incontinentiæ accusat, & illicitum privilegium vocat Conjugii usum in illis, item omni Ecclesiastico honore indignos & ejectos pronunciat, eidem obscœnas cupiditates eis objicit. Ejus exemplum Innocentius eâdem Dist. Can. proposuisti, Seqvitur. Bellarminus Lib. 2. de Monachis cap. 34. Nos, ait, Sacrorum ministrorum conjugia, non conjugia legitima, sed Sacrilegia, conjugii nomine tecta esse ostendimus, & ideò reprehendimus. Idem probat dictum impium Libri de Bono Viduitatis Cap. II. ubi post votum contracta conjugia pejora adulteriis esse dicuntur. Vetat Bellarminus eam impiam Sententiam Augustini nomine, cum tamen satis constet, & notum sit, librum illum Augustini neqvaqvam esse. Qvantum hæc Ignatio repugnant, qvi dicit: Se non reprehendere pastores eos, qui conjugio usi fuerunt. Illi autem *reprehendunt* (qvâ voce Bellarminus utitur) & horrendis modis vituperant, Libidinem, Vitium, Obscœnitatem, Sacrilegia, &c. nuncupantes. Apparet etiam ex hoc Ignatii loco, qvã frivolũ sit subterfugiũ ipsorũ, nominatim autem Bellarmini Lib. 1. de Cleric. cap. 20. ubi ad declinandam ignominiam ac hæreseως notam, qvam S. Paulus 1. Tim. 4. Conjugii hostibus inurit, existimat, satis esse non improbare conjugium in reliqvis, saltem id in Clericis reprehendere. *Frustraneum hoc esse Pater ostendit, dum id non solum non in aliis, sed nec in Clericis qvidem, seu Ecclesiæ Pastoribus reprehendit.*

§. CCCCCIV. ὡς Πέτρȣ καὶ τῶν ἄλλων Αποςόλων hoc est: *Ut Petri & aliorum Apostolorum.*] De Philippi conjugio ex Actis patet cap. XXI. v. 9. De omnibus Apostolis, excepto Johanne & Paulo, asserit idem

dem Auctor Commentar. in 2. Cor. 11. qui vulgò *AMBROSIO* tribuuntur. Qvod efficacissimum argumentum est pro Conjugio Ministrorum Ecclesiæ. *Si enim Apostolis licuit uxoratos esse, qvamvis Sanctissimi essent, & si ob id reprehensi non fuerunt; cur id non liceat aliis Ecclesiæ Pastoribus*; Sed excipit Bellarminus ad hunc locum lib. 2. de Monachis, cap. 34. & Lib. 1. cap. 20. Apostolos omnes post Vocationem renunciasse officio conjugali, & id probare conatur, tùm ex Matthæi 19. vers. 27. *Ecce omnia reliqvimus, & te secuti sumus.* Item: *Qvicunq; reliqverit domum*, &c. Tum ex Clemente Alexandr. Lib. III. Στρωμάτων. Ad hoc effugium, qvia solidissimè dudum responsum est; sufficit me lectorem ad eos ablegare nominatim ad Fr. Junium in loca allegata Bellarmini, D. Paræum in Commentar. 1. Cor. 9. vers. 5. P. Molinæum contra Arnoldum Jesuitam §. 87.

Id tantùm addam Bellarminum labi, cùm dicit inter *OMNIA* illa, qvæ Apostoli se reliqvisse dicunt, etiam conjuges numerari. Malè: cùm τὸ OMNIA in Scripturâ nonnunqvam de solis Facultatibus sumatur. Exemplum clarissimum est 2. Sam. 16. v. 4. Ubi David ait, Calumniatori Zibæ: *Ecce omnia, qvæ sunt Mephibosethi, tua sunto*, & cap 19. v. 29. Mephibosethus ait: Etiam *Omnia* accipiat, posteaqvam venit Dominus meus, &c. Qvod porrò Bellarminus eodem cap. 34. dicit ad hunc Ignatii locum, *Etsi nonnulli Prophetæ ab Ignatio memorati conjugati fuerint, tamen & alios Prophetas continentiæ Exemplum præbuisse.* Id verò injuriosum in Prophetas conjugatos est. Qvid enim si in conjugio vixerunt, an igitur incontinentes fuere? Melius Epiphanius in Anchorato: Ἐνὼχ οὐκ ἦν παρθένος, ἀλλ' ἐγκρατής: Enoch non fuit Virgo, sed continens. Observetur adhuc Bellarmini exceptionem everti vi verborum Ignatii, qvi simpliciter loqvitur de Apostolis, h. e. illis, qvi in functione s. Vocatione illâ erant, & dicit de iis, qvòd Apostoli τοῖς Γάμοις προσωμίλησαν h. e. usi fuerint conjugio. Ea enim est vis Vocis προσομιλεῖν, qvæ aperta & plana est, si vocem Γάμον pro nuptiis sumas, ut vulgò usurpatur, apertissima autem pro Uxoribus, qvemadmodum memini me legisse apud veterem Scriptorem Græcum, ubi qvis s. qvædam de conjuge loqvens ait. Τὸν ἐμὸν Γάμον.

Καὶ

Paulus habuit Uxorẽ.

Καὶ Παύλου, *& Pauli.*] Baronius Anno 57. Vocem Pauli supposititiam esse hoc loco contendit, ac Paulum cœlibem vitam exegisse asseverat. At in utroqve fallitur Baronius. Nam primò posito, Paulum in Conjugio nunqvam vixisse, non tamen id Pastorum conjugio & argumento, qvod ex Apostolorum exemplis teximus, qvicqvam detraheret. Constat enim licuisse Paulo Sororem uxorem circumducere, ut & reliqvi Apostoli 1. Cor. 9. Secundò falsum est vocem hanc esse supposititiam. Primò enim ex præcedentibus apparet, Ignatium inter conjugatos habuisse Paulum, non inter Cœlibes. Nam cùm Sanctos Viros N. T. & Ecclesiæ primitivæ enumerat, qvi in cœlibatu vixerunt, omittit Paulum & tamen Timotheum memorat. Secundò vox Pauli reperitur in antiqvissimis codicibus. Qvale est illud Anglicanum, qvod extat ac etiamnum videtur in Bibliothecâ Collegii Ballidensis apud Oxonienses, referente Thomâ Jamesio in libro doctissimo Anglicè conscripto, de *Corruptelis Scripturæ, Conciliorum, Patrum*; *Parte secundâ corrupt. 13.* Ubi ait: Manuscriptum id excurrere 700. aut 800. Annos: & Papistam qvendam aut alium erasisse vocem Pauli, ac locum reliqvisse vacuum. Sed fraudem protinus deprehendi, ubi membrana luci opponatur: tùm enim evidentissimè apparere literas ac vocem Pauli. Addit ex eâdem hâc Ignatii Sententiâ erasam similiter esse in codice illo vocem Apostoli, ubi dicitur à Patre, *& alii Apostoli.* Qvod diligenter observandum est. Idq; eò magis, qvòd Baronius audacter dicit, codices antiqvos vocem Pauli ibi non habere. Cæterùm Tertullianus, qvantum fallus fuerit de Monogam. cap. 8. cùm negat in Scripturâ reperiri qvenqvam alium Apostolum in conjugio vixisse, præterqvam Petrus; nec non qvàm Hieronymus adversus Jovinian. Lib. 1. fuerit deceptus, qvi idem asserit; id verò ex memorato loco Apostoli, & præsentibus verbis Ignatii patet; ubi non solùm Cepha, sed & alii Apostoli, & fratres Domini nominantur. Observetur hoc adversus Baronium, qvi memorato An. 57. num. 66. Patrem illum pro clypeo hâc in causâ objicit. Qvàm etiam debile sit argumentum, qvo Cap. num. 69. probare conatur Paulum cœlibem fuisse, qvod Pharisæus fuerit, & qvidem ex rigidioribus: Id verò partim inconseqvens, partim falsum est. Inconseqvens, qvia & alii Pha-

Vox Pauli hic ap. Igna. reperitur in Antiqvissimis Codicibq teste Th. Ja. l. Anglic. de Corrupt. Sc. Conc. & Patrum.

Corrupt. Ig. Pontificia.

Pharisæi fuerunt, & tamen in conjugio vixerunt: Paulus non solùm Pharisæus fuit, sed etiam Pharisæi Filius. Act 23.v.7.

Et qvod ipse ex Epiphanii Hæres. Lib. citat, ut ostendat Pharisæos à nuptiis abstinuisse alios octo, alios decem annos: id verò & ipsum allegat Baronius inconsideratè admodum. Nusqvam enim id dicit Epiphanius. Videamus verba Patris: Τινὲς μὲν γὰρ αὐτῶν, ὅτε ἤσκουν, ὥριζον δεκαετίαν, ἢ ὀκταετίαν. Ὁμοίως παρθενίας ἢ ἐγκρατείας συνεχῶς εὐχόμενοι πυκνότερον ἀγῶνα τοῦτον ἐνίσταντο, &c. Hæc verba Cornarius sic vertit, & Baronius ex ejus interpretatione sic citat Apparatu ad Annales Num. 9. Qvidam enim ipsorum, cùm se exercebant, præscribebant decennium, aut octennium, aut qvadriennium Virginitatis sive (Baronius ET) continentiæ, & freqventius orantes crebrius certamen hoc aggrediebantur, &c. Qvæ interpretatio pessima est, & sic emendanda: Qvidam enim ipsorum qvando se exercebant, præscribebant (exercitio sc.) decennium, aut octennium aut qvadriennium: tàm tempore Virginitatis, qvàm Abstinentiæ perpetuò orantes crebrius certamen hoc inibant, &c. Ut hic Τὸ παρθενίας & ἐγκρατείας tempus notet conditionis, s. Status Virginitatis, aut Abstinentiæ, more Græcanico loqvendi iis noto, qvi vel gustarunt Græcam Linguam. Igitur in istâ interpretatione, qvam Baronius seqvitur, multiplex vitium est.

Primò, qvod ea, qvæ tempus ipsius Ἀσκήσεως concernunt, ad tempus alterius rei retulit, non animadverso, diversa tempora impendisse Ἀσκήσει Pharisæos; dum alii plures, alii pauciores annos, alii etiam totam vitam ei dederent.

Secundò, qvòd Τὸ παρθενίας ἢ ἐγκρατείας conjunxit cum præcedentibus.

Tertiò, qvòd Τὸ ἢ per τὸ reddit Baronius, qvasi Epiphanius de uno eodemqve vitæ genere, scilicet de Virginitate loqveretur, cùm tamen Epiphanius de duobus loqvatur, scilicet primò de Virginitate, secundò de Abstinentiâ, qvâ etiam conjugati Pharisæi defungebantur. Hinc Epiphanius non dicit παρθένος καὶ ἐγκρατής. Sed παρθένος, ἢ ἐγκρατής, planè ut hæresi is contra Scribas: ἐν ᾧ χρόνῳ ἐνεκρατεύετο ἢ παρθενίαν ἤσκει, hoc est, qvo tempore continebat sese, aut virginitatem colebat. Ut hoc non obscurum argumentum sit, qvod tantùm abest, ut Baronium juvet, ut potius

manifestè contra ipsum doceat rigidiores Pharisæos etiam in conjugio vixisse, qvia interdum ab usu ejus abstinebant. Sed placuit Baronio etiam hîc Lectore abuti non minùs qvàm interprete, qvi non ET sed SIVE traduxerat. Vides ut inconseqvens sit Baronii argumentum. Falsum etiam ex parte dicit Baronius, dum ex Galat. I. v. 14. probare vult, *Paulum fuisse ex rigidioribus Phariseis*: cùm Paulus ibi loqvatur non de Pharisaismo, sed de Judaismo simpliciter dicens: *Et profeci in Judaismo supra multos coævos meos in gente meâ, summè affectans traditiones à Patribus meis profectas.* Ubi non dicit, se inter rigidiores ex Judæorum fuisse Pharisæis; sed inter rigidiores ex Judæis fuisse, h. e. Pharisæum fuisse. Actor. 23. & ult. Cætera, qvæ Baronius contra Pauli conjugium affert discutere, si tempus præsens non permittit, aliqvando fortassis permittet. Unum hoc addam: Mirandam esse Baronii venenatam audaciam, qvi illo An. 57. Num. 67. cùm probare vult locum hunc Ignatii corruptum esse, non dubitat eam corruptelam orthodoxis (qvos ille Novatores more suo appellat) imputare, qvasi à nostris ea additio profecta esset.

Mox tamen, ut inconstans semper est, mendacium (maximè qvale hoc est, putidum nimis & apertum) indicat inveniri id in aliis exemplaribus Græcis, sed haud vetustate conferendis cum exemplari Hungarico. Et statim addit, sibi id à Græcis assutum. Videat, qvi volet, apud ipsum Cæsarem, levitatem illam & calumniam utramqve profectò nimis qvam ridiculam & malitiosam. Hæc Vedelius.

§. cccccv. *An Paulus fuerit cœlebs, an Conjugatus?*

Qvibus non possum non addere, qvæ de Paulo cœlibe an conjugato annotavit Chamierus Panstrat. I. 16. cap. XII. num. IV. & numer. XIV. XV.

De Paulo, inqvit, non Ignatium duntaxat, sed & Clementem habemus testem Stromat. 3. qvod nec Eusebius omittendum putavit. Καὶ ὅγε Παῦλος οὐκ ὀκνεῖ ἔν τινι ἐπιστολῇ τὴν ἑαυτοῦ προσαγορεύειν σύζυγον, ἣν οὐ περιεκόμιζεν διὰ τὸ τῆς ὑπηρεσίας εὐσταλές. Et verò Paulus non cunctatur in qvâdam Epistolâ suam conjugem compellare, qvàm non circumduceret, qvod non esset opus multo ministerio.

De Paulo gravior qvæstio est, & in utramqve partem prolixiùs disputabilis, tùm rationibus probabilibus; tùm auctoritatibus veterum. Neque nos verò id, qvicqvid est, in medium protulimus, ut certum: sed duntaxat, ut verisimile, neqve olim visum absurdum magnis viris, qvibus ipsis castitas, vel potiùs continentia à mulieribus cordi erat. Nam alioqvin in eam nos partem inclinamus potiùs, ut censeamus Paulum non fuisse conjugem: qvod & nostri eliciunt ex epistolâ ad Corinthios. Qvod ne videar nunc recens fingere: en tibi testes. Calvinum in 4. ad Philippenses, negantem γνήσιον σύζυγον esse conjugem. Cùm priorem ad Corinthios scriberet Paulus, tunc se fuisse cœlibem commemorat: Inconjugatis, inqvit, & viduis dico, bonum est, si permaneant, sicut ego sum. Scripsit eam epistolam Ephesi, cùm discessum pararet. Non multò post Hierosolymam profectus est, ubi conjectus fuit in vincula, & Romam perductus. Qvam alienum ducendæ uxori fuerit tempus, qvod partim in itinere, partim in vinculis consumpsit, nemo non videt: Martyrem in 1. Corinthios 7. Tantâ charitate afficiebatur ergà illos, ut cum cœlibatum videat habere multa commoda, ut expeditius Deo serviatur, illum omnibus optet: Aretium in eundem locum: Vellem qvidem vos esse mihi similes, hoc est, pares omnes ad cœlibatum. Et pòst: Secunda est commendatio cœlibatus, qvâ ad suum exemplum, omnes cœlibes esse. Piscatorem in 4. ad Philippenses: Infirmo argumento utuntur, qvi hinc colligunt Paulum habuisse uxorem: qvia nimirum nomen σύζυγος sonat conjugem. At nomen illud in genere socium significat: & Paulum non habuisse uxorem, cùm scriberet epistolam priorem ad Corinthios; liqvet ex illius capite septimo. Qvod autem postea nupserit, nusqiam legitur, nec cum iis, qvæ leguntur de ipsius vitâ, convenit. Similiter Beza: Qvod nonnulli colligunt ex hoc loco Paulum hoc tempore uxorem habuisse, ad qvam hoc spectet, nimium est infirmum, cum prioris ad Corinthios septimo iis manifestè se adjungat, qvi uxorem non haberent: nec (ut rectè observavit doctissimus interpres) ulla vel levissima sit conjectura, Paulum ab eo tempore de uxore ducendâ cogitasse, qvam Philippis reliqverit. Post: Syrus autem interpres

pres utens masculinis ubiqve vocibus, nullum dubitationi locum relinqvit.

De Paulo igitur magis annotavimus, qvæ fuerit qvorundam Veterum sententia, qvam nostram ipsi expressimus. Cæterùm sufficit reliqvorum Apostolorũ, Apostolicorumq; exemplum, qvi si fuere conjugati, vel omnes, vel aliqvi, rem hanc totam conficiunt. Fuisse autem non illa tantum probant, qvæ enumeravimus: sed etiam Paulus locupletissimus testis 1. Cor. 9. Annon habemus potestatem sororem uxorem circumducendi, ut & reliqvi Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? Undè duo colligimus: & reliqvis, saltem qvibusdam, Apostolis fuisse uxores, qvas circumducerent: & ipsi Paulo, ac proinde omnibus, eandem potestatem fuisse: qvod falsum, si lex ulla fuisset in contrarium: nam hodiè apud Papistas nemo Presbyter eam sibi ausit arrogare. Itaqve si Paulus, si qvi alii Apostoli, adde Apostolci viri, Timotheus, Titus, alii cœlibes fuere: profectò prorsus eo modo, qvo nos omnibus, etiam dicatis Ecclesiæ ministerio, cœlibatum permittimus.

Testim pro Conjugio Cl. è secundo seculo.

Et hæc è primo Seculo retulisse sufficiat. In II. recensendus nobis est primo loco Diaconus qvidam, qvem uxorem habuisse testatur Irenæus lib. 1. cap. 9. his verbis: Diaconus qvidam eorum, qvi sunt in Asiâ, suscipiens eum *Marcum Hæreticum in domum suam, incidit in hujusmodi calamitatem. Nam cum esset uxor ejus speciosa, & sententia & corpore corrupta esset à Mago isto, & secuta eum esset multo tempore, post deinde cum magno labore fratres eam convertissent, omne tempus in exhomologesi consummavit.* Ita Chamier Panstrat. l.16. cap. XIII. n. VI. qvi addit: Eusebius duos indicat, Chæremonem & Phileam lib. 6. Historiæ cap. 34. χαιρήμων ἦν ὑπέργηρως τῆς νείλου καλουμένης πόλεως ἐπίσκοπος. οὗτος εἰς τὸ ἀράβιον ὄρος ἅμα τῇ συμβίῳ ἑαυτοῦ φυγὼν οὐκ ἐπανελήλυθεν: Chæremon erat valde affecta ætate: civitatis, qvæ dicebatur Nilus, præsuli hic in Arabicum montem, unà cum uxore suâ, cùm fugisset, nunqvam rediit. Libri octavi capite decimo, Philoromum & Phileam (& huncqvidem Episcopum Timuithensis Ecclesiæ) ad martyrium paratos, cognatorum audisse preces, ut sibi parcerent & conjugibus & liberis. Οἱ καὶ μυρίων ὅσων πρὸς αἵματός τε καὶ τῶν ἄλλως φίλων ἀντιβολούντων, ἔτι μὴν τῶν ἐπ' ἀξίας ἀρχόντων, πρὸς δὲ καὶ

καὶ αὐτὸ τοῦ δικαστοῦ παρακαλοῦντος, ὡς αὐ αὐτοὺς (an verò potiùs αὐτῶν) οἶκτον λάβοιεν, Φειδῶτε παίδων καὶ γυναικῶν ποιήσαιντο, οὐδαμῶς πρὸς τῶν τοσούτων ἐπὶ τὸ Φιλοζωῆσαι μὲν ἑλέσθαι, καταφρονῆσαι δὲ τῶν περὶ ὁμολογίας καὶ ἀρνήσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεσμῶν ὑπήχθησαν. Hi plurimis consanguineis amicisqve obsecrantibus, sed & Magistratibus, atqve adeò ipso judice hortante, ut sui miserentur; parcerentqve liberis & uxoribus: neutiqvam abduci potuere, ut eligerent amorem vitæ, & leges de confitendo, aut negando Servatore, pro nihilo haberent. Hactenus ille.

In eodem secundo seculo, tempore Dionysii Corinthiorum Episcopi circa annum Domini 170. (nam ad Soterem Episcopum Romanum scripsisse dicit Eusebius l. 4. c.23. p.m. 106.) iterum cœpit lex de cœlibatu caput exerere, & qvidem apud Gnosios in Cretâ insulâ, ubi Paulus ipse per Titum ἐπιδιόρθωσιν illam præscripserat: Constitue Presbyteros, si qvis est sine crimine, unius uxoris vir. Eusebius enim citat. lib.4.cap.23. narrat Dionysium Corinthiacum scripsisse epistolam ad Gnosios, in qvâ Pinytus Ecclesiæ illius Episcopum admonet, *ne grave onus castitatis fratribus ex necessitate imponat: sed multitudinis accuratè imbecillitatem consideret*; Verba Græca ita sonant: Ἐν ᾗ (scil. ἐπιστολῇ) πινυτὸν τῆς παροικίας ἐπίσκοπον παρακαλεῖ, μὴ βαρὺ Φορτίον ἐπάναγκες τὸ περὶ ἁγνείας τοῖς ἀδελφοῖς ἐπιτιθέναι, τῆς δὲ τῶν πολλῶν καταστοχάζεσθαι ἀσθενείας. In qvibus verbis, ut Dn. Chemnitius benè observat, Pinytus non in genere omnibus Christianis conjugium prohibere voluit, sed fratribus præcipuè h. e. collegis ministerii (qvos Paulus solet fratres vocare) voluit legem cœlibatûs imponere. ἐπάναγκες enim vox est, qvæ in legibus sive edictis poni solet. Et observatu dignum est, qvid Pinytum moverit, ad imponendam fratribus legem cœlibatûs, cùm doctrina, exempla, & Canones Apostolicæ Ecclesiæ diversum traderent.

§. CCCCCVI.

Illud verò non obscurè colligitur ex responsione Pinyti, qvia ostendit se recipere qvidem Dionysii sententiam, sed tamen monet, ut in posterum τελειοτέροις perfectioribus liberis cibum firmiorem impertiri velit Dionysius, ne semper immorantes (λόγοις γαλακτώδεσι) hujusmodi doctrinis, qvæ tamen lactis cibus sunt (νηπιώδει ἀγωγῇ) in puerili institutione consenescant. Sensit igitur Pynitus

conjugium Sacerdotum ab Apostolis & Apostolicis viris approbatum, temporis tantùm gratiâ, tanqvam lactis cibum, & puerilem imperfectamqve institutionem concessum fuisse. Posteros verò debere de doctrinâ firmiore & de perfectiore institutione cogitare, ut scilicet Sacerdotibus conjugium prohibeatur, & lex cœlibatûs imponatur. Hoc diligenter observetur, argumentum enim illud ab Hieronymo etiam, & à multis Pontificiis usurpatur, contra sententias Pauli 1. Tim.3. Tit. 1. Sed tunc Dionysius Corinthiorum Episcopus, vir magnæ authoritatis, legem cœlibatûs, non obstante plausibili illâ Pinyti argumentatione, ex Ecclesiâ explosit.

Lubet hîc addere, qvomodo Chamierus hunc locum ex Eusebio proferat, & contra Pontificios tueatur. Ita autem ille lib. 16. cap. XI. num. XVI. seq. Apud Eusebium historiæ lib. 4. cap. 23. Dionysius Corinthiorum episcopus magni vir nominis τὸν πινυτὸν παρακαλεῖ μὴ βαρὺ φορτίον ἐπάναγκες τὸ περὶ ἁγνείας τοῖς ἀδελφοῖς ἐπιτιθέναι. τῆς δὲ τῶν πολλῶν στοχάζεσθαι ἀσθενείας. Pinytum admonet, ne grave onus castitatis fratribus ex necessitate imponat, sed multorum imbecillitati attendat. Et huic qvidem consilio videtur Pinytus non acqviescere: sed ita rescribit tamen: ut non veteris ullius legis observationem postulari, sed novam potiùs & perfectiorem vivendi rationem optari significet: ἀντιπαρακαλεῖ στερροτέρας ἤδη μεταδιδόναι τροφῆς, τελειοτέροις γράμμασιν εἰσαῦθις τὸν παρ' αὐτῷ λαὸν ὑποθρέψαντα, ὡς μὴ διὰ τέλους τοῖς γαλακτώδεσιν ἐνδιατρίβοντες λόγοις τῇ νηπιώδει ἀγωγῇ λάθοιεν καταγηράσαντες. Contra obsecrat, solidiorem cibum tandem impertiat, populumq; suum perfectioribus literis pascat: ne semper exerciti sermonibus merum lac redolentibus, in puerili disciplinâ imprudentes consenescant. Qvæ ipsissima ratio est eorum, qvibus cum & nos hodiè confligari necesse est: imaginantium Christianos mores, qvò magis discessum est à temporibus Apostolorum, hoc magis perfectionem attigisse. Quo nihil vanius, nihil futilius, aut magis alienum à vero. Pinytum ergò vides non contentum eâ disciplinâ, qvæ erat ab initio, & novæ perfectionis confidentiâ inflatum, novos mores introducentem. Dionysium contra, novitates improbantem, & qvos ille perfectos dicebat, eorum ἀσθένειαν

γυναι objicientem. Utrum saniorem ? Certè Papistas ipsa coëgit experientia, cum Dionysio infirmitatem agnoscere: qvanqvam exitu longè diverso: cum enim ille ab infirmitate concluderet, non imponendum cœlibatum: isti de cœlibatu nihil remittere: tantum mollire severitatem in fornicantes.

Bulengerus respondet τὰς ἀδελφὰς in Dionysio intelligendos Laicos, non Clericos. Portentosè. Qvis enim audivit unqvam tàm immaniter insanientem Christiani nominis qvenqvam, nedum Episcopum, & qvidem sanæ fidei, qvalem Pinytum describit Eusebius, qvi universo populo continentiæ φορτίον ἐπάναγκες imposuerit? Ne Manichæos qvidem tàm apertæ dementiæ qvisqvam accusavit, aut alios, qvibus lusus fuit matrimonii insectatio. Enim verò, fratrum nomine, etsi omnes Christiani veniant, tamen peculiari qvodam modo sic solebant Clerici Clericos salutare: & ut peculiaris ille usus nullus esset, tamen qvia omnes Christiani fratres, qvod proponitur Clericis, fratribus cur non dicatur proponi ? Imò ne λαὸν qvidem cùm Pinytus nominat, Bulengero favet. Non enim id nominis semper Laicos significat, cùm distinguuntur à Clericis: sed interdum totum Ecclesiæ corpus, in qvo etiam Clericorum ordo.

Observandum hoc loco, qvantum auctoritas hujus Dionysii Corinthiaci in Ecclesiâ valuerit. Nimirum licet hæretici tùm temporis Conjugium in universum insectati fuerint, potissimum verò in suis Levitis. Epiphanius enim scribit, apud Gnosticos Levitas laudatissimos non uti fœminis, sed se ipsis, hoc est, Venere παρὰ φύσιν, sicut Paulus Roman. 1. loqvitur. Ita legitimus amor mulierum sub specie sanctitatis fastidiri cœpit, juxta vaticinium Dan. XI. qvod ipsum postea in ipsam Pontificiam Ecclesiam irrepsit. Sed in verâ Ecclesiâ conjugium Sacerdotum post Dionysium illum honestas tunc à manifestis insectationibus ferias habuit. Qvod inde intelligitur, qvod multi illorum temporum leguntur conjugati fuisse. Aliqvot jam nominavimus. Nominare autem porrò possumus Spiridonem, nec non Polycratem.

Polycrates apud Eusebium lib. 5. cap. 25. contra Victorem disputans, gloriatur, septem suorum συγγενῶν cognatorum ordine fuisse Ephesi Episcopos, & se in successione esse octavum.

Cle-

Clemens Alexandrinus qvoqve, qvi sub finem hujus seculi floruit, Alexandriæ Catechesium Magister l. 3. Stromat. Conjugium in qvibusvis personis egregiè defendit. Inter cætera circa finem istius libri scribit: Καθόλου πᾶσαι αἱ ἐπιστολαὶ τοῦ Παύλου σωφροσύνην καὶ ἐγκράτειαν διδάσκουσαι, περί τε γάμων, περί τε παιδοποιίας, περί τε οἴκου διοικήσεως, μυρίας ὅσας ἐντολὰς περιέχουσαι. οὐδαμοῦ γάμων ἠθέτησαν τὸν σώφρονα. ἀλλὰ τὴν ἀκολουθίαν σώζουσαι τοῦ νόμου πρὸς τὸ εὐαγγέλιον ἀποδέχονται ἑκάτερον, τόν τε εὐχαρίστως τῷ θεῷ γάμῳ κεχρημένον σωφρόνως. τόν τε εὐνουχίᾳ ὡς ὁ θεὸς συμβιοῦντα. Et, ut in summâ dicam, omnes Pauli epistolæ, qvæ moderationem docent & continentiam, cùm & de matrimonio, & de liberorum procreatione, & de domûs administratione innumerabilia præcepta contineant, nusqvam honestum moderatumqve matrimonium prohibuerunt, aut abrogârunt: sed legis cum Evangelio servantes convenientiam, utrumqve admittunt, & eum, qvi Deo agendo gratias moderatè utitur matrimonio, & eum, qvi, ut Dominus, vivit in castitate. Nusqvam prohibuerunt, inqvit: Et volunt tamen Papistæ aliter. Nam qvi σώφρονα aut ἐγκρατῆ dixit, eundem volunt, utris fides? Papistis, an Clementi?

§. ccccccvII. Testimonia è Secul. III.

Succedit Seculum III. in qvo Tertullianus, Cyprianus, & alii vixere. Ac qvod ad Tertullianum Carthaginensem Presbyterum, & Novatum qvoqve Presbyterum attinet, uterq; in Ecclesiâ Catholicâ ordinatus est, nec transfuga in eas hæreses, qvibus cum hæc controversia disputanda esset. Uterqve conjugatus. Nam Tertullianus ad uxorem suam scripsit libellos, æternos testes suarum nuptiarum: qvorum priore dehortatur à secundis nuptiis, si se contingeret priorem mori; altero, ut saltem ne copuletur Gentili.

De Novato, qvi postea in eâdem Ecclesiâ fuit Presbyter, testatur Cyprianus ejusdem Ecclesiæ Episcopus, qvod in conjugio vixerit Epist. 49. cum ejus scelera enumerans: *Uterus*, inqvit, *uxoris, calce percussus & abortione properante in parricidium partus expressus. Et damnare nunc audet sacrificantium manus, cùm sit ipse nocentior pedibus, qvibus filius, qvi nascebatur, occisus est.*

Numidic. Presb. uxor.

Idem epist. 35. edit. Pamm. vel lib. 4. epist. 10. Numidici Presbyteri periculum, in qvod ob confessionem fidei incidit, refe-

referens, sic de eo scribit: *Uxorem adhærentem* lateri suo concrematam *simul cum cæteris* (vel conservatam magis dixerim) *lætus asl exit. Ipse* semiustulatus & lapidibus *obrutus, & pro mortuo* derelictus, dum postmodum *filia sollicito pietatis* obseqvio cadaver Patris *inqvireret, semianimus* inventus & extractus, & *refocillatus à Comitibus,* qvos ipsa præmiserat, *remansit invitus* Lib. 5. Epist. 15. apud Pam. 19. *Felix,* inquit, *qui Presbyterium* subministrabat, sub *Decimo proximus mihi* vicinus & Victoria *conjux ejus, & Lucius*, fideles extorres facti reliqverunt *possessiones, quas nunc fiscus tenet.* Qvin de ipso Cypriano Presbytero ait Pontius in vitâ ejus: *Non illum penuria,* non dolor fregit, non uxoris svadela *deflexit.* Et de Cœcilio Presbytero scribit ibidem: Ille *demulsus ejus* obseqviis in tantum dilectionis *immensæ meritò* provocatus est, ut de seculo *excedens, accersitione* jam proximâ *commendarit illi conjugem & liberos suos.*

Felix conjugatus.

Cyprianus uxoratus.

Cœcilius Presbyter.

Dionysius Alexandrinus refert ap. Euseb. lib. 6. cap. 36. aliàs 39. qvomodo in persecutione sub Decio una cum liberis sibi fugâ consuluerit: Vix tandem qvarto die, inqvit, Deo mihi ut migrarem præcipiente, viamqve mirabiliter aperiente, ego & liberi & multi fratres simul egressi sumus. In eâdem persecutione & Chæremon Nili Episcopus cum uxore suâ sublatus est, de qvo sic scribit Eusebius lib. 6. cap. 41. Chæremon qvidam erat admodum senex civitatis, qvæ Nilus vocatur Episcopus. Hic ad montem Arabiæ unà cum Conjuge suâ fugiens non est reversus, nec unqvam videri potuerunt. Describens persecutionem sub Diocletiano in fine seculi hujus l. 8. cap. 9. de Philoromo Gubernatore Alexandriæ, & Phileâ Thmuitarum Episcopo sic ait: Isti qvamvis rogarentur ab innumeris cognatis & amicis, deniqve & aliis in dignitate constitutis primoribus, præterea & ab ipso judice obsecrarentur, ut sui ipsorum misererentur, Uxoribus & liberis parcerent, haudqvaqvam à tot & tantis viris ad hoc induci potuerunt. Dreier. de Conjug. Clericor. p. 642. Observari autem debet in hoc III. seculo circa Tertullianum, novam Sathanæ exortam & usurpatam esse machinationem. Cum enim lex cœlibatus aliqvoties turpem passa fuisset repulsam, Paracletus Montani, per Tertullianum circiter annum 230. cum secundas nuptias in universum damnare

vellet, in ordine Ecclesiastico potissimum subsistit. Nam Monogamiam Sacerdotibus præ cæteris lege qvâdam præscripsit. Dicit enim de exhortatione castitatis: Apud nos pleniùs & strictiùs præscribitur, unius matrimonii esse oportere, qvos allegat in ordinem sacerdotalem usus, ac memini qvosdam digamos loco dejectos. Hæc Tertullianus. In verâ autem Ecclesiâ legem illam non fuisse servatam, ipse Tertullianus, cùm ab Ecclesiâ ad Montanistas transiisset, fatetur, cum in libro de Monogamiâ inqvit: Cur ergò non erubescunt, qvotqvot ex digamiâ præsident apud vos &c. Hoc Novatiani seu Cathari posteà cupidè arripuerunt, nullum enim & ipsi digamum ad Clerum admiserunt, sicut Socrates refert. Illa verò Montanica præscriptio de Monogamiâ Sacerdotum, postea in ipsum Ecclesiam magno impetu irrupit, sicut postea dicemus. Cæterùm licet Tertullianus conjugium Sacerdotum primò non damnaret, tamen postea cum esset Montanista factus, de conjugio & de sexu muliebri valdè contumeliosè scripsit: Et inde Cyprianus (Magistrum enim suum, vocabat Tertullianum) hausit non tàm contemptum, qvàm odium adversus sexum muliebrem. Atq; eâ occasione cum Montani Paracletus sub hypocrisi perfectioris sanctitatis, conjugium non parùm deformasset, & tamen prohibitionem conjugii in universum non posset obtinere, cœpit origenes disputare de necessitate cœlibatûs in ordine sacerdotali, qvem alii qvidam secuti sunt. Et Manichæi sub specie sanctitatis & puritatis electis suis, tanqvam perfectioribus, conjugium prohibuerunt. Atqve ita sensim iterum cœpit revocari Lex de cœlibatu Sacerdotum, donec in Nicenâ Synodo, machinationes illæ in nervum cœperunt erumpere, sed tamen graviter ibi publicâ authoritate repressæ & repulsæ fuerunt. Quæ historica observatio, qvia valde utilis est, & multum lucis affert huic controversiæ, aliqvantò diligentius, sed tamen breviter eam explicabimus ex actis Synodi Nicenæ, & ex illis disputationibus & actionibus, qvæ Synodum eam antecesserunt.

§. CCCCCVIII. *Testim. pro Cōjug. Cler. è seculo IV.*

Seqvitur Seculum IV.

Sub initium hujus IV. seculi concilium Nicænum celebratum est, in qva qvidem, verum est, mansit prohibitio nuptiarum post ordi-

ordinationem; sed tamen permissus est conjugii usus illis, qvi ante ordinationem Conjugium contraxerant.

Synodi Nicenæ, Oecumenicarum post Apostolos primæ ac celeberrimæ, Canonem nullum habemus; sed Canoni tamen proximum decretum, qvod cautum ut ne esset Canon, qvo usus conjugii coërceretur, sed esset in cujusqve libertate positus. Rem gestam narrat Socrates histor. lib. 1. capite editionis qvidem Græcæ 12. at Christophorsonianæ 8. ἐν μὲν ἓν τέτο περὶ παφνυτίε εἰρήσθω. ὁ δὲ πρὸς λυσιτέλειαν τῆς ἐκκλησίας καὶ κόσμον τῶν ἱερωμένων διὰ τὴν αὐτὲ συμβελὴν γέγονε διηγήσομαι. ἐδόκει τοῖς ἐπισκόποις νόμον νεαρὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσφέρειν, ὥστε τὲς ἱερωμένες, (λέγω δὲ ἐπισκόπος καὶ πρεσβυτέρες καὶ διακόνες) μὴ συγκαθεύδειν ταῖς γαμεταῖς, ἃς ἔτι λαικοὶ ὄντες ἠγάγοντο. καὶ ἐπεὶ περὶ τέτε βελεύεσθαι προὔκειτο, διαναςὰς ἐν μέσῳ τῦ συλλόγε τῶν ἐπισκόπων ὁ παφνύτιος, ἐβόα μακρὰ μὴ βαρὺν ζυγὸν ἐπιθεῖναι τοῖς ἱερωμένοις ἀνδράσι. Τίμιον εἶναι τὴν κοίτην, καὶ αὐτὸν ἀμίαντον τὸν γάμον λέγων, μὴ τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἀκριβείας μᾶλλον, τὴν ἐκκλησίαν προσβλάψωσιν, ἐ γὸ πάντως δύνασθαι φέρειν τῆς ἀπαθείας τὴν ἄσκησιν, ἐδὲ ἴσως φυλαχθήσεσθαι τὴν σωφροσύνην τῆς ἑκάςε γαμετῆς. σωφροσύνην δὲ ἐκάλει καὶ τῆς νομίμε γυναικὸς τὴν συνέλευσιν, ἀρκεῖσθαί τε τὸν φθάσαντα κλήρε τυχεῖν μηκέτι ἐπὶ γάμον ἔρχεσθαι, κτ' τὴν τῆς ἐκκλησίας ἀρχαίαν παράδοσιν, μὴ μὲν ἀποζεύγνυσθαι ταύτης, ἣν ἅπαξ ἤδη λαικὸς ὢν ἠγάγετο, καὶ ταυτ' ἔλεγεν, ἄπειρος ὢν γάμε, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, γυναικός. πείθεται πᾶς ὁ τῶν ἱερωμένων σύλλογος τοῖς παφνυτίε λόγοις. διὰ καὶ τὴν περὶ τέτε ζήτησιν ἀπεσίγησαν τῇ γνώμῃ τῶν βελομένων ἀπέχεσθαι τῆς ὁμιλίας τῶν γαμετῶν καταλείψαντες.

Verum de una re à Paphnutio gestâ hactenus. Alteram *Paphnutii* etiam narrabo ejus consilio confectum, qvæ & Ecclesiæ utilitati, & *παῤῥησία.* omnibus, qvi sacris sunt initiati, ornamento esse possit. Visum erat Episcopis legem novam in Ecclesiam introducere, ut, qvi essent sacris initiati, sicut Episcopi, Presbyteri & Diaconi, cum uxoribus, qvas, cùm erant Laici, in matrimonium duxissent, minimè dormirent. Et cùm relatione factâ, potestas esset dicendæ sententiæ, surgens è medio Episcoporum cœtu Paphnutius, vehementer inclamavit: grave jugum sacris viris caverent imponere: Honorabile esse

etiam cubile, nuptiasqve impollutas. Ne severitatis excessu magis Ecclesiam læderent. Neqve enim posse omnes ferre professionem adeò alienam à passionibus: sed neqve fortè servatum iri propriæ cujusqve uxoris continentiam. Qvin & continentiam appellavit cum legitimâ uxore. Sufficere verò eum, qvem occupasset ordinatio, non progredi ad nuptias, ex antiqvâ Ecclesiæ traditione, neqve abjungendum ab eâ, qvam duxisset, etiamnum laicus. Atq; hæc ille, expers nuptiarum, imo etiam mulieris. Assentitur universus sacrorum cœtus Paphnutii orationi. Inde silentio obruta qvæstio: permissumqve cujusqve arbitrio abstinere congressu uxoris.

Hanc ipsam historiam Sozomenus describendam putavit, libri 1. cap.22. Et Gelasius Cyzicenus lib. 2. Actorum Concilii Nicæni cap.33. & Nicephorus lib. 8. cap. 19. Cassiodorus historiæ Tripartitæ lib. 2. c. 14. Deniqve Gratianus dist. 31. Canone *Nicæna Synodus.* Antonius historiæ part.2. cap.3. Descripsit etiam Petrus Crabbe tom.1. Conciliorum in actis Concilii Nicæni.

Hic qvid non monent, qvid non satagunt? Qvid non turbant Papistæ? Nihil illis objectum, qvod tantis oppugnent conatibus: qvod tàm lubricis artibus invadant: qvod tantâ, bile dicam, an rabie rodant, ut facilè conjicias altum hinc illis vulnus. Qvid promoverint, judicabunt cordati. Nobis certè laborem auxerunt: neqve enim paucis res tàm animosè tractata, potest expediri. Separabo in ordines. Sunt enim, qvi eam Socratis narrationem falsi accusent: sunt qvi de re ipsâ dicant potius. Sed omnibus his objectionibus & exceptionibus fusè & accuratissimè satisfecit Chamier in toto capite X. (lib. 16.) à §. 4. ad §. 64. qvod ibi Lector legere potest, qvia nimis prolixum esset hîc adscribere.

Qvod autem ad rem ipsam attinet, eam Dn. noster Martinus Chemnitius accuratè his verbis proposuit:

Scribunt itaqve Socrates lib.1.cap.11.& Sozomenus lib.1.c.23. Cùm Nicæna synodus post conscriptam formulam fidei, vellet ad reformandam vitam Ecclesiasticorum Canones facere, visum fuisse Episcopis νόμον νεαρὸν novitiam legem in Ecclesiam inferre, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi μὴ συγκαθεύδειν non concum-

cumberent cum uxoribus, qvas ante ordinationem duxerant. Cùm verò qvæstio illa in solenni συλλόγῳ consultanda proposita esset, Paphnutius Confessor in medio Episcoporum surgens contradixit, & ἐβόα μακρά, magnâ voce exclamans, ne grave jugum imponerent viris sacratis, asseverans, τίμιον εἶναι τὴν κοίτην, καὶ αὐτὸν ἀμίαντον τὸν γάμον, honorabilem esse concubitum conjugalem, & ipsum conjugium esse impollutum. Ne igitur exqvisitâ exactione Ecclesiæ plus nocerent, difficile enim esse, nec omnes ferre hoc. Ne igitur ipsis Sacerdotibus, & eorum uxoribus lex causa fieret, τοῦ μὴ σωφρονεῖν castitatem & pudicitiam non servandi, svasit Synodo, ne talem legem ponerent, vocans σωφροσύνην pudicitiam seu castitatem, etiam συνέλθειν καὶ συνουσίαν, consvetudinem, congressum seu concubitum cum propriâ legitimâ uxore &c. &c.

Et magna qvidem est Paphnutii authoritas. Præstitit enim constantiam confessionis in persecutione, effosso sibi altero oculo, & miraculis etiam clarus fuit. Nec libidinis gratiâ hanc sententiam defendit. Fuit enim cœlebs & continentiæ laude celebris. Præcipua verò authoritas sententiæ ejus hæc est, qvod nititur fundamentis Scripturæ, qvodqve universa Synodus sententiam ejus approbavit. Ita enim in historiâ seqvitur. Synodus igitur laudavit consilium Paphnutii, & in ipsius sententiam concessit universus ille Sacerdotum cœtus. Atqve ideò nullam legem hâc de re posuerunt, sed in sententiâ & voluntate cujusqve sine lege aut opinione necessitatis relictum hoc fuit, an velit qvis abstinere à consvetudine conjugali, an verò non? Ita enim describunt historiam Socrates & Sozomenus. Et qvod Pontificii tanqvam fundamentum & fulcrum legis suæ ponunt, posse scilicet omnes, modò velint, continentiam veri cœlibatûs præstare, hoc disertè à Nicænâ Synodo refutatum est. Paphnutius enim dicit, non tantùm esse χαλεπὸν, difficile, sed non omnes posse ferre hoc.

Publicâ igitur autoritate in Synodo celeberrimâ non tantũ oriẽtalis Ecclesiæ, sed œcumenicæ, & qvidẽ ipsius etiã Romanæ, reprobata fuit lex de cœlibatu Sacerdotũ, & qvidẽ ex hoc fũdamẽto, qvod lex illa plus detrimẽti, qvã cõmodi allatura esset Ecclesiæ eò qvod αἰτία causa esset futura, impuritatis & impudicitiæ ordinis Ecclesiastici, id, qvod verè

rè à Paphnutio prædictum fuisse, impurus & obscœnus eventus legis illius in regno Pontificio toti mundo manifestavit. Atqve ita consideratio hujus historiæ ostendit, omnia argumenta, qvibus etiam postea Pontificii pro stabiliendâ lege cœlibatûs usi sunt, refutata esse publicâ authoritate in Nicænâ Synodo. Nam & hoc, qvod Origenes suo exemplo vel introduxisse vel confirmasse dicitur, ut, qvi donum continentiæ ex Deo non haberent, se exscinderent, peculiare Canone ibi damnatum est &c.&c.

§. CCCCCIX. Sed qvid dicemus de appendice, qvam addit Paphnutius de illis, qvi cœlibes in ordinem sacerdotalem cooptati fuerunt, nihil dissimulabo. Sunt enim hæc Paphnutii verba; Sufficere, ut qvi Clericatu ante nuptias vel cœlibes potiti essent, juxta antiqvam Ecclesiæ traditionem ad nuptias amplius non accederent. Veteri autem Proverbio dicitur: calumniare audacter, semper enim aliqvid hæret: ita ex Sathanæ calumniis contra conjugium, licet repellerentur, tamen aliqvid adhæsit in Ecclesiâ. Digamiæ enim damnatio cùm non posset universaliter obtineri, cœpit ordini Ecclesiastico adhærere, sicut superiùs dictum est. Atqve ita etiam cùm prohibitio conjugii in sacris ordinibus non posset in universum obtineri, aliqvid tamen adhæsit. Consvetudo enim facta fuit sine aliqvâ lege, qvod illi, qvi cœlibes ad sacerdotium assumpti erant, postea non contrahebant matrimonium. Et Paphnutius qvidem svadet, consvetudinem illam retinendam, sed tamen non dicit esse vel præcepti divini, vel consilii & traditionis Apostolicæ, sed vocat Ecclesiæ, non legem, sed παράδοσιν, hoc est, traditionem. Cùmqve in priore parte afferat Scripturæ testimonia, de alterâ illâ clausulâ tantùm Ecclesiæ consvetudinem allegat, qvam tamen non fuisse universalem, nec legis necessitate, sine dispensatione impositam, manifestè ostendi potest ex 10. Canone Concil. Ancyr. qvod aliqvot annis præcessit Nicæn. Synodum. Canon autem sic habet: Diaconi si in ipsâ ordinatione protestati fuerint, velle se habere uxores, nec posse se continere, hi postea, si ad nuptias venerint, maneant in ministerio, propterea, qvia his Episcopus licentiam dederit. Dederunt itaqve & potuerunt Episcopi dare licentiam contrahendi matrimonium iis etiam, qvi in ministerio constituti fuerunt. Consvetudo ergò & non legis necessitas fuit. Nam prohibere contrahere matrimonium

nium doctrina Dæmoniorum est. 1. Tim. 4. &c. Vide reliqva loc. cit.

Ex his modo prolatis, & qvæ ap. D. Chemnitium & post illum ap. D. Georgium Calixtum Tractatu de Conjugio Clericorum pag. 170. inveniuntur, evidenter apparet, tempore Nicænæ Synodi Episcopos, Presbyteros, Diaconos uxoribus suis, qvas olim duxissent, more maritorum cohabitasse. Fuisse vero, qvi ex immodico & scientia non satis instructo zelo, qvali etiam Pinytus laboravit, legem de omnimoda abstinentia rogaverint, ut Patrum consensu scisceretur; Hispanos fortè & ipsum Synodi Præsidem Hosium, qvi in sua illiberitana Synodo simile qvid videri possunt statuisse: sed obstitisse magnum Virum Paphnutium & veris ac prægnantibus rationibus in suam sententiam totum concilium traduxisse; atqve adeo jus maritali consvetudine utendi integrum & illibatum, qvale hactenus fuerat, Episcopis, Presbyteris & Diaconis cum præsentibus, tum post futuris communi Patrum adsensu conservasse. Ab Apostolis itaqve sub initia nascentis Ecclesiæ jus illud abrogatum fuisse, nemo, cui qvidem mens constet, persvaderi sibi patietur.

Notetur autem insuper, Paphnutium qvidem uxorem non habuisse, SPIRIDONEM tamen, Trimethuntis in Cypro Episcopum, qvi & ipse non postremas in concilio partes tenuit, in Conjugio vixisse. De qvo Sozomenus lib. 1. c. 11. ἐγένετο γὰρ οὗτος ὁ ἀγροικὸς, γαμετὴν καὶ παῖδας ἔχων, ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο τὰ θεῖα χείρων, id est, *Erat iste Vir sanè agrestis, qvi tametsi uxorem habebat & liberos, non tamen propterea res divinas obiit negligentius.* Sive, uxorem & liberos habens, nec tamen eam ob causam ad divina peragenda deterior, sive, ut Cassiodorus lib. 1. c. 10. in Tripartita vertit, *in rebus divinis minor.* Rufinus lib. 1. c. 5. *Vir unus ex ordine Prophetarum, qvantum etiam nos eorum, qvi eum viderant, narratione comperimus.* Ita comparata fuit, qvò ad nostrum negotium, prima Oecumenica Synodus Nicæna, nempe & præsentes habuit Episcopos uxoratos, & consvetudinem maritalem Episcopis, Presbyteris, Diaconis liberam permisit.

Qvid contra hæc novatores, horumqve primipili Baronius

&

& Bellarminus, qvi causæ suæ jugulum peti vident, objiciant, discussum est à D. Calixto l. c. p. 171. 172. 173. ad p. 200. 201.

Aliqvot post Oecumenicam Nicænam Synodum annis, (nam annus ipse exactè non potest sciri) habita fuit SYNODUS GANGRENSIS, Gangræ, metropoli Paphlagoniæ contra Eustathium qvendam, [qvem Episcopum Sebastiæ in Armenia Socrates l. 2. c. 33. & Sozomenus l. 3. c. 13. faciunt, Baronius dicit in eo esse hallucinatos, & alium qvam Sebastenum hic condemnatum An. Chr. 361. num. 45. seq.] qvi cum asseclis suis Conjugatos Presbyteros repudiavit, & indignos, qvi sacra peragerent, judicavit; atqve ea propter à Patribus Gangrensibus anathemate percussus est Canones Gangrenses non modo Ecclesia Orientalis semper agnovit, & in suo Canonum Codice habuit, sed etiam Occidentalis, recensentibus eos, una cum cæteris omnium vetustissimis Dionysio Exiguo, Ferrando, Cresconio. Inter hos Canones qvartus est iste: εἴτις διαχρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι λειτουργήσαντος αὐτοῦ προσφορᾶς μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω. Si qvis separatur (segregat se) *à Presbytero conjugato, qvasi non oporteat eo ministrante de oblatione percipere, anathema esto.* Hic est Can. IV. qvi relatus qvoqve est in Jus Canonicum dist. 28. C. si qvis. Ecce anathema dictum iis, qvi Conjugium Presbyterorum rejiciunt, aut uxoratos Sacro ministerio indignos prædicant. Balsamon, interprete Herveto, Præsens, ait, Canon eos anathematizat; qvi non indistinctè communicant sacris Sacerdotum, qvi habent uxores. Hunc Canonem defensum vide apud Danielem Chamierum in Panstratia Cathol. lib. XVI. Cap. VIII. n. XVII. ad XXV. scil. ad finem Capitis. nec non apud D. Calixtum Tr. de Conj. Cler. p. 206. 207. 208. seqq.

Nota autem breviter, istam Synodum Gangrensem particularem qvidem, sed auctoritatem Oecumenicæ adepta est, qvandoqvidem ab universa cum Orientis tùm Occidentis Ecclesia unanimiter approbata & Canones ejus inter Ecclesiasticas regulas semper recepti fuerunt. Qvin Baronius Anno 361. num. 44. è verbis Symmachi Papæ. *Canones Gangrenses Apostolica Auctoritate conditos esse* affirmat, inter cætera hunc qvoqve in modum disserens: *Auctoritate Romani Pontificis Gangris congregata Synodo qvot hære-*

ses

ses delirus Eustathius statuerat, tot adversus eas statutis Canonibus Patres paribus suffragiis damnavere. Hæresis igitur, uti bene concludit D. Calixtus, est, ut de delirio, qvod fortè condonari possit, taceam, matrimonium vituperare; hæresis est Conjugium Presbyterorum, improbare. Hæresis est discrimen inter ministerium cœlibis & uxorati statuere; hæresis est λειτουργίαν solorum cœlibum admittere, conjugatorum verò repudiare.

Hæc de Synodo Gangrensi; qvam etiam noster Christophorus Angelus, illico post citatum dictum Paulinum è priori Epistola ad Corinth. cap. 9. vers. 25. & nominatim allegat Canonem 8. qvi ita sonat: Qvicunqve Virginitatem custodiens, non vitam cœlibem ducens ideo qvod nuptias velut rem abominandam esse existimet, & non ideo potius à nuptiis abstinet, qvod bonum & sanctum sit nomen Virginitatis anathema sit. Item Canonem 18. Si qvis eorum, qvi continentiæ student, absqve corporea necessitate, tradita in commune & ab Ecclesia observata jejunia superbiendo & perfecta, solidaqve ratione destitutus negligit, Anathema sit. Et Canonem X. Qvod si qvis eorum, qvi virginitatem propter Deum voverunt, adversum Conjugatos se efferat, Anathema sit.

Hos Canones allegavit noster Chr. Angelus; ad qvorum intelligentiam notanda sunt verba Socratis lib. 2. c. 33. qvibus caussam convocati Concilii indicat: Eustathius porrò scribit, in Concilio Gangrensi propter illum convocato postea etiam condemnatus est, qvod post abdicationem suam in Concilio Cæsareæ factam propter ritus & consvetudines Ecclesiasticas multa tentasset: Nam nuptias fieri prohibuit, à cibis abstinendum docuit, benedictionem & communionem Presbyteri habentis uxorem, qvam lege, cum esset Laicus, duxisset, tanqvam scelus declinandum præcepit. Qvod & refert Nicephorus l. 1. c. 45.

Plura vide supra adducta ad ipsa verba Christophori Angeli.

Habemus itaqve in qvarto seculo præter Nicænam, hanc qvoq; Gangrensem Synodum, communi Ecclesiæ consensu semper receptam, & ipsius Romani Pontificis auctoritate fultam, qvæ Conjugia Presbyterorum admittat & probet, qvin improbantibus anathema dicat.

§.ccccccx. Illustria Exempla Episcoporum & Cler. qvi in Conjugio vixerunt.

Jam porro faciem qvarti hujus Seculi intuentibus, occurrit Praxis ipsa & exempla ad Historiam & Canones synodorum, de qvibus hactenus actum convenientia.

Nicænæ Synodo interfuit Athanasius, tunc temporis Diaconus, eo adductus ab Alexandro, Alexandriæ Episcopo, cui qvincto post Synodum mense successit. Ejus jam pridem Episcopi Epistola legitur ad Dracontium, monastico vivendi instituto, qvod sub id tempus in Ægypto admodum invaluerat, hactenus deditum, qvin cujusdam monasterii Præsidem, nuper vero delectum propter singularem sine dubio pietatis & doctrinæ famam, qvi alicubi ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων χώρᾳ episcopatu fungeretur. Detrectabat autem ipse & subterfugiebat, metuens inprimis, ne severâ istâ & adstricta vivendi normâ, qvam amplexus erat & continuare cupiebat, per episcopalem functionem avelleretur. Hunc scrupulum ei Athanasius eximit, & ostendit, etiamsi Episcopi nonnulli in Conjugio & communi Christianorum more degant, nihilominus ab aliis itidem Episcopis, modo ipsi velint, adstrictam illam & ἀσκητικὴν vivendi rationem posse servari: neq; enim eam ita monachis esse propriam, ut in Episcopos cadere neqveat; neqve laxiorem sive communem vitæ modum ita Episcopis tribui aut à monachis removeri posse, ut non ad eum ipsi interdum monachi, relicto suo proposito, deflectant. *Neq; dicas,* inqvit, *neq; dicentibus credas, Episcopatum esse peccati causam, aut qvod per eum suggeratur occasio delinqvendi. Licet enim Tibi etiam Episcopo esurire & sitire, sicuti Paulo: potes abstinere Vino, qvemadmodum Timotheus, & freqventer etiam ipse jejunare, qvemadmodum fecit Paulus, ut ita ad ejus exemplum jejunans alios sermonibus satures, & abstinendo à potu sitiens aliis doctrinam potandam præbeas. Ne itaq; talia proferant Consiliarii tui. Novimus enim & Episcopos jejunantes, & monachos manducantes: novimus etiam Episcopos non bibentes vinum, & monachos bibentes: novimus & signa facientes Episcopos, monachos verò non facientes,* ne videlicet vel severitatem vel sanctimoniam vitæ monachis in qvarto, qvem vocant, modo, propriam esse, atqve apud eos vel solos vel omnes inveniri existimes. *Multi qvoqve Episcopi matrimonia non contraxerunt, Monachi verò* [abjecto continentiæ proposito] *Parentes liberorum facti sunt; qvemadmodum itidem* (ut harum

rum rerum vicissitudinem aperiamus, nec exactam & ἐξαίρετον illam vitæ rationem, contra qvam se res habet, & experientia comprobat, omnibus vel Episcopis tribuamus, vel monachis adimamus) *Episcopos filiorum Patres, & monachos* propositi sui tenaces; *sobolis penitus expertes novimus; & itidem clericos bibentes & monachos jejunantes. Licet enim hoc modo, & altero non prohibetur*, id est, arbitrii est Episcoporum, utrum uxorem habere liberosqve gignere & communem vitam agere, an verò alteram illam solitariam & ἀσκητικὴν velint amplecti, nec ad alterutrum ulla necessitate vel lege adiguntur, *sed ubicunqve qvis volet decertato: corona enim non locorum* (sive in monasterio degas, sive extra) *sed factorum habita ratione confertur.* Videmus itaqve licuisse Episcopis in conjugio vivere & liberos gignere. Neqve est, qvod dicatur, ante susceptum Episcopatum licuisse, non post. Athanasius enim Dracontio, qvaliter in ipso Episcopali statu episcopo vivere liceat, suggerit & ostendit. Nam ad rem nihil faciebat, nec animum Dracontii turbabat, vel turbare poterat, qvalis Episcoporum anteqvam Episcopatum adiissent, vita fuisset, cœlebs né an conjugata, communis an ἀσκητική, sed qvalis in Episcopatu esset vel esse soleret. Ostendit igitur Athanasius, Episcopos qvidem nonnullos conjuges esse & communem vitam vivere, non tamen omnes: integrum esse iis, qvi velint, cœlibem, solitariam & ἀσκητικὴν agere. Ne monachismi qvidem professioni repugnat uxorem habuisse vel liberos genuisse: repugnat tamen habere & liberos gignere. Nam eo ipso, qvo monachus uxorem ducit, propositum deserit, & Monachico vitæ generi renunciat: qvale factum olim, constante sibi interim indivulsoqve, qvod contractum fuerat, matrimonio, notâ levitatis & inconstantiæ non vacabat, & pœnis Canonicis sive Ecclesiasticis obnoxium erat. At qvod attinet Episcopum, ἔξεστι καὶ οὕτως καὶ ἐκείνως οὐ κωλύεται, licet ei in Episcopatu uxorem habere & more Conjugatorum vivere: neqve prohibetur alterius generis adstrictam & solitariam vitam, qvalem Monachi degunt, amplecti. Utriusqve ille habet potestatem: utrum velit, poterit sectari; ob neutrum reprehendi. Hanc esse mentem Sancti Athanasii satis manifestum est. Hæc Calixtus p. 210. 211.

Exēpla notabilia. Greg. Naz.

Videamus jam alia illustria Exempla, qvæ in hoc IV. Seculo occurrunt. Inter illa primum sit Exemplum Gregorii Nazianzeni, qv

qvi in Cappadocia Episcopus, alterius Gregorii, magni Ecclesiæ Doctoris κατ' ἐξοχὴν Theologi dicti & Oratorum ac Poëtarum Christianorum facile Principis, fuit Parens & hunc ipsum filium in Presbyteratu, aut forte etiam Episcopatu genuit. Ejus rei indubitatos testes damus & Patrem, & filium. A Patre enim ad hunc modum se compellatum fuisse filius scribit, in Carmine de sua Vita:

Dilecte Fili, te obsecrat tuus Pater,
Pater Senex juvenem
Nondum tot anni vitæ totius tuæ,
Qvot in sacris mî sunt peracti victimis.

Evidentissimum igitur est, Gregorium filium à Patre Sacerdote, forte etiam Episcopo, genitum esse. Et qvum Gregorium majorem natu, Cæsarium fratrem minorem fuisse constet, non illum modò, sed hunc qvoqve ex Patre Sacerdote natum esse certissimum est. Hoc exemplum contra φλυαρίας Baronii egregiè assertum ivit Calixtus l. c. à p. 211. ad p. 212.

Exempl. Gregorii Nysseni.

Gregorio Nazianzeno jungimus Gregorium Nyssæ Episcopum, Gregorii filii æqvalem, Basilii Magni fratrem, qvi de Virginitate scribens, capite tertio, semet ejus exsortem in Conjugio vivere fatetur: *Nunc verò mihi, scribit, Virginalium laudum cognitio qvodammodo inanis est & minimè fructuosa, qvales solent esse terræ fruges bovi, qvi ore frenis impedito ad aream convertitur; id qvod accidit item ei, qvi aqvam sitit è præruptis saxis defluentem, neqve eam capere potest. Præclarè qvidem cum iis agitur, qvibus integrum & liberum est meliora diligere; qvippe, cum communi se vitæ dederint, qvasi vallo aliqvo circumsepti, non tenentur: qvemadmodum nos, qvi veluti qvodam terrarum hiatu prohibemur, qvo minus ad hanc Virginalem gloriam accedamus, qvam attingere illis amplius non licet, qvi in Humanæ vitæ curriculo vestigium semel impresserunt.*

Ecce Gregorius Virginitatis gloriæ exsortem & in Conjugio se vivere profitetur. V. Calixt. p. 223. & Dan. Chamierum Panstrat. lib. XVI. cap. XIII. §. IX.

Nec potest ullum esse dubium, qvum Gregorii Filii Nazianzeni ad hunc Gregorium Nyssenum, super obitu uxoris, cui Theosebiæ nomen, epistola consolatoria exstet, qvâ eam summis laudibus vehit; prædicatqve *Theosebiam Ecclesiæ decus, Christi ornamentum, ætatis suæ utilitatem, fœminarum fiduciam; Theosebiam in tanta fratrum pul-*

pulcritudine formosissimam & clarissimam ; *Theosebiam verè sacram & sacerdotis Conjugem, & honore parem, magnisq; mysteriis dignam.* Uxores sacrorum ministrorum pietate & virtute præstantes Nazianzenus honoris maritorum consortes facit. Nam ut hic Theosebiam, ita alibi matrem suam Nonnam Patri Episcopo ὁμότιμον prædicat in Orat. in Gorgon. Vide plura ap. Calixtum p. 223 224. seq.

Nota præterea: Nazianzeni ætate Presbyteros conjugatos fuisse docemus evidente testimonio ex Oratione ejus εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα deprompto. Hortatus ad baptismum, qvàm possit fieri, celerrimè suscipiendum & procrastinationes morasqve protelandas, inter cætera ait, Ne dicas, baptizet me Episcopus, atqve is Metropolitanus, aut Jerosolymitanus (neqve enim gratia locorum est, sed Sancti Spiritus) isqve etiam claro & nobili genere ortus: acerbum enim fuerit, nobilitatem meam baptistæ obscuritate dedecorari. *Aut si Presbyter qvidem, at saltim ille sit è cœlibibus, è continentibus inqvam & angelicam Vitam degentibus.* Presbyteri igitur alii cœlibes, alii mariti fuerunt. Qvin nisi multi, imò pleriqve mariti, & pauci contra cœlibes fuissent; qværere cœlibem, à qvo baptismus conferretur, non potuisset esse causa comperendinandi. Et sic qvidem in Græca Ecclesia res sese habuerunt.

Exempl. Hilarii.

Exemplis Græcæ Ecclesiæ jungamus exemplum è Latinâ, illis nihilo inferius. Hilarius defuncto Pictaviensis civitatis, cujus & civis erat, episcopo, miro universorum consensu fuit ejus sedis electus antistes, qvantumlibet (ut Auctor est Fortunatus) conjugatus esset & filia una auctus. Ita ipse Baronius Anno 355. num. 70. De hoc Hilario Pictaviensi Episcopo cecinit 1. lib. Fastorum Mantuanus Carmelita:

Integritas Vitæ, legum prudentia, cultus
Cœlitunm, tutela inopum, diadema pedumq;.
Pictaviense tibi, dum nil mortalia curas,
Dum vivis tibi sorte tua contentus ab omni
Ambitione procul, populo adplaudente tulerunt.
Non nocuit tibi progenies: non obstitit uxor,
Legitimo conjuncta toro: non horruit illa
Tempestate DEUS thalamos, cunabula, tædas.

Et in ejus vita Fortunatus, *Conjugium habens & filiam:* & qvidem jam Episcopus: has enim reliqvisse tradit idem Fortunatus Pictavis, cum iret in exilium in Phrygiam Asiæ. Itaqve Joannes Gillotius in ejusdem vita conjugatum fuisse non est ausus negare, *Uxoratum fuisse Hilarium*, inqvit, *& unius filiæ patrem non imus inficias.* Et paucis interjectis, *Qvod si ita sit, ab hoc qvidem munere non alienum tunc putabatur: imò sæpius eligebantur in Episcopatum conjugati, qvam virgines, qvia isti non tam idonei curæ pastorali, qvam illi judicarentur, ut scribit Hieronymus libro primo adversus Jovinianum.*

Confer hic Danielis Chamieri Epistolarum Jesuiticarum partem alteram pag. 38. 39. edit. Gener. in F. qvæ annexæ sunt Locis Communibus Theologicis Danielis Chamieri, editis Anno 1653.

Sidonium Apollinarem Gregorius Turonensis historiæ Francorum lib. 2. c. 22. scripsit, sibi filiam Aviti imperatoris in matrimonio sociasse: atqve ea nesciente plerumqve abstulisse domo vasa argentea: qvæ pauperibus donata, solebat illa non sine offensione redimere. Sed ipse Sidonius Episcopum suggerit Simplicium Biturigum, in Concione, qvæ inserta est lib. 7. Epist. qva Concione describitur ejus Simplicii electio. Et hic non tantum socer nominatur. *Istum, ut audivimus, tam socero qvam patre postpositis, ad sacerdotium duci oportere, vociferabimini*, *sed etiam Uxor laudatur. Uxor illi de Palladiorum stirpe descendit, qvi aut literarum, aut altarium Cathedras cum sui ordinis laude tenuerunt.*

A. CCCCCXI. Magdeburgenses, Centuria sexta, Basilii in Gallia Episcopi Epitaphium recitant, in qvo,

Annis bis denis, cum Badegunde jugali
Clausit in urbe duos unus amore thorus.

Rollevikius in Fasciculo temporum, ad annum Christi qvadringentesimum nonagesimum qvartum, *Gerhardus primus Episcopus Landunensis vir sanctus habuit primo Uxorem, qvam dimittens, & iterato admittens, genuit ex eâ virum sanctum Latronem, qvi ei in Episcopatu successit.*

XV. Qvid? qvod infinitos legimus Sacerdotum filios? Athanasius ad Dracontium testatur novisse, καὶ ἐπισκόπους πατέρας τέκνων.

-κκνων. In Concilio Hispalensi primo, cap. 1. *Comperimus in Canone, ut Episcopus, qui res proprias, excepto filiis & nepotibus, alteri & non Ecclesiæ suæ dimiserit, quicquid de Ecclesia rebus aut donavit, aut vendidit, aut quoquo modo ab Ecclesia transtulit, irritum haberetur.* In Capitulis Synodorum Græcarum à Martino Braccarensi collectarum, habes trigesimum, *De filia Episcopi vel Presbyteri, sive Diaconi, si Deo consecrata fuerit, & maritum duxerit; si eam pater vel mater in affectum receperint, à communione habeantur alieni.* In Concilio Lateranensi sub Innocentio tertio cap.3. *Ad abolendam pessimam, quæ in plerisq; inolevit Ecclesiis, corruptelam, firmiter prohibemus, ne Canonicorum filii, maximè spurii, canonici fiant in secularibus Ecclesiis, in quibus instituti sunt patres.* In altero sub Alexandro tertio, caput est hoc titulo, *De ordinatione filiorum sacerdotum, & eisdem in Ecclesiis paternis non tolerandis.* Concilii Africani sub Bonifacio primo cap. 2. *Ut Episcopi, vel Clerici filios suos à potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint, & de ætate securi.* Venantius Fortunatus lib. 4. Carmine Ruricorum avi & Nepotis Epitaphium reliqvit. Et Ruricus Epist. 36. lib. 2. scripsit ad Parthemium & Papinianillam nepotes suos.

Filii Sacerdotum non solum Sacerdotes, sed etiã Summi Pontifices extiterunt.

Gratianus Distinctione qvinqvagesima sexta probat filios sacerdotum, non solum Sacerdotes; Sed etiam summos Pontifices fieri posse: & addit exempla. *Osius Papa fuit filius Stephani subdiaconi. Bonifacius Papa fuit filius Jucundi Presbyteri. Felix Papa filius Felicis Presbyteri de titulo fasciolæ. Agapitus Papa filius Gordiani Presbyteri. Theodorus Papa filius Theodori Episcopi de civitate Hierosolyma. Silverius Papa, filius Silverii Episcopi Romæ. Deusdedit Papa filius Jucundi Presbyteri. Felix etiam tertius natione Romanus ex Patre Felice presbytero fuit. Item Gelasius natione Afer ex Patre Episcopo Valerio natus est. Item Agapitus natione Romanus ex Patre Gordiano presbytero originem duxit. Complures etiam alii inveniuntur, qui de sacerdotibus nati Apostolicæ sedi præfuerunt. Ejusdem est* Canon Distinct. 28. *Priusquam ad nos scriptura vestra discurrisset, Joannem diaconum, qui ab altera parte electus est, parvulam habere filiam quorundam relatione cognovimus. Unde si rationem voluissent attendere, nec illi eum eligere, nec ipse debuerat consentire. Nam qua præsumptione audet ad Episcopatum accedere, qui adhuc longam corporis*

suis

sui continentiam filiâ teste convincitur, non habere. Platina. Joannes undecimus patria Romanus, Patre Sergio Pontifice. Joannes decimus sextus patria Romana, patre Leone presbytero. Hadrianus Secundus patria Romanus, patre Valaro Episcopo. Deusdedit patria Romanus, Patre Stephano Subdiacono. Joannes decimus quartus Narniensis Episcopus patria Romanus, patre Joanne Episcopo. Liberatus Breviarii capite vicesimo secundo. Romana Civitas, Silverium Subdiaconum, Hormisdæ qvondam Papæ filium, elegit ordinandum.

Concludo hanc materiam verbis *D. Calixti de Conj. Cler. pag. 336.337.*

Patrum memoriâ, ut id obiter addam, Stanislaus Orechovius Ruthenus, sive, ut ipse solitus fuit scribere, Roxolanus, vir latinè eleganter doctus & haut vulgariter disertus, relictis partibus Græcorum ad Pontificias transivit: nullam novitatum & singularitatum, qvales inter Pontificios obtinent, concoqvere minùs potuit, qvam legitimâ Uxore carendum sibi esse. Scripsit eâ de re ad Julium tertium Pontificem. Scripsit qvoqve ad Cardinalem Stanislaum Hosium, Concilii Tridenti eo tempore ad finem vergentis præsidem: *Uxor*, inqvit, *& liberi mei te salutant, tibiq; se unà mecum commendant, teq; orant, ut matrimonio nostro apud Patres, si usus venerit, isthic ne desis.* Literæ datæ sunt Peremissiæ, oppido Russiæ, anno cIↃ IↃ LXIII. Sed post Triennium Cardinalis Hosius ad Franciscum Turrianum ita scribit: *Orechovius de fœmina, qvam sibi conjunctam habet, ut uxor esse legitima decernatur, laborare non desinit. Sed minùs erit, qvòd speret nunc.* Sub Pio Qvincto, *qvàm sub Pio Quarto.* Ita indies adaugetur rigor Romanus. Non recusasset, opinor, presbytero è partibus, ubi conjugium in usu, venienti idipsum permittere Stephanus tertius; non Innocentius tertius, qvi in Lateranensi suo concilio agens de pœnis incontinentium Clericorum, *Qvi secundum regionis suæ morem*, ait, *non abdicarunt copulam conjugalem, si lapsi fuerint, gravius puniantur, qvum legitimo matrimonio possint uti.* Per Innocentium itaqve tertium presbyteris, in qvorum regionibus copulam conjugalem abdicare moris non erat, matrimonio, qvod ipse legitimum agnoscit, uti licuit. Sed ista in transcursu.

Certum autem est, qvæ de matrimoniis Clericorum Trullanis Canonibus sancita sunt, ab omnibus Græcis in hunc usqve diem con-

conſtanter & invariatim ſervari: nec à Græcis modò, ſed à reliqvìs qvoqve, qvi Græcæ unionis & communionis ſunt, patriarchis, Alexandrino videlicet, Anthiocheno, Jeroſolymitano, & univerſis, qvi ſub horum diſciplina degunt, Chriſtianis.

Abyſſinorū ſive Æthiopum Presbyterorum Conjugia.

Abyſſinorum verò ſive Æthiopum presbyterorum Conjugia qvod attinet, audiamus quæ ſcripſit Zaga Zabo Epiſcopus, Davidis Regis Æthiopum ad regem Luſitaniæ ante ſeculum legatus, Confeſſione fidei ſuâ, qvam qvum in Luſitaniâ degeret, conſignavit.

Conſtitutum eſt, inqvit, *à ſanctis Apoſtolis in ſynodorum libris, clericis Uxores licere ducere, id qvidem poſtqvam cognitionem aliqvam habuerint rerum divinarum. Deinde inito matrimonio, in ordinem presbyterorum recipiuntur, in qvem niſi poſt annum trigeſimum nemo recipitur, nec ſpurii, nec nothi aliqva ratione ad eundem ſacratiſſimum ordinem intromittuntur, qui ordines à nemine, niſi ab ipſo Patriarcha, dantur. Mortuâ tamen prima uxore Epiſcopi aut Clerici aliam ducere non poſſunt, niſi Patriarcha ad id diſpenſaverit (qvod aliqvando indulgetur magnatibus propter publicum bonum) nec habere concubinam, niſi ſe voluerint à ſacris abdicare: quod ſi fecerint, res divinas amplius tractare non poſſunt. Et hoc tam ſtrictè ſervatur, ut ii presbyteri, qui ſecundò uxorem duxerint, ne candelam qvidem unam eccleſiæ conſecratam, in manum auderent accipere. Qvod ſi inventum fuerit, epiſcopum aut clericum filium ſpurium habere, ab omnibus beneficiis ac ſacris ordinibus abdicatur, qvorum bona, ſi ſine legitima prole diſcedant, ad Precioſum Joannem, & non ad Patriarcham, veniunt. Et id, qvod presbyteri apud nos uxores poſſident, ex Paulo accepimus qvi mavult clericum & laicum nubere, qvam uri. Is qvoq; inqvit, oportere epiſcopum virum unius uxoris eſſe, & irreprehenſibilem, ſobrium: pariq; modo vult eſſe diaconos; atq; etiam ut eccleſiaſtici, perinde atq; ſeculares, proprias uxores in legitimo matrimonio habeant. Monachi tamen uxores non ducunt.*

Armenii.

Si de Armeniis qværatur, docere nos poteſt, qvi inter eos peregrinatus fuit, Petrus Bellonius; cujus in eum finem verba ſubjicimus. *Turcis ex Scythia egreſſis, & vicinas regiones occupare incipientibus, Armenii tunc Chriſtiani licet omnium primi ſubjugati, in fide tamen Chriſtiana conſtantes ſemper permanſere, & per univerſum*

Mmm mm Tur-

ni, egeni, magna ex parte agricolæ, diligentes hortulani, boniq; vinearum cultores. Illorum sacerdotes conjugati sunt, perinde atque Græci. Hæc & alia plura de Armeniis Bellonius. Hactenus D. Calixtus.

Caput XLI.
DE LEGE DEI.

§. ccccxx. *De Lege Dei.*

Legi divinæ qvoqve Græci summo studio morem gerunt, qvin religiosâ hujus observantiâ ducti, qvia Dominus dicit: Remittitè & remittetur vobis, omnes offensas inimicis suis condonant, hoc apud animum suum volventes: Remittam ego iniqvitates inimicis meis, qvò & Deus peccatorum meorum veniam mihi concedere dignetur.

Obediunt etiam legibus sancitis à sanctis Apostolis, propter Paulum in epistolâ ad Romanos c. 13. dicentem: omnis anima potestati superiori subdita sit. Non enim est potestas, nisi à DEO.

Accuratam itidem decretorum à Patribus traditorum rationem habent, sed in tantum, qvantum illa divinæ Legis regulæ sunt conformia, qvia Dominus ad Judæos dicit: Patres vestri traditiones Patrum, majori, qvàm Legem Dei, observârunt zelo. Unde apparet, Christum

θεῦ καταφρόνησαν, καὶ μόνον τὰς παραδόσεις τῶν πατέρων ἐφύλαξαν.

Τίτον κεφ. α. στοιχ. ε.

Καὶ πάλιν διὰ τὸ λέγειν τὸν Παῦλον, πρὸς Τίτον. Τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν κρήτῃ, ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ, καὶ καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους.

Καὶ πάλιν, ὑμῶν συναθροισθέντων, καὶ τοῦ πνεύματός μου, παράδοτε τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ.

Καὶ πάλιν, ἔλεγχε ἀποτόμως, καὶ ὅτι υἱοὶ αὐτῶν τῶν πατέρων τῶν διαδόχων τῶν ἁγίων ἀποστόλων εἰσὶν οἱ ἕλληνες, καὶ ἵνα μὴ ἔχωσι τὴν κατάραν τὴν λέγουσαν, ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω, εὐλαβῶς φέρονται πρὸς τοὺς πατέρας, καὶ οὕτω πείθονται δυσὶ νόμοις, τουτέστι, τῷ προαιρετικῷ θανάτῳ, καὶ τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ, περὶ ὧν προείπομεν, τῷ δὲ θεῷ χάρις.

ΚΕΦΑΛΗ' μβ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΟΤΕ ΑΓΟΥΣΙ ΤΟ ΠΑΣΧΑ ΟΙ ΕΛΛΗΝΕΣ.

ΟΙ Ἕλληνες ἄγουσι τὸ πάσχα κατὰ τὸ παλαιὸν νενουθετημένον, πολλῶν αἰτιῶν ἕνεκα.

Τὸ

Judæos non objurgare qvod traditionum Majorum suorum studiosi fuerint, sed qvod, spretâ lege DEI, solis Patrum præceptis operam dederint.

Ad Titum cap. 1. v.5.

Et iterum, qvia Paulus dicit ad Titum: Hujus rei gratiâ reliqvi te in Cretâ, ut ea, qvæ restant, ordines, & constituas in omnibus Civitatibus Presbyteros.

Et iterum: Congregatis vobis & Spiritu meo, tradite hunc Sathanæ.

Rursus: Corripe illos severè. Et, qvandoqvidem Græci hi illorum Patrum, qvi ipsorum Apostolorum successores fuere, filii sunt, ideò magna observantia Patres proseqvuntur, ne maledictio illa in eos cadat: Qvisqvis Patri aut Matri maledixerit, morte morietur. Atqve hoc pacto Græci duabus legibus obseqvium præstant, hoc est, morti spontaneæ, & legi ab ipso Deo latæ. De qvibus jam à nobis actum est. Deo vero sit laus.

Caput XLII.

DE TEMPORE, QVO PASCHA CELEBRANT GRÆCI.

§.ccccxiii. *Qvo tēpore Pascha celebrent Græci.*

PAschatos festum Græci, juxta constitutionem antiqvam, plurimis de causis celebrant.

Τὸ μὲν, ἵνα μὴ συνεορτάσωσι μετὰ τῶν ἑβραίων, οὔτε περὶ τῆς ἑορτῆς αὐτῶν τῶν ἑβραίων πασχάσωσι, κατὰ τὸ νέον πάσχα συμβαίνει, ἐνίοτε γενέσθαι περὶ τῶν ἑβραίων, ἄλλοτε δ' ὁ μὴ μετὰ τῶν ἑβραίων πασχάσαι.

Δευτέρα δὲ αἰτία, ὅτι ἡ ἁγία σύνοδος πρώτη καὶ οἰκουμενικὴ νικαίας λέγει, εἴ τις περὶ τοῦ πάσχα, τῶν Ἰουδαίων πασχάσει, ἢ μετὰ τῶν Ἰουδαίων συνεορτάσει, ἀφοριζέσθω.

Τρίτη αἰτία, ὅτι σημεῖον μέγα γίνεται ἔγγιστα τοῦ νείλου ποταμοῦ, καὶ τοῦ καίρου, διὰ τὸ τὴν γῆν τὰ νεκρὰ σώματα ἀνάγειν. ἄρχεται δὲ ἡ γῆ ἐκείνη ἀναπέμπειν τὰ νεκρὰ σώματα ἀπὸ τῆς μεγάλης πέμπτης τουτέστιν, ἀπὸ τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ ὁ Χριστὸς ἐποίησε τὸ δεῖπνον, τὸ μυστικὸν, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐκβάλλει τὰ νεκρὰ σώματα, ἕως τῆς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως τουτέστιν, ἕως τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ ὁ Χριστὸς ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἢ λέγειν, ἕως τεσσαράκοντα ἡμερῶν μετὰ τὸ πάσχα, καὶ μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας τοῦ πάσχα, οὐκ ἔτι ἐξέρχεται.

Τοῦτο δὲ τὸ θαῦμα, Τουρκοὶ καὶ ἕλληνες διηγοῦνται, οἵτινες πρὸς ἐκείνους τοὺς τόπους πορεύονται. ὡσαύτως καὶ οἱ προσκυνηταὶ, πορεύονται ἀπὸ Ἱερουσα-

Prima causa est, ne festum hoc uno eodemq; cum Judæis tempore celebrent, neve prius qvàm Judæi Paschatos festivitatem agitent; qvemadmodum qvidem recens definitum Paschatos festum aliqvando Festum Judæorum præcedit, aliqvando in ipsum eorũ Pascha incidit. Secũda ratio est, qvia sanctum & oecumenicum Concilium Nicænum primum ait: Si qvis Paschatos festum, vel anteqvam Judæi, vel qvando Judæi id observant, celebrat, is ab Ecclesiæ consortio removendus est. Tertia, quia ingens prodigium propè fluvium Nilum & Cayrum contingit, ubi terra corpora mortua protrudit. (A) Incipit verò terra illa cadavera ejicere, die qvintâ, qvæ magna vocari solet, h. e. in qvâ Christus cœnam mysticam instituit, & cadavera illa singulis diebꝰ qvidem ejicit, usqve ad ipsum diem Assumptionis, hoc est, usqve ad diem, qva Christus in cœlos ascendit, vel usqve ad qvadragesimum diem post Pascha, qvo elapso terra qvoqve cadavera protrudere desinit.

Prodigium prope Nilum & Cayrum circa tẽpus Paschale. Qvod terra cadavera protrudit.

Miraculi verò hujus conscientiam debemus, commemorationi Turcorum & Græcorum, qvi loca illa freqventant, necnon adoratoribus, qvi miraculi hujus spectandi gratiâ, ab ipsis Hierosolymis, ad hæc loca sese conferunt.

Oh-

σαλὴμ, ἕως ἐκείνου τοῦ τόπου εἰδεῖν τὸ θαῦμα, κατὰ καὶ ἐξ εἰπῶν τῶν προσκυνητῶν ἀκούεται.

Γίνεται δὲ τὸ θαῦμα ἀεὶ κατὰ τὸν ἀριθμὸν τοῦ παλαιοῦ πάσχατος. καὶ οὐδαμῶς κατὰ τὸν ἀριθμὸν τοῦ νέου πάσχατος.

Ἐδοκίμασαν οἱ ἕλληνες πολὺ ἀπὸ τοῦ νῦν εἴκοσι ἔτη πρότερον ποιῆσαι τὸ πάσχα κατὰ τὸν νέον ἀριθμὸν, ἀλλ' οὐδαμῶς ἐξήρχετο τὰ νεκρὰ σώματα, κατὰ τὸν νέον ἀριθμόν.

Καὶ ἄλλως, τὸ ἅγιον φῶς, οὐκ ἦλθε κατὰ τὸν νέον ἀριθμὸν, ὡς ἔθος ἐστὶν ἔρχεσθαι κατ' ἔτος ἐπὶ τοῦ ἁγίου τάφου τοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὸν παλαιὸν ἀριθμὸν τοῦ πάσχα.

Τότε οἱ ἕλληνες, περιέμειναν, ἕως τοῦ παλαιοῦ ἀριθμοῦ τοῦ πάσχα. κατὰ δὲ τὸν παλαιὸν ἀριθμὸν τοῦ πάσχα ἦλθε καὶ τὸ ἅγιον φῶς, ὁμοίως καὶ ἡ γῆ ἀνέδωκε καὶ ἔκβαλε τὰ νεκρὰ σώματα, ὡς εἴωθε καὶ ἔτος.

Καὶ τότε οἱ ἕλληνες ἐποίησαν τὸ πάσχα, λέγοντες, ἰδοὺ ὁ θεὸς δείκνυσιν ἡμῖν τὸ ἀληθινὸν πάσχα, καὶ οὐ μέλει ἡμῖν περὶ σοφίας ἀνθρώπων.

Obſervatum autem eſt, miraculoſum hunc actum ſemper eo tempore contingere, qvo Paſcha ſecundum antiqvam, minimè autem, qvo ſecundum noviter introductam conſvetudinem celebratur.

Decrêrant qvidem Græci aliqvando, ante viginti puta annos, Paſcha celebrare, tempore recens approbato, verùm tùm nulla corpora mortua terram protrudere animadvertebant.

Adhæc, nec ſacra illa lux, qvæ tempore Paſchatos à veteribus conſtituto, circa ſepulchrum Chriſti ſeſe conſpiciendam præbere aſſolet, tùm lucere voluit.

Sacra lux circa ſepulchrum Chriſti effulget.

Græci itaqve antiqvum Paſchatos tempus præſtolabantur, qvo adventante, & lux ſacra fulſit, & terra, ſolito annuatim more, corpora produxit.

His viſis, Græci Paſcha ſuum illo ipſo tempore obſervarunt, dicentes: En videte, ipſe DEUS, intento qvaſi digito verum Paſcha nobis deſignat.

 Neqva-

Περὶ δὲ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ ἁγίου φωτὸς, καὶ τῶν νεκρῶν σωμάτων ὁ ἠσαΐας καλῶς προεῖπεν ἐν κεφαλῇ ξς. λέγων. Καγὼ ἔρχομαι συναγαγεῖν πάντα τὰ ἔθνη καὶ τὰς γλώσσας, καὶ ἥξουσι, καὶ ὄψονται τὴν δόξαν μου. Ποῖαν δόξαν ὄψονται τὰ ἔθνη; ὁ γὰρ Χριστὸς αὐτίκα μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανοὺς; πάντως περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἐν τῇ πεντηκοστῇ, καὶ περὶ τοῦ ἁγίου φωτὸς, καὶ τοῦ τιμίου σταυροῦ λέγει ὁ προφήτης, τοῦ ἐρχομένου φωτὸς κατ' ἔτος ἐπὶ τοῦ ἁγίου τάφου τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ εὑρεθέντος σταυροῦ ἐν Ἱερουσαλήμ. Περὶ μὲν τοῦ σταυροῦ λέγει. καὶ καταλείψω ἐπ' αὐτῶν σημεῖον, τουτέστι, τὸν τοῦ κυρίου σταυρὸν τὸν εὑρεθέντα ἐν Ἱερουσαλήμ.

Περὶ οὗ λέγει ὁ Δαβίδ. Προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὅτι ἅγιός ἐστι, μωϋσῆς, καὶ Ἀαρὼν ἐπικαλοῦντο τὸν κύριον, καὶ ὁ κύριος ἐλάλει αὐτοῖς ἐν στύλῳ νεφέλης. ἐκεῖ ὁ θεὸς ἐλάλει ἐν νεφέλῃ, ὧδε ὁ Χριστὸς ἁγιάζει ἡμᾶς, σὺν τῷ σταυρῷ αὐτοῦ. Ὡς φησιν ὁ Δαβίδ, ποίησον μετ' ἐμοῦ σημεῖον εἰς ἀγαθὸν, καὶ ἰδέτωσαν οἱ μισοῦντές με, καὶ αἰσχυνθήτωσαν. τουτέστιν, οἱ Δαίμονες. Καὶ ἐν σοφίᾳ Σολομῶντος κεφ. ιδ. εὐλογεῖται ξύλον,

δι'

Neqvaqvam igitur, qvod humana dictitet Sapientia, magnoperè curabimus. (B) De Cruce verò, ſacra hac luce & cadaveribus benè vaticinatus eſt Eſaias Cap. 66. dicens: Ego, venio, ut colligam omnes gentes & linguas, & poſſidebunt videbuntqve gloriam meam. Qvæ verò eſt gloria illa, qvam gentes viſuri ſunt? CHRISTUS enim, qvadraginta diebus elapſis, illicò cœlos occupavit. Propheta itaqve omninò de Spiritu Sancto, tempore Pentecoſtes effuſo, de luce ſacra circa tumulum CHRISTI fulgente, & de cruce, qvæ Hieroſolymis inventa eſt, loqvitur. De Cruce ait: Et relinqvam apud illos ſignum. h. e. Crucem Domini Hieroſolymis repertam.

Qvâ de ita David fatur: Orate ad ſcabellum pedum illius, qvia ſanctus eſt. Moſes & Aaron invocabant Dominum, & Dominus locutus eſt illis in columna nubis, ibi Deus in nube locutus eſt: hic CHRISTUS nos ſanctificat cruce ſua. Qvemadmodum David canit: Conſtitue me ſignum benignitatis tuæ, & cognoſcant illud & pudore afficiantur, odio proſeqventes me, hoc eſt, Dæmones. Et in ſapientia Salomonis cap. 14. benedicitur ligno, per qvod nobis juſtitia contigit. Et denuò cap. 60. *ſ.cccccxiv.*

 oſten-

δι' ὃ γίνεται δικαιοσύνη. Καὶ πάλιν ὁ ἠσαΐας. κεφ. ξ. δείκνυσιν ἐκ ποίων ξύλων ἦν ὁ σαυρὸς, λέγων, καὶ ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου πρὸς σε ἥξει ἐν κυπαρίσσῳ, καὶ πεύκῃ, καὶ κέδρῳ ἅμα δοξάσω τὸν τόπον τὸν ἅγιόν μου, τουτέστι τὸν ἅγιον τάφον, καὶ ἑκάστην Ἐκκλησίαν.

Καὶ πάλιν. Ἔδωκας σημείωσιν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου, τοῦ φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τόξου, τουτέστι, τόξον, αἱ παγίδες τοῦ διαβόλου, σημείωσις ὁ σαυρός. Ἔτι πρὸς ταῦτα, εἰ ἔξεστι, διηγήσομαι μικρὸν περὶ τῆς γνώμης τῶν σήμερον Ἑλλήνων. Οἱ ἕλληνες λέγουσιν, εἶναι τὸν σαυρὸν σκῆπτρον καὶ μάχαιραν δίσομον τοῦ Χριστοῦ. Καὶ ὥσπερ ὁ μαχητὴς μετὰ μαχαίρας μάχεται, καὶ νικᾷ τὸν ἐχθρὸν αὐτοῦ. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, διὰ τὸ σαυρωθῆναι αὐτὸν ἐνίκησε τὸν διάβολον, ἐδύνατο καὶ ἄνευ τοῦ σαυρωθῆναι σῶσαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ νικῆσαι τὸν διάβολον, ἀλλ' οὐκ ἠθέλησεν, ὅτι οὕτως ἤρεσεν αὐτῷ.

Καὶ ὥσπερ, ὅταν τις μέγας βασιλεὺς, πορεύεται εἰς τὸν πόλεμον, προπέμπει τοῦ σκῆπτρον, αὐτοῦ καὶ ὁπλίζει τοὺς στρατιώτας αὐτοῦ ὅπλα ἰσχυρὰ, ἵνα δύναιται μάχεσθαι, μετὰ τῶν ἐχθρῶν καὶ

ostendit Esaias, ex qvibus lignis Crux fabricata fuerit, dicens: Et gloria Libani ad te veniet, in cypresso, laringe & Cedro simul; glorificabo locum sanctum meum. h. e. tumulum sanctum & unamqvamqve Ecclesiam.

Et rursus: Dedisti timentibus nomen tuum signum, ut contactum jaculi qveamus evadere, h. e. jaculum, retia Diaboli; signum verò crucem designat. Recensebo jam qvoqve bonâ cum veniâ nonnihil de sententiâ modernorum Græcorum, qvam illi de Cruce fovent. Dicunt illi crucem esse sceptrum & gladium CHRISTI ancipitem. Et qvemadmodum miles gladio decertat ac hostem suum superat: ita & CHRISTUS per crucifixionem suam Diabolum devicit: Potuisset eqvidem & citra crucifixionem hominem salvare, ac de Diabolo victoriam reportare; verum noluit. Hæc enim ratio atqve via ipsi placuit.

Et qvemadmodum magnus aliqvis Rex in bellum profecturus, sceptrum suum præmittere, & milites suos armis validis instruere solet: ut illi qvidem cum hoste congredi possint; populus verò, conspecto sceptro, Regem ipsum adventare intelligat.

Crux Christi effigiata qvid valeat.

καὶ ἵνα ὁ λαὸς γνώσηται, ὅτι ὁ βασιλεὺς ἔρχεται.

Πρὸ τοῦ φθάσαι τὸν βασιλέα εἰς τὸν τόπον τοῦ σκήπτρου, δοξάζεται ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τοῦ λαοῦ.

Κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ποιεῖ, ὁπλίζει ἡμᾶς τοὺς χριστιανοὺς σὺν τῷ σταυρῷ αὐτοῦ. Ὅς τις σταυρὸς σημαίνει τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὅπου φαίνεται ὁ σταυρὸς ἔχων χαρακτῆρας, λέγοντας, Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ, κηρύττεται καὶ δοξάζεται ὁ Χριστός. Οὐ πᾶς σταυρὸς λέγεται σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ, ἢ σταυροειδές τι πρᾶγμα, ἀλλ᾽ ὁ ἔχων τὰ γράμματα ταῦτα. Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ, ἐκεῖνος λέγεται ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ, κἂν ἢ ἐξ ἀργύρου, κἂν ἐξ μετάλλων, κἂν ἐξ ξύλων.

Ταῦτα τὰ γράμματα ἀφιεροῖ ἐκεῖνον τὸν σταυρὸν τῷ Χριστῷ, σημαίνοντα ἐκεῖνον τὸν σταυρὸν, ὅτι ὁ Χριστὸς ἐσταυρώθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ ἐνίκησε τὸν ἐχθρόν.

Τούτου ἕνεκα λέγει καὶ ὁ Δαβίδ. Κύριε ἐν τῷ φωτί σου ὀψώμεθα φῶς, φῶς τοῦ πατρὸς, ὁ υἱός, φῶς τοῦ υἱοῦ, ὁ σταυρός, ὡς ἑρμηνεύει ὁ θεῖος χρυσόστομος, ἐν τῇ διδαχῇ τῆς περὶ σταυροπροσκυνήσεως.

Ἀλλ᾽

Priusqvam Rex ad locum, ubi ſceptrum regium præmiſſum aſſervatur, pertingat, jam à populo præconiis ac votivis acclamationibus celebratur.

Eundem modum & Dominus noſter JESUS CHRISTUS obſervat, nos Chriſtianos cruce ſuâ, qvæ paſſionem Christi notat, armat. Et ubicunqve crux cùm hâc inſcriptione Jesus Christus vincit, conſpicitur, ibi Christus laudatur & glorificatur. Non autem qvævis Crux, aut qvælibet res Crucis figuram oſtentans Crux Christi dicitur, ſed qvæ hanc habet inſcriptionem: Jesus Christus vincit, illa Crux Christi dicitur, ſive ea ex argento, ſive metallo, ſive è lignis ſit fabricata.

Solæ hæ literæ Crucem hanc Chriſto conſecrant, ſignificantes illam crucem, in qvâ Chriſtus propter peccata crucifixus, de hoſte victoriam reportavit. (c)

Hinc & David ait: Domine, in lumine tuo videbimus lumen, lumen Patris Filius, Filii verò crux eſt. Qvemadmodum divus Chryſoſtomus in tractatu de adoratione Crucis illud explicat.

Sed

Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν.

Καθὰ ὁ μωϋσῆς σὺν ῥάβδῳ ἐποίησε πάντα τὰ θαύματα (ἐδύνατο ὁ θεὸς ἄνευ ῥάβδου ποιεῖν πάντα, τὰ θαύματα, ἀλλ' οὐκ ἠβουλήθη·) οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἔδωκε τοῖς χριστιανοῖς τὸν σταυρὸν, ἀντὶ τῆς ῥάβδου τοῦ μωσέως.

Καὶ ὥσπερ οἱ ἑβραῖοι ἔβλεπον τὸν ὄφιν, καὶ ἰατρεύοντο, οὕτω καὶ οἱ χριστιανοὶ βλέποντες τὸν σταυρὸν, ὅστις αἰνίττεται τὸν ἐσταυρωμένον Χριστὸν, ἢ ποιοῦντες τὸ σχῆμα τοῦ σταυροῦ ἐν τῷ μετώπῳ αὐτῶν (καθάπερ ἑρμηνεύσαμεν ἐν κεφ. κα. πρότερον εἰπόντες. ὅταν προσεύχονται οἱ ἕλληνες εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἐγγίζουσι πρὸς τὰς στάσεις αὐτῶν, συνάγουσι τοὺς τρεῖς δακτύλους, καὶ τὰ ἑξῆς) φεύγει ὁ Διάβολος ἀφ' ἡμῶν.

Καὶ ὁ Ἐλισσαῖος μετὰ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν ἠλίαν, ἐστράφη εἰς τὸν Ἰορδάνην διελθεῖν, καὶ ἐδεήθη τοῦ θεοῦ ῥαγῆναι τὸν Ἰορδάνην, καὶ οὐκ ἐράγη. Τότε ἔτυψε τὸν Ἰορδάνην μετὰ τῆς μηλωτῆς τοῦ ἠλίου, λέγων, ποῦ ἐστιν ὁ θεὸς ἠλίου τοῦ πατρός μου. Καὶ ἐν τούτῳ αὐτίκα ἐράγη ὁ Ἰορδάνης.

Ὅρα πῶς ἄνευ τῆς μηλωτῆς πρῶτον ἐδεήθη

τοῦ

Sed revertamur ad propositum.

Sicut Moses adhibitâ virgâ omnia miracula designavit, (potuisset eqvidem & absqve virgæ adminiculo omnia miracula edere, sed aliud ipsi visum fuit) ita & Christus Christianis, loco virgæ Mosaicæ, crucem concessit.

Et qvemadmodum Judæi, conspecto serpente, sanabantur, sic qvoqve & Christicolæ crucem, qvæ Christum crucifixum notat, intuentes, aut figuram crucis in frontibus suis efformantes, Diabolum à sese propellere & fugare possunt. Qvod ipsum explicatius proposuimus cap. 21. cujus hæc sunt verba initialia: Qvando Græci Ecclesiam freqventant, & ad Stationes suas appropinqvant, tres digitos complicant, & qvæ seqvuntur.

Et Elisæus sublato Eliâ, ad Jordanem reversus, ipsum permeare voluit, ideoqve DEUM, ut Jordanis in utramque scissus, siccam terram transituro relinqveret, oravit. Jordanis tamen non dividebatur. Illicò igitur Jordanem tunicâ Eliæ percussit, dicens: Qvo recessit Deus Eliæ Patris mei. Hoc dicto, auctutum Jordanis in duas partes dilapsus est.

Contemplare mihi qvæso, qvî accidat, qvod, absqve tunicâ Eliæ DEUM invocans à

§. ccc ccxv

O oo oo Deo

τοῦ θεοῦ, καὶ οὐκ ἤκουσεν ἐκείνου ὁ θεός, ἀλλὰ μετὰ τῆς μηλωτῆς ἤκουσεν ἐκείνου ὁ θεός, καὶ ἐράγη ὁ Ἰορδάνης. Οὕτω καὶ τῶν ποιούντων τὸ σχῆμα τοῦ σταυροῦ ἀκούει ὁ θεός. Καὶ τούτου ἕνεκα, κἂν βαπτίζουσι, κἂν ἁγιάζουσι, κἂν προσεύχονται, ἀεὶ σὺν τῷ σταυρῷ, καὶ σὺν τῷ σχήματι τοῦ σταυροῦ ποιοῦσι πάντα, ὅσα ἂν ποιοῦσιν. ὥσπερ οἱ σήμερον εἰσερχόμενοι μοναχοί, ὁρῶσι μυστήριον, ὅταν ποιοῦσι τὸ σχῆμα τοῦ σταυροῦ. Ἔχουσι ἔθος οἱ ἐχέφρονες μοναχοί, καὶ ὅταν ὁ διάβολος βάλῃ εἰς αὐτοὺς κακοὺς λογισμούς, ἢ καθευδόντων, ἢ περιπατούντων, ἢ ἱσταμένων αὐτῶν, ἢ ἕνεκα πορνείας, ἢ ἑτέρων κακῶν ἐνθυμήσεων, αὐτίκα ποιοῦσι τὸ σχῆμα τοῦ σταυροῦ, λέγοντες, κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, υἱὲ καὶ λόγε τοῦ θεοῦ, λύτρωσαί με ἐκ τούτου τοῦ πειρασμοῦ, ἐὰν μετὰ πίστεως ποιῇ καὶ λέγῃ, παραχρῆμα λανθάνεται τὸν κακὸν λογισμὸν ἐκεῖνον, καὶ στρέφεται ὁ νοῦς ἐκείνου, εἰς ἀγαθὰ πράγματα. Εἰ μὲν ἐστι σπουδαῖος, στρέφεται ὁ νοῦς ἐκείνου εἰς θεολογίαν, ἢ εἰς θεῖα πράγματα, καὶ οὕτως ἐλευθεροῦνται ἐκ τοῦ διαβολικοῦ συλλογισμοῦ.

Ἐὰν δὲ οὐ θελήσῃ ποιεῖν τὸ σχῆμα τοῦ σταυροῦ νομίζων ὅτι οὐδὲν ὀφελεῖ ὁ σταυρός, ἀεὶ πειράζεται κακὰ συλλογιζόμενος.

Τούτου

DEO non exaudiatur; qvàm primum autem pallium illud adhibet, votis ejus Deus illicò annuat, Jordanusqve dividatur? Ita qvoqve cruce se signantes Deus audit. Et hâc de causâ sive baptizent, sive consecrent, sive orent, sive qvodcunqve tandem aliud moliantur, semper crucis effigiationem præmittunt. Imò hodierni Monachi mysterium etiam aliqvod in crucis efformatione deprehenderunt. Consvetum habent Monachi prudentiores, ut Diabolo, ipsis vel dormientibus, vel deambulantibus, vel stantibus, etiam malas aliqvas cogitationes de scortatione, vel aliis pravis cupiditatibus insusurrante, Crucis imaginem effigient, dicentes: Domine Jesu Christe, Fili & verbum Dei, libera me à tentatione hâc. Qvod si qvis verâ fide crucem designârit, & verba hæc protulerit, actutum, mala illa cogitatione profligata, animus illius ad seria negotia redit convertiturqve, &, siqvidem rerum egregiarum virtutumqve studiosus extiterit, ad Theologiam, aut alia divina opera impetum aliqvem singularem persentiscit. Atqve hac ratione à diabolicis illis cogitationibus liberatur.

Qvod si verò formam crucis pingere noluerit, cogitans, apud sese crucem hanc nihil qvicqvam prodesse, continuò sine intermissione malis illis cogitationibus affligitur.

 Hac

Τούτου ἕνεκα ὀρθῶς λέγει ὁ ἠσαΐας, ἐγκαταλήψω σημεῖον ἐπ' αὐτῶν, τουτέστι, τὸν σταυρὸν ἤστεν ἐπὶ τῶν ἀποστόλων, καὶ ἐπὶ τῶν πιστευόντων τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.

Ὡς φησὶν καὶ ὁ Δαβὶδ, ἔδωκας σημείωσιν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου, τοῦ φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τόξου, τουτέστιν, ἀπὸ τοῦ κακοῦ συλλογισμοῦ τοῦ διαβόλου. Ἀλλὰ λέξαν τις, τὸν μανασσῆ τὸν βασιλέα τῶν ἑβραίων, ὅταν οἱ βαβιλώνιοι εἰσέβαλον δεδημένον χεῖρας καὶ πόδας, ἔσω τοῦ χαλκίνου βοὸς, μὴ δυναμένου γονυπετεῖν; πῶς ὁ θεὸς ἤκουσεν ἐκείνου·

Ἀπόκρισις. ἀκουσάτω τοῦ Παύλου λέγοντος, ἐάν τις εἴπῃ, εἰδωλόθυτόν ἐστι, μὴ ἐσθίει διʼ ἐκεῖνον τὸν μηνύσαντα. Οὕτω καὶ περὶ τοῦ σχήματος τοῦ σταυροῦ, περὶ τοῦ κηρυχθῆναι τὸν σταυρὸν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, οὐκ ἦν ἀνάγκη σχῆμα σταυροῦ ποιεῖν, οὔτε σταυρὸν ποιῆσαι. Ἀλλὰ μετὰ τὸ κηρυχθῆναι ἀπὸ τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας, ἀνάγκη ἐστὶ σταυρὸν καὶ σχῆμα σταυροῦ ποιεῖν, διὰ τὸ εἶναι τὸν σταυρὸν ὅπλον τοῦ Χριστοῦ, σὺν τῷ ὁποίῳ ὅπλῳ, ἐνίκησε τὸν διάβολον, καὶ ὥπλισε καὶ ἡμᾶς σὺν τούτῳ τῷ σταυρῷ, καὶ τοιαύτην γνῶσιν ἔχουσιν οἱ ἕλληνες περὶ τοῦ σταυροῦ. Εἰ ταῦτα καλά ἐστιν, εἰ μὴ, δεῖ κρίνειν τοὺς πεπαιδευμένους. Περὶ δὲ

τῶν

Hac de causâ optimè ait Esaias: Relinqvam signum inter illos, h. e. Apostolis, uti & credentibus in nomen Domini nostri Jesu Christi crucem suam reliqvit.

Simili modo & David loqvitur: Dedisti signum timentibus nomen tuum, ut evadere possimus ictum jaculi, h.e. vitiosos à diabolo inspiratos Syllogismos sive ratiocinationes. Sed dixerit aliqvis: Qvomodo autem Ebræorum Regem Manassen qvando eum Babylonii manibus pedibusqve constrictum, bovi ex ære fuso incluserunt, audivit, cùm tamen genua sua coram Deo flectere non posset?

Responsio: Audiat is Paulum dicentem: Si qvis dixerit, idolis hoc est sacrificatum, esca illa non comeditur, idq; ideò, qvod iste idolo eam consecratam esse indicaverit: Ita etiam cum crucis efformatione comparatum est. Cùm nondum de ea in Ecclesiâ prædicatum esset, non erat necessarium schema crucis pingere, vel crucem designare. At postqvam jam à sancta Ecclesia crux cæpit prædicari, crucem & crucis formam effigiare omninò tenemur, qvia crux vice armorum à CHRISTO ad victoriam de Diabolo reportatam adhibita est, & nos ab ipso eâdem armati sumus, hæc est mens, sententiaq; qvam Græci de Cruce fovent. An verò hæc omnia album

τῶν ἀποστόλων λέγει, καὶ ἐξαποστελῶ ἐξ αὐτῶν σεσωσμένους εἰς τὰ ἔθνη.

Ἀσφαλῶς λέγει περὶ τοῦ ἁγίου φωτὸς, καὶ περὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ εὑρεθέντος ἐν Ἱερουσαλὴμ, λέγων, ἥξει πᾶσα σὰρξ τοῦ προσκυνῆσαι ἐνώπιον ἐμοῦ ἐν Ἱερουσαλὴμ, εἶπε κύριος. Ἐάν τις λέξῃ περὶ τῶν ἐθνῶν, τῶν ἐν τῇ πεντηκοστῇ συναθροισθέντων, λέγει ὁ προφήτης. Τὰ γὰρ ἔθνη ἐν τῷ καιρῷ τῆς πεντηκοστῆς οὐκ ἦλθε προσκυνῆσαι ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἀλλὰ φυλαχθῆναι ἀπὸ τοῦ πολέμου, ὡς φαίνεται ἐν ταῖς ἱστορίαις. Ἕνεκα δὲ προσκυνήσεως τοῦ ἁγίου σταυροῦ, καὶ ὄψεως τοῦ ἁγίου φωτὸς, καὶ τοῦ ἁγίου τάφου τοῦ Χριστοῦ λέγει. Ἥξει πᾶσα σὰρξ τοῦ προσκυνῆσαι ἐνώπιον ἐμοῦ. Ἐκεῖνοι μὲν πρὸς τὸ φυγεῖν τὸν πόλεμον ἦλθον εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ, οὗτοι δὲ πρὸς τὸ προσκυνῆσαι τῷ Χριστῷ.

Περὶ δὲ τῆς ὄψεως τῶν νεκρῶν λέγει, καὶ ἐξελεύσονται καὶ ὄψονται τὰ κῶλα τῶν ἀνθρώπων, τῶν παραβεβηκότων ἐν ἐμοί. Ὁ γὰρ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί.

calculum mereantur an secus ; Eruditorum id permissum esto judicio. De Apostolis v. ait: Et emittam ex illis salvatos ad gentes.

Verissimè loqvitur de luce sacra , & cruce Hierosolymis repertâ , qvando ait: Veniet omnis caro, & adorabit ante me Hierosolymis, dixit Dominus. Dixerit qvidem fortè aliqvis, Prophetæ sermonem esse de gentibus tempore Pentecostes congregatis. Verum gentes tempore Pentecostes non orandi causa Hierosolymis convenerunt , sed ut belli calamitate erepti , sarti tectiqve viverent , uti id nos historiæ apertè docent. At sanctæ crucis venerationem, & sacri luminis, divinæq; sepulturæ Christi visionem , mente suâ complexus Propheta, hæc profert verba : Veniet omnis caro, ut oret coram me. Illi qvidem propter evitanda belli pericula : hi verò propter adorationem CHRISTI Hierosolymas accesserunt.

De apparitione autem mortuorum hunc in sonum loqvitur : & egredientur & videbunt membra hominum , qvi contra me prævaricati sunt, & iniqvitatem patrârunt. Vermis enim eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & spectaculo erunt universæ carni.

Ad

AD CAPUT XLII.

§.CCCCCXVI. Judiciũ Leõ. Allatii de Privilegio illo circa Nilum tẽpore Paschali.

(A.B, T*Ertia causa est, qvia ingens prodigium &c.* ad illa *Neqvaqvam igitur qvid humana dictitet sapientia, curabimus.* Hæc verba auctoris nostri adducit *Leo Allatius in Epistola de qvorundam Græcor. opinat.* & qvidem sub finem illius epistolæ, & hanc, & illa hac ἀποκρίσει finiens: Sed jam nugatum satis est, qvibus nonnulla tamen seria miscuimus obiter. Paragrapho antecedente tamen scil. XXX. de hoc lumine ita disseruit. Finem dicendi faciam, si, qvod alii de lumine Hierosolymit. scripto tradiderunt, in medium afferam. Id autem fuerit (ut alio qvoqve divagemur) qvod in diebus Passionis Dominicæ, extinctis omnibus luminibus Hierosolymis, & in sepulchro, & in Ecclesiâ Sanctiss. Resurrectionis, jubare divino lampades extinctæ reaccenderentur, idqve annuatim fieret, & ad tempora Urbani secundi perdurasse, memorat idem Urbanus, cùm in Concilio Claromontensi Christianos occidentales ad recuperandam terram sanctam adhortaretur. Wilhelmus Malmesbur. de rebus Anglicis, lib. IV. cap. 11. Ex relatione etiam Hermanni Presbyteri in literas retulit Urspergensis Ann. cIↃcI. hoc idem in vigiliâ Paschæ populo Dei ostensum. Et Ann. cIↃ LXVIII. Bartholomæus qvidam Polychronius Hierosolymis degens, & Evangeliorum codicis exscriptor, qvi in Bibliothecâ Barberinâ, sub n.XIII. innotescit, fatetur se hoc eodem an. divinum hoc lumen conspexisse: Qvi legitis orate pro me humili Bartholomæo ex Briziano, ut supernæ justorũ hæreditatis particeps fiam; Amen. Deo ita disponente secundùm Hierosolymam deveni ad adorationem; Primum anno cIↃ CLVIII. secundum cIↃ CLXVIII. cum & præsentem libr. mercatus sum &, licet indignus, vidi sacrum lumen magno sabbatho, descendit horâ nonâ in sacrum Christi sepulchrum. Et inter schedulas meas adornaveram ex antiqvo manuscripto. Qvi subtus est hymnus, lychnuchus hoc modo factus est. Cùm, ut moris est, S. Hierosolymitana Ecclesia Sanctæ Resurrectionis omni magno Sabbatho novum ac cœleste lumen accipiat, in lampadibus super vivificum & divinum sepulchrum accensum, cùm id exspectaret

Patriarcha nescio qvis & eo tempore Ecclesiæ silet; nec alius qvispiam ignem accendit, sed universa urbs exspectat, ut ex eo sibi copia fiat. Derepente non sepulchrum tantum modò, sed tota sancta Resurrectio illuminata est. Inclamavit itaqve Patriarcha, veluti gratiarum actionem, hunc hymnum: Lumen hilare sanctæ gloriæ immortalis Patris cœlestis, sancti, beati, Jesu Christi, qvi venit ad Solis occasum; cum viderimus lumen vespertinum, laudamus Patrem, Filium & Spiritum Sanctum Dei. Dignus es omni tempore laudari vocibus lætis fili Dei, qvi vitam donas: ideo mundus te glorificat. Plura de eo tradit Gretserus, de Cruce Tom. III. lib. II. cap. XI. Qvod etiam perdurasse, postqvam ejectis Christianis urbs Hierosolymitana in potestatem Mahumetanorum rediit, habetur ex Joanne Cantacuzeno Apolog. III. contra Mahomedum; ubi ex hoc universario divinitus accensi luminis miraculo ad fidem Christianam, Mahumetanos inducere conatur, nec non Anonymus de locis Hierosolymitanis: Descendit sanctum lumen, sancto & magno sabbatho, horâ vespertinâ, & propè fit sacro Christi sepulchro; cujus statim lampades accendit. Petrus tamen Arcudius lib. II. cap. IX. de Confirmatione tradit, Græcos modo gloriose lumen sanctum, qvo accenduntur reliqvæ lampades sepulchro Domini, dum ceremonias Resurrectionis peragunt, pridiè Paschatis miraculosè habere; id vero à clarissimis viris fideqve dignissimis, qvi ea loca religionis ergò lustrarint, se comperisse, esse falsum. De sacro autem lumine seqventem in modum disserit *Petrus Stroza in libro, s. ut habet inscriptio, in disputatione de Chaldæorum Dogmatibus in Prolegomenis cap VII. pag. 47. 48. 49.* Lumen verò qvod in Jerusalem lampadibus ostenditur; Patres Ecclesiæ magnæ Romanæ meritò affirmant, falsum & apparens esse; qvoniam lumen verum & naturale non eget materiâ ceræ aut olei, ut illuminare possit, neqve in seculo spiritus aliqvid compositum reperitur. Elevate oculos vestros in cœlum, & videte luminaria nocturna & diurna, & splendent & fulgent à principio seculi & hucusq; fortenè in materiâ aliqvâ illuminat Deus! Et si in materiâ splenderent, jam extincta essent, qvia extingveretur materia, qvæ causa illuminationis eorum est, & lumen eorum cum eâ deficeret necessariò, sicut hoc lumen, qvod est in Jerusalem.

De Sacro Lumine, judic. Petri Strozæ.

P pp pp Sed

Sed patet, qvod Deus non corporaliter illuminat, sed ab eo simpliciter illuminatur, qvoniam pater luminis est, ut scriptum est. Si Christus est Deus verus ex Deo vero, & per manus suas omnia creata & constituta sunt, qvæ sunt in cœlo; non est necessarium ut lumen artificiale credatur; sed opera manuum ejus teneantur, agmina Angelorum, & artificium elegans cœli, & cœli cœlorum & positio terræ, & omne, qvod est in eâ, & aqvæ fluidæ cum omnibus ordinibus aëreis mirabilibus. Qvid dicitis? Hæcne sunt abjecta & nulla, ut celsitatem Deitatis demonstrent, qvasi egeat lumine artificiali? Etsi lumen est, qvare in ignem convertitur? Et si omne lumen mutatur, & convertitur in lumen, ergo lumen non est, sed ignis est. Fortè ne probi homines propter eorum opera bona igne induuntur? Absit: juxta sententiam errantium ita locutus sum, qvi offerunt ignominiam lumini totali & vero, & lumini Creatoris, qvi non pertransit, nec mutatur nec perit, nec diminuitur, neq; variatur, neqve parvus fit. O animi perculsio magna; qvoniam aliqvis homo ingreditur, portamqve obserat, & ille homo Deum orat, ut super sepulchrum sui filii lumen descendere faciat, & si ille homo non vult, qvi mediatorem inter Deum & hominem facit, lumen non descendit. Et si mihi dicitis, qvod lumen verum est, & horæ spatio durat, dum non accendit, qvare cera liqvescit & lampas splendescit. Et ne decipiamini hac frigiditate, qvam videtis unius horæ spatio durare: Ecce sanctus Gregorius Nissæ, qvi pluribus Cantica Canticorum Salomonis commentatur; & scripsit de Cinamomo, qvod dum parum Cinamomi in ollam ferventem projicitur, statim frigescit, & erit ac si non injectus esset ignis sub eam. Est etiam lapis, qvem involvunt pannis lineis puris & candidis, & adproximant ad carbones ardentes, & nunqvam illi panni linei comburuntur, qvoniam influxus lapidis à parte interiori caliditatem ignis prohibet, & nunqvam ille pannus interjectus inter lapidem & ignem comburitur; hoc enim oculis nostris vidimus. Etiam est avis, qvæ fidenter in fornacem ignis ingreditur, & nunquam læditur. Etiam sunt panni, qvi in ignem undantur, dumqve ignis eorum comburit sordes, à pannorum naturâ cohibetur ignis. Ignis etiam coopertus parum caliditatis suæ naturæ ostendit, dum

verò

verò flat ventus, tunc magis ac magis exardescit; hoc omnes fabri ferrarii artifices faciunt: etenim cùm volunt liqvefacere opus manuum suarum aërem addunt per follem igni atqve ita liqvefaciunt sua opera. Hoc modo igne isto cooperto per artificium & velamina parum caliditas ejus diminuitur, & dum depromunt eum foras, & à vento percutitur, statim se ad pristinam naturam suam redigit. Ignis verò divinus apud Moysen rubum accendebat, & rubus non comburebatur. Quare lumen ex sepulchro Christi Domini cum exit, comburit? Lumen Dei comburit, & ignis ejus non comburit, hoc est absurdum. Veruntamen errorem errantibus relinqvamus & seqvamur vestigia orthodoxorum virorum arcana explorantium; ne inpingamus in lapidem offendiculi, ne in fide debilitemur, & sit pars nostra cum Hypocritis & opprimentibus veritatem Dei veri. Et ipse concedat nobis, ut ipsum cognoscamus, sicuti est, ut debilitas nostra potest, per gratiam multæ suæ misericordiæ in secula seculorum, Amen. Hactenus Petrus Stroza.

CI. *Hornbeckius* hujus qvoqve luminis mentionem facit *Summâ Controvers. Relig. p. 948. & 949.* his verbis:

. Commentum habent luminis in Christi sepulchro miraculosè qvotannis die sabbathi sancti accensi: qvo mirum dictu qvantoperè homines simplices in fide erga Christum retineant, absqve qvo verentur eos ad Muhammedismum defecturos. Qvod falsum miraculum, ab aliqvo Sacerdote templum ingresso, qvi orando scilicet impetrarit luminis istius accensionem, qvodqve tantùm per horæ spatium durat, & sustentatur in materiâ ceræ in lampade ardentis, patratum: uti videre est in commentario Adæ, Archimandritæ Chaldæorum Babylonensium, de conciliatione fidei Orientalium, cum Romanâ, cap. VII. apud Bzovium Annal. Tom. XIV. ad a. cIↃ CCCXXX. &c. Hæc Leo Allatius, Petrus Stroza, & Hornebeckius de Cadaveribus miraculosè protrusis, nec non de Lumine Sacro circa tempus Paschale effulgente. Qvibus hoc solùm adhuc adjicio, me ex Græco aliqvo diligenter in certitudinem hujus rei inqvisivisse, qvi non solùm utrumqve constantissimè confirmabat, sed etiam se circa tempus Paschale in illis lo-

cis iter fecisse & propter multitudinem ejectorum cadaverum in via vehementer retardatum fuisse.

Unde colligimus, qvantum relationibus Græculorum tribuere possimus.

CRUX.

ΚΕΦΑΛΗ' μγ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΖΩΗΣ ΤΩΝ ΑΡΧΙΕΡΕΩΝ ΤΕ, ΚΑΙ ΙΕΡΕΩΝ ΤΩΝ ΕΛΛΗΝΩΝ.

Ὁ Πατριάρχης τῆς Κωνσταντινοπόλεως, τὴν κατὰ τὴν σήμερον ἡμέραν ἔχει ὑπ' αὐτοῦ ἑβδομήκοντα τέσσαρες μητροπολίτας, εἰσὶ δὲ πλείονες ἢ τριάκοντα ἐκ τούτων, οἵτινες οὐκ ἔχουσιν ὑπ' αὐτῶν ἐπισκόπους. Ἐκ τῶν ἐχόντων δὲ ἐπισκόπους ὁ μὲν ἔχει ἕνα, ὁ δὲ δύο, ὁ δὲ τρεῖς. Εἰσὶ πάντες οἱ ἐπίσκοποι ἑβδομήκοντα δύο, ἢ ἑβδομήκοντα τρεῖς, γίνονται πάντες οἱ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ μητροπολῖται ἑκατὸν πεντήκοντα μόλις. Πάλιν ὁ πατριάρχης τῆς Κωνσταντινοπόλεως ἔχει ἐφορείαν ἰδίαν, τὴν Κωνσταντινόπολιν μόνον· ἔχει δὲ πρὸς ζωοτροφίαν ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως ἓν χρυσίον ἐξ ἑκάστου γάμου. Καὶ ἐκ πάσης τῆς ἐπαρχίας αὐτοῦ ἅπαξ ἐν τρισὶν ἔτεσι δύο καὶ δέκα δηνάρια ἐξ ἑκάστου οἴκου, (τελέσιν ἐξ ἑκάστης ἐπαρχίας τῶν ὑποτασσομένων αὐτῷ μητροπολιτῶν) ὁμοίως ἔχει τι μικρὸν δῶρον ἐκ τῶν ἱεροδιακόνων καὶ ἱερέων, τῆς Κωνσταντινο-

(C) *CRUX.* De Crucis formatione apud Moſcovitas vide Neugebauerum Moſcoviæ cap.12.p.86.

Caput XLIII.

De vita tum summorum, tum aliorum Græcorum Sacerdotum.

§. cccccxvii.

Patriarchæ Conſtantin. inſpectio.

Patriarcha Conſtantinopolitanus ſeptuaginta qvatuor hodiè præeſt Metropolitis. (A) Ex hisce autem plures, qvam triginta inveniuntur, qvi nullis ſibi ſubjectis gaudent Epiſcopis. Inter illos autem, qvi habent Epiſcopos, hic qvidem unum, iſte duos, alius tres numerat. Omnes Epiſcopi autem ſunt ſeptuaginta duo, aut ſeptuaginta tres, qvibus additi Metropolitæ, in univerſum centum qvinqvaginta vix efficiunt. Porrò Patriarcha Conſtantinopolitanus ſolam Conſtantinopolin propriæ inſpectioni commiſſam habet. Ad victum autem ex eâdem urbe à qvibuslibet nuptiis unum aureum, & è qvalibet provincia (h.e. è qvalibet Parochia ſubjectorum ſibi Metropolitarum) intra triennium, ſemel è domo qvâlibet duodecim denaria accipit. Diaconi & Sacerdotes Conſtantinopolitani adhæc munuſculum aliqvod ipſi offerunt, qvando ordinationis ritu

Patriarchæ reditus.

 ſacro

τινοπόλεως, ὅταν χειροτονῇ αὐτοὺς. Ὁμοίως καὶ ἕκαστος Ἱερεὺς τῆς αὐτῆς πόλεως ἐν ἑκάστῳ ἐνιαυτῷ ἓν χρυσίον δίδωσι τῷ Πατριάρχῃ. Ἔτι καὶ ὅταν ἀποθνήσκωσιν οἱ πλούσιοι τῶν χριστιανῶν, ἐῶσιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Πατριάρχου ὁ μὲν οἴκους, ὁ δὲ ἀγροὺς, ὁ δὲ πρόβατα, ὁ δὲ χρήματα, καὶ ἕτερα τοιαῦτα. Καὶ πάλιν, ἕκαστος μητροπολίτης ἢ ἀρχιεπίσκοπος, ὅταν χειροτονεῖται ἀπὸ τοῦ Πατριάρχου, δωρίζει μικρόν τι δῶρον τῷ Πατριάρχῃ. αὖθις ἕκαστος μητροπολίτης ἐν ἑκάστῳ ἐνιαυτῷ δίδωσι τῷ Πατριάρχῃ, ὁ μὲν εἴκοσι μνᾶς, ὁ δὲ τριάκοντα. Ὁ δὲ εἴκοσι πέντε, διὰ τὸν φόρον τοῦ βασιλέως. ἐξ ὧν χρημάτων ὁ Πατριάρχης δίδωσι τῷ βασιλεῖ ἓξ χιλιάδας χρυσία κατ' ἔτος, περὶ πάντων τῶν ἀρχιερέων, ἵνα στέργῃ ὁ βασιλεὺς τῶν τουρκῶν μένειν Πατριάρχην ἐν τῇ Κωνσταντινοπόλει, καὶ μητροπολίτας, καὶ Ἀρχιεπισκόπους, καὶ ἐπισκόπους ἐν πάσῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ τοῦ Τούρκου, ἕνεκα τῆς δυσσεβείας τῶν ἑλλήνων. Οἱ ὑπηρέται δὲ τοῦ Πατριάρχου καὶ πάντων τῶν ἀρχιερέων, μοναχοί εἰσιν, ὅτι οὐκ ἔξεστι κοσμικῷ ὑπηρετεῖν ἀρχιερεῖ. Ἐσθίουσι δὲ τὸν ἄρτον τοῦ Πατριάρχου, ὡς δεκαεπτὰ, ἱερεῖς τε καὶ ὑπηρέται. Ἔχει μὲν δύο ἐφημερίους, δύο Ἱεροδιακόνους, οἰκονόμον, σακελλάριον, λουτέσι, φύ-

λακα

ſacro miniſterio initiantur. Similiter qvoqve ſinguli urbis illius Sacerdotes,annis ſingulis, Patriarchæ unum aureum pendunt. Deinde, qvando locupletiorum Chriſtianorum aliqvis moritur, tùm certa aliqva bona, qvalia ſunt domus, agri, oves, opes, aliaqve hujus generis, Eccleſiæ illi, cui Patriarcha eſt præpoſitus, ſolet legare. Porrò qvilibet Metropolita aut Archiepiſcopus, qvando à Patriarcha inauguratur, dono aliqvo Patriarcham honorat. Tandem etiam à qvovis Metropolita propter tributum regium ſolvendum, ab hoc qvidem minæ viginti, ab illo triginta, ab alio qvinqvaginta qvinqve numerantur. Ex hac Pecunia Patriarcha Regi ſex aureorum millia pro omnibus Sacerdotibus ſolvit, & eum qvidem in finem, ut Turcarum Rex Patriarchæ in urbe Conſtantinopolitana, Metropolis verò, Archiepiſcopis & Epiſcopis, in reliqvis regni ſui ditionibus, pietatis & cultus divini apud Græcos exercendi gratia, tutam & liberam habitationem permittat. Qvi verò Patriarchæ, aliisqve Sacerdotibus apparituram faciunt, (B) illi ſunt Monachi. (non permittitur enim, ut ſecularis Sacerdoti ſit à famulitio) Sacerdotibus autem & apparituræ vacantibus monachis hiſce, qvi cum illis juncti ſeptendecim ſunt numero, ipſe Patriarcha victum ſuppeditat, qvi his funguntur muniis.

Duo

λακα τῶν ἱερῶν ἐνδυμάτων, καὶ ἑτέρων Ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων. Δύο ψάλτας, ἕνα πυλωρὸν, ἕνα ἄνθρωπον ἱππόφορβον. Καὶ ἐκ τῶν δύο ἐφ' ἡμερίων, γίνεται καὶ μέγας πρωτοσύγκελλος, καὶ δοῦλοι τρεῖς, τουτέστιν, οἵτινες φυλάττουσι τὴν σφραγίδα τοῦ Πατριάρχου. Καὶ τρεῖς, ἢ τέσσαρες οἵ τινες ἄγουσι τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὴν κρίσιν τοῦ Πατριάρχου. Ἔτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν δαπανᾷ ὁ Πατριάρχης πολὺν βίον, ἕνεκα τῶν ἀρχόντων τοῦ βασιλέως, περὶ ὧν δαπανῶν οὐ δύναμαι ἀριθμεῖν.

ΚΕΦΑΛΗ' μδ.

ΠΕΡΙ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΩΝ.

Ὡσαύτως ἕκαστος μητροπολίτης, καὶ ἀρχιεπίσκοπος ἔχει ἰδίαν πόλιν, λαμβάνουσι δὲ καὶ αὐτοὶ μικρὸν δῶρον ἐκ τῆς χειροτονείας τῶν ἐπισκόπων, ὁμοίως καὶ κατ' ἔτος λαμβάνουσιν ἐξ ἑκάστου ἐπισκόπου ἢ εἴκοσι ἢ πεντεκαίδεκα ἢ δέκα μνᾶς. Ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν Ἱεροδιακόνων καὶ Ἱερέων δωροῦνται μικρόν τι, ὅταν χειροτονοῦσιν ἐκείνους. Ὡσαύτως κὰν κατ' ἔτος δίδωσιν ἕκαστος τῶν Ἱερέων ἓν χρυσίον, τῷ μητροπολίτῃ, ἢ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ. Ὁμοίως

Duo sunt ephemerii sive diurni, h. e. diurnas vices explentes Vicarii, bini Diaconi Sacri, Oeconomus, Sacellarius sive ædituus h. e. vestimentorum sacris usibus destinatorum, aliorumq; Ecclesiasticorum negotiorum Custos & Curator, duo sunt Cantores, unus Ostiarius, unus eqviso sive Auriga. Ex duobus verò illis Ephemeriis constituitur etiam Magnus Protosyncellus, ut & secundus, h.e. qvi sigilli Patriarchalis curam gerunt. (C) Præter qvos adhuc tres seu qvatuor alios alit, qvi homines ad Tribunal Patriarchale convocant. Ultra recensita verò omnia Patriarcha adhæc in cibum, propter Præfectos Regios singulis diebus ingentes sumptus facere cogitur, quorum Sumptuum inire rationem neqveo.

Caput XLIV.

DE METROPOLITIS ET ARCHIEPISCOPIS.

§. CCCCCXVIII.

Metropolitæ & Archi-Episcopi.

Similimodo qvilibet Metropolita & Archiepiscopus propriam habet civitatem. Redit verò & ad hos, è creatione Episcoporum munusculum aliqvod, & qvotannis itidem ab unoqvoqve Episcopo viginti qvindecim vel decem minas expectare habent. Confertur ipsis qvoqve nonnihil à Diaconis & Sacerdotibus qvando ordinan-

Qqqqq

ὡς λαμβάνουσι καὶ ἐκ τῶν γάμων ἓν χρυσίον, καὶ ἐλεημοσύνας ἐκ τῶν τεθνηκότων, ὡς προείπομεν περὶ τοῦ Πατριάρχου. Ὁμοίως καὶ ἔτος ἐκ πάντων τῶν οἴκων τῆς πόλεως αὐτῶν μόνον λαμβάνουσιν ἓν μόδιον σίτου, ὡσαύτως καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον, καὶ σιρίκιον, καὶ ἕτερα τοιαῦτα, καὶ ἐκ τούτων πάντων ζῶσιν μητροπολῖται.

ΚΕΦ. μεʹ.

ΠΕΡΙ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ.

Ὡσαύτως καὶ οἱ ἐπίσκοποι λαμβάνουσι μικρὸν δῶρον ἐκ τῶν ἱεροδιακόνων ἐν τῇ χειροτονίᾳ αὐτῶν. Ὁμοίως καὶ ἔτος λαμβάνουσιν ἐξ ἑκάστου Ἱερέως ἓν χρυσίον. Ὡσαύτως καὶ ἐκ τῶν γάμων ἓν χρυσίον λαμβάνουσιν, ἐκ πάσης τῆς ἐπαρχίας αὐτῶν. Ἔτι καὶ ἔτος λαμβάνει ὁ ἐπίσκοπος ἓν μόδιον σίτου, καὶ μέρος τι οἴνου, καὶ ἐλαίου, καὶ σιρικίου ἐξ ἑκάστου οἴκου ἀπὸ πάσης τῆς ἐπαρχίας αὐτοῦ.

ΚΕΦΑΛ. μςʹ.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΙΕΡΕΩΝ.

ΟΙ Ἱερεῖς δὲ ζῶσι, τινὲς μὲν ἐκ τῶν περιουσιῶν τῶν Ἐκκλησιῶν τελέσι, τινὲς αἱ Ἐκκλησίαι ἔχουσιν

nantur. Qvin ſingulis annis qvilibet Sacerdos unum aureum Metropolitæ aut Archiepiſcopo donat. E nuptiis etiam unus aureus, ut & eleemoſynæ, è defunctis ipſis offeruntur. Qvemadmodum ſupra de Patriarchâ retulimus. Tandem & ultimò ex omnibus civitatis ſuæ inſpectioni commiſſæ domiciliis annis ſingulis frumenti modio uno, vino, oleo & ſiricio ditiores redduntur. (olere eduli) Atqve ex his vivunt Metropolitæ.

CAPUT XLV.
DE EPISCOPIS.

Epiſcopi.

EPiſcopi, qvando Diaconos ſacris initiant, munuſculum aliqvod ab ipſis accipiunt. Annuatim verò à qvolibet Sacerdote unum aureum, è nuptiis itidem unum. Epiſcopus verò è qvalibet domo ſubjectæ ſibi diœceſeos frumenti modium unum, nec non portionem aliqvam vini, olei, ſiricii anno qvovis colligit. [videtur eſſe olera edulia]

CAPUT XLVI.
DE SACERDOTIBUS.

§.CCCCCXIX, Sacerdotum Victus & Reditus.

SAcerdotes ex Eccleſiæ reditibus vitam ſuam ſuſtentant, h. e. nonnullæ Eccleſiæ agros, vi-

 neas,

σιν ἀγροὺς καὶ ἀμπελῶνας, οἴκους καὶ ἕτερα τοιαῦτα καὶ ἐξ ἐκείνων ζῶσιν οἱ Ἱερεῖς. Ὅπου δὲ αἱ ἐκκλησίαι οὐκ ἔχουσι περιουσίας, οἱ Ἱερεῖς λαμβάνουσιν ἓν μόδιον σίτου κατ' ἔτος ἐξ ἑκάστου οἴκου. Τὸ δὲ μόδιον συνέχει τὸ τρίτον μέρος τοῦ φορτίου ἑνὸς ἵππου. Καὶ ἄλλως οἱ Ἕλληνες ἔχουσιν ἑορτὰς τοῦ ἐνιαυτοῦ τριάκοντα ἕξ. δυοκαίδεκα καλοῦνται δεσποτικαὶ, τουτέστιν, τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς παρθένου, αἱ δὲ λοιπαὶ εἴκοσι τέσσαρές εἰσι τοῦ προδρόμου, καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῶν μεγάλων μαρτύρων. Ἐν πάσαις ταύταις ταῖς ἑορταῖς, καὶ ἐν ἑκάστῃ κυριακῇ ὀφείλει ὁ Ἱερεὺς θυσιάζειν, καὶ ἕκαστος οἶκος δίδωσι τῷ ἱερεῖ δύο δηνάρια· καὶ εὔχεται μερικῶς περὶ ἑκάστου τῶν διδόντων αὐτῷ τὰ χρήματα πρὸ τοῦ ἄρχεσθαι θυσιάζειν. Ἔτι ἐν ταύταις ταῖς ἑορταῖς οἱ Ἕλληνες ποιοῦσι μεγάλας ξενίας, ἐνίοτε ἐν ἑνὶ χωρίῳ ποιοῦσι πέντε ἢ ἓξ ξενίας, καὶ ὁ Ἱερεὺς ὀφείλει πορεύεσθαι πρὸς ἑκάστην ξενίαν εὐλογεῖν τὰ παραθέματα, καὶ οὕτω διδόασι τῷ Ἱερεῖ ἄρτους καὶ κρέατα καὶ οἶνον καὶ ἕτερά τινα, καὶ χρήματα, ὥστε ἀρκεῖσθαι ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἕνεκα μιᾶς ἑβδομάδος. Καὶ ἐκ τῶν τοιούτων ἐστὶν ἡ τροφὴ τῶν ἱερέων.

neas, domus, similiaqve plura possident, & inde Sacerdotes vitæ subsidia accipiunt: ubi verò Ecclesiæ nullis reditibus gaudent, ibi Sacerdotibus è domibus singulis, singulis annis, modius unus frumenti cedit. Continet autem modius tertiam partem oneris, cui ferendo eqvus sufficit. Insuper Græci qvolibet anno triginta sex celebrant festa. Duodecim sunt summa & solemnissima, utpote qvæ Christo & Virgini sunt dedicata, reliqva verò viginti qvatuor in honorem præcursoris, S.S. Apostolorum, & magnorum Martyrum instituta sunt. Diebus hisce festis omnibus, ut & qvâlibet Dominicâ sacrificare tenetur Sacerdos, ubi qvævis domus Sacerdoti duo denaria offert, & Sacerdos vicissim pro singulis, qvi dona sua, anteqvam sacrificare inciperet, obtulerunt, nominatim apud Deum intercedit. His Festis Græci splendida convivia instruunt, & aliqvando etiam in pago qvinqve, qvin sex. Horum qvodvis Sacerdos invisere, & appositis benedictionem impertiri tenetur. Pro qvo præstito officio panes, carnes, vinum aliaqve nonnulla, ut & pecuniam inde reportat Sacerdos, ita ut & toti familiæ per unam septimanam sustentandæ sufficiat. Et ex his constat Sacerdotum victus.

Κεφ. μζ.

ΠΕΡΙ ΙΕΡΟΔΙΑΚΟΝΩΝ.

Οἱ ἐν ταῖς πόλεσι καὶ χωρίοις κατοικοῦντες ἕλληνες, εἰ θέλουσι γενέσθαι ἱεροδιάκονοι, πρῶτον ἄγουσι γυναῖκας, καὶ τότε οἱ ἐπίσκοποι χειροτονοῦσιν ἐκείνους ἱεροδιακόνους. Ἐὰν δὲ θέλει τις μὴ ἄγειν γυναῖκα, δεῖ αὐτὸν πρῶτον γενέσθαι μοναχὸν, καὶ τότε χειροτονοῦσιν ἐκεῖνον ἱεροδιάκονον, καὶ μετὰ ταῦτα οὐκ ἔξεστιν ἐκείνῳ γαμεῖν, ὅτι ἀφορίζουσιν ἐκεῖνον οἱ ἐπίσκοποι.

Anno-
Ad Caput XLIII.

§. CCCCCXX.

Ecclesiasticarum Dignitatum Gradûs apud Graecos.

Eccles. dign. gradus.

(A) Ecclesiasticarum Dignitatum Gradus & Ordo apud Græcos hic est:

Patriarcha Metropolita, Archi-Episcopus, Hieromonachus, Presbyter, S. Papa (his consecrare, h. e. Missas celebrare licet) Monachus (non consecrans) Diaconus, Hypodiaconus (qvi Ministrant Altari) Anagnostes, qvi legit Epistolam Dominicalem, & alia qvædam. Monachi qvoqve suos ἡγουμένους sive Archimandritas, h. e. Abbates habent. Fuerunt etiam alia plura Patriarchalis Ecclesiæ officia, qvorum nomina tantum hodie retinent.

Origo

Cap. XLVII.
DE DIACONIS SACRIS.

Græci in urbibus & pagis habitantes, si Diaconorum in ordinem cooptari desiderant, primò ducunt uxores, (A) hoc facto, sacros Diaconos ipsos creant Episcopi. Qvi verò matrimonium inire recusat, illum cucullum prius induere oportet, ac tùm demum designatur Diaconus Sacer. Postmodum verò conjugio sese consecrare amplius neqvit: (B) nisi ex communicationis pœnam velit incurrere.

Diaconi Græcorum uxores ducunt.

TATA
XLIV. XLV. XLVI. XLVII.

Origo Patriarchalis Dignitatis.

Patriarchalis dign. orig.

De Origine Patriarchalis Dignitatis, nec non de discrimine Patriarchæ à Metropolitis hæc habet *Johann. Hornebek. Summ. Contr. Relig. Lib. XI. p. 844.* Uti supra variarum Civitatum Episcopos, Archi-Episcopos, vel primus Episcopus, qvi ratione Urbis, qvam incoleret Ecclesia Major, dicebatur Metropolitanus, ob Metropolim provinciæ: ita qvando sub Constantino variæ in unam diæcesin reductæ fuerunt provinciæ, supra Metropolitanos, qvoqve paulò pòst constituti fuerunt Primates superiores, Exarchi Diœcesium, ut Metropolitani Exarchi Provinciarum, qvi peculiari nomine appellabantur Patriarchæ, vel Patriarchæ Episcopi. Hi nec dum noti Concilio Nicæno; Metropolitani qvidem: sed haud ita multò post fundamenta istius qvoqve Ordinis

nis jacta, per mutatam Provinciarum in Diœceses Formam Civilem, atqve nomen & res Patriarcharum in Concilio Chalcedonensi palam audita seculo seqventi. Hi ergò Gradûs, (sed præter Verbum & Institutionem Apostolorum,) per viam Secularis Fastûs, supra Presbyteros in Ecclesiam post se invicem surrepsere. I. Episcoporum, II. Metropolitanorum, III. Patriarcharum. Omnia paulatim ex consvetudine primum, verum qvàm deinceps Canonibus confirmarunt. In Metropolitanis id manifestissimum, de qvibus in Concilio Nicæno: Origo enim eorundem petitur non aliunde, qvàm ex antiqvâ consvetudine, sive de Alexandrino loqvantur, sive de Romano, sive de Hierosolymitano, ubivis est ἀρχαῖα ἔθη, τὸ συνηθές, παράδοσις ἀρχαία, neutiqvam ex Sacris vel Divinâ institutione horum derivatur aut jus, aut Praxis. Alexandrino Episcopo defertur potestas, vel corroboratur potius in Ecclesias Ægypti, ubi turbas dederat Meletius, & in Ecclesias Lybiæ, ac Pentapolis. Idqve ex duplici ratione, primum, qvia ita jam antiqvi mores obtinuerant. Omnium prima fuit Ecclesia Alexandrina, qvæ Speciem distincti Episcopatûs supra Presbyteros habuit, uti è contrariò Africana omnium ultima. Testatur id de Alexandrinâ Ecclesiâ Hieronymus in Epist. ad Evagrium, eos à Marco Evangelistâ usqve ad Heraclam & Dionysium Presbyteros, semper unum ex se electum in excelsiori gradu collocasse, qvem Episcopum nominabant. Atqve hic uti Episcopi, ita primò omnium Patriarchæ nomen auditum. Sed & altera ratio confirmat in Diœcesi Juris illæsi Alexandrino Episcopo, erat exemplum Episcopi Romani, qvod apud eum qvoqve consvetudo illa esset, ut haberer potestatem Ecclesiarum sibi subjectarum. Ergò id volunt, qvemadmodum Romanus in suâ, sic Alexandrinus, sic Antiochenus in suis provinciis supremi ut sint, & qvæ jura Metropolitano Romano constant, ea ut in suas Ecclesias servarent Alexandrinus & Antiochenus. Vides id hoc canone agi, ut qvieta & salva maneant Metropolitanis sua Ἀρχαῖα ἔθη, æqve Alexandrino, æqve Antiocheno ac Romano. Par ordo istorum constituitur in suos inferiores; nulla verò potestas alicui in parem, Metropolitano in Metropolitanum.

ELE-

ELECTIO.

Electio Patriarchæ.

Patriarcha secundum Canones Ecclesiasticos à Metropolitis & Archi-Episcopis, Constantinopolitano throno subjectis, eligitur. Injuriâ autem temporis factum, ut hodie ferè præcipuum suffragium sit penes Michaelem Cantacuzenum, qvem Græci ἄρχοντα vocant, Imperatoris Turcici, licet Christianum, supremum Publicanum, qvi Priorem Patriarcham Metrophanem nomine, pium & Doctum Virum, nunc in Monte S. agentem, ex odio privato deposuisse dicitur: in ejusqve locum præsentem Jeremiam, virum humanum rerumqve satis intelligentem suffecit. Electum Patriarcham supremus Bassa, Vicarius Regis confirmat eiqve Privilegia Patriarchatus roborat, postqvam aliqvot millia ducatorum, sibi & imperatori promiserit. Qvid hodie fiat, vide *Allat. de consensu Orientalis & Occident. Eccles. Lib. III. cap. 8. §. 2. Col. 1007.* Patriarcham, dum Christiani regnabant Imperatores, eligebant Episcopi & consecrabant Heracleenses. Exciso Imperio, & malis Simonis Trapezuntii artibus, qvi corrogatâ pecuniâ, priùs Patriarchatum emerat, Turca Patriarcham nominat, nominatio ab Episoporum Synodo approbatur, & ceremoniis nonnullis peractis ab eodem Heracleensi ordinatur, uti & anteà sveverat. Qvemadmodum enim Græci Imperatores, arbitratu suo, soli, & sine alio Episcoporum consensu, Patriarchas ponebant, deponebant, & cum liberet reponebant; qvod contra Canones fuisse, nec ipsi Imperatores negabant: Ita hoc qvoqve tempore fit. Namqve Turca, suo arbitratu Ampliori Pecuniæ patriarchatum concedit, admittit, restituit, neqve finis ullus calumniarum, dissidiorum, ac contentionum est: ut hâc ætate multò plures Patriarchæ, qvàm unqvam aliàs inaugurentur. Qvorum machinas recensere, historiam esset scribere.

§. CCCCCCXXI.

Johannes Hornbeck. in summâ Contr. Relig. recenset quâ occasione Electio Patriarchæ & qvidem pro certâ pecuniâ ad Turcicum Imperatorem devoluta sit. p. 949. Miserrimus à captâ Urbe Græcorum, Ecclesiarumqve Christianarum status fuit, in oriente, qvando Turcis corpora & animas ferè Christianorum, bonaqve & religionem pariter in prædam cessisse cognovimus. Qværqve adhuc

huc habent miseri homines, si qvæ habent, qvæqve omnium preciosissima meritò, computamus, vita & religio, Vectigalia. Capiebatur Urbs à Mahomete II. Anno cIↃ CCCCL II. alii LIII. d. XXIX. Maji, tantâ cum irruentium & obsessorum Strage, ut nec qvi foris erant, ingredi, neqve qvi intus, egredi possent. Nullus, post Michaelem Florentiæ mortuum, iis fuerat Patriarcha, qvumqve qværeret Mahometes, qvis apud eos tunc Patriarcha esset, mirareturqve nullum esse, copiam fecit eligendi, qvem vellent: qvare coactâ Synodo constituerunt Patriarcham Georgium Scholarium, olim judicis munere functum, qviqve Concilio Florentino interfuerat, & pro unione steterat, unde & librum conscripsit, in defensionem qvinqve Capitum Synodicæ Unionis, à Fabio Benevolentio Latinè editum. Anno cIↃ IↃ LXXXI. Ex Georgio factum ei, pro Græcorum more, qvi eorum, qvos in Patriarchas eligunt nomen commutant in aliud ab eâdem literâ incipiens, nomen Gennadii; sicut posteà Manuelis nomen in Maximi, qvi Octavus ab eo fuit Patriarcha. Gennadius de Fide & Religione interrogatus à Mahomete, Confessionem illam edidit, qvæ Lib. II. Turco-Græciæ, & post Orationem Davidis Chytræi, de Statu Ecclesiarum Orientis, extat: qvâ auditâ Turcarum Imperator edictum pro Christianis edidit, ne qvis illos qvocunqve modo læderet, vel convitiaretur. Seqvutus Gennadium fuit Isidorus Hieromonachus. Post hunc Joasaphus. Tum Marcus Chylocarabes, sub qvo primò πεσκέσιον pescesium introductum fuit, qvod est Tributum mille aureorum Sultano deinceps pendi solitum pro creando novo Patriarcha: Ubi anteà solerent Imperatores ipsi munera dare novo patriarchæ. Affinxerunt nonnulli Marco isti, qvod Pescesium primus promisisset, sed per calumniã, ut eum loco movere concitatâ contra ipsum hâc invidiâ, aliumqve Simeonem Hieromonachum, Trapezuntium, ejus loco constituere possent, oblato Sultano qvoqve Pescesio, dicentes: qvia Patriarcha Majestati tuæ unum Ducatorum Mille φλωρία χίλια promisit, ecce damus id & nos, ut Patriarcham faciamus nostrum Monachum, qvia cunctus Populus, & unà Clericorum Chorus non ferunt Patriarcham Marcum. Qvæ lubenter arripiens Sultanus legem inde fecit, ut unusqvisqve Patriarcha istum Censum suæ

Pescesium s. munus, qvod Turcæ pro confirmatione Patriarchæ solvitur, qvando primum introductum.

ſuæ ordinationis perferret in Fiſcum Regium. Unde factum poſtmodò, ut pro arbitrio Sultani, ejusqve πλεονεξία, aut populi tumultibus & ſtudiis, jam hunc, tum illum cupientis Patriarcham, nihil levius, uſitatiusque fuerit, qvàm Patriarchas amovere & revocare, proſtituentibus ſe ſuaqve turpiter Sultano Chriſtianis, ejusqve adverſus ſe Tyrannidem impudenter hoc pacto, cum Religionis & Facultatum ſuarum ſummo Diſpendio, Confirmantibus. Facto ita Patriarcha Simeone Trapezuntio, contendentibusqve inter ſe continuò pro Patriarchali Sede, Marco, & Simeone, qvib us hinc inde alii in Populo ac Clero adhærebant, Sultani Noverca Maria, lites aſtutè diremtura, favens Dionyſio cuidam Philippo Politano Metropolitæ, tùm ut huic, & Sultano gratificaretur, accepto Peſceſio duorum millium Ducatorum impetravit, ut rejectis Marco, atq; Simeone, Dionyſius in illorum locum ſurrogaretur; quâ ratione confirmatus Peſceſii uſus, auctusque duplô Cenſus fuit. Dionyſius non ferens continuas ſuorum moleſtias & calumnias dicentium ipſum à Turcis circumciſum eſſe, deſerto Patriarchatu, in Monaſterium aufugit. Unde reſtitutus iterum in locum priſtinum fuit Simeon Trapezuntius, redditumqve denuo Peſceſium, qvod Simeonis illius culpâ primò introductum in Eccleſiam fuerat. Qvod qvum nunc offerrent mille Ducatorum, Qvæſtor Regius accipere noluit, reſpondens, ſe in rationibus Fiſci reperire Duo Millia pro Peſceſio à Dionyſio exhibita, qvare tantundem nunc qvoqve præſtare illos debere, nec prius ſe acqvieturum. Qvare dandum fuit Peſceſium bis mille Aureorum: qvod meritò ab eo extortum, qvi primus Peſceſii autor extiterat, cujusqve deinde Bona omnia, & Vaſa Eccleſiaſtica Fiſco Regio, poſt Mortem ipſius, ceſſerunt. Neqve tamen hoc pacto qvieſcere ei licuit, ſed qvam artem prior excogitarat adverſus Marcum, eàdem uſus alius iterum adverſus ipſum fuit Raphaël, Hieromonachus Servius, qvi Charatzium introduxit, i. e. Annuum Tributum Duorum millium aureorum, pendendum Regio ærario, pro Patriarchis. Qvâ ratione detruſus iterum Simeon, inqve ejus locum conſtitutus fuit Raphaël. Poſt hunc Maximus, primum vocatus Manuel, qvi in Patriarchatus ſui Exordio, ad Sultanum adductus, obtulit pro Peſceſio, I) aureos, deinde & ſingulis annis

Bis mille aureorum, pro Charatzio. Omniaqve illa contigerunt, sub Imperio Machometis II. qvi Urbem occupavit: postqvàm successit ejus Filius Bajazetes Anno cIↄCCCCLXXXII. Postqve Maximum Patriarcha in illo Decimus, videlicet à superatâ Urbe, Nipho, Metropolita Thessalonicensis: hoc ejecto revocatus prior ille Dionysius, post hunc Maximus; hoc qvoqve retruso, superior iterum Nipho revocatur: qvem excepit Joachimus, sub qvo Charatzium crevit ad summam Trium Millium Ducatorum. Seqvutus Pachomius, sub qvo Caratzium auctum Qvingentis Ducatis. Eo rejecto restitutus superior Joachimus. Et hoc mortuo prior iterum Pachomius, additis Qvingentis Ducatis supra Tria Millia & Qvingenta; tum Theoleptus. Post eum Hieremias. Hinc Joannicius, sub qvo Charatzium auctum Centum Ducatis. Seqvutus Dionysius, sub qvo Pescesium, qvod initio aureorum D. fuit, ad Tria Millia perductum. Successor autem Joasaphus magno studio arteqve effecit, ut ad Bis Mille reductum sit. Post Joasaphum Metrophanes, & hunc Hieremias, Larissæ antea Metropolita successit, cum qvo Tubingensibus Epistolaris illa concertatio fuit, qvæ satis nota, & suo etiam loco à nobis memorabitur. Ita nunc Ecclesiæ Græcæ miseram trahunt servitutem; & qvicqvid ultra sunt, vel possunt in prædam cedit Turcis. Cujus ipsi Græci magna Causa, nisi unica, dum nimis impotenti fastu inanem Dignitatem ambientes, eam conqvisitâ pecuniæ summâ, à Bassâ obtinent, qvi novos emtores, vel liberaliores avidissimè admittit, qvo unâ operâ ærarium suum ditet, atqve Christianos omni suâ vi, auctoritate & opibus exsugat. Sin minus Christiani ex contentione & ambitione suos Patriarchas exagitent commutentqve ipsi, artem nunc edoctus ipse Christianorum, priores deponit, ut ex novis semper alia tributa corroget, censumqve. Primò impertiens Patriarchæ, postqvam à Metropolitanis & Archi-Episcopis electus est, (retinent adhuc σχῆμα illud) χρυσοβούλλον, velut hodie Græci loqvuntur, πιτάκιον, Diploma Imperiale, qvo, potestas Sacrorum datur, & Autoritas in omnes infra se Christianos, ac Christianorum Ecclesias. Pro Pescesio accipit Turca duo Ducatorum Millia; præterea

pro

pro Charatzio, χαρατζίῳ, annui censûs loco, die S. Georgii, qvatuor mille & Centum Ducatos.

AUTORITAS & EMINENTIA. 9.

ccccxxii. *Patriarcha Const. autoritas apud Turc. Imperat.*

1. Autoritas apud Turcanum Imperatorem.

Autoritas Patriarchæ apud Imperatorē amplior non est, qvàm alicujus Legati Christianorum munera Regi offerentis, aliumq; honorem ipsi non habent, qvàm qvod eum admittere dignatur, ut ad Pedes Imperatoris devolutus pallium ejus exosculetur, qvod & omnes Legati facere, & pro magno honore reputare solent. *Steph. Gerlach. ad Mart. Crus. apud Chytr. pag. 94. 95.*

2. Autoritas in Ecclesiâ Græcâ.

Constantinopolitani Patriarchæ olim amplissima fuit Diœcesis, cujus hodie vix umbram retinet. Qvam diu Romanos vel Græcos habuit Imperatores, (Sic qvippe Græci Constantinopolitanos suos Romanos qvoqve: unde Romæorum, aut Romanorum Imperatores illos passim appellatos legas, propter Νέαν Ῥώμην: Veteris Romæ Λατίνȣς, aut Φρέγγȣς, Latinos aut Francos dicunt) floruit, imò luxuriavit Patriarcharum Potestas habuitqve sub se ex Veteri distributione, Ponticam, Asiam, Thraciam; in qvarum Ecclesias hodieqve sibi qvid arrogat, prætereà antiqvum Titulum Oecumenici. Maxima autem inter Ecclesias Græcas Patriarchæ est Autoritas, qvia solus Oecumenicus agnoscitur & honoratur à Patriarchâ Alexandrino, Anthiocheno, & Hierosolymitano, non modò à suis Episcopis. Itaqve jurisdictionem habet in Asiâ Minore, Insulis Ægæi Maris & tota Græcia usqve ad Dalmatas, Mysiâ superiore & inferiore Walachiâ, Moldaviâ, Russiâ, Muscoviâ, cujus Patriarcham etiam à Metropolitis, Archi-Episcopis, & Episcopis per vota electum, & à Magno Duce Muscoviæ confirmatum ipse Constantinopoli antè hâc Unitione consecravit: Teste *Olear. Itiner. Persici p. 176.* In his solidam potestatem habet Metropolitas, Archi Episcopos & Episcopos creandi & deponendi. Causas difficiliores, qvæ ad Ecclesiæ ipsius commodum pertinent, disceptat. Non freqventer concionatur. In præcipuis ferè festis, qvando ei Archi Episcopus aut Episcopus creandus venit, Liturgiam

omni ceremoniarum Pompâ legit. In Patriarchæ collegio nullus splendor, nulla Pompa conspicitur. Non Episcopos aut magnos Prælatos alit; sed Monachos aliqvot cucullatos: ex Laicis nobiliores & doctiores familiares, & qvasi consiliarios, rerumqve administros habet. Vide *Martin. Crus. Turco. Græc. p. 197.* De hoc Patriarchâ Constantinopolitano & ejus eminentiâ, seqventem in modum scribit *Leo Allatius. lib. III. De Ecclesiæ Orient. & occident. perp. Consens. cap. VIII. Col. 1000. seq.* Prima inter Græcos dignitas est Patriarchæ, à qvo aguntur reliqvæ. Patriarchas IV. esse supra pluribus commemoravimus; Alexandrinum Antiochenum, Hierosolymitanum, & Constantinopolitanum, qvi nunc omnium primus est: undiqve perfectè & absolutè ita pares, ut inter eos nihil prorsus intersit, nisi jus aliud imperet. Nam qvilibet in sua Diœcesi Dominus est, & ut sibi placuerit, synodos cogit & firmat, Leges sciscit, & rumpit, Metropolitanorum causas cognoscit, dissidia componit, appellationes perseqvitur; & reliqva omnia, qvæ ad jus & Forum Ecclesiasticum pertinent; veluti primus Arbiter, cernit. Anteqvam Orientales Nationes hæresibus inficerentur, Patriarcha Græcus omnibus præerat. Divisi posteà propter hæreses, dum condemnarentur à Græcis, Græcorum dominio detrectato, uni ex suis dignitatem illam detulerunt, à qvo regi, dirigiqve, ut anteà à Græco voluere. Hinc factum est, ut in una eademqve Diœcesi, plures sint Patriarchæ, alius Armenorum, alius Jacobitarum, alius Maronitarum, alius Nestorianorum, alius Coptorum, & jam tot Patriachæ sint, qvot Hæreses.

Patriarchæ Const. Eminentia apud Græcos.

Qvalem potestatem Patriarcha Constant. antehac super Moscov. habuit, eo de ita disserit *Hornebeck. Summa Theol. p. 953. 954.* Suberant ei qvoqve olim Moscovitæ, s. Russi, vel Rutheni (nam Russiæ maxima Pars, Alba vulgò dicta Imperatori Muscorum: Cæteri Russiæ Nigræ, vel Rubræ Regi Poloniæ subjecti sunt, harumqve nonnulli cum Romanâ se conjunxerunt Ecclesiâ Anno cIↄ IↄXCV.) at nunc Patriarcham proprium habent, qvem Princeps eligit, confirmant sui suffraganei: qvod inchoatum præcedenti Seculo à Duce Basilio M. qvi, qvem pro more Constantinopolitanus Patriarcha miserat Metropolitam, eò qvod sua valdè carperet vitia & peccaca, in carcerem conjecit, neqve eò, qvamvis

vis ipsius Turcarum Imperatoris fatigatus precibus, liberavit. Unde deinceps ipsi suum constituere Patriarcham Moscorum Duces: qvem sui Episcopi tum ordinant. Mittit attamen in Signum pristini Moris ac Subjectionis Moscorum Imperator Constantinopolitano Patriarchæ qvotannis, sed qvasi in Eleemosynam, Qvingentos Aureos. Duo ei subsunt Metropolitæ, Novogardiensis, & Rostoviensis: his, alii Episcopi. A Græcis, & studio præsertim Constantinopolitani Episcopi, certum est, Russos primam Christianæ Religionis institutionem accepisse, qvamvis ægre hoc fateantur, & potius ab Andreâ Apostolo se conversos ad Fidem jactent: indeqve est, qvod ad Constantinopolitanum Patriarcham ipsorum Ecclesiæ semper spectarint, eiqve fuerint subjectæ, qvi (uti Romanus in Occidente) per plurimarum gentium ad Christum, operâ suorum, conversionem, jurisdictionem suam haud segniter qvoqve promovit. A qvo, ejusqve Obedientia desciverunt Russi, potius qvàm ab ipsorum Religione. Nam Græcam seqvuntur, nisi qvod peculiaria nonnulla habeant.

[B] *Qvi verò Patriarchæ, aliisq; Sacerdotibus apparituram faciunt.* Hos seqventi ordine recenset Jacobus Goar. in Euchol. p. 468. usq; ad 474.

§. CCCCCXXIII. *Text. Chr. Ang.*

Ordo Magnæ Ecclesiæ in officiis Clericatis.

Hic est Ordo Sanctæ Magnæ Ecclesiæ, qvem Sanctissimi Patriarchæ, & semper beandi Patres, in Officiis Clericatis servandum censuerunt:

Chorus Dexter ita incipit:

Episcopus, Magnus Oeconomus. Magnus Sacellarius. Magnus Vasorum Custos; s. Sacrista. Magnus Chartophylax. Sacello Præpositus.

Qvinarius Secundus.

Proto Notarius. Castrensius. Referendarius. Logotheta. Memorialium Scriptor.

Qvinarius Tertius.

Protecdicus. Sacer Suggestor. A Genubus, A Memoriâ. Doctor.

Chorus

Κεφ. μζ.

ΠΕΡΙ ΙΕΡΟΔΙΑΚΟΝΩΝ.

ΟἹ ἐν ταῖς πόλεσι καὶ χωρίοις κατοικοῦντες Ἕλληνες, εἰ θέλουσι γενέσθαι ἱεροδιάκονοι, πρῶτον ἄγουσι γυναῖκας, καὶ τότε οἱ ἐπίσκοποι χειροτονοῦσιν ἐκείνους Ἱεροδιακόνους. Ἐὰν δὲ θέλει τις μὴ ἄγειν γυναῖκα, δεῖ αὐτὸν πρῶτον γενέσθαι μοναχὸν, καὶ τότε χειροτονοῦσιν ἐκεῖνον Ἱεροδιάκονον, καὶ μετὰ ταῦτα οὐκ ἔξεστιν ἐκείνῳ γαμεῖν, ὅτι ἀφορίζουσιν ἐκεῖνον οἱ ἐπίσκοποι.

ANNO-
AD CAPUT XLIII.

§. CCCCCXX. ECCLESIASTICARUM DIGNITATUM GRADUS apud GRAECOS.

Eccleſ. dign. gradus. (A) Eccleſiaſticarum Dignitatum Gradus & Ordo apud Græcos hic eſt:

Patriarcha Metropolita, Archi-Epiſcopus, Hieromonachus, Presbyter, S. Papa (his conſecrare, h. e. Miſſas celebrare licet) Monachus (non conſecrans) Diaconus, Hypodiaconus (qvi Miniſtrant Altari) Anagnoſtes, qvi legit Epiſtolam Dominicalem, & alia qvædam. Monachi qvoqve ſuos ἡγουμένους ſive Archimandritas, h. e. Abbates habent. Fuerunt etiam alia plura Patriarchalis Eccleſiæ officia, qvorum nomina tantum hodie retinent.

ORIGO

Cap. XLVII.

DE DIACONIS SACRIS.

GRæci in urbibus & pagis habitantes, si Diaconorum in ordinem cooptari desiderant, primò ducunt uxores, (A) hoc facto, sacros Diaconos ipsos creant Episcopi. Qvi verò matrimonium inire recusat, illum cucullum prius induere oportet, ac tùm demum designatur Diaconus Sacer. Postmodum verò conjugio sese consecrare amplius neqvit: (B) nisi ex communicationis pœnam velit incurrere.

Diaconi Græcorum uxores ducunt.

T A T A XLIV. XLV. XLVI. XLVII.

Origo Patriarchalis Dignitatis.

Patriarchalis dign. orig.

De Origine Patriarchalis Dignitatis, nec non de discrimine Patriarchæ à Metropolitis hæc habet *Johann. Hornebek. Summ. Contr. Relig. Lib. XI. p. 844.* Uti supra variarum Civitatum Episcopos, Archi-Episcopos, vel primus Episcopus, qvi ratione Urbis, qvam incoleret Ecclesia Major, dicebatur Metropolitanus, ob Metropolim provinciæ: ita qvando sub Constantino variæ in unam diæcesin reductæ fuerunt provinciæ, supra Metropolitanos, qvoqve paulò pòst constituti fuerunt Primates superiores, Exarchi Diœcesium, ut Metropolitani Exarchi Provinciarum, qvi peculiari nomine appellabantur Patriarchæ, vel Patriarchæ Episcopi. Hi nec dum noti Concilio Nicæno; Metropolitani qvidem: sed haud ita multò post fundamenta istius qvoqve Ordi-

nis

ELECTIO.

Electio Patriarchæ.

Patriarcha ſecundum Canones Eccleſiaſticos à Metropolitis & Archi-Epiſcopis, Conſtantinopolitano throno ſubjectis, eligitur. Injuriâ autem temporis factum, ut hodie ferè præcipuum ſuffragium ſit penes Michaelem Cantacuzenum, qvem Græci ἄρχοντα vocant, Imperatoris Turcici, licet Chriſtianum, ſupremum Publicanum, qvi Priorem Patriarcham Metrophanem nomine, pium & Doctum Virum, nunc in Monte S. agentem, ex odio privato depoſuiſſe dicitur: in ejusqve locum præſentem Jeremiam, virum humanum rerumqve ſatis intelligentem ſuffecit. Electum Patriarcham ſupremus Baſſa, Vicarius Regis confirmat eiqve Privilegia Patriarchatus roborat, poſtqvam aliqvot millia ducatorum, ſibi & imperatori promiſerit. Qvid hodie fiat, vide *Allat. de conſenſu Orientalis & Occident. Eccleſ. Lib. III. cap. 8. §. 2. Col. 1007.* Patriarcham, dum Chriſtiani regnabant Imperatores, eligebant Epiſcopi & conſecrabant Heracleenſes. Exciſo Imperio, & malis Simonis Trapezuntii artibus, qvi corrogatâ pecuniâ, priùs Patriarchatum emerat, Turca Patriarcham nominat, nominatio ab Epiſopórum Synodo approbatur, & ceremoniis nonnullis peractis ab eodem Heracleenſi ordinatur, uti & anteà ſveverat. Qvemadmodum enim Græci Imperatores, arbitratu ſuo, ſoli, & ſine alio Epiſcoporum conſenſu, Patriarchas ponebant, deponebant, & cum liberet reponebant; qvod contra Canones fuiſſe, nec ipſi Imperatores negabant: Ita hoc qvoqve tempore fit. Namqve Turca, ſuo arbitratu Ampliori Pecuniæ patriarchatum concedit, admittit, reſtituit, neqve finis ullus calumniarum, diſſidiorum, ac contentionum eſt: ut hâc ætate multò plures Patriarchæ, qvàm unqvam aliàs inaugurentur: Qvorum machinas recenſere, hiſtoriam eſſet ſcribere.

§. CCCCCXXI.

Johannes Hornebeck. in ſummâ Contr. Relig. recenſet quâ occaſione Electio Patriarchæ & qvidem pro certâ pecuniâ ad Turcicum Imperatorem devoluta ſit. p. 949. Miſerrimus à captâ Urbe Græcorum, Eccleſiarumqve Chriſtianarum ſtatus fuit, in oriente, qvando Turcis corpora & animas ferè Chriſtianorum, bonaqve & religionem pariter in prædam ceſſiſſe cognovimus. Qvæqve ad-

huc habent miseri homines, si qvæ habent, qvæqve omnium preciosissima meritò, computamus, vita & religio, Vectigalia. Capiebatur Urbs à Mahomete II. Anno cIↃ CCCCL II. alii LIII. d. XXIX. Maji, tantâ cum irruentium & obsessorum Strage, ut nec qvi foris erant, ingredi, neqve qvi intus, egredi possent. Nullus, post Michaelem Florentiæ mortuum, iis fuerat Patriarcha, qvumqve qværeret Mahometes, qvis apud eos tunc Patriarcha esset, mirareturqve nullum esse, copiam fecit eligendi, qvem vellent: qvare coactâ Synodo constituerunt Patriarcham Georgium Scholarium, olim judicis munere functum, qviqve Concilio Florentino interfuerat, & pro unione steterat, unde & librum conscripsit, in defensionem qvinqve Capitum Synodicæ Unionis, à Fabio Benevolentio Latinè editum. Anno cIↃ IↃ LXXXI. Ex Georgio factum ei, pro Græcorum more, qvi eorum, qvos in Patriarchas eligunt nomen commutant in aliud ab eâdem literâ incipiens, nomen Gennadii; sicut posteà Manuelis nomen in Maximi, qvi Octavus ab eo fuit Patriarcha. Gennadius de Fide & Religione interrogatus à Mahomete, Confessionem illam edidit, qvæ Lib. II. Turco-Græciæ, & post Orationem Davidis Chytræi, de Statu Ecclesiarum Orientis, extat: qvâ auditâ Turcarum Imperator edictum pro Christianis edidit, ne qvis illos qvocunqve modo læderet, vel convitiaretur. Seqvutus Gennadium fuit Isidorus Hieromonachus. Post hunc Joasaphus. Tum Marcus Chylocarabes, sub qvo primò πεσκέσιον pescesium introductum fuit, qvod est Tributum mille aureorum Sultano deinceps pendi solitum pro creando novo Patriarcha: Ubi anteà solerent Imperatores ipsi munera dare novo patriarchæ. Affinxerunt nonnulli Marco isti, qvod Pescesium primus promisisset, sed per calumniã, ut eum loco movere concitatâ contra ipsum hâc invidiâ, alimqve Simeonem Hieromonachum, Trapezuntium, ejus loco constituere possent, oblato Sultano qvoqve Pescesio, dicentes: qvia Patriarcha Majestati tuæ unum Ducatorum Mille φλωρία χίλια promisit, ecce damus id & nos, ut Patriarcham faciamus nostrum Monachum, qvia cunctus Populus, & unà Clericorum Chorus non ferunt Patriarcham Marcum. Qvæ lubenter arripiens Sultanus legem inde fecit, ut unusquisqve Patriarcha istum Censum suæ

Pescesium s. munus, qvod Turcæ pro confirmatione Patriarchæ solvitur, qvando primum introductum.

suæ ordinationis perferret in Fiscum Regium. Unde factum postmodò, ut pro arbitrio Sultani, ejusqve πλεονεξία, aut populi tumultibus & studiis, jam hunc, tum illum cupientis Patriarcham, nihil levius, usitatiusque fuerit, qvàm Patriarchas amovere & revocare, prostituentibus se suaqve turpiter Sultano Christianis, ejusqve adversus se Tyrannidem impudenter hoc pacto, cum Religionis & Facultatum suarum summo Dispendio, Confirmantibus. Facto ita Patriarcha Simeone Trapezuntio, contendentibusqve inter se continuò pro Patriarchali Sede, Marco, & Simeone, qvibus hinc inde alii in Populo ac Clero adhærebant, Sultani Noverca Maria, lites astutè diremtura, favens Dionysio cuidam Philippo Politano Metropolitæ, tùm ut huic, & Sultano gratificaretur, accepto Pescesio duorum millium Ducatorum impetravit, ut rejectis Marco, atq; Simeone, Dionysius in illorum locum surrogaretur; quâ ratione confirmatus Pescesii usus, auctusque duplô Census fuit. Dionysius non ferens continuas suorum molestias & calumnias dicentium ipsum à Turcis circumcisum esse, deserto Patriarchatu, in Monasterium aufugit. Unde restitutus iterum in locum pristinum fuit Simeon Trapezuntius, redditumqve denuo Pescesium, qvod Simeonis illius culpâ primò introductum in Ecclesiam fuerat. Qvod qvum nunc offerrent mille Ducatorum, Qvæstor Regius accipere noluit, respondens, se in rationibus Fisci reperire Duo Millia pro Pescesio à Dionysio exhibita, qvare tantundem nunc qvoqve præstare illos debere; nec prius se acqvieturum. Qvare dandum fuit Pescesium bis mille Aureorum: qvod meritò ab eo extortum, qvi primus Pescesii autor extiterat, cujusqve deinde Bona omnia, & Vasa Ecclesiastica Fisco Regio, post Mortem ipsius, cesserunt. Neqve tamen hoc pacto qviescere ei licuit, sed qvam artem prior excogitarat adversus Marcum, eâdem usus alius iterum adversus ipsum fuit Raphael, Hieromonachus Servius, qvi Charatzium introduxit, i. e. Annuum Tributum Duorum millium aureorum, pendendum Regio ærario, pro Patriarchis. Qvâ ratione detrusus iterum Simeon, indqve ejus locum constitutus fuit Raphaël. Post hunc Maximus, primum vocatus Manuel, qvi in Patriarchatus sui Exordio, ad Sultanum adductus, obtulit pro Pescesio, Iↄ aureos, deinde & singulis annis

Bis mille aureorum, pro Charatzio. Omniaqve illa contigerunt, sub Imperio Machometis II. qvi Urbem occupavit: postqvàm successit ejus Filius Bajazetes Anno cIↃCCCCLXXXII. Postqve Maximum Patriarcha in illo Decimus, videlicet à superatâ Urbe, Nipho, Metropolita Thessalonicensis: hoc ejecto revocatus prior ille Dionysius, post hunc Maximus; hoc qvoqve retruso, superior iterum Nipho revocatur: qvem excepit Joachimus, sub qvo Charatzium crevit ad summam Trium Millium Ducatorum. Seqvutus Pachomius, sub qvo Caratzium auctum Qvingentis Ducatis. Eo rejecto restitutus superior Joachimus. Et hoc mortuo prior iterum Pachomius, additis Qvingentis Ducatis supra Tria Millia & Qvingenta; tum Theoleptus. Post eum Hieremias. Hinc Joannicius, sub qvo Charatzium auctum Centum Ducatis. Seqvutus Dionysius, sub qvo Pescesium, qvod initio aureorum D. fuit, ad Tria Millia perductum. Successor autem Joasaphus magno studio arteqve effecit, ut ad Bis Mille reductum sit. Post Joasaphum Metrophanes, & hunc Hieremias, Larissæ antea Metropolita successit, cum qvo Tubingensibus Epistolaris illa concertatio fuit, qvæ satis nota, & suo etiam loco à nobis memorabitur. Ita nunc Ecclesiæ Græcæ miseram trahunt servitutem, & qvicqvid ultra sunt, vel possunt in prædam cedit Turcis. Cujus ipsi Græci magna Causa, nisi unica, dum nimis impotenti fastu inanem Dignitatem ambientes, eam conqvisitâ pecuniæ summâ, à Bassâ obtinent, qvi novos emtores, vel liberaliores avidissimè admittit, qvo unâ operâ ærarium suum ditet, atqve Christianos omni suâ vi, auctoritate & opibus exsugat. Sin minus Christiani ex contentione & ambitione suos Patriarchas exagitent commutentqve ipsi, artem nunc edoctus ipse Christianorum, priores deponit, ut ex novis semper alia tributa corroget, censumqve. Primò impertiens Patriarchæ, postqvam à Metropolitanis & Archi-Episcopis electus est, (retinent adhuc σχῆμα istud) χρυσοβούλλον, velut hodie Græci loqvuntur, πατριάρχιον, Diploma imperiale, qvo, potestas Sacrorum datur, & Autoritas in omnes infra se Christianos, ac Christianorum Ecclesias. Pro Pescesio accipit Turca duo Ducatorum Millia; præterea

pro

pro Charatzio, χαρατζίω, annui censûs loco, die S. Georgii, qvatuor mille & Centum Ducatos.

AUTORITAS & EMINENTIA.

9. CCCCCXXII. *Patriarcha Const. autoritas apud Turc. Imperat.*

1. Autoritas apud Turcanum Imperatorem.

Autoritas Patriarchæ apud Imperatorẽ amplior non est, qvàm alicujus Legati Christianorum munera Regi offerentis, aliumq; honorem ipsi non habent, qvàm qvod eum admittere dignatur, ut ad Pedes Imperatoris devolutus pallium ejus exosculetur, qvod & omnes Legati facere, & pro magno honore reputare solent. *Steph. Gerlach. ad Mart. Crus. apud Chytr. pag. 94. 95.*

2. Autoritas in Ecclesiâ Græcâ.

Constantinopolitani Patriarchæ olim amplissima fuit Diæcesis, cujus hodie vix umbram retinet. Qvam diu Romanos vel Græcos habuit Imperatores, (Sic qvippe Græci Constantinopolitanos suos Romanos qvoqve: unde Romæorum, aut Romanorum Imperatores illos passim appellatos legas, propter Νέαν Ῥώμην: Veteris Romæ Λατίνες, aut Φράγγες, Latinos aut Francos dicunt) floruit, imò luxuriavit Patriarcharum Potestas habuitqve sub se ex Veteri distributione, Ponticam, Asiam, Thraciam; in qvarum Ecclesias hodieqve sibi qvid arrogat, prætereà antiqvum Titulum Oecumenici. Maxima autem inter Ecclesias Græcas Patriarchæ est Autoritas, qvia solus Oecumenicus agnoscitur & honoratur à Patriarchâ Alexandrino, Anthiocheno, & Hierosolymitano, non modò à suis Episcopis. Itaqve jurisdictionem habet in Asiâ Minore, Insulis Ægæi Maris & tota Græcia usqve ad Dalmatas, Mysiâ superiore & inferiore Walachiâ, Moldaviâ, Russiâ, Muscoviâ, cujus Patriarcham etiam à Metropolitis, Archi-Episcopis, & Episcopis per vota electum, & à Magno Duce Muscoviæ confirmatum ipse Constantinopoli antè hâc Unitione consecravit: Teste *Olear. Itiner. Persici p. 176.* In his solidam potestatem habet Metropolitas, Archi Episcopos & Episcopos creandi & deponendi. Causas difficiliores, qvæ ad Ecclesiæ ipsius commodum pertinent, disceptat. Non freqventer concionatur. In præcipuis ferè festis, qvando ei Archi Episcopus aut Episcopus creandus venit, Liturgiam

 omni

omni ceremoniarum Pompâ legit. In Patriarchæ collegio nullus splendor, nulla Pompa conspicitur. Non Episcopos aut magnos Prælatos alit; sed Monachos aliqvot cucullatos: ex Laicis nobiliores & doctiores familiares,& qvasi consiliarios, rerumqve administros habet. Vide *Martin. Crus. Turco. Græc. p.197.* De hoc Patriarchâ Constantinopolitano & ejus eminentiâ, seqventem in modum scribit *Leo Allatius. lib. III. De Ecclesiæ Orient. & occident. perp. Consens. cap. VIII. Col. 1000. seq.* Prima inter Græcos dignitas est Patriarchæ, à qvo aguntur reliqvæ. Patriarchas IV. esse supra pluribus commemoravimus; Alexandrinum Antiochenum, Hierosolymitanum, & Constantinopolitanum, qvi nunc omnium primus est: undiqve perfectè & absolutè ita pares, ut inter eos nihil prorsus intersit, nisi jus aliud imperet. Nam qvilibet in sua Diœcesi Dominus est, & ut sibi placuerit, synodos cogit & firmat, Leges sciscit, & rumpit, Metropolitanorum causas cognoscit, dissidia componit,appellationes perseqvitur; & reliqva omnia, qvæ ad jus & Forum Ecclesiasticum pertinent, veluti primus Arbiter, cernit. Anteqvam Orientales Nationes hæresibus inficerentur, Patriarcha Græcus omnibus præerat. Divisi posteà propter hæreses, dum condemnarentur à Græcis, Græcorum dominio detrectato, uni ex suis dignitatem illam detulerunt, à qvo regi, dirigiqve, ut anteà à Græco voluere. Hinc factum est, ut in una eademqveDiœcesi,plures sint Patriarchæ,alius Armenorum,alius Jacobitarum, alius Maronitarum, alius Nestorianorum, alius Coptorum, & jam tot Patriachæ sint,qvot Hæreses.

Patriarchæ Const. Eminentia apud Græcos.

Qvalem potestatem Patriarcha Constant. antehac super Moscov. habuit, eo de ita disserit *Hornebeck. Summa Theol. p.953. 954.* Suberant ei qvoqve olim Moscovitæ, s. Russi, vel Rutheni (nam Russiæ maxima Pars, Alba vulgò dicta Imperatori Muscorum: Cæteri Russiæ Nigræ, vel Rubræ Regi Poloniæ subjecti sunt, harumqve nonnulli cum Romanâ se conjunxerunt Ecclesiâ Anno CIↃ IↃXCV.) at nunc Patriarcham proprium habent, qvem Princeps eligit, confirmant sui suffraganei; qvod inchoatum præcedenti Seculo à Duce Basilio M. qvi, qvem pro more Constantinopolitanus Patriarcha miserat Metropolitam, eò qvod sua valdè carperet vitia & peccata, in carcerem conjecit, neqve eò, qvamvis

vis ipsius Turcarum Imperatoris fatigatus precibus, liberavit. Unde deinceps ipsi suum constituere Patriarcham Moscorum Duces: qvem sui Episcopi tum ordinant. Mittit attamen in Signum pristini Moris ac Subjectionis Moscorum Imperator Constantinopolitano Patriarchæ qvotannis, sed qvasi in Eleemosynam, Qvingentos Aureos. Duo ei subsunt Metropolitæ, Novogardiensis, & Rostoviensis: his, alii Episcopi. A Græcis, & studio præsertim Constantinopolitani Episcopi, certum est, Russos primam Christianæ Religionis institutionem accepisse, qvamvis ægre hoc fateantur, & potius ab Andreâ Apostolo se conversos ad Fidem jactent: indeqve est, qvod ad Constantinopolitanum Patriarcham ipsorum Ecclesiæ semper spectarint, eiqve fuerint subjectæ, qvi (uti Romanus in Occidente) per plurimarum gentium ad Christum, operâ suorum, conversionem, jurisdictionem suam haud segniter qvoqve promovit. A qvo, ejusqve Obedientia desciverunt Russi, potius qvàm ab ipsorum Religione. Nam Græcam seqvuntur, nisi qvod peculiaria nonnulla habeant.

[B] *Qvi verò Patriarchæ, aliisq; Sacerdotibus apparituram faciunt.* Hos seqventi ordine recenset Jacobus Goar. in Euchol. p. 468. usq; ad 474.

5. CCCCCXXIII. *Text. Chr. Ang.*

Ordo Magnæ Ecclesiæ in officiis Clericatis.

Hic est Ordo Sanctæ Magnæ Ecclesiæ, qvem Sanctissimi Patriarchæ, & semper beandi Patres, in Officiis Clericatis servandum censuerunt:

Chorus Dexter ita incipit:

Episcopus, Magnus Oeconomus. Magnus Sacellarius. Magnus Vasorum Custos; s. Sacrista. Magnus Chartophylax. Sacello Præpositus.

Qvinarius Secundus.

Proto Notarius. Castrensius. Referendarius. Logotheta. Memorialium Scriptor.

Qvinarius Tertius.

Proteedicus. Sacer Suggestor. A Genubus, A Memoriâ. Doctor.

Chorus

Chorus sinister hoc pacto exorditur.

Archi-Presbyter. Secundus Sacerdotum Visitator. Ecclesiarum Præpositus. Catechista. Circator. Duodecim Ecdici. Duo populi Collectores. Duo Primicerii. Primus Cantor. Domestici duo. Proximus Deputatus. Janitores. Præfectus Ceremoniarum. Ostiarii. Versor. Immersor. Cubicularius. Circum ambulator. Collector Populi.

Vide qvoqve Officia & Clericata magnæ Ecclesiæ, unumqvodqve & Singula juxta propriam functionem exposita: qvæ oporteat Clericos in Ecclesiâ, vel foris ad Pontificem spectantia, agere: de qvibus Sanctissimi Patriarchæ & Sanctæ Oecumenicæ Synodi sanxerunt.

Magnus Possessionum Administrator, debet esse Diaconus. Cùm autem celebrat Pontifex, ornatus ille suâ tunicâ, & stolâ, stat ex unâ parte S. Mensæ, sacrum flabellum manu suâ tenens. Offert qvoqve Clericum ordinandum Pontifici. Omnem qvoqve agrum Possessionemqve Ecclesiæ disqvirit, censûs, expensas, ratiocinia, de omni re, qvam Episcopatus possidet, & habens sub se Chartularium, cuncta illa recenset: & qvater in Anno de omnibus ad Pontificem rationem refert: Et viduatæ Episcopo Ecclesiæ ipse curam habet, omnia ejus bona usqve ad alterius adventum administrat, adest insuper in Judiciis ferendis; & à Dextris Pontificis sedet.

Magnus Sacellarius invigilat & perscrutatur Virorum Monasteria, circa omnia, qvæ ad illa pertinent jura, ratiocinia, censûs & expensas, penes se retinet. Vitam etiam, & Monachorum vivendi modos inqvirit: & bis singulis annis de his refert ad Pontificem. Sedet in super in judiciis à Dextris Oeconomi.

Magnus Sacrista stat ad Sacristiæ fores, ut si vas aliqvod è Sacris exquiratur, illud ipse proferat, Cerei qvoqve & mutatoriæ vestes ab eo distribuuntur. Omne insuper Episcopatus vas, in scriptis redigit: & bis per annum, de illis rationem Episcopo reddit: & sedet in judiciis.

Magnus Chartophylax cum celebrat Pontifex, juxta Sancta dona stat. Archi-Diaconi qvoqve Provinciam agens, Ad Reg m & Deum accedite, pronunciat. Adest verò etiam litibus in Sen-

acta

ctâ Ecclesiâ contingentibus, nomine Pontificis sententiam daturus. Sacra insuper Registra Matrimoniorum penes se habet, qvæ postqvam in Registra recensuerit, ad Ecclesiæ Presbyterum mittit, ut illis benedicat. Adest adhuc in Episcoporum consecrationibus, consecrandum Pontificem præsentaturus. Habet sub se Chartularium, & Episcoporum Sententias recenset, easqve ad ArchiEpiscopum, vel Patriarcham refert.

Sacello Præpositus, cum celebrat Pontifex, stat & ipse in Sancto Tribunali, ad Pontificis obseqvium. Cæterum invigilandi curam habet, in mulierum Monasteria, perscrutatur cuncta, considerat & ordinat de illis juxta S. Canonum Rigorem. Demandatum etiam habet Ecclesiæ Carcerem, & missos in illum à Pontifice, ipse custodit.

Qvinarius Secundus.

ProtoNotarius stat in Sancto Tribunali ad Pontificis obseqvium, & elevationis hostiæ tempore, dat Pontifici ut manus lavet, & cereum bisulcum tenet. Scribit & idem ipse, qvæ singulis Principibus [&] Proceribus mandari vult Pontifex. JureConsultos pariter visitat bis per annnm, & qvæcunqve pacta, venditiones, Testamenta, & servorum manumissiones inqvirit: & negotia inde suborta ad Pontificem refert.

Castrensis Pontifici in mutando eodem ornatu subservit: tenetqve in Missâ thuribulum, & Velum Aerem dictum, manu suâ dextrâ: populum etiam aqvâ respergit in Trinitatis Hymno; thecamqve incensi & aromatum gerit: & in judiciis exercendis sedem habet.

Referendarius ad Magnates, sive scripto, sive vivâ voce mandata laturus, à Pontifice mittitur. Et inter judices Ecclesiasticos locum obtinet.

Logotheta Pontificis Sigillum servat, & qvicquid scripserit Pontifex, ab eo Sigillo munitur. Omni qvoqve Pontificis censuum rationali Libro Sigillum pariter apponit: Et sedet in judiciis.

Qvinarius Tertius.

Defensorum Princeps cum Duodecim Assessoribus minoris

 momen-

momenti negotia ad Ecclesiam delata discutit, quæ deinde ad Pontificem refert.

Sacer Suggestor codicem Ecclesiæ à Clericis sigillatum suæ curæ demandatum servat, Marsupium vel Breve Pontificis tenet: & si desit Episcopus, novam dedicat Ecclesiam: & Crucis Signo Lectores instituit.

A Genubus cum Pontifex vestes Sacras assumit, subgenuale ad ejus latus appendit: Discum etiam portat, cum à Pontifice in Missâ Sanctus Panis populo distribuitur.

A Memoriâ, suscipit commendationes Memorialium ad Justitiæ Tribunal accedentium, & præsentat ea Pontifici & Clero.

Doctor Evangelium exponit, cum Sacra facit Pontifex: & si fieri potest, etiam Psalterium.

Scire etiam convenit, qvomodo Evangelia recitentur. Palmarum Die Protonotarius illud dicit: Magnâ Feriâ Secundâ dicit Sacer Suggestor. Magnâ Feria 3. Sacello præpositus, Magnâ Feriâ 4. Vasorum Custos. Magnâ Feriâ 5. Castrensius. Magno Sabbatho, dicit Magnus Oeconomus. Magna Dominica, Magnus Chartophylax recitat.

Sic autem decrevimus menstruas pensiones trium Qvinariorum dari. Primus qvinarius, duplicem partem accipit. Secundus Qvinarius partem & mediam. Tertius Qvinarius, Partem & Qvartarium.

Scire convenit eadem Officia & clericata, per tria Crucis Signa conferri: & si qvis tria hujusmodi signa acceperit, in Clericorum ordinem cooptatur.

Præter Quindecim Officia & Clericata Sanctæ Ecclesiæ instituerunt Sanctissimi Patriarchæ minores Præfecturas, ad Sanctæ Ecclesiæ Subsidium.

Magnus ArchiDiaconus, & Secundus, Diaconorum sunt Officia.

ArchiDiaconus qvidem celebrante Pontifice, dicit Evangelium: si dicere noluerit alius, qvem ipse jusserit.

Secundus Diaconorum absente ab Ecclesia ArchiDiacono, in omnibus partes ejus agit.

Alter

Alter Chorus, nempe Sinister.

Archi Presbyter super Sinistri Chori Officiis, celebrante Pontifice, constituitur: distribuit ipse Patriarchæ Sanctam Communionem, & pariter Patriarcha Archipresbytero. Et partes primas in Ecclesia, in omnibus obtinet.

Secundus, celebrat & ipse cum Pontifice: & absente Archi-Presbytero, primum in omnibus locum adipiscitur.

Visitator, juxta secundum Presbyterorum in Ecclesia consistit. Vas etiam omne reqvirit, & casulas, sive qvæcunqve mutatoria ornamenta ambitus Episcopatus. Perscrutatur qvoqve Ecclesiæ lites, an ex æqvo & bono judicatæ fuerint: & Antimensia literis consignat, & matrimoniorum impedimenta examinat.

Præfectus Ecclesiarum, stat in templo ponè Visitatorem: novarûmqve Ecclesiarum Crucis defixiones scribit: & sub custodia sua Sacrum unguentum asservat.

Catechista erudit omnes, qvi ex alienis Sectis ad bene sentientem de Fide Ecclesiam accedunt, ut Sanctum Baptisma suscipiant.

Circumcursator circumambulat, & Orthodoxâ Fide baptizari cupientes, instruit.

Immersor in Sanctâ Piscinâ stat, & Sacerdos dicit Orationes: Pontifex autem aqvam cruce signat: Immersor verò baptizandum Sacramento perficit.

Primus Cantor inter duos Choros dextrum & Sinistrum stat Medius. Exordium verò Psalmodiæ ipse incipit: posthæc verò Cantores cuncti: Defert autem tunicam brevem & strictam.

Duo Domestici cum primo Cantore in duobus Choris stant, & dum cantant, primi cantoris more, deferunt tunicas breves & corpori adstrictas.

Duo Primicerii stant cum Domesticis, ipsiqve etiam cantant. Proximus imperat, & signum dant Psalmodiæ tempore, in Catholicâ Ecclesiâ Ceremoniarum Præfectus præstò est, ut præcipuos & insignes viros suscipiat, & juxta suum gradum & meritum collocet: maximè verò ut sedeant.

Versor Ecclesiam sordibus expurgat: lampades accendit, & ignem defert.

Ostiarius baculum Pontifici præfert.

Lampadarii cereos suis locis aptant, cùm in Ecclesiâ accenduntur.

Decanus Sacerdotes componit, in contributionibus ad eos ex æqvo spectantibus.

Deputatus Pontificem præcedens, è viâ populum abigit. Hic est Sanctæ Dei Ecclesiæ Ordo, qvem Sanctissimi Patriarchæ, cum Pientissimis Impp. instituerunt: & officia, Præfecturasqve, eorundemqve functiones sanxerunt: & maledictionem, à se illis appinxerunt in omnem orbis universi Episcopatum, (si qvis ea transgrederetur.)

DE ECCLESIASTICIS OFFICIIS.

§. cccccxxiv. *Officia Ecclesiastica.*

Ecclesiæ Principum & Moderatorum, sicut antiqva fert traditio, primus est, Magnus Oeconomus. Secundus Magno Sacello præpositus. Tertius, Magnus Vasorum Custos. Qvartus Chartophylax. Qvintus, Parvo Sacello Præpositus, à Sacello dictus. Sextus, primus Juris Vindex: qvi qvidem Exocataleci dicuntur. Juris autem Vindicis, sive Canonistarum principis, apud Antiqvos primum erat inter præcellentissima, Officium; nunc autem ultimum illorum à Patriarchâ Georgio Xiphilino enumeratum est. Post Exocatalecos autem, primus est ProtoNotarius. Secundus Memorialium scriptor. Tertius Logotheta. Quartus Castrensius. Qvintus Sacer Suggestor. Sextus Referendarius. Septimus A Genubus. Octavus, qvi est super Sacro statu & Ordine. Nonus à Memoriâ. Decimus à secretis. Undecimus Diaconorum Secundus. Deinde Tres Ostiarii, & deinceps Tres Ecclesiarum Præfecti. Secundus autem Diaconorum per Electionem creatur: Indiget enim Officium istud Viro Capaci, qvi sine reprehensione ministeria sibi convenientia exeqvatur.

Ipsius enim est post ingressum Magnum Regibus ac Patriarchæ acclamationem faustam facere, in processionibus Evangelium, & Collectas, Postulationesqve recitare; & absente Diacono, signum dare his, qvi in Embone stant, Diaconis: sed & qvosdam alios ejus defectûs supplet. Propterea itaqve dicitur Diaconorum secundus: non

non qvòd ordine ſit inter Diaconos Secundus. Sunt qvoqve alia Officia Sacerdotibus convenientia. Catechesibus Præfectus, Orphanorum Procurator. Qvatuor Judices. Luminum Princeps. Legislator. Circumcurſator. Lectorum verò officia ſunt utriusqve Chori Domeſtici. Duo Populi Collectores, diciturqve Domeſticus Græcè à Vocabulo Latino; Præpoſitus & Præceſſor. Præceptor ſive Præfectus, officiorum canendorum videlicet. Primus Cantor. Primicerius Lectorum Breviculis præpoſitus. Canonarcharum Primus. Chartularii ſive Subminiſtri Magni Sacelli & Sacriſtiæ. Vigiles verò, Deputati & Camiſati, non ſunt officia, ſed miniſteria circa ſacrum Tribunal,qvæ & aliis conveniunt. Vigilibus qvippe Sacrorum Vaſorum, & ipſorum Velorum, ſi maximè lapidibus & gemmis ornatæ fuerint, cuſtodia committitur. Deputati porrò cappas ferentes, cum cereis, tùm Sancto Evangelio, tum Sanctis donis præeunt. Camiſati autem, circa vivos ignis carbones,providendos,thuribulum, & aqvæ in Miſſâ Calefaciendæ curam ſunt occupati. Archi-Diaconus verò cæteris omnibus Officiis præcellit in Templo, in Sacro Tribunali, & in Sanctorum Myſteriorum ſumtione. Sacri verò Suggeſtoris Officium ex Neceſſitate Diacono convenit: eſt ſiqvidem ille Caſtrenſii comminiſter in circumponendo Sacro veſtitu Patriarchæ celebraturo. Cæterùm ad Chartophylacem ſpectat teſtium ſubſcriptiones conſecrandis faventes in eorum electionibus ſuſcipere, ſacrorum qvoqve Regiſtrorum ei cura commiſſa eſt, ſicut & incidentium negotiorum nota facienda. Illo verò abſente memorialium ſcriba illa annotat. Diaconis inſuper, *Deus Dominus* (de qvo in Off. laud.) dicere incumbit: at in Diaconi defectu, à Lectore, ſicut & ipſa Antiphona dicitur. *Hæc Goar.*

Leo Allatius tamen putat aliqva ex horum Miniſteriis in deſvetudinem veniſſe, ideò etiam non gravabor ipſius Verba hîc apponere,qvæ de hoc argumento habet. Lib.III. de Eccleſ.Orient.& Occident. perpetuâ Conſenſione. Cap. VIII. §. VI. col. 1028. 1029. Patriarcha,inqvit, nunc qvoqve habet ſua officia, & dignitates, qvas ipſe ad libitum donat, & à qvibus in rebus Eccleſiæ curandis, adjuvatur; &, dum Patriarchalia exercet ille,ipſi aſſident. Nos ordine qvo ſedent, recenſebimus. Ex parte dextrâ,Magnus Oeconomus Magnus Sacellarius, Magnus Scevophylax, Chartophylax, Sacella

rius,Protonotarius,Castrensis,Referendarius,Logotheta,Commentariorum scriptor,Protecdicus, Hieromnemon. A Genubus, Hypomimnescon, Magister. Ex Sinistrâ Protopapas, Deutereuon, Præfectus Ecclesiis, Exarchus, Ecdici Duo, Domestici duo, Laosynactæ Duo, Primicerii Duo,Protopsalta,Deputatus,Magnus Archi-Diaconus,& Diaconorum Secundus,sunt officia solùm,& non dignitates. Hæc verò officia atqve Dignitates magnæ Ecclesiæ ad Antistitis tantùm ministerium factæ sunt, nec non ad causas discernendas eorum,qvi in seculo vivunt. Qvid alio atqve alio tempore nomina hæc significarent,& cuinam adjicerentur ministerio,alii ante me plures ex antiqvorum penu exposuerunt. Cùm verò non tantùm nomina, sed ministeria qvoqve sæpius immutata sint,& indies mutentur, ipse præsens tantùm, & qvod nunc in usu est,ministerium breviter aperiam; qvamvis certus sim, illud qvoqve non multò pòst pro libidine Antistitum immutandum. Magnus Oeconomus à Dextris Sacræ Mensæ astat, cum Antistes Sacrum facit: redituum & expensarum Episcopalium rationem habet, & reliqvæ Suppellectilis, & possessionum curam gerit, notatqve res omnes, qvæ ad Episcopatum veniunt, bisqve in anno Antistiti rerum administratarum rationem reddit; judiciis qvoqve inservit: à morte etiam Episcopi, qvoad alius suffectus fuerit, Episcopatûs res administrat, primusqve suffragium eligendo Episcopo dat,&, qvæ ex Episcopatu aliis suggerenda sunt, distribuit. Magnus Sacellarius à Parte Sinistrâ S. Mensæ stat, judiciis operam navat. & promovendum ad Sacerdotium defert. Magnus Scevophylax, cum Sacrum Antistes facit, ante Scevophylacium stat, & si qvid ex Scevophylacio opus fuerit, sive Vas, sive Liber, sive Candelæ, sive Vestis, sive aliud, exhibet, cujus ipse curam gerit, ut & ejus in qvo Suppellex Ecclesiæ conservatur. Sub ejusdem etiam cura sunt Ecclesiæ, Præsulibus orbatæ, & res earum Sacræ omnes; judiciis etiam incumbit, &, ut sua qvisqve in Ecclesiâ habeat, procurat. Chartophylax in Sacrâ communione ipse dicit: *Sacerdotes accedite*, & suffragia pro Episcopo ad Antistites defert,& Personam induens Antistitis, in omnibus causis sententiam dicit: recognoscit matrimoniales omnes controversias. Sacellarius servit primæ Dignitatum Pentadi, & Episcopatum custo-

custodit. Protonotarius in Ecclesiâ Antistiti ministrat, tenensq; atramentarium, stat ante ipsum, & si qvid scripto opus fuerit, scribit; scribit prætereà ordinationes, manumissiones, edicta & similia. Castrensis vestes Præsulis mutat, gestat thuribulum, & velum, qvo Sancta teguntur, dum canitur, Triadicus Hymnus, jura & dignitatem Antistitis tuetur. Referendarius mittitur ad principes & in Dignitate constitutos Viros, qvibus omnia significat, qvæcunqve jusserit Antistes. Logotheta habet in facultate Sigillum Antistitis, qvo epistolas signat. Hypomnematographus suffragia Episcoporum notat, scribitqve qvicqvid illi præceperit Antistes; servitqve Secundæ Pentadi. Protecdicus ex Persona Antistitis, causas, sed parvi momenti, qvæ ad Episcopum pertinent, cum duobus Ecdicis audit, & decernit. Qvi à genibus est, cum Antistes Sacrum facit, gestat Supergenuale illius. Hypomimnescon supplicationes & monita accipit, qvæ in Ecclesia deferuntur, atqve Antistiti suggerit. Hieromnemon in propria facultate habet Contacium Ecclesiæ, in qvo continentur ordinationis ritûs. Magister interpretatur Evangelium, si tantum virium habet, & Psalterium, servit tertiæ Pentadi. Et hi sunt, qvi à Dextris Patriarchæ assident. A Sinistris verò Protopapas, cùm Missam Antistes celebrat, super omnes Ecclesiæ Principes locum habet, & in Sacrâ Missa Antistiti Sacram communionem impertitur; similiter & Episcopus primo Sacerdoti: primas etiam obtinet in Privilegiis Ecclesiæ, & in Ecclesia locum habet Antistitis. Deutereuon, cùm abest Protopapas, ipse locum illius occupat. Præfectus Ecclesiis notat Antimensia, & Stauropegia. Exarchus qværit, si causa, qvæ judicata est in Ecclesia, rectè sit judicata. Ecdici Duo cum Protecdico causas non ita graves discernunt. Domestici ex utrâq; parte stant, & canunt cum Protopsalta. Laosynactæ Diaconos congregant, & intonant, ne qvis ex ipsis absit; convocant & Principem & Populum in Ecclesiam. Primicerii locum habent super Diaconos, & cum Protopsalte concinunt. Protopsalta in Medio Ecclesiæ stat, & cantum exorditur; eum seqvuntur Domestici & Primicerei. Deputatus Princeps ad Antistitem accersit, semovetq; Populum in Itinere, ne viam impediat. Et hæc sunt Officia Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ; à qvâ etiam in alias Metropoles

poles & Episcopatûs, si non omnia, saltem majore sui parte, & ut loci amplitudo patitur, influxerunt. Ne ipse nimius sim, qværat ista sibi æqvus lector ex aliis.

§.cccccxxv. *Offic. Sacr. Min. Græc.* Idem *Allatius pag. 106.* §. *11.* Ministrorum Sacrorum Græcanicorum officium paucis attingit, dicens: Metropolitani, qvamvis Patriarchis subjaceant, lites tamen inter Episcopos exortas componunt, Episcoporum sibi obnoxium dissidia dirimunt, & ordo totus Hierarchicus est. Patriarcha, Metropolita, (qvi idem dignitate cum Archiepiscopo est) Episcopus, Sacerdos, Diaconus, SubDiaconus, Rector, & alii ordines minores, de qvibus nonnulli dubitant, an in eâ Ecclesiâ conferantur. Monachorum Ordo inter hos eosdem gradûs locum habet. Lectores, Sub-Diaconi, & Sacerdotes consecrantur, tùm ex Monachis, tùm ex Secularibus, Seculares uxorem ducunt, sed Virginem, & unicam; si corruptam duxerint, ad Sacros ordines non admittuntur. Episcopi, Metropolitæ, & Patriarchæ ex Monachis fiunt, ut puta ne eorum ministeria filiis impediantur, & Ecclesiæ res in Agnatos & Affines dissipentur. Alio tamen tempore aliud in usu fuisse, observavi: sed modò rem præsentem, uti fit, narro. Sacerdotes, aliiqve, qvi ad Ordines promoventur, à Præsulibus ordinantur, & ab iisdem etiam Potestatem absolvendi Præsulibus obnoxios accipiunt. Hi Sacra faciunt singulis diebus Festis, &, cùm Christianorum Pietas, datâ stipe, id poscit, aliis diebus; confessiones pœnitentium audiunt, corpus Domini impertiuntur fidelibus, conjugia celebrant, sacro oleo infirmos inungunt, recens natos Christianorum filios post Octavum Diem sacro fonte abluunt, & Sacro Chrismate linunt, aliaqve munia, qvibus Sacerdotes obstringuntur, liberè exercent. Episcopi ac Metropolitæ ordinandos promovent, Sacrum Olei Chrisma solenni ritu consecrant, causis Ecclesiasticorum provident, & qvicqvid eorum muneris est, peragunt. Patriarcha supremam omnium potestatem habet. Eum dum Christiani regnabant Imperatores, eligebant Episcopi, & consecrabat Heracleensis, exciso Imperio, & malis Simeonis Trapezuntii artibus, qvi, corrasâ pecuniâ, prius Patriarchatum emerat, Turca Patriarcham nominat, nominatio ab Episcoporum Synodo approbatur. & ceremoniis nonnullis peractis ab eodem Heracleensi ordinatur, uti & anteà sveverat. Qvemadmodum enim Græci Imperato-

peratores, arbitratu ſuo, ſoli, & ſine alio Epiſcoporum conſenſu, Patriarchas ponebant, deponebant, & cùm liberet, reponebant; qvod contra Canones fuiſſe, nec ipſi Imperatores negabant: ita hoc qvoqve tempore fit.

Namqve Turca, ſuo arbitratu, ampliori pecuniæ Patriarchatum concedit, adimit, reſtituit, neqve finis ullus calumniarum, diſſidiorum, ac contentionum eſt, ut hâc ætate multò plures Patriarchæ, qvam unqvam aliàs, inaugurentur, qvorum Machinas recenſere, hiſtoriam eſſet ſcribere. Viſo Patriarchâ Conſtantinopolitano, contemplabimur jam qvoqve Patriarcham Moſcoviticum. Et hîc ſubjungam deſcriptionem Patriarchæ Moſcovitici, qvæ habetur in Archontol. Coſmicâ p. 469. b. hâc formâ: Regimen Eccleſiaſticum in Cauſis Spiritualibus Conſcientiæ cum toto publico cultu eſt penes Patriarcham. A qvo totus per Ruſſiam Clericatus omneſqve qvaſi à capite ſuo dependent Epiſcopi, cui tantum ordo Eccleſiaſticus defert honoris, qvantum alii Pontifici Romano. Etſi autem fateantur eum olim agnoviſſe ſuperiorem ſuum Patriarcham Conſtantinopolitanum, parùm tamen alter hodiè alterum curat, qvòd Patriarcha iſte inter Turcas habitet, qvibus cum Moſcovitis eſt naturale & internecinum diſſidium. Eligebatur enim per Vota à Metropolitis, & reliqvo Majoris tituli clero, & per Majora nominatus, à magno Duce confirmabatur, & à Conſtantinopolitano ungebatur: Verum nunc per ſortem eligitur, & à Clero Ruſſico Moſcoviæ conſecratur. Maximo utitur titulo hic Patriarcha, qvi non cedit ipſius Magni Ducis: neq; hic ei ſe opponit, qvaſi abſoluta poteſtate leges danti & abroganti in totâ Eccleſiâ.

Celebrat hic qvotannis Synodum, ad qvam conveniunt omnes Epiſcopi, & Majorum gentium proceres Eccleſiaſtici, qvibus ſingulis præfertur Poſok. i. e. Pedum paſtorale, ſive Lituus, ut Legatis Pontificis crux. Epiſcopus autem nemo fieri poteſt, niſi ſit ex ordine Religioſorum: hinc Monachi in Monaſteriis plurimum ſtudent vitæ probitati, ut digni inveniantur illo faſtigio. In rebus magni momenti Princeps non ſtatuit aut determinat qvicqvam, niſi prius ejus rei conſcium fecerit ſuum Patriarcham.

Audiamus jam etiam, qvem locum, & qvale Votum Patriarcha habeat in Publicis Regni conventibus. Supremus Principatûs Russici conventus *Zabore* ipsis dicitur. Interesse solent Primò Imperator ipse; Secundò Nobiles ut plurimùm Vicini, qvi privatum illius consilium constituunt: Tertiò nonnulli ex Ecclesiastico Ordine, & ferè pari numero: plebejis nullus hic locus, qvos mancipiorum loco habent, & obediendi necessitatem impositam putant, nullam autem sinunt habere deliberandi Libertatem. Conventus hic celebratur in hunc Modum: Imperator citat nobiles, qvi sunt de privato illius consilio: itemqve Patriarcham; qvi dein advocat Metropolitanos duos, totidemqve ArchiEpiscopos, & Episcopos, qvi inter illos dignatione præcellunt, Abbates item, atqve Monachos. Hi ubi ad Aulam venerint, Sessionis Dies á Principe decernitur, qvi plerumqve est Veneris, ob Diei illius apud ipsos celebritatem & Religionem. Ubi Dies hic illuxit, Ecclesiastici primi Locum Publicum, qvi *Stollice* ipsis dicitur, ingrediuntur: deinde Principe cum suis proceribus adventante, Patriarcha cum Clero ipsi obviam egreditur, ipsi benedicit, duobus primoribꝰ digitis suis principis fronti & genis admotis, & dexterum pectoris latꝰ deosculando. Tum atrium simul ingrediuntur, & suo qvisqve ordine desident, in hunc modum: Princeps Thronum occupat; & juxta illum qvadratæ Mensæ (qvæ duodecim circiter Personarum capax est) assident Patriarcha & præcipui è Nobilitate & Clero, cum duobus Scribis (*Dumnoii Dyacks* vocant:) reliqvi in sedilibus secundum Dignitatis Gradûs in ambitu atrii locum sortiuntur. Ubi omnes consederunt, unus Scribarum recitat id, de qvo deliberandum fuerit. Tum Patriarcha & reliqvi Ecclesiastici primò rogantur, qvid ipsis de re propositâ videatur; qvi jam ante parati ut plurimum uno eodemqve modo respondent: Principem illiusqve Consiliarios eâ esse Prudentiâ & rerum gerendarum usu atqve experientiâ, ut ipsi melius judicare possint, qvid Reipubl. utile sit, qvam se Sacris tantum operantes & Religioni intentos; itaqve pergat in determinando, se, qvod sit officii sui precibus ac Votis auxiliaturos. His à plerisq; dictis, Monachus qvidam ad hanc Scenam paratus, Principem rogat, ut plenius suam de re propositâ mentem exponere dignetur. Tum scriba Principis nomine

mine respondet: Celsitudini illius, & Nobilibus Consiliariis rem propositam utilem & necessariam Reipubl. videri: nihilò tamen secius, qvia ipsi, qvid rectum pravumqve sit, optimè possint discernere, ab ipsis obnixè contendere, ut sententiam suam liberè proponant. Et si rei propositæ consentiant, suum calculum adjiciant, qvo res plenè possit determinari. Illi autem nihil cunctati rem propositam approbant, & benedictione Principi impertitâ, cum veniâ illius discedunt. Princeps autem Patriarcham ad exterius atrium deducit; dein rursus considet, donec pompa sit parata, qvâ ipse domum reducitur. Actis deniqve à Scribis confectis eadem in omnibus Provinciis ac Oppidis per Duces aut scribas promulgantur. Conventuqve absoluto, Patriarcha & cæteri Ecclesiastici solemni epulo à Principe excipiuntur, & sua qvilibet loca repetunt.

(C) Proto-Syncellus, Πρωτοσύγκελλος καὶ Δεύτερος.

Proto-Syncellus.

Inter honoratissimos Ecclesiæ Constantinopol. titulos supremus fuit Πρωτοσύγκελλος (qvem alii corruptè Πρωτοσύγγελον scribunt) & Latinè Concellaneorum primum interpretor: illi enim cum cæteris Syncellis potestas est in Patriarchio (aliis Officialibus nocte exclusis) habitare, & cum Officio magnæ Ecclesiæ Monasticum ordinem, sicut & Patriarcha, tenere. Hactenus, inqvam, cum e Monasteriis educti sint Patriarchæ, nec sibi longâ necessitudine devinctis aliis Monachis Ecclesiæ magnæ Dignitates, sicut & Metropoles regendas committerent, peculiari Canone sancitum est, ut & Principes Viri Dignitates illas adipiscerentur, è solis in seculo degentibus digniores ad Ecclesiæ Constantinop. Munera deligerentur, qvorum tamen fastu vel comitatu ne Patriarchalis Dignitas obfuscaretur, illis in Patriarchio pernoctare nefas esset. Syncello nihilominus etiam Monacho qvasi Patriarchæ socio, & ejus Πνευματικῷ à confessionibus, cella, juxta Patriarchæ cellam non denegata est, unde Συγκέλλου Nomen. Plures tamen qvandoqve Συγκέλλους alios cellæ Patriarchalis socios, & Πρωτοσύγκελλον omnibus præpositum legimus.

SYNGELVS. Syngelus Ecclesiastica Dignitas est. Tales ad Patriarchatum provehebantur. De eo in 3. Zonaræ Tomo, ubi describitur vita Leonis Philosophi, qvi ab 886. usqve ad 904.

 im-

imperavit, dicitur: Designatus est Patriarcha Syngelus Euthymius Vir Sacer. Apertius verò in Constant. Monomachi An. 1042. ad 1056. imperio: Misit Sultan Legatum ad Imperatorem, qvem illi vocabant Seriphen. Hoc idem ipsis est qvod nobis Syncellus. Ut enim hic in demortui Patriarchæ: ita ille in Caliphæ locum succedebat. M. Cruf. Turc. Græc. Lib. 3. p. 176.

Juvat hîc adjicere Rhetoris & Protonotarii Officium. Rhetoris officium est Cancellarium qvasi, aut verius; Interpretem in Græcâ Purâ, Latinâ & Italicâ Linguâ apud Patriarcham agere, si vel Literæ, vel peregrini harum linguarum Patriarchæ obveniant.

Protonotarii Officium est nomine Patriarchæ ad Patriarchas reliqvos, Metropolitas, ArchiEpiscopos, Episcopos, Familiares & Ecclesias, literas & mandata aliaqve ad Patriarchatum pertinentia scribere. Ibid. p. 107.

De Moscorum Metropolitâ, ArchiEpiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Sacerdotibus, Habitu Sacerdotum, Abbatum & Priorum Regulis, Episcoporum Munere, Vestibus, Doctoribus Ecclesiæ, Concionatoribus, Monachis Benedicti, Monachis Eremitis, vide Neugebaurium cap. XIII. pag. 88. ad 95. & Olearium pag. 175.

Patriarchæ Moscovitici parem cum M. Duce Moscoviæ in titulis Dignationem summamqve & αὐτοκρατορικὴν in rebus Ecclesiasticis potestatem, &c. lege apud Olearium loc. cit. p. 176.

Ad Caput XLVII. in specie lit. A.

(A) *Græci si Diaconorum in ordinem cooptari desiderant collat. c. 49.*

(A) *Si contigerit Sacerdotis uxorem obire.*) Maritis Sacerdotio fungi concedunt, sed Monogamis duntaxat. Digamos enim juxta Canonem præscriptum ab officio suspendunt. Chytræus in oratione de statu Ecclesiarum in Græciâ p. 23.

De Moscovitarum Sacerdotibus refert Olearius l. c. p. 176. illos oportere matrimonium contrahere & qvidem ductâ Virgine, non viduâ, minus aliqvâ seqvioris formæ. Qvod si Sacerdoti moriatur uxor,

uxor, altari amplius inservire neqvit, sed solùm in Ecclesia lectionis & cantationis officium præstare potest. Neq; secundam sibi sociare licet, nisi planè spartâ Ecclesiasticâ excidere & spirituali ordini valedicere velit, qvod non rarò apud ipsos usu venit. Dictum enim Paulinum 1. Tim. 3. Episcopus sit unius uxoris vir, ita interpretantur, qvasi Sacerdos necessariò teneatur habere uxorem, & non nisi unius uxoris vir esse qveat; adeoqve primâ defunctâ viduam vitam agere oporteat.

Idem dicit Sigismundus ab Herberstein in Moscoviâ suâ Germanicè excusa Basileæ p. 32. Et Alexander Guagninus in descript. Sarmatiæ Europeæ hac de re ita loqvitur: In Diaconum nemo consecratur, nisi uxorem habuerit, unde interdum & matrimonio copulantur, & in Diaconatum consecrantur. Præterea qvi virgini stuprum aliqvando obtulerit, aut uxorem suam primo concubitu vitiatam animadverterit, in Diaconatum non ordinatur. Mortuâ uxore Sacerdos à sacris prorsus suspenditur, nisi monasterium ingressus juxta regulam vivat, officiis etiam divinis peragendis, si castè viduus vixerit, velut minister cum cæteris Ecclesiæ ministris choro interesse potest. Si autem viduus Sacerdos aliam uxorem (qvod eis liberum est) duxerit, is munere Sacerdotali privatur, nihilqve commune cum clero habet. Sacerdotes Romanos confundunt, qvi cœlibem vitam ducere sese juramento obstringunt, cùm Sancta Synodus, qvæ fuit in Gangra, scribat in qvarto Canone, qvi spernit Sacerdotem secundum legem uxorem habentem, dicens qvod non liceat de manibus ejus Sacramentum sumere, Anathema sit, id eadem Synodus dicit, omnis Sacerdos & Diaconus propriam uxorem dimittens Sacerdotio privetur.

De Moscis & Ruthenis hæc Johannes Faber ad Ferdinandum Regem Rom. p. 173. Is, qvi Virginem bonæ famæ duxit, in Sacerdotem ordinatur, in Monachum tamen, nunqvam recipitur. Episcopus autem vel Sacerdos postea qvàm cœlebs in sortem Domini electus atqve conscriptus fuerit, conjugio non copulatur, sed perpetuæ castitati adstringitur. Qvod si qvis concubinatûs crimen admiserit (qvod tamen apud Ruthenos vitium est rarissimum) acerrimâ pœnâ ab Episcopo affligitur, suoqve beneficio privatur. Cumqve Uxor semel mortua fuerit, qvam primo duxit, in perpetuum

qvoqve aliam in uxorem nunqvam ducet. Non bigamum, namq; at unius uxoris virum Episcopum instituit Paulus. Archontol. Cosmica p. 469. b. Sacerdotibus permissum est semel ducere uxorem, qvâ mortuâ oportet eos perpetuum observare cœlibatum, nec licet eis ad secunda transire Vota.

(B) *Cucul-*

Κεφ. μη.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ, ΠΩΣ ΚΑΘΕΥΔΟΥΣΙΝ ΟΙ ΜΟΝΑΧΟΙ.

Ἔτι οἱ μοναχοὶ ἀεὶ ἐζωσμένοι καθεύδουσι σὺν χιτῶνι. ὡσαύτως καὶ οἱ κοσμικοὶ σὺν ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν μετὰ χιτώνων ἀεί, διὰ τὸ λέγειν τὸν Παῦλον· θέλω καὶ τοὺς ἔχοντας γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντας εἶναι.

ΚΕΦΑΛ. μθ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ, ΠΩΣ ΟΙ ΙΕΡΕΙΣ ΕΦΥΓΑΔΕΥΣΑΝΤΟ ΔΑΙΜΟΝΙΑ.

Ἐπειδὴ ἀξιοπιστοτέρα ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ ὀφθαλμοειδοῦς ἀπὸ τοῦ ἱστοριογραφέως, τούτου ἕνεκα ἐκεῖνα διηγηθῆναί τι, ὃ ἰδίοις ὀφθαλμοῖς εἶδον πρὸ τριάκοντα πέντε ἐτῶν. Ἐγένετό τις χριστιανὸς δαιμονιζόμενος ἔν τινι χωρίῳ τῆς Ἑλλάδος. ἐγγὺς δὲ τοῦ χωρίου ἦν μέγα μοναστήριον, οἱ δὲ συγγενεῖς τοῦ δαιμονιζο-

(B) *Cucullum prius induere oportet, postmodum verò Conjugio consecrare sese amplius neqvit.*

Monachis tamen etiam apud Moscos uxores ducere non conceditur, teste Johann. Fabro l. sæpe cit. in libro meæ Spiræ impresso p. 173. Castitatis adeò ratio haberi solet, ut nunqvam Monachis uxores ducere neq; monialibus liceat.

CAP. XLVIII.

QVOMODO MONACHI DORMIANT?

§. ccccccxxvi.

MOnachi cingulis cincti & tunicis induti dormiunt. Similiter & Seculares uxoribus suis tunicis amicti semper accumbunt, idqve ob dictum Pauli: Volo, ut illi, qvi habent uxores, ita vivant, qvasi illas non haberent.

CAPUT XLIX.

DE MODO, QVEM IN EJICIENDO DÆMONIO OBSERVARUNT SACERDOTES.

QVandoqvidem pluris fit testimonium oculati, qvàm Historiographi, constitui ego rem aliqvam gestam, qvam ante annos triginta qvinqve hisce oculis meis conspexi, recensere. Christianus qvidam in pago aliqvo Græciæ (cui mona-

νιζομένου ἤγαγον τὸν πειραζόμενον εἰς τὸ μοναστήριον, οἱ ἱερεῖς δὲ τοῦ μοναστηρίου ἐδέσμευσαν ἐκεῖνον ἔσω τῆς ἐκκλησίας ἐγγὺς τοῦ ἁγίου βήματος, ἁλύσεσι σιδηρέοις ἐν τινι μεγάλῳ καὶ ἀσαλεύτῳ σύλῳ, καὶ ἀνέγνωσαν τὰ τέτραχα εὐαγγέλια, ἑςῶτες ἐνδεδυμένοι τὰ ἱερὰ ἐνδύματα ἔμπροσθεν τοῦ δαιμονιζομένου, ἀνὰ ἐξ ὥρας, πρότερον νηςεύσαντες, τοῦτέςιν, ὀψὲ οὐκ ἐδείπνησαν, καὶ σήμερον οὐκ ἀριςεύσουσιν, οὔτε δειπνήσουσιν, ἀλλ᾽ αὔριον μόνον δειπνήσουσι, διὰ τὸ ὀφειλεῖν ἐκείνους ἀναγινώσκειν τὰ ἅγια εὐαγγέλια νηςεύοντας, σήμερον καὶ αὔριον. ματθ. κεφαλ. ιζ. ςοιχ. κα. ὡς φησιν ὁ κύριος, τοῦτο δὲ τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηςείᾳ.

Τῇ δὲ ἐπαύριον ἕτεροι Ἱερεῖς νηςεύουσιν, ἵνα ἄρξονται μετὰ τὴν μεσημβρείαν ἀναγινώσκειν τὰ λοιπὰ μέρη τῶν εὐαγγελίων αὔριον καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ὅτι μόλις τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, τελοῦσι τὰ τέτταρα Εὐαγγέλια. Ἔγωγε δὲ παρῆν ἱςάμενος σὺν ἐκείνοις εἰδεῖν τὸ μέλλον. Ὁ δὲ μαινόμενος ἔκραζε βλασφημῶν τὸν θεὸν καὶ ἀνθρώπους, ποικίλως, ἃς βλασφημίας οὐ τολμῶ λέγειν, διὰ τὸ μὴ κατηγορεῖν τοῦ θεοῦ. Τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ ἐγένετο λοξὸν καὶ μέγα,

monasterium aliqvod magnum propè adjacebat) à Dæ monio correptus, divexabatur. Hominis hujus consanguinei obsessum hunc in monasterium deducunt. Monasterii Sacerdotes in ipso templo propè sacrum bema, ubi scil. sacra peraguntur, catenis ferreis energumenum hunc magnæ alicui & immobili columnæ alligant, ipsiq; vestibus sacris ornati in conspectu Dæmoniaci stantes, qvatuor Evangelia per sex horarum intervalla legunt; lectioni autem huic præmissum est jejunium h. e. in vesperâ diei præcedentis non cœnarunt, & præsente hâc die, nec prandent nec cœnant, seqventi die solùm cœnaturi, idq; ideò, qvia sacra Evangelia præsenti, uti & subseqvo die, non nisi jejuni debent legere, secundum verbum Domini. Matth. XVII, 21. Hoc genus non expellitur, nisi per preces & jejunia.

Postridiè verò & cæteri jejunant Sacerdotes, ut à meridie restantes Evangelium partes die seqventi, ut & tertiâ, legere possint. Vix enim vel die tertiâ qvatuor Evangelia legendo pervolvere qveunt. Ego verò, rei eventum spectaturus, unà cum illis adstabam. Insaniâ autem correptus ille homo interim vociferabatur, maledicta multifariam, & in DEUM, & in homines eructans, qvæ nec egomet ipse, ne DEUM accusare videar, proferre audeo. Os verò ejus distortum, magno-

μέγα, καὶ φοβερὸν, ὥστε ποιεῖν με φεύγειν. Οἱ δὲ ἱερεῖς ἀνεγίνωσκον τὸ εὐαγγέλιον μηδὲν ἀποκεινόμενοι, ἕως οὗ ἀνέγνωσαν καὶ τὰ τέτταρα εὐαγγέλια, ἕκαστος μέρος τοῦ εὐαγγελίου, καὶ ἐν τῷ ἀναγινώσκειν τὸν ἕνα μέρος τι, ἔρχεται ἕτερος Ἱερεὺς, καὶ ἥρπαζε τὴν φωνὴν ἐκ τοῦ στόματος τοῦ πρώτου ἱερέως, καὶ τότε ὁ πρῶτος ἱερεὺς ἀνεχώριζε, καὶ οὕτω καθ' ἑξῆς. Ὅταν δὲ ἐτέλεσαν τὰ τέτταρα εὐαγγέλια, τότε κοινῇ βουλῇ προσέταξαν ἕνα ἁπλούστερον ἱερέα, (τουτέστιν ἐναρετότερον καὶ ἁπλοῦν ἱερέα) ἀναγινώσκειν τοὺς ἐξορκισμοὺς τοῦ μεγάλου βασιλείου.

Ὁ δὲ δαιμονιζόμενος ὕβριζε τὸν ἱερέα, ὁ δὲ ἱερεὺς ἐπετίμησε τὰ δαιμόνια ἐξελθεῖν, καὶ ταράξαντες τὸν ἄνθρωπον ἐξῆλθεν, ἐάσαντες ἐκεῖνον ὡς νεκρόν. Τότε ἔδωκαν ἐκείνῳ οἱ Ἱερεῖς ἄρτον καὶ ὕδωρ, καὶ ἔφαγε, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν ἴδιον οἶκον. Ὃν ἔγωγε μετὰ τὸ ἀπελθεῖν ἐκεῖνον ὑγιῆ ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου ἐκείνου αὖθις εἶδον ὑγιῆ καὶ φρόνιμον, ὡς καὶ τὸ πρότερον ἐγένετο, καὶ ἀπὸ πάντων μαρτυρούμενον ἀγαθὸν ἄνδρα ὄντα. Τούτου ἕνεκα ἠναγκάσθην γράψαι, καὶ κοινωνῆσαι τῷ λόγῳ τοῖς ἐμοῖς κυρίοις.

Ἐκ

pere distentum & terrificum reddebatur, ita ut & me ipsum in fugam conjiceret. Sacerdotes interea legunt Evangelium, nihil qvicqvam respondentes, qvoad omnia qvatuor ad finem percurrere, qvilibet eorum partem aliqvam, ita, ut altero legente adhuc, alius jam adesset, vocem ex ore prioris qvasi excipiens rapiensqve ac tùm demum primus Sacerdos secessit, & sic conseqventer. Absolutis verò qvatuor illis Evangeliis, communi consilio simpliciorem qvendam Sacerdotem (hoc est virtutis & simplicitatis studiosum) Exorcismos Magni Basilii legere jubent.

Dæmoniacus autem Sacerdotem contumeliis afficere; Sacerdos contra Dæmones increpare, illisqve exitum imperare. Tandem tamen hominem exagitantes, concutientesqve deseruêre, mortuo qvam vivo similiorem eum relinqventes, qvem ideo Sacerdotes illicò pane & aqvâ refecerunt, ita, ut sumpto cibo in domum suam se recipere potuerit. Hunc ego qvoqve non solùm, cùm è monasterio abiret, sanum, sed postea etiam, qvâ corpus, qvâ animum, uti antea, vegetum valentemqve omniumqve testimonio, virum probum conspexi. Qvam ob causam qvin & scripto hoc memoriæ commendarem, & vestræ, Dominorum meorum, notitiæ insinuarem, nullatenus potui intermittere.

Ἔτι περὶ ταῦτα ἐὰν τύχῃ θανεῖν ἱερέως γυνὴ, ἔξεστι λαβεῖν ἑτέραν γυναῖκα, ἐὰν θέλῃ μὴ ἱερουργεῖν. Ἐὰν δὲ λήψεται, οὐκ ἔτι ἱερουργεῖ, ἀλλὰ μένει ὡς λαϊκός.

Κοσμικὸς ἄνθρωπος ἐὰν λήψεται τετάρτην γυναῖκα, ἀφορίζουσιν ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, δεῖ γὰρ ἐκεῖνον ἢ μένειν ἄγαμον, ἢ μοναχὸν γενέσθαι.

Εἰ μέν τι σφαλερὸν εἴρηται; σύγγνωτε, ὦ ἱεραὶ κεφαλαὶ, ἐπεὶ σοφίας οὔπω ἄκροις χείλεσιν ἐγευσάμην.

ΤΕΛΟΣ.

Adhæc, si Sacerdotis uxor diem fortè obierit, [A] permittitur qvidem ipsi, ut aliam ducat, at eâ cautione, ne sacra administret amplius. Qvod si enim duxerit, sacro ministerio jam vacare neqvit, sed Laici personam induit.

Qvod si homo secularis qvartum matrimonium contraxerit, ab Ecclesiæ communione removetur. Oportet enim trigamum ejusmodi, aut cœlibem manere, aut cucullum induere. (B)

Sicubi indictione à me aberratum est, date veniam, oro, mihi, Viri Reverendi; qvandoqvidem Sapientiam vix summis labris degustavi.

FINIS.

AD CAPUT XLIX.

§. CCCCCXXVII.

(A) *Si contigerit Sacerdotis uxorem obire.*

Vid. annot. ad cap. 47. lit. A.

Text. Chr. Ang.

(B) *Homo ſecularis, ſi qvartum matrimonium contraxerit; oportet enim Trigamum hujusmodi aut cœlibem manere aut cucullum induere.*

Qvandoqvidem noſter Chriſtophorus Angelus hic matrimonii & conjugii mentionem facit: & ſecundum Apoſtolum conjugii celebratio in tota Chriſtianitate honorabilis eſt, non poſſum non è Jacobi Goaris Euchologio ſive Rituali Græcorum cum Lectore ſtudioſo communicare, qvomodo, qvibus ceremoniis, ritibus & precibus Græci & ſponſalia celebrent, & conjugium ineant. Non erit, ſpondeo, ingrata, nec injucunda, nec inutilis lectio iis, qvi conjugii dignitatem è ſacris paginis probè cognoſcunt, & debito modo æſtimant.

Oratio ad velandum & exornandum mulieris caput.

Deus Deus noſter, qvi omnibus gentibus per Prophetas locutus cognitionis tuæ lumen in finibus terræ appariturum prænunciaſti, qvi nullum à te productum hominem ſalutis exortem fieri deſideras: qvi per vas electionis Paulum Apoſtolum tuum, viris pariter & mulieribus in fide converſantibus leges poſuiſti, ut illi qvidem aperto capite laudem & gloriam nomini tuo offerant: iſtæ verò cum pudore & modeſtiâ ſe exornantes in bonis operibus, gloriæ tuæ Hymnos concinant: ipſe benedic & ancillam tuam N. & mundo tibi placito caput ejus exorna, ut in præceptis tuis ambulans, & membra ſua ad modeſtiæ regulam componens, æterna bona conſeqvatur, in Chriſto Jeſu Domino noſtro.

ORDO

ORDO SERVARI SOLITUS IN SPONSALIBUS CELEBRANDIS, VIDELICET IN NUPTIARUM SUBARRHATIONE.

POst divinam Missam, stante in sacrario sacerdote, conjugio copulandi pro sacris foribus consistunt. Vir quidem à dextris: Mulier autem à sinistris. Sunt verò repositi in dextra sanctæ mensæ parte, duo ipsorum annuli: aureus & argenteus: Ex iis argenteus dextrorsum respicit: Aureus sinistrorsum, juxta se invicem. Tum Sacerdos recens nuptorum tertio capita signat. Traditq; illis cereos accensos: & in templum illos inducit, & cruciformiter thus adolet; & dicitur à Diacono: Benedic Domine.

Inclamatq; Sacerdos: Benedictus Deus noster: jugiter, nunc & semper & in secula seculorum.

Chorus: Amen.

Diaconus: In pace Dominum precemur.

Chorus: Domine miserere.

Diaconus: Pro supernâ pace, & salute illorum: Dominum precemur.

Chorus: Domine Miserere.

Diaconus: Pro pace orbis universi, prospero statu sanctarum Dei Ecclesiarum, & omnium unione: Dominum precemur.

Chorus: Domine Miserere.

Diaconus: Pro sanctâ hac domo, & cum fide, devotione & timore Dei ingredientibus in eam: Dominum precemur.

Chorus: Domine miserere.

Diaconus: Pro Archiepiscopo nostro N. venerando Presbyterio, ordine Diaconorum in Christo, omni Clero & populo: Dominum precemur.

Chorus: Domine miserere.

Diaconus: Pro servo Dei N. & ancillâ Dei N. nunc invicem desponsatis & salute eorum: Dominum precemur.

Chorus: Domine miserere.

Diaconus: Ut eis concedantur liberi, in generis successionem & cuncta ad salutem postulata: Dominum precemur.

Cohrus:

Sacerdos: Pax omnibus.

Diaconus: Capita vestra Domino inclinate.

Sacerdos:

Domine Deus noster, qvi ex gentibus Ecclesiam castam virginem tibi desponsasti: benedic & sponsalibus istis, & conjunge & conserva servos tuos in pace & concordiâ. Tibi enim convenit omnis gloria, honor, & adoratio, Patri & filio & spiritui sancto: nunc & semper, & in secula seculorum.

Chorus: Amen.

Acceptis deinde annulis Sacerdos, donat primùm viro aureum: tum argentum mulieri & dicit Viro: Subarrhatur servus Dei N. propter ancillam Dei N. in Nomine Patris & filii & spiritûs sancti: nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Deinde dicit Mulieri: Subarrhatur ancilla Dei N. propter servum Dei N. in nomine Patris & Filii & spiritus sancti: nunc & semper, & in sec. secul. Amen.

Cumq; ter ad unumqvemqve hoc dixerit, crucem super capita eorum facit annulis, & utrumq; dextris eorum digitis immittit, deinde recens nuptorum annulos commutat assistens Paranymphus.

§. CCCCCXXVIII

Sacerdos vero dicit orationem:

Dominum precemur.

Dominator Deus noster, qvi cum puero Patriarchæ Abraham, ut Domino suo Isaac uxorem duceret misso simul in Mesopotamiam profectus es, & adaqvationis signo Rebeccam subarrhare illi præmonstrasti: benedic ipse servorum tuorum N. & N. sponsalibus, oppignoratum in eis verbum confirma, & stabili eos in unitate, quæ secundum te fit: tu enim ab initio masculum & fœminam creasti, & à te viro mulier coaptatur in auxilium & successionem generis humani. Ipse igitur, Domine, qui misisti veritatē tuam super hæreditatē & promissionem tuam, super servos tuos patres nostros electos tuos, in unāqvamq; generationē & generationē: Respice super servum tuum hunc, & super ancillam tuam hanc, & sponsalia eorum in fide & concordiâ, in veritate & dilectione confirma. Tu enim, Domine, arrham sic dari, & illâ pactum omne firmari subindicasti. Annulo Joseph potestas data est in Ægypto, annulo Daniel in Babylonis regione honoratus est, ve-

 ritas

ritas circa Thamar annulo comperta eſt; & annulo pater noſter cœleſtis erga filium ſuum miſericors eſt effectus: date, namqve dixit, annulum in dexteram ejus, & vitulum ſaginatum mactantes, convivati collætemur. Ipſa dextra tua, Domine, Moyſen in rubro mari duxit; per verum enim tuum verbum cœli firmati ſunt, & terra fundata eſt: & potenti tuo verbo, & brachio tuo excelſo benedicetur ſervorum tuorum dextera. Ipſe igitur, Domine, benedictione cœleſti hanc annuli immiſſionem nunc benedic: Et Angelus Domini præcedat eos omnibus diebus eorum.

Qvia tu benedicis & ſanctificas omnia, & tibi gloriam referimus, Patri, & filio & ſancto ſpiritui: nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum Amen.

Deinde dicetur protenſa oratio, & fit dimiſſio.

Hæc Goar. de officio ſponſaliorum à p. 379. ad pag. 383. qvem porro vide in eruditis, qvas addidit, annotationibus.

Seqvitur officium Coronationis Nuptiarum.

Siqvidem voluerint eodem temporis ſpatio coronari, ingrediuntur in templum ſponſi, cum cereis accenſis.

Præcedente ſacerdote cum thuribulo, & canente Pſalmum modo ſeqventi.

Populus autem in unoqvoqve verſu dicit

Gloria tibi Deus noſter, gloria tibi:

Beati omnes, qvi timent Dominum.

Gloria tibi Deus noſter, gloria tibi

Qvi ambulant in viis ejus.

Gloria tibi, Deus noſter

Labores manuum tuarum manducabis.

Gloria tibi, Deus noſter.

Beatus es & bene tibi erit.

Gloria tibi, Deus noſter.

Uxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domûs tuæ.

Gloria tibi, Deus noſter, gloria tibi.

Filii tui ſicut novellæ olivarum, in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo: qvi timet Dominum.

Gloria tibi, Deus noſter, gloria tibi.

Bene-

Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Gloria tibi, Deus noster, gloria tibi.

Et Videas filios filiorum tuorum. Pax super Israel.

Gloria tibi, Deus noster.

Deinde Diaconus collectam.

In pace Dominum precemur.

Chorus: Domine miserere.

Diaconus: Pro supernâ pace & eorum salute Dominum precemur.

Chorus: Domine miserere.

Diaconus: Pro pace universi orbis, prosperitate, sanctarum Dei Ecclesiarum, & omnium unione, Dominum precemur.

Chorus: Domine miserere.

Diaconus: Pro sanctâ hâc domo, & cum fide, devotione, & timore Dei in eam ingredientibus, Dominum precemur.

Chorus: Domine miserere.

Diaconus: Pro Archiepiscopo nostro N. venerando Presbyterio, Diaconorum gradu in Christo, omni Clero & populo, Dominum precemur.

Chorus: Domine miserere.

Diaconus: Pro servis Dei N. & N. nunc invicem conjunctis in conjugii communione, & pro salute eorum, Dominum precemur.

Chorus: Domine miserere.

Diaconus: Ut benedicantur hæ nuptiæ, sicut in Cana Galilææ, Dominum precemur.

Chorus: Domine miserere.

Diaconus: Ut eis continentia, & fructus ventris in bonum concedatur, Dominum precemur.

Chorus: Domine miserere.

Diaconus: Ut in visu filiorum & filiolarum collætentur, Dominum precemur.

Chorus: Domine miserere.

Diaconus: Ut fœcunditatis fruitio, & inculpatus illis convictus præbeatur, Dominum precemur.

Chorus: Domine miserere.

Diaconus: Ut ipsis nobisqve cuncta ad salutem postulata concedantur, Dominum precemur.

Chorus: Domine miserere.

Diaconus: Ut ipsi & nos ab omni tribulatione, irâ & angustiâ liberemur, Dominum precemur.

Chorus: Domine miserere.

Diaconus: Suscipe, salva, miserere & conserva nos Deus tua gratiâ.

Chorus: Domine miserere.

Diaconus: Sanctissimæ, intemeratæ, super omnes benedictæ, gloriosæ Dominæ nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ, cum omnibus sanctis memoriam agentes, nos ipsos, aliosq; invicem, & omnem vitam nostram Christo Deo commendamus.

Chorus: Tibi Domine.

Elata voce Sacerdos.

Qvia convenit tibi gloria, honor, & adoratio: Patri & filio & S. spiritui: nunc & semper, & in secula seculorum.

Chorus: Amen.

Diaconus: Dominum precemur.

Et Sacerdos elata voce orationem subjungit.

Deus illibate, & omnis creaturæ opifex, qvi per humanitatem tuam primi parentis Adæ Costam in mulierem transformasti, & benedicens eis; crescite, & multiplicamini, & dominamini terræ: & ipsos ambos per conjugium unū corpus esse voluisti; propterea namqve derelinqvet homo patrem suum & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne unâ: Et, qvos Deus conjunxit, homo non separet: qvi Abraham famulo tuo, vulvâ Saræ apertâ benedixisti, & multitudinis gentium patrem illum effecisti: qvi Isaac Rebeccæ tribuisti, & ejus fœtui benedixisti: qvi Jacob Racheli conjunxisti, & ex eis duodecim Patriarchas eduxisti, qvi Joseph copulasti Aseneth, & filiorum procreationis fructum Ephraim & Manasse eis largitus es: qvi Zachariam & Elisabet suscepisti, & præcursoris partum eis contulisti: qvi è radice Jesse secundum carnem perpetuam virginem germinare fecisti, & eâ incarnatus in salutem generis hominum natus es: qvi per inexplicatum

tum donum tuum, & humanitatem plurimam in Canâ Galilæâ advenisti & nuptiis ibidem celebratis benedixisti, ut, qvia tuæ voluntatis est, legitimum conjugium, & ex eo filiorum procreatio, demonstrares: ipse, sanctissime Domine, suscipe nostras famulorum tuorum preces, ut hic, sicut & ibi, invisibili tua protectione subvenias. Benedic Nuptiis istis, & famulis tuis N. & N. vitam pacificam, dierum prolixitatem, continentiam, dilectionem ad invicem in vinculo pacis, diuturnum semen, in filiis gratiam, immarcessibilem gloriæ coronam præbe. Filios filiorum eis videre concede; thorum eorum insidiis liberum custodi: & da eis de rore cœli desuper, & de pingvedine terræ. Domos eorum imple frumento, vino & oleo & omni bono; ut & opus habentibus ministrent; & largire adstantibus cuncta, qvæ saluti conducunt, postulata, qvia Deus misericordiæ, miserationum, & humanitatis existis: & tibi gloriam referimus, cum Principii experte tuo Patre, & sanctissimo, & bono, & vivifico tuo spiritu: nunc & semper & in secula seculorum.

Votum pro Neonuptis.

Chorus: Amen.

Diaconus: Dominum precemur.

Et Sacerdos orationem subjungit.

§. cccccxxix. Alia oratio valde pathetica pro Neo Nuptis.

Benedictus es Domine Deus noster, mysticarum & illibatarum nuptiarum mystes, & corporearum legislator, incorruptionis custos, & eorum, qvæ ad vitam conducunt, prudens administrator: ipse & nunc Domine, qvi in principio hominem formasti, & ut Regem creaturarum illum constituisti, qviqve dixisti non esse bonum, solum hominem super terram existere, faciamus ei adjutorium secundum ipsum: & accipiens unam ex costis ejus, mulierem formasti; qvam videns Adam, dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne meâ, ipsa vocabitur virago; qvia de viro sumpta est ipsa. Hujus causâ derelinqvet homo patrem suum & matrem, & adhærebit uxori suæ; & erunt duo in carne unâ: Et qvos Deus conjunxit, homo non separet. Ipse & nunc Dominator Deus noster, emitte super cœlestem gratiam tuam super hos tuos N. & N. & da puellæ huic in omnibus viro subjici, & servum tuum hunc caput esse uxoris, ut secundum beneplacitum tuum vivant. Benedic eis, Domine Deus noster, sicut be-

nedixisti Abraham & Saræ. Benedic eis, Domine Deus noster, sicut benedixisti Isaac & Rebeccæ. Benedic eis, Domine Deus noster, sicut benedixisti Jacob & omnibus Patriarchis. Benedic eis Domine Deus noster, sicut benedixisti Joseph & Alneth. Benedic eis, Domine Deus noster, sicut benedixisti Mosi & Sephoræ. Benedic eis, Domine Deus noster, sicut benedixisti Joachim & Annæ. Benedic eis, Domine Deus noster, sicut benedixisti Zachariæ & Elisabet. Conserva eos, Domine Deus noster, sicut Noë in arcâ conservasti. Conserva eos, Domine Deus noster, sicut Jonam in ventre ceti conservasti. Conserva eos, Domine Deus noster, sicut tres sanctos Pueros in flammâ, misso ad eos cœlesti rore, conservasti. Superveniat illis gaudium illud, qvo affecta est beata Helena, cum preciosam crucem adinvenit. Recordare eorum, Domine Deus noster, sicut Enoch, Sem, & Eliæ recordatus es. Recordare eorum, Domine Deus noster, sicut qvadraginta sanctorum Martyrum cœlitus eis coronis demissis recordatus es. Recordare, Domine, & educantium eos parentum, qvia parentum benedictiones stabiliunt domum. Recordare, Domine Deus noster servorum tuorum Paranymphorum ad gaudium hoc convenientium. Recordare, Domine Deus noster, servi tui N. & ancillæ tuæ N. & benedic illis. Largire illis fructum ventris, pulchram prolem, animorum & corporum concordiam; exalta illos, velut Libani cedros, velut vitem palmitibus luxuriantem. Concede illis spicarum semen, ut sufficientia locupletati, in omne bonum opus & tibi placitum abundent: & videant filios filiorum, sicut Novellas olivarum in circuitu mensæ suæ, & beneplacentes coram te, sicut luminaria in cœlo effulgeant in te Domino nostro, cum qvo gloria, potestas, honor & adoratio, principio experti tuo Patri, & vivifico tuo Spiritui, nunc & semper & in secula seculorum.

Chorus: Amen.

Diaconus: Dominum precemur.

Et rursus Sacerdos orationem elatâ voce profert.

Alia oratio brevior.

Deus sancte, qvi è pulvere hominem formasti, & ex ejus costâ mulierem ædificasti, copulans eam illi ut adjutorium simile ipsi, qvia sic magnitudini tuæ placuit, non esse hominem solum super terram: ipse

ipse nunc, Domine, emitte manum tuam de sancto habitaculo tuo & consocia servum tuum N. & ancillam tuam N. qvia à te viro coaptatur mulier. Copula illos unanimi consensu: corona illos in carnem unam; tribus illis fructum ventris, prolis fruitionem. Qvia tua est potentia, & tuum est regnum, virtus & gloria Patris, & filii, & Spir. S. nunc & semper & in secula seculorum.

Et post responsum, Amen. Sacerdos acceptis coronis, primo coronat sponsum, dicens: Coronatur servus Dei N. propter ancillam Dei N. in nomine Patris, & filii, & Spiritûs sancti.

Deinde coronat sponsam dicens:

Coronatur ancilla Dei N. propter servum Dei N. in nomine Patris, & filii, & Spiritus sancti.

Tum benedicit eis ter, tribus nempe vicibus dicens:

Domine Deus noster, gloriâ & honore corona illos. *Deinde propositum Apostoli: Tonus obliqvus qvartus.*

Posuisti super caput ipsorum, coronas de lapidibus pretiosis. *Versiculus:* Vitam petierunt à te, & dedisti eis.

Apostolus ad Ephesios. Epistolæ Pauli lectio
Capite qvinto.

Fratres: gratias agite semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Jesu Christi, Deo & Patri. Subjecti invicem, in timore Christi, &c. Finis:

Veruntamen & vos singuli unusqvisq; uxorem suam sicut se ipsum diligat: Uxor autem ut timeat virum suum, Alleluja.

Tonus obliqvus primus. Tu, Domine, custodias nos & conserves.

Evangelium secundum Johannem.
Capite secundo.

In illo tempore Nuptiæ factæ sunt in Canâ Galilææ, & erat mater Jesu ibi. Vocatus est autem & Jesus, & discipuli ejus ad Nuptias &c. *Et qvæ seqvuntur, usq; ad:* Hoc fecit initium signorum Jesus in Canâ Galilææ, & manifestavit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli ejus.

Diaconus: Dicamus omnes ex totâ animâ.

Omnipotens Domine Deus patrum nostrorum.

Miserere nostri Deus secundum magnam misericordiam tuam.

Adhuc

Adhuc rogamus pro misericordiâ, vitâ, pace, sanitate, salute, visitatione.

Et qvorum vult, agit memoriam.

Deinde Sacerdos elatâ voce:

Qvia misericors & benignus Deus existis, & tibi gloriam referimus Patri, & filio, & Sancto Spiritui: nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Deinde Diaconus.

Dominum precemur.

Et Sacerdos Orationem:

Domine Deus noster, qvi in tuâ salutari dispensatione, tuâ præsentiâ, in Cana Galilææ honorandas nuptias declarare dignatus es: ipse & nunc famulos tuos N. & N. qvos ad invicem conjungi tibi complacuit, in pace & concordiâ conserva; honorandas eorum nuptias ostende, incoinqvinatos eorum thalamos custodi; immaculatam eorum conversationem permanere jube, & in corde puro tua mandata operantes, profundam senectutem eos attingere concede. Tu enim es Deus noster, Deus misericordiæ & salutis, & tibi gloriam referimus, cum principii experte tuo Patre: & cum sanctissimo, & bono & vivifico tuo Spiritu: nunc & semper & in secula seculorum.

Chorus: Amen.

Diaconus:

Suscipe, Salva, miserere.
Diem omnem perfectum, sanctum.
Angelum pacis fidelem ductorem.
Veniam & remissionem peccatorum
Bona & utilia animabus.
Unitatem fidei.

Sacerdos altâ voce:

Et concede nos, Domine, cum fiduciâ incondemnatè accedere, & invocare te supercœlestem Patrem, & dicere.

Et populus dicit: Pater noster qvi es in cœlis.

Elatâ voce Sacerdos:

Qvia tuum est regnum, & potestas & gloria: Patris & Filii & Spir. S. nunc & semper & in secula seculorum.

Chorus: Amen.

Sacerdos: Pax omnibus. *Dia-*

Diaconus: Capita vestra Domino inclinate.

Deinde in medium profertur commune populum, & benedicit illud Sacerdos. Et dicit orationem hanc.

Diaconus:

Dominum precemur.

Deus, qvi cuncta tua virtute condidisti, qvi orbem terræ firmasti, & omnium à te productorum adornasti coronam: poculum etiam hoc, in nuptiarum copulam conjunctis præbens, benedic spirituali benedictione. Elatâ voce:

Qvia benedictum est nomen tuum, & glorificatum est regnum tuum, Patris & Filii & Spir.S. nunc & semper & in sec. seculor.

Tunc accepto Sacerdos in manibus communi poculo: distribuit ipsis usq; tertio

Viro primum & deinde uxori.

Et confestim deducens eos Sacerdos, Pronubo retrò sustinente coronam: vertitur in circuli sive choreæ formam.

Et cantat Sacerdos, aut populus præsentes modulos. Tono obliqvo primo.

Age chorum Esaia. Virgo gessit uterum & peperit filium Emanuel, Deum & hominem, oriens nomen ejus, qvem magnificantes, ipsam etiam virginem beatam dicimus.

Alii Tonus gravis.

Sancti Martyres præclare præliati & coronati, interpellate Deum, ut animarum nostrarum misereatur.

Gloria tibi, Christe Deus, Apostolorum gloria, Martyrum lætitia, qvorum præconium fuit Trinitas consubstantialis.

Tum Coronas tollit, & sponsi coronam auferens, ait:

Magnificare Sponse sicut Abraham, & sicut Isaac benedicaris, multipliceris sicut Jacob, progressus in pace, & faciens in justitiâ præcepta Dei.

Et cum sponsæ coronam detrahit:

Et tu Sponsa magnificare sicut Sara, & lætare sicut Rebecca, velut Rachel multiplicare, proprio viro condelectata, legis terminos observans: ita enim Deo complacuit.

Deinde dicit Diaconus:

Dominum precemur.

Et Sacerdos subdit orationem.

Deus, Deus noster, qvi in Canâ Galilææ advenisti, & nuptiis ibi celebratis benedixisti, his servis tuis in nuptiarum communionem tuâ providentiâ conjunctis benedic. Ipsorum egressibus & ingressibus benedic: vita eorum in bonis multiplicata: coronas eorum in regno tuo illibatas & immaculatas assume, & insidiis liberas eas conserva, in secula seculorum.

Chorus: Amen.

Sacerdos: Pax omnibus.

Diaconus: Capita vestra Domino inclinate.

Et precatur Sacerdos.

Pater & Filius & Spir.S., sanctissima & consubstantialis & vitæ fons Trinitas, cujus una est divinitas, & regnum, benedicat vos: & dierum prolixitatem, fœcunditatem, augmentum vitæ & fidei vobis exhibeat; omnibusq; in terra bonis vos impleat, & promissorum bonorum fruitione dignos vos reddat intercessionibus sanctæ Dei genitricis, & omnium sanctorum, Amen.

Ingreditur deinde Sacerdos, & ipsis benè precantur astantes, & postqvam osculis se mutuò exceperint, fit à Sacerdote perfecta dimissio.

Christus verus Deus noster, qvi per adventum in Cana Galilææ honorandas declaravit nuptias: intercessionibus intemeratæ suæ matris, sanctorum gloriosorum, & toto orbe celebrium Apostolorum, Sanctorum divinitus coronatorum Regum, & Apostolis æqvalium Constantini & Helenes, sancti præclari Martyris Procopii, & omnium sanctorum misereatur & salvet nos. *Et reliqva*

In hoc Coronationis officium lectu dignissimas omninò notas consignavit Goar, qvas suo loco vide.

§.CCCCCXXX.

Sententiâ Græcor. de Polygamiâ successivâ.

Qvia a. Autor noster *Christophorus Angelus* non solùm matrimonii mentionem, sed etiam *successivæ polygamiæ* meminit, & de eâ Græcorum judicium pandit, dicens: Homo secularis ? si qvarta vice matrimonium contraxerit, oportet enim Trigamum ejusmodi, aut cœlibem manere, aut cucullum induere: omninò aliqvid etiam de sententia Græcorum de Digamis, Trigamis, & qvadrigamis annotandum est. Græci verò secundas nuptias, licet non planè damnent, tamen non probant, multò minùs tertias, minimè omnium qvartas. Ideò benè judicat Vejelius Dissertatione de Græca Eccl. p. 11. Rigida nimis censura

ſura eſt Polygamiæ apud Græcos, ut ita dicam, ſucceſſivæ, de qvâ exſtat ſeverum valde Thedori Studitæ decretum apud Allatium. Hodiè qvidem rigorem illum non tàm ſtrictè obſervant, in Eccleſia præſertim Conſtantinopolitanâ, ut adeò coronationem, hoc eſt, benedictionem Sacerdotalem Digamis non denegent, de qva συγχωρήσει Nicetas Metropolita Allatio citatus agit. Qvamvis autem hodie Græci nuptias ſecundas non damnent, qvod contra qvosdam Pontif. defendit Allatius, & prolixè Arcudius, non tamen ullam his nuptiis labem aſpergunt, qvod benedictione ſacerdotali alicubi eas privant, & pœnâ aliqvâ digamos multant, atq; ex indulgentia ſaltem aliqva incontinentibus item nubere permittunt. Nicephori Confeſſoris iſta ſunt: Bigamus non coronatur; ſed & præterea prohibetur illibatis myſteriis communicare annis duobus, trigamus verò qvinqve. Ad qvem locum Goar hæc notat: Secundas nuptias Eccleſia Græca nusqvam peccati condemnat, incontinentiæ tamen labem eis apertè exprobrat ſeqventi officio pluribus in locis; imò cenſuris corripit; absq; ſacrorum namq; participatione vult eas celebrari. Et parùm abeſt, qvin Digami cum Rahab meretrice & nobili illâ peccatrice comparentur in precat. ibid. p. 404.

P.C.3, 1313.

De Hebd. Gr. ſ. 35.

P. ſ. 3, 1818. Concord. 7, 27.

In Euchol. p. 401.

Mich. Glycas, qvem affert Allatius, moroſiùs in tertias nuptias invehitur, easq; vocat τὸ ἄνομον γάμον ib. approbat dictum Gregorii de qvartis nuptiis, qvòd ſcil. ſint vita ſuilla. Plura de Trigamia, & Tetragamia diſputat Arcudius. Hæc D. Vejelius.

P.C. 3. 18, 8. Conc. l. 7. c. 28. & 29.

Conſonat Goar in Euchologio p. 401.

CAPITA DE DIGAMIS

Caput Nicephori Confeſſoris, Patriarchæ Conſtantinopolitani.

Bigamus non coronatur; ſed & prætereà prohibetur illibatis myſteriis communicare, annis duobus. Trigamus verò qvinq;.

Ex reſponſis Beati Nicetæ Metropolitæ Heracleenſis ad interrogata Conſtantini Epiſcopi.

Exacta Legum obſervatio Bigamos coronare non eſt aſſveta. Minùs v hæc cuſtodit magnæ Eccleſiæ conſvetudo; verùm & Bigamis ſponſalitias imponit coronas: nec ullus propterea conqveſtus eſt unqvam. Uno tamen vel altero anno ſacra communione excluduntur; ſed neq; fas eſt Presbyterum benedictionem eis impartien-

tem,simul convivari,juxta septimum Canon.NeoCæsariensis Synodi. Et in Notis pagina seq. n.1.

Secundas nuptias Ecclesia Græca nunqvam peccati condemnat,incontinentiæ tamen labem eis apertè exprobrat seqventi officio pluribus in locis, imò censuris corripit: absq; sacrorum namqve participatione vult illas celebrari, ut ex Symeone Thessalonicensi præced offici: not. 7. didicimus, nec nisi post indultum orationibus & jejuniis longum temporis spatium, Bigamis veniam, & jus ad sacramenta accedendi restituit Concilii Laodiceni Canon primus; Neocæsariensis a.Canon.7. edicit amplius : *Ne Presbyter in Bigami nuptiis convivator, qvandoqvidem pœnitentiam Bigamo pro merito & exposcente, qvis est Presbyter, qui commensatione talibus nuptiis condescendat & indulgeat ?*

Et num. 4.

ὁ δίγαμ@ ὁ στεφανοῦται.) In duos divisus legitur hic Canon Juris Græco-Romani lib.3. ὁ δίγαμ@ ὁ στεφανοῦται, ἀλλ' ἔχει ἐπιτίμιον τῶν μὴ μεταλαβεῖν τῶν ἀχράντων μυστηρίων,ἔτη δύο. Mox alius seqvitur: ὁ τρίγαμ@ ἐπιτιμάσθω ἔτη πέντε, καὶ οὕτω δεχθήτω. Ex qvibus patet secundas & tertias nuptias à Græcis reprehensas, Ecclesiæ pœnis subjici. Qvartas autem omninò reprobant, ut noxias & vetitas,irritante nimirum earum contractus sancta sede Apostolica : de qvibus legendus Arcudius l.7.c.27.28.& 29.

Officium S. in Bigamos singulari diligentia descriptum lege in Euchologio Goaris à pag. 403. ad p. 408. Ex hisce prolatis in proclivi est intelligere, qvantoperè Græci matrimonium qvartâ vice repetitum abominentur, qvantò magis septima.

5. ccccccxxxi. *Demetr. in Moscovia.*

Hinc etiam cognoscimus, qva ratione Demetrius ille, qvi Patrum nostrorum memoriâ Moscoviæ Ducatum tanqvam legitimus successor affectavit, & tandem etiam, assecutus est. Parens ipsius Johannes Basilides magnus Dux Moscoviæ è primâ conjuge Anastasia duos filios indeptus, Joannem & Theodorum, illum acrem & impigrum, hunc stupidum & ad regni gubernacula inhabilem ; Johannem scipione ferrato percussit, ita ut, magno licet cum Patris dolore, inde animam efflârit. Qvo sperato successore orbatus, matrimonium aliqvoties cum nobilibus qvibusdam puellis repetiit, easqve, ni intra menses aliqvot prolem conci-

cipe-

ciperent, in monasterium detrusit. Tandem ex septima, qvam id temporis, cum Rex Stephanus felicissimæ memoriæ, Vielicoluco in potestatem suam redacto, ingentes in Moscoviam copias admirabili cum terrore omnium circumduceret, duxit, filium Demetrium suscepit. Cum v. Mosci matrimonii iterationem admodum detestentur, ac quartum nedum septimum pro illegitimo & Christiano nomine indigno habeant, Demetrius hic non admodum in pretio habitus, cum matre in Ducatum Susdaliensem ablegatus est, ibiqve à Præfecti sui filio cultro læsus, miserè periisse perhibetur. Alii tamen de eo aliter; qvi scribunt, jussu qvidem Borissi Hodun, affinis Theodori filii Johannis Basilidis & ejusdem successoris, ne ipsi ad imperium, qvod ob affinis ἀπαιδίαν jam spe devoraverat, & postea etiam obtinuit, obstaculo esset, cædi destinatum fuisse hunc Demetrium, sed astu puerum ejusdem ætatis, & vultu non absimilem subornatum, ejus in locum interfectum esse. Interim hinc inde in Monasteriis inter suos educatus, in Russiam tandem pervenit, fortunamqve suam ac genus Constantino Visnovecio Duci, & dein Georgio Mnischeck Palatino Sendomiriensi indicavit, adeo constanter ut qvibusdam signis fidem plerisqve faceret. A qvibus aliqvot millibus militum adjutus, in Moscoviam contra Borissum contendit, ac initio qvidem variâ fortunâ pugnans tandem Borisso repentinâ morte non sine suspicione veneni, dum exterorum Principum Legatis audiendis vacabat, extincto, ipsam Moscoviæ metropolin cepit, ac ingenti populi exclamatione Magnus Dux salutatus, & paulò post diademate insignitus est. Qvibus peractis & provinciis tranqvillatis, Legatum in Poloniam ad Regem misit petitum, ut sibi Marianam Georgii Mniscii Palatini Sendomiriensis præclarè de se meriti filiam ducere uxorem liceret.

Id qvod etiam obtinuit teste Neugebauero Moscoviæ cap. 1. Prolixè hæc omnia unà cum tragico exitu referentem lege Thuanum lib. 34. Histor. p. 1091. seqv. & Stanislaum Kobiersicium Castell. Gedanensem in descriptione Principis Uladislai p. 57. seqv. & qvâ ratione degeneraverit in occasionem belli Polonici.

Juvat hic adjicere qvid de gradibus consangvinitatis & affinitatis in contrahendis matrimoniis apud Moscos observari solitis scri-

De gradib. Consangv. & affi. ap. Mos.

ſcribat Johannes Faber Tr. de Relig. Moſcovit. ad Ferdinandum R. R. p. m. 177.

De matrimonio inqvit, ſi qvæ dicenda ſunt: hoc certum eſſe affirmârunt, conſangvinitatis ſimul atqve affinitatis, multum curæ ac ſolicitudinis eſſe ipſis, neq; unqvam facilè negligi adeò qvoqve ut nec unqvam in qvarto gradu repertus ſit, qvi contraxerit, neqve indultum verum perpetuò illicitum. Hoc enim à ſanctis patribus ſancitum ſemel, nunqvam irritum facere conantur. Et qvod plus eſt, illud qvicqvid eſt cognationis, qvod in Baptiſmate, & confirmatione contrahunt patrini, in univerſum æqvè obſervare ſolent atqve Eccleſiæ Romanæ decretis cautum eſt. Qvod ſi in his decernendis concertatio oborta fuerit, lis omnis Epiſcoporum arbitrio dirimitur, ita tamen, ut neqvaqvam indulgentia cauſam leniorem fecerint, qvo nulla fraus fiat omninò conſtitutionibus. Adulterii abominatio fortaſſis major illis, qvàm nobis exiſtit. Illud enim ſummâ exſecratione deteſtari & perſeqvi ſolent. Lex eſt etiam firma, ut qvamdiu vir vixerit, ſimul alteri nubere uxor non poſſit. At hoc defuncto primùm etiam Lege liberatur, alioqvin individuâ conſvetudine vitæ cum marito commorandum eſt. Hæc Faber.

§. cccccxxxii. Metrophanis Critopuli relatio de ritibus Nupt. ap. Græcos.

Colophonis loco adjiciam illa, qvæ de ritibus Nupt. Græcarum breviter & eruditè conſignavit *Metrophanes Critopulus, ipſe* Græcus, imò *Patriarcha Alexandr.* ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τῆς Ἀνατολικῆς ἐκκλησίας, i. e. *in Confeſſ. Catholicæ & Apoſtolicæ in Oriente Eccleſiæ cap. 12.*

Conjugium inqvit, eſt legitima conjunctio maris & fœminæ ad moderationem conjugum & procreationem liberorum inſtitutum. Vocatur autem illud etiam myſterium apud Apoſtolum: non qvod vitæ æternæ, ſicut cætera duo myſteria conducat; ſed qvòd Chriſto atqve Eccleſiæ aſſimiletur. Sicut, inqvit, Chriſtus dilexit Eccleſiam, ita viri uxores ſuas diligere debent. Item: Magnum myſterium: dico propter Chriſtum & Eccleſiam.

Conjugium itaqve & lectum impollutum Eccleſia magnifaciendum eſſe exiſtimat juxta doctrinam Apoſtolicam.

Neminem porrò illa jugum nuptiale ſubire volentem prohibet, ſed omnibus concedit, exploratis iis prius qvæ decet, e. g. an

an aliqva consangvinitas inter ipsos intercedat, num, qvi jungi volunt, antea alibi cum personis aliis copulati fuerint, & aliis qvibusdam apud nos usitatis, à qvibus puros ubi despondendos (Ecclesia) invenit, conjugali copulâ invicem (si tamen prius se sponte suâ conjugium illud adire confessi fuerint, idqve mutuo osculo confirmaverint.) conjungit per preces & supplicationes ad Deum, qvæ memoriam primi primorum parentum conjugii continent, Adami videl. & Evæ, Abrahami & Saræ, Isaaci & Rebeccæ, Jacobi & Leæ, aliorumqve, qvi legitimo conjugio conspicui fuere, sanctorum. Deinde preces supplices fundit ad Deum, ut novis sponsis annuat eisqve benedicat, & charitatem mutuam, eandemqve perpetuam & indissolubilem donet, nec non fructum ventris, favore suo imbutum, adeoqve Deo & Ecclesiâ dignum futurum, gratificetur. Postea presbyter illis invicem annulos in manus tradit: sponsi qvidem annulum sponsæ: at sponsæ annulum dat sponso. Mox dexteris inter se junctis coronas è plantis perpetuò virentibus, ipsorum capitibus imponit. Tandem verò poculum vini vulgaris ipsis porrigit. Unde ubi aliqvantulum hauserunt, domum sese conferunt. ritu nuptiali ita jam finito.

Cæterum unumqvodqve horum non sine causâ & temerè, sed cum allegoricâ significattone fieri videtur.

Etenim annulos propterea induunt, ut significetur alterum alteri semetipsum in manus qvasi tradere, & neutrum deinceps in suâ ipsius esse potestate, sed alterum in alterius juxta dictum Apostoli dicentis: Maritus proprii corporis jus non habet, sed uxor: similiter & uxor proprii corporis jus non habet, sed maritus.

1. Cor. 7. v. 4.

Manuum autem conjunctio indissolubilem ipsorum & perpetuam conjunctionem testatur.

Sertorum porrò distributio tanqvam præmium victoris est, qvod ipsis Ecclesia suppeditat, eò qvòd detestati furtivas nuptias, videl. scortationem & promiscuos concubitus, irrationalibus potiùs animalibus, qvàm hominibus, qvi ratione præditi sunt, convenientes, optimum duxerint, ut unus uni secundum voluntatem Dei copularetur.

Vinum autem lætitiam indicat, qvam Ecclesia ipsis à Deo precatur. In multis enim scripturæ locis vinum allegoricè de lætitiâ accipitur. Et vinum lætificat cor hominis. Cæ-

Pf.103.v.13. Cæterum manent poſtmodum à ſe invicem inſeparabiles; nec ullâ ratione dirimi poſſunt, niſi ob cauſam ſcortationis, juxta Evangelium.

Adeſt qvoqve ibidem in propinqvo alicubi dux ſponſæ, apprehendens coronas verticibus novorum ſponſorum impoſitas; *Mat.5.v.12* qvem ſponſæ ducem ut plurimum primigeniti ſponſorem faciunt, h. e. is illum è ſacro baptiſmate ſuſcipit.

Sciendum etiam eſt, qvod deſpondendi ante nuptias ſeſe mutuo apud nos nunqvam videant.

Componuntur autem pacta ſponſalium per parentes & paranymphum ſeu ducem ſponſæ. Et verò tanta affectionis conjunctio divinitus ipſis inſeritur, ut qvis citius ſuam ipſius qvàm mortem alterius eligat.

Inſuper nec hoc ignorandum eccleſiam catholicam ad ſecundas & tertias uſqve nuptias condeſcendere; qvartas verò non habere. Sed & duæ, de qvibus dictum, ſecundæ ſcilicet & tertiæ, non absqve ratione certâ conceduntur. Si nimirum conjugium inituri juvenes adhuc ſunt, nec carnis æſtum ferre qveunt, & præterea ſi liberis carent, & hæredum ſunt indigi, tum veniam hanc impetrant, neqvaqvam verò ſi florentem ætatem exegerunt, & liberos in patrimonii ſucceſſionem ex prioribus conjugibus poſſident. Hæc Critopulus.

Conclusio Autoris. *Sicubi fortè à me aberratum fuerit, ignoſcite oro, Viri Reverendi, utpote qui ſapientiam vix ſummis labris deguſtavi.* Digna ſanè profectò laude eſt Autoris noſtri hæc modeſtia. Qvam & nos curtæ noſtræ ſupellectilis benè conſcii meritò imitantes, æqvos & Benevolos Lectores judicesq; nobis promittimus: Qvibus cuncta, & in propriam omnigenam felicitatem, & in egregium publicum literarium vergentia incrementa ex animo optamus & precamur, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cui cum Patre & Spiritu Sancto ſit Honor & gloria in ſecula ſeculorum,

AMEN.

FINIS.

GRATIAM, PACEM, COMMO-
DITATEM
PROSPERITATEMq;
REIPUBLICÆ ET VITÆ
A
DEO TRIUNO
PATRE, FILIO, & SPIRITU SANCTO,
REGIÆ URBIS GEDANI,
PATRIÆ SUÆ DULCISSIMÆ,
PERILLUSTRI
DN. BURGRABIO
REGIO
DN. DN. PRÆCONSULIBUS,
CONSULIBUS
MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS
DOMINIS, PATRONIS, EVERGETIS SUIS,
OMNI OBSERVANTIA
COLENDIS, VENERANDIS,
OPTAT ET PRECATUR
GEORGIUS FEHLAVIUS.

a

EPISTOLA DEDICATORIA.

CHristophori Angeli Græci Peloponnesii Libellum, de Statu & Ritibus GRÆCÆ ECCLESIÆ, amplissimis beneficentissimisq; manibus vestris, PATRES CONSCRIPTI, Domini mei Colendi, in munus exhibeo. Obtuli illum ante annos aliqvot alieno ore, id est, Romano, me qvalicunq; interprete, loqventem; qvem benignè non solùm excepistis, sed etiam beneficè remunerastis. Impræsentiarum eundem augusto conspectui vestro sisto non solùm alieno Latino, sed & proprio, hoc est, GRÆCO idiomate verba facientem, una cum Auctario Annotationum & Tractatu appendice. In prioris Editionis Epistolâ Dedicatoriâ scripsi, me in Notis RITUS & MORES Græcæ Ecclesiæ describere, non eosdem examinare, nec pravas Græcorum opinationes omnes rationibus sanæq; Religionis argumentis redarguere; id enim alii tempori me destinare, vel etiam aliis Eruditioribus sponte cedere & offerre. Cogitabam enim tum, qvia Typographus Græcum textum Latino adjungere recusaverat, me illum aliâ occasione adjuncturum, uberioresq; annotationes adjecturum. Verùm postea, auctis potissimum laboribus Ecclesiasticis, non solùm ad propositum per annos aliqvot non sum reversus, sed & aliis totam hanc spartam ornandam relinqvere constitui; eo contentus, me alios Viros Eruditos ad talia provocasse, satiusq; esse, Celeberrimorum Virorum de hoc argumento eruditissima scripta legere, qvàm propriis Eruditi seculi acerrima judicia subire. Verùm aliis nonnullis Viris Doctissimis Celeberrimisq;, qvorum auctoritatem floccipendere nullatenus potui, alia fuit mens & sententia, qvi non tantùm primum levidense opusculum benevolè probarunt, sed etiam ad novam Editionem, in qvâ Græcus textus & plures annotationes comparerent, qviescentem

qvàm

qvàm follicitiſſimè excitarunt, excitatumq; ad publicationem inſtantisſimè urſerunt ac permoverunt.

Ac ne qvis forte, ut varia ſunt hominum in mundo hoc perverſo & invido ingenia, me vanitatis aut temeritatis vel clanculum inſimulet, ſicut Davidi accidit 1. Sam: 17. v. 28. neceſſarium duxi, presſis multis aliis, qvæ intra Epiſtolothecæ meæ carceres latent, aliqvot ſolùm Clarisſimorum Virorum, citra ambitum meum transmisſa, φιλοτήσια προσφωνήματα præfigere.

Nec defuerunt è coronâ Præclarisſimorum Celeberrimorumq; Virorum, qvi in publicis Scriptis opellam qvalemcunq; noſtram haud improbarunt. Ac è NOSTRIS qvidem

Celeberr. Dn. D. Abrahamus Calovius, Theologus Wittebergenſis meritisſ. Dn. Affinis & Fautor Honoratisſ. in Diſſertatione Panegyricâ de Græcorum Fide & Religione modernâ.

Dn. D. Joachimus Hildebrandus, olim in Academia Julia Theol. Profeſſor, jam Superattendens Brunſvvicenſis in RITUALI ORANTIUM cap. VII. §. IIX. pag. 93. & Cap. IX. §. XIV. p. 151.

Dn. D. Johannes Qviſtorpius, Theol. Profesſor & Paſtor Jacobæus Roſtochienſis in Diſputat: Seculari nec non in PIIS DESIDERIIS pag. 39. & pag. 50. Item in Diſſertatione Hiſtorico-Theologica de Chriſtianiſmo Græcorum Hodiernorum cap. VI. n. 2. 4. 10.

Dn. D. Daniel Lagus, Prof. Gryphisvvald. in Diſputatione de Exorciſmo.

Dn. Johannes Henricus Urſinus, Superintendens Ratisbonenſis, de Diſcrimine Religion. cap. III. p. 55. & alibi.

Dn. D. Elias Vejelius, Profeſſor Theol. & Eccleſiaſtes Ulmenſis in Exercitatione Hiſtorico-Theologica de Eccleſia Græcanica hodiernâ ſub Præſidio Dn. D. Joh. Conradi Danhaueri Argentorati inſtituta pag. 2. & pasſim, nec non in Defenſione Exercitationis ſuæ contra Leon. Allatium Sect. VI. artic. 2. pag. 135.

Dn. D. Matthias Zimmermannus, Superintendens tunc Coldizenſis, nunc Miſnenſis, Diſſertatione Hiſtorico-Theologica ad

ea ad illud Tertul. Apologet. cap. XVIII. pag. 365.

Dn. Chriſtophorus Arnoldi, Eccleſiaſtes & Profeſſor Norinbergenſ. in Epiſtolâ Defenſioni Exercitationis D. Eliæ Vejelii præfixâ.

Dn. M. Martinus Kempius in Disſert. de Statu Armeniæ, ſub præſidio Excell. Dn. D. Johannis Erneſti Gerhardi Jenæ inſtitutâ cap. IV. §. XIII.

E REFORMATIS

D. Gisbertus Voëtius, Theol. & Eccleſ. Ultrajectinus Politicæ Eccleſiaſticæ Parte Primâ lib. II. Tract. II. Sect. IV. cap. III. pag. 759, & ibid. cap. 796. nec non pag. 800.

D. Johannes - Henricus Hottingerus Theolog. & Polyiſtor Tigurinus in Compendio Theatri Orient. pag. 99. & in Topographiâ Eccleſiaſticâ Orientali pag. 37. & 93. & pag. 98. ubi Summam omnium capitum libelli Chr. Angeli recenſet, nec non in Bibliothecario p. 440. Is ipſe qvoq; in Topographiâ Eccleſ. Orientali cap. I. p. 7. & ib. cap. III. pag. 93. 94. 95. 96. 97. & in Bibliothecario lib. 3. cap. 1. p. 346. Diſputationem mecum inſtituit ſuper Confeſſione Cyrilli Lucaris, An ea Confesſio Orientalis Eccleſiæ meritò dici posſit? ad qvam reſpondeo in Annotationibus ad Præfationem. Doleo autem Viri Doctisſimi & Celeberrimi miſerabile fatum, qvo Suis & Reipublicæ literariæ, Orientalibus & Lingvarum Studiis potisſimum deditæ, contra votum & expectationem ereptus eſt, qvod non niſi poſt transmiſſum & Typographo jam traditum hunc librum, Lipſiâ â Cl. Dn. Thoma Stegero ad me perſcriptum eſt.

Dn. Johannes Hornbeckius Theol. antea Ultrajectinus, poſtea Leidenſis in Summa Controverſiarum lib. XI. p. 973.

E PONTIFICIIS.

Bartholdus Nihuſius in Programmate Poſteriori ad Proteſtantium Academicos p. 273. nec non D. Nicolaus Zorabius, Mathematicus Regius Polon. cujus Epiſtola Græca typis exſcripta & præfixa eſt:

Leo Allatius autem adverſa fronte in hunc librum incurrit in Tractatu contr. D. Eliam Vejelium, Romæ edito. Cui omnino fuit faciendum ſatis.

Non

Non possum hic qvoq; reticere, Anonymum nonneminem, Libellum Christophori Angeli â me in Latinum conversum, una cum Annotationibus, in Lingvam Germanicam transfudisse; qvi impressus invenitur in volumine in qvarto Noribergæ Anno 1664. impresso, hoc titulo: AL-KORANUM MAHUMEDANUM, Das ist/ der Türcken Religion / Gesetz/ und Gotteslästerliche Lehre &c. &c. Endlich Ein Anhang von der ietzigen Christen in Griechenland Leben/ Religion und Wandel. Et fateor, cum primùm hunc fœtum, forte fortuna in librariâ officinâ offenderam, perqvam gratum mihi fuisse laborem in versionem illam Germanicam impensum; cum autem eundem domi diligentius evolverem & cum meo exemplari Latino contenderem, qvàmplurima deprehendi, qvæ virgulam censoriam merebantur. Primò enim, ne unicâ qvidem syllabâ meminit vel Authoris Christophori Angeli, vel Interpretis & annotationum conscriptoris; qvod tamen non debuisset intermitti. Et licet hoc non ægrè tulissem, ut liber tantũ materiam loqveretur, non loqveretur Autorem, accessit tamẽ illud secundo loco, qvod mea valde mutilatè proposuit. Epistolam Dedicatoriam, in qva disseritur de Confessione Cyrilli Lucaris, nec non de Consensu vel Dissensu cum Pontificiis & Reformatis, sicco planè pede præteriit, excerptis solùm ultimis, qvæ miseriam Græcorum Christianorum depingunt, qvæ notis XLIX. ultimi capitis pag. 925. 926. 927. 928. subnexuit. In ipsa versione autem plusqvam centies â genuino sensu aberravit, sæpe etiam malâ fide in vertendis annotationibus processit, dum, qvæ ego fortè ê diversæ Religionis autoribus, additâ illicò brevi refutatione, attuli, ipse nudè, qvasi ê meo sensu & consensu recensuit, & reprobrationem omisit. Id qvod certè fidum Interpretem nullatenus decet, ut sibi tantam licentiam in aliorum scripta sumat; & ideo constitui, Bono cum Deo, aliqvando versionem hanc exactè examinare & correctiorem cum Lectoribus Germanis communicare. Sed hoc ὁδῦ πάρεργον.

Atq; hactenus recensitis motoribus promotoribusq; impulsus, tandem postliminio libellum in manus sumpsi, Versioni Latinæ denuo revisæ textum Græcum authenticum adjunxi, notas auxi, & Appendicem, hoc est, Librum secundum, (cujus summam ipse titulus exhibet,) qvi mihi hoc argumentum paulò studiosius perqvirenti sub manu natus est, adjunxi; &, apud Typographos obstetricantes ma-

nus mihi benevolè porrigentibus Viris Pl. Rev. Excell. & Clarissimis Dn. Christiano Frider. Frankensteinio, Professore, ac DN. Thoma Stegero, Ecclesiaste Lipsiensi, BENE MERENTISSIMIS, in luminis auras jam nunc, qvod Deus benè vertat! emitto.

Sed de duobus adhuc monere debeo Lectorem, anteqvam finem huic Epistolæ imponam. Alterum est, qvod multa inseruerim, qvæ contra Pontificios militant. Alterum, qvod plurima aliorum Autorum verbis protulerim.

Ac, qvod ad primum attinet, omninò non pauca etiam contra Pontificios pugnantia attuli; idq; ideo, qvia nonnulli Græcorum errores etiam in Romanâ Ecclesiâ deprehenduntur & defenduntur, qvæ ideo ad Consensum Græcorum provocat; qvemadmodum & Pontificius aliqvando ad me dicere: Gratias agimus pro isto libro, gratus nobis est iste liber. Ne igitur citra fundamentum glorientur, necessitas omninò flagitavit, errores aliqvot, qvos Romana hodierna Ecclesia cum Græcâ communes habet, paulò pressius perstringere & refutare. Qvemadmodum etiam hic silentio nullatenus præterire possum summam superbiam & audaciam Bartholdi Nihusii Apostatæ, qvi instar gloriosi militis & superbi Thrasymachi, scriptis, superioribus annis, *duobus Programmatibus ad omnes Protestantes Academicos*, qvasi ex alto monte, Septicolli Româ, bellum proclamavit, & omnes Protestantes ad pugnam provocavit, productis binis armigeris *Leone Allatio Græco & Abrahamo Ecchellensi Maronita*; qvorum hic in primo Programmate ita loqvens introducitur: *Ego, qvamvis minimus, & cum sola funda, Ministros qvoscunq; ad Orientalium appellare non timeo, scripta scriptoresq;, & in me recipio demonstrare, relatas superius nationes in nullo qvidem vel minimo articulo cum novatoribus, ac sigillatim Calvinistis convenire; præsertim in iis, qvi inter istos & Ecclesiam Romanam controvertuntur articulis. Qvod qvidem singulare certamen eò libentius suscipio, qvod benè sciam, non deesse ministros, qvi lingvas optimè callent Orientales, præsertim Arabicam & Syriacam*; Bartholdus Nihusius ipse pag. 25. thrasonice seqventem in modum scribit: *Sicut ergò thesis Catholicorum est, Christum nusqvam in Scripturis alibive præcepisse, ut communio Laica peragatur semper sub utraq; simul specie; nec non, qvi statuant contrarium, ab iis è cerebro phantastico fingi præceptum Salvatoris inauditum (qvod & nobis tam certum est, qvam certo*

constat

constat Christianis, esse Deum, qvicqvid contra moliti Hussus, Lutherus, Calvinus, cum suis;) ita & eandem diximus esse sententiam Catholicam seu universalem, diximus porrò nec minus thetice, suffragari huic sententia passim Abrahami Maronitæ mei nationes Orientales consvetudine communicandi sub unica suos, nonnullis casibus.

Ad retundendas audaces & superbas ejuscemodi gloriationes Pontificiorum, coactus sum, ad exemplum Davidis, Goliathum aggressuri, aliqvot lapides è puris & limpidissimis fontibus Israëlis, &, qvi his libros suos illustrarunt, Veterum Patrum, & præclarissimorum Theologorum, scriptis, colligere & proponere, ut simul etiam vera & genuina nostra orthodoxa sententia Adversariis Pontificiis, qvorum vix ac ne vix qvidem aliqvot nostra scripta conspiciunt & legunt, innotescat.

Selegi qvoq; interdum non paucos lapides ex ipso Adversariorum agro, ut videant, se propriis lapidibus, qvos in nos projiciunt peti & obrui.

Imò, qvia jam nunc ex Ecchellensi & Nihusio thrasonicas gloriationes audivimus de Consensu Orientalium cum Latinâ Ecclesiâ, placet etiam in hoc Anteloqvio aliqva alexipharmaci loco, Studiosi Lectoris causa, annotare.

Dicimus itaq;, Gloriationes illas de Consensu Orientalium cum Latina Ecclesia esse

Judicium de Gloriationibus Papistarum de Consensu Orientalium cum Latina Ecclesia.

1. gloriationem de Consensu multorum Hæreticorum.

Editus qvidem est Moguntiæ Anno 1655. liber, cui titulus: *Concordia Nationum Christianarum per ASIAM, AFRICAM & EUROPAM, in Fidei Catholicæ Dogmatibus, apud Borealis Europæ protestantes deferi contra fas pro nuper cœptis INDICATA ab Abrahamo Ecchellensi Maronita & Leone Allatio Græco. Juncta sunt Bartholdi Nihusii duo ad Protestantium eorundem Academicos Programmata.* Hic est thrasonicus titulus libri. Sed qvænam sunt illæ Nationes per Asiam, Africam, de qvorum consensu cum Romana Ecclesia gloriatur Ecchellensis? Sunt, nominante ipso Ecchellensi, Maronitæ, Armeni, Nestoriani, Melchitæ, Jacobitæ, Cophtitæ & Æthiopes. Et eodem Ecchellensi in Præfatione in Catalogum Librorum Chaldæorum autore HEBEDIESU §. III. asserente. Hæretici, *qvidam Monophysitæ, qvidam Monothelitæ, atq; ex aliis sectis,* & eodem §. 4. dicente, *qvod*

caput

caput est, inveterata, intima atq; incredibilia, tam inter sese, qvam cum Ecclesiâ Romanâ exercentes odia, ob ea discrimina, qva inter illos controvertuntur de mysterio incarnationis Verbi divini (de hoc enim omnium Christianorum Orientalium, tam inter se, qvàm cum Ecclesia Romana, discordia versatur). Et, teste Gabriele Sionita l. 1. Συμμίκτων, *de S. Trinitate.* Licet hi itaq; de gravissimis articulis Incarnationis Verbi & S. Trinitatis periculosissimè & gravissimè errent, & cum Romanâ Ecclesiâ inveterata, intima atq incredibilia odia exerceant, nihilominus triumphandum est de ipsorum consensu cum Romanâ Ecclesia *in sententia de Sacramentorum numero, de Sacrificio Missæ, de transsubstantiatione panis & Vini in Corpus & Sangvinem Christi; de Ecclesiis, de altaribus, de cerimoniis; de Sanctorum reliqviis, imaginibus, intercessione; de hierarchiâ Ecclesiasticâ; de suffragiis pro defunctorum animabus, de purgatorio, de traditionibus, de monachatu, de bonis operibus, sexcentisq; aliis ejusmodi articulis*, uti scribit Ecchellensis l. c. §. III. Qvid hic dicendum? nisi illud, qvod Joachimus Camerarius lib. 3. Epist. p. 278. ad Hieron. Baumgartnerum in hæc verba scribit: *De libro illo Syriaco, labore communicationis nobiscum, supersedere potes: qvid agatur â qvibusdam non est obscurum, nimirum, ut errores non tantùm temporum, sed hominum qvoq; & nationum consensione confirmentur.*

Dicimus 2. Gloriationes ejusmodi de Consensu Orientalium Christianarum Nationum cum Ecclesiâ Romanâ esse sæpè falsissimas & vanissimas. Id qvod inpræsens demonstrabo duobus argumentis petitis â vanissimâ gloriatione de Consensu Græcæ & Copto-Æthiopicæ Ecclesiæ cum Romanâ hodiernâ.

In nominato libro Moguntiæ impresso, cui titulus est; *Concordia Nationum* &c. exhibetur qvoq; *Epistola Leonis Allatii ad D. Johannem Christianum L. B. de Boineburg de Perpetua Consensione Latinæ & Græca Ecclesiæ.*

Anno 1648. idem Leo Allatius vægrande volumen publicavit *de Ecclesiæ Occidentalis atq; Orientalis Perpetuâ Consensione*, qvibus libris Allatianis immane qvantum gloriatur Nihusius Apostata.

Audiamus jam, qvid alii Pontificii Scriptores de jactatâ illâ Concordiâ scribant. Anno 1630. prodierunt Romæ typis S. Congregationis de propagandâ fide, *aurea opuscula Theologica, Joannis Vecci, Bessarionis, Demetrii Cydonis, & Maximi Planudis, de processione Spiri-*

tus Sancti, Petro Arcadio collectore & interprete, qvi in dedicatione Franciſcum Barbarinum Cardinalem Græciæ Protectorem ita alloqvitur: *Non minorem* (laudem) *aſſeqveris, ſi ſtudio & favore tuo illam olim Nobiliſſimam Nationem ad Eccleſiæ gremium convocaveris. Imitare peritos aucupes, qvi ſimiles aviculas eleganter ornatas exponunt, ut alias & attrahant & capiant. Hos inqvam doctiſſimos Viros, ex antiqvâ Græciâ dignos, Sanctiſſimo Patruo, ac nomini tuo dicatos, à Zelantiſſima Congregatione de propaganda fide in gratiam tuam typis non inelegantibus excuſos, fac ut in Orientem feliciter penetrent, utq; recentiorum Græcorum manibus terantur, & eosdem ſuâ ipſorum ſpecie ac pulchritudine teneant. Agnoſcent fraudes Schismaticorum, doctrinam caſtam & Germanam Veterum P. P. ſuſpicient. Abjicient pertinaciam, amplectentur animorum concordiam.* Attende Veritatis Studioſe Lector.

Petrus Arcudius (qvi per integrum vicennium Eccleſias Ruſſicas inſpexit & Eccleſiæ Romanæ reddere voluit,) valde ſollicitus eſt, & laborat de Concordiâ animorum reſarciendâ, de reditu nationis Græcæ ad Eccleſiæ gremium, de capturâ avicularum extra caveam Pontificis Romani liberè volitantium, de abjiciendâ pertinaciâ, deq; ſanâ circa Proceſſionem Spiritus S. doctrinâ adhuc amplectendâ. Leo Allatius contra Arcudii popularis, ſocius, Amicus, ejusdemq; congregationis membrum, qvantum poteſt, vociferatur, in his omnibus amicè ſemper & perpetuo nationem utramq; conſpiraſſe, & adhuc conſpirare. Sine dubio hic Arcudius majorem fidem meretur, qvam Allatius. Si enim perpetuo conſenſerunt, cur Baronius, Bellarminus, Gretſerus, Bozius, Cornelius à Lapide, Bernh. Wetvveis, interitũ Conſtantinopolitani Imperii, occupationem urbis & perpeſſionem jugi Turcici hujus dogmatis de Proceſſione Spiritus S. à Patre & Filio negationi imputant? Pergo.

Honoratus Fabri, Jeſuita, publicavit A. 1657 *librum de Una Fide contra Indifferentes*; in qvo p. 283. Græcos hodiernos vocat Hæreticos aut Schismaticos qvi toties errores ſuos ejurarunt, Eccleſiæ Romanæ reconciliati, ac deinde ad vomitum redierunt. Pag. 284. hunc in ſonum pergit: *Qvod dicitis, errores Græcorum nullius momenti eſſe, pace dixerim veſtra, abſurdum eſt, nullus enim error in fide eſt, qvi minimi momenti eſſe, vel dici poſſit, præterqvam, qvod in graviſſimis articulis errant,*

ſcil: in Trinitate, in Eccleſia, in Sacramentis, in vitâ æterna &c. An forte hæc nullius momenti ſunt? Negant enim Spiritum S. à Filio procedere: Eccleſiam Romanam minimè agnoſcunt; Corpus Chriſti à peccatoribus negant accipi, licet ad S. Synaxin accedant; animas functorum ad extremum usq; judicii diem à gloriâ cœleſti arcent. Qvod de Spiritu S. non tam qvoad rem, qvàm qvoad loqvendi modum, diſſenſio ſit, nemini ſanè perſvadebitis, ex iis ſcilicet, qvi rem intelligunt. Hic Honoratus Fabri eſt Jeſuita Romæ vivens, cui Allatius ignotus non eſt, qvi Allatium de Perpetuo Conſenſu legit, vel certe videri vult legiſſe, citat eum ipſum pag. 185. ſcripſit autoritate Superiorum, ſcripſit tot annos poſt Allatium, & proclamat Eccleſiam Græcam Hæreticam, dicit, illos rem non intelligere, qvi aſſerunt, diſſenſionem non qvoad rem, ſed qvoad loqvendi modum de Spiritu S. eſſe. Qvid hoc aliud eſt, qvàm Leonem Allatium Romæ ſcribentem & aſſerentem perpetuum conſenſum Græcæ cum Latina Eccleſia â Jeſuita Honorato Fabri Romæ cum approbatione Superiorum ſcribente publicè refutari, uti benè concludit *Cl. D. Elias Vejelius in Defenſione ſua contra Allatium.*

P. F. *Bernbardinus Wetvveis Ordinis F. F Minorum Regul. obſerv. Recollect. Provinc. Colon. S. S. Th. Lector jubilatus, & totius Seraphici ordinis definitor generalis, in ſpeculo Veræ Eccleſiæ, ac falſarum Eccleſiarum,* Anno 1664. Colon. impreſſo, librum qvartum operis ſui, *Eccleſiis falſis, paganorum & politicorum, Judæorum, Saracenorum, hæreticorum Orientalium & Occidentalium* deſtinans, capite qvinto, operæ pretium ſe facturum exiſtimavit, *tam ex ipſis Conciliis qvàm Hiſtoricis Græcis demonſtrare, qvod moderna Græcorum ſecta, defecerit â doctrinâ veræ Eccleſiæ antiqvæ, quæ primis qvatuor ſeculis in Græcia, uti & in aliis partibus Orientalibus viguerit, qvodq; per multos centenos annos per turpe Schisma in veram hæreſin tranſierit.*

Nonne hoc eſt refutare Leonem Allatium, qvi ante tot annos perpetuum in hunc usq; diem inter Græcam & Latinam Eccleſiam conſenſum ex Conciliis & Hiſtoricis Græcis publicè aſſertum ivit. Nec eſt, qvod aliqvis objiciat, iſtum Wetvveis fuiſſe unum hominem, Allatio in multiplici lectione & experientia non comparandum. Nam audi; qvot viri ap. Pontificios Doctiſſimi & Clariſſimi hoc opus legerunt & approbarunt.

Agmen ducit Jac. de Riddere, Commiſſarius Generalis F. F. Minorum

norum per Provincias Germaniæ, Belgii & annexas: seqvuntur: Gvil. Herinex S.S.Th.Lector. Arnol. Mylius è Soc. J. Theol. Prof. judicantes *hoc speculum esse sine macula.* Th. Martini S. S. Th. Lector & Gvardianus, Arn. Cæsarius S. S. Theol. Lect. Bonav. Goffa S. S. Th. Lect. Gualt. Höcn. Josephus Biburg, Didac. Simtock, Jo. Huart, Casp. German, Bruno Neusser, Georg Eckardus, Wilh. Ritr. Car. Porten, omnes Lectores Theologiæ. P. de Walenburch Episcop. Myf. A. I. Volusius D. Protonotar. Apost. Consil. & Sigillifer Major Mogunt. & librorum Censor. Jo Francken Sierstorff. J. U. D. Gym. Laur. Regens, ac librorum censor, hi omnes qvorum qvidam Coloniæ, qvidam Moguntiæ, Confluentiæ, Aqvisgrani, Bonnæ, approbationes suas scripserunt, testantur, *hoc opus Veritati nihil contrarium habere, Ecclesiamq; Romanam sine omni etiam possibili erroris aut falsitatis macula, aliarum ab hoc Apostantium Sectarum abominabiles deformitates clarissimè exhibere.*

Vide igitur, mi Allati, ut prius de tuorum consensu certus sis, deinde eundem ab aliis reqvire, benè monet laudatus modo D. Vejelius, qvi p. 99. etiam refert, *Bernhardum à Mallinckrot*, Decanum septuagenarium Monasteriensis Capituli, cum eum Præclarissimus Vir, Joannes Conr. Dietericus Gr. L. & Histor. in Academia Giessensi Professor, Monasterii, eo anno, qvo pacificatio solennis facta fuerat, inviseret, & in lectione libri Allatiani occupatum offenderet, in hæc verba illico erupisse: *Ille, ait, scripsit de concordia Ecclesiæ Orientalis & occidentalis, qva tamen Concordiâ nihil discordius. Titulus libri debuisset esse, si veritatis auctor habuisset rationem, de discordia O. & O. E.* Optime omninò judicavit doctissimus Senex. Nam Leo iste Allatius bis terve consensum emendicat in magno suo opere, reliqva mera dissensionis sunt argumenta, id qvod qvilibet Allatii de hac materia libros evolvens, luce meridiana clarius deprehendent. Et hæc de vana gloriatione Consensus Græcæ & Latinæ Ecclesiæ.

Vana Gloriatio de Consensu inter Ecclesiam Latinam & Copto-Ægyptiacam.

Dicamus etiam aliqvid de Vana gloriatione consensus inter Ecclesiam Latinam & Copto-Ægyptiacam. De qva Excell. & Clarisf. Dn. D. *Joh. Ernestus Gerhardus* in Præfat. *Exercitationis Theologicæ de Ecclesia Coptica* ita differit: *Justa* (omnino est) *indignatio ob vanos illos triumphos, qvos Pontificii aliqvi, agmen qvidem ducente illustri Cæsare Baronio R. E. Cardinali, de Copticâ Ecclesiâ sibi imaginati sunt.*

 Qvo-

Qvorum licet temeritatem Viri docti refrenare fategerint, adeo tamen id graviter dolenterq; tulit Apostata Bartholdus Nibusius, ut perqvam indignè ob monita illa Viros doctissimos tractarit.

Et certe fidem clamoribus suis Apostata fortean fecisset, nisi vel inter ipsos Pontificios prodiissent, qvi talia de Coptitis scripto prodidissent, é qvibus, qvam lubrica sint ea, qvæ â Cardinali Baronio, hujusq; epitomatore *Gabriele Bisciolâ* de Coptitis, Monarchico Romani Pontificis dominio se submittentibus, orbi erudito obtrusa, ad oculum jam patescit. Cumprimis verò egregii pro Veritate testes visi mihi sunt R. ille P. F. *Philippus â Sanctissima Trinitate*, Carmelita Discalceatus, tum qvoq; insignis variisq; scriptis, arrosos qvæ sapiunt ungves, clarus Jesuita *Athanasius Kircherus*, qvorum hic in *Prodromo Copto* Anno 1636. Romæ divulgato c. 2. p. 37. de Copto - Æthiopica Ecclesia scribit, *qvod sicuti illa primis temporibus Sanctis moribus & institutis egregios in Christiana perfectione progressus fecerat; sic successu temporis aliis atq; aliis schismatis ab universali Ecclesiæ corpore, diversis temporibus divulsa, & pravis Dioscori aliorumq; dogmatis infecta, sancta esse desierit.* Cumprimis verò de Coptitis conqveritur, *qvod præter Alexandrinum Pontificem seu Patriarcham neminem alium agnoscant Ecclesiæ Præsidem.* Ille verò, puta Phil. â S. S. Trinitate, in *Itinerario Orientali*, Lugduni Gallorùm Anno 1647. luci commisso pariter de Coptitis prodit, *qvod sint Christiani Ægyptii, Patriarchæ Alexandrino subditi, pluresq; aliorum Orientalium Schismaticorum errores seqvantur*; qvos ordine postmodum exponit. Cumprimis, *qvod Concilium Chalcedonense ac sanctum Leonem P. R. expressè damnent.* Qvæ omnia omninò invita veritate de Coptitis (etiam hodiernis, de his namq; dictis autoribus sermo est) â Kirchero ac Philippo illo Carmelitâ pronunciari, nemo non fatebitur, nisi tota illa de Legatione Patriarchæ Coptitarum ad Clementem IIX. P. R. ac humili totius Ecclesiæ subjectione narratio Cardinalis Baronii, qvam Appendicis loco Tom. VI. Annalium Ecclesiasticorum subjunxit, esset vel fabulis conspersa vel personati illi Coptitarum legati â Jesuitis in scenam fuissent producti. Et hæc qvoq; de Consensu, verius dissensu Ecclesiæ Latinæ cum Copto-Ægyptiaca.

Unde vanitas gloriationum Pontificiarum de Concordia omnium Christianarum Nationum per Africam cum Latina Ecclesia satis diluci-

dilucidè conſpicitur. Plura qvi de hac materia evolvere cupit, legat *Allatium nimiæ temeritatis convictum in Enneade Differtat: Philol: Theolog. Heidelbergenſium Johannis Henrici Hottingeri*; nec non ejusdem Præfationem Lexico Harmonico præfixam, qvem librum tamen, dum hæc ſcribo, acqvirere non potui.

Atq; hoc primum fuit, Qvam ob cauſam ſcilicet compluſcula contra Pontificios militantia inſeruerim.

Alterum adhuc reſtat, *qvod ipſiſſima verba Autorum toties recenſuerim?* Feci id, fateor, Lectorum cauſa. In ea enim planiſſimè ſum ſententia, non poſſe Lectori usq; adeo eſſe gratum, nuda nomina multorum variorumq; authorum, omiſſis eorum verbis, adſcribere. Nam qvis, qvæſo, omnes iſtos authores vel poſſidet, vel ſemper ad manum in promptu habet, ſive conſideiem Pontificios, ſive noſtros, imprimis ſimpliciores vel homines alterius Profeſſionis qvàm Theologicæ; qvibus tamen omnibus noſtra ſcriptione voluimus gratificari. Ego ſanè diffiteri neutiqvam poſſum, me multo labore & ſumptu, nec ſine diſpendio temporis ad propoſitum hoc facientia ſcripta conqviſiviſſe; & non minori evolviſſe, elegiſſe. Cur eundem laborem & moleſtiam in Lectorem devolverem. Qvotusqvisq; Lectorum eſt, cui inter qvamplurimas, qvibus qvisq; in ſua ſtatione cingitur, occupationes, vacat omnes allegatos autores evolvere. Priusqvam tantum temporis conſumet, fugitivo oculo omnia percurret, imo prætervolabit; & hoc pacto ſine fructu abibit ſcriptio.

Cur ipſa verba Autorum in hoc Tractatu allata?

Recordor hic verborum Philippi Melanchthonis, qvæ habet in Dedicatione *Sententiarum Patrum de S. Cœna. Beſſarion*, inqvit, *multorum autorum nomina recenſet, qvem optarim potius integras eorum ſententias poſuiſſe, præſertim cum de re tanta juſtam diſputationem inſtituiſſet, & in iis locis verſaretur, ubi locupletisſima Bibliotheca fuerunt, & ita abundaret otio, ut tam magnum librum & plenas ἁμάξας λήρων adverſus Trapezuntium ſcripſerit.*

Sed dices: Stylus inde evadit incongruus. Reſponſionis loco adfero verba Doctiſſimi Anglicani Theologi *Jacobi Uſſerii* è Præfatione præfixa libro, cui titulus: *Graviſſimæ Qvæſtionis de Chriſtianarum Eccleſiarum in Occidentis præſertim partibus ab Apoſtolorum temporibus ad noſtram usq; ætatem ſucceſſione continua & ſtatu, Hiſtorica Explicatio. Ita autem*, ſcribit, *in hac Hiſtoria verſatus ſum, ut dedita opera*

meis verbis abstinuerim, ubi uti possem alienis: Et Nicolai Serarii (Moguntiacar. rer. lib. 1. c. 1. §. 2.) *exemplo, ipsorum apud qvos historiam invenissem, & nomina ederem, & verba redderem. Non est qvidem* (ut rectè ille monet) *isto modo stylus unius modi & aeqvabilis: Sed ad narrationis veritatem & rerum, qvae narrantur; examen multò videtur ea ratio accommodatior. Harum enim momenta, qvomodo expendantur, nisi qvi & qvales, à qvibus illa manant, fontes cognoscantur.*

Et hæc in Anteloqvio præfari placuit.

VOBIS autem, Viri Perill: Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi, Domini & Patroni mei, hæc omnia merito offero & dedico, qvia VOBIS debentur. Vos priorem fœtum benignè suscepistis autoremq; hactenus beneficè fovistis, & adhuc dum fovetis. Et, qvandoqvidem Aristides Ariadnæus Orat: VIII. ἱερῶν docet, τοὺς μὲν νεὼς τοῖς θεοῖς καθιεροῦν, τοὺς δ' ἄνδρας τοὺς ἐλλογίμους τῇ τῶν βιβλίων ἀναθέσει τιμᾶν, hoc est, *templa qvidem Diis convenit consecrare, Viros verò eximios librorum dedicatione honorare:* Æqvissimum juxta & justissimum judicavi, VOBIS, PATRIÆ PATRIBUS MERITISSIMIS, VESTRIq; HONORIS PERPETUÆ MEMORIÆ, qvicqvid est chartacei operis inscribere ac dedicare.

Deberem jam autem, uti in Dedicatoriis Epistolis fieri assolet, prolixam laudum & Encomiorum vestrorum recensere Catalogum, qvi mihi qvoq; non deesset, nisi scirem, Vos Laudes Vestras non lubenter audire, solâ BENEFACTORUM ET MERITORUM conscientiâ contentos; neq; mihi Verbi Divini Præconi, (qvorum stylus, ad formam Apostolicam, simplex esse debet,) & Testi de domo, (qvi facile in parasitationis fædissimæ suspicionem incurrere possunt) prolixas Panegyricas celebrationes convenire.

Nemo autem, opinor mihi vitio vertat, si propter alios, diversæ, hoc est, Pontificiæ Religionis hominem sed Virum longè Doctissimum & gravissimum pro me dicentem introduxero. Is est Nicolaus Cichovius è Societate Jesu, qvi in Dedicatione sua, qvâ SPECULUM SAMOSATENISTARUM VOBIS obtulit inter cætera ita scribit:

Ibit in omnem posteritatis memoriam, Heroicum, summisq; laudibus dignissimum, V. V. A. A. facinus: qvòd parte maxima regni à Svecis occupatâ, cæsis, vel hosti deditis exercitibus, spe nullâ vel

vel exiguâ melioris fortunæ superstite, Saguntinâ propè constantiâ, in Fide perstitistis: Vitam vobis priùs qvàm fidem eripi passuri. Ostendistis Generosissimæ mentes, vos Filios non degeneres esse Majorum vestrorum: Qvorum illustria in Rempub: Polonam merita, Annalium nostrorum referunt monumenta. Ex eis, didicimus: Majores vestros, postqvam in partem Regni, spontaneâ & benevolâ deditione, (uti D. CASIMIRI REGIS diploma loqvitur;) accesserunt; tanta animorum gestientium profusione, eundem Serenissimum REGEM complexos esse; ut eum Gedanum A. Dni. 1454. venientem, majori humanitate, & munificentiâ exceperint; qvàm ut ullius oratoris (verba sunt Historici) eloqventia eloqvi possit. Ex tam inflammato studio fluxit; ut Senatus Gedanensis, toto Crucigerico bello, constantissimè Polonis adhæserit: omnesq; seditiosorum machinationes prudentissime sustulerit.

Amplissimi & Sapientissimi Senatus, exemplum, ejus cives optimi secuti, plerumq; contra Crucigeros magno Polonis fuere subsidio. Illi ad redimendum Mariæburgum triginta millia aureorum (præter aliàs, alia data) Serenissimo Regi Casimiro elargiti sunt. Illi eidem Anno Dn. 1458. pro alendis militum qvatuor millibus, sufficiens obtulere stipendium. Illi eidem A. D. 1458. summo honore, & occursu qvatuor millium armatorum excepto, territoria pignori obligata, Gedanense, Dersaviense, Pucense, benevolâ & spontaneâ voluntate nullius præmii voto, restituere. Illi Polonorum amore cum Crucigeris sæpius conflixerunt: N. N. excito Tumultu, ad claves Crucigeris tradendas inclinantium, perfidiæ obstiterunt: Sambiensem terram eruptione facta vastaverunt: Colbergæ periclitanti submisso navibus subsidio subvenerunt: Pucium sex mensibus terrâ mariq; impugnatum ceperunt: Mevensibus obsessis, ne annona per Istulam inveheretur, navium suarum objectu præstiterunt: & subsidium eis â Sumbergio destinatum, prælio navali in Habo commisso deleverunt. Qvæ, aliaq; præclara facinora, D. CASIMIRUM Regem optimum & æqvissimum bene meritorum æstimatorem, facilè permoverunt: Ut Civitatem, de se & Rep. Polona optimè meritam Singularibus ornaverit prærogativis.

Qvarum illa grata; nostrâ qvoq; memoriâ, constantiæ fideiq; suæ luculenta edidit specimina. Aderam ego præsens: cùm V. V. Ampli-

Amplitudines, Gustavus Adolphus, in suas partes trahere, vel eis saltem ἀδιαφορίαν persvadere niteretur. Utrumq; cordatissimè rejecistis. Generosis verbis, Generosa opera adjecistis: cum aliqvoties, cum hoste signa contulistis: crebriq; eundem eruptionibus fatigastis. Non commemoro, qvæ secundo bello Svetico, totâ licet ferè Prussiâ in hostiles manus delapsâ, præstitistis: Ne heroica & prolixa, oratione dignissima facinora; exili & perfunctoriâ deteram dictione. Hæc Nicolaus Cichovius ê Domo Professa Soc. JESU Cracoviæ 16. Martii Anno Domini 1662. His subjungo nonnulla ê Responsione Illustrissimi Supremi Regni Cancellarii nomine Sacræ Reg. Majest. ad compellationem, qva Senatus Gedanensis Serenissimum ac Potentissimum Poloniæ Sveciæq; Regem

JOANNEM CASIMIRUM Gedanum Anno clɔ bc LVI. die XV. Nov. solenniter & gloriose intrantem juxta portam Civitatis primariam excepit.

Non potest non gratissimam habere Sacra Regia Majestas Dominus noster Clementissimus Spectabilitatum Vestrarum salutationem, qvi singulari merito, benevolentiam & affectum Sacræ Regiæ Majestatis Domini nostri Clementissimi Vobis Urbiq; Vestræ devinxistis. Qvippe cum res adversæ virtutem maximè explorent, Vobis certè excellentis virtutis, observatam integre fidem, decus, & palma ista debetur, ut Viri prudentes, Principi Vestro & Reipublicæ fidi, ac salutares, Orbis judicio, perennatura etiam ad posteros fama, audiatis. Adduxerat plane in ultimum discrimen rem Polonam felix perfidia; grassabatur tumidus per provincias Regni hostis, ac dormienti fortuna velut reti civitates & arces capiebat. Vos tamen spem meliorem semper alentes, neq; blandienti primis initiis felicitate, nec privatarum rerum detrimentis, aut ingentibus promissis, aut ferocibus minis dimoveri officio potuistis. Sed eximia virtute, fide, & constantia Sacræ Regiæ Majestatis, Domini nostri Clementissimi, totiusq; Reipubl. partes difficillimis temporibus sustinuistis. Recte itaq; æstimat Sacra Regia Majestas Dominus Noster Clementissimus, qvantum incrementis hostium nocuerit, Spectabilitates Vestras infractas stetisse. Deus prohibuit, virtutemq; Vobis instinxit, ut in una urbe Orbis Polonus, à vi, tyrannide, & fraudibus teterrimi hostis servaretur. Cæterum, spectante Orbe universo collaudat Sacra Regia

gia Majeſtas, Dominus Noſter Clementiſſimus virtutem Spectabilitatum Veſtrarum, nihilq; antiqvius habere ſe pollicetur, qvam ut prudentiæ, fidei, & fortitudini Spectabilitatum Veſtrarum gratitudine Regia, & Reipublicæ omni, qva par eſt, ratione reſpondeatur. &c.&c. Plura, licet poſſem, in præſens addere nolo.

Illud autem unicè ac maximè contendo, ut levidenſe hoc conſecratum chartaceum munuſculum æqva mente ſerenaq; fronte accipiatis & ſolita benevolentia veſtra complectamini, Meq; ac meos favore & Patrocinio veſtro decorare non dedignemini. DEUS Opt. Max. autem, qvi Magnus eſt Conſilio & amplus opere, Rempublicam & urbem hanc, PATRIAM Dulciſſimam, Prudentiſſimis ſaluberrimisq; Conſiliis, Pace externâ, Concordiâ domeſticâ, omniq; felicitate ac abundantiſſimâ rerum copiâ ſecundet. Is Eccleſiam orthodoxa Fide & ſincera Pietate florentem perpetuò tueatur, Idem Familias veſtras cunctis animi & Fortunæ bonis locupletet, Vos ipſos autem, PATRES Conſcripti, Reipublicæ, Eccleſiæ, CIVIBUS, mihiq; SOSPITES & PROPITIOS diutiſſimè conſervet.

GEDANI cIↃ IↃc LXVIII.
d. III. Menſis Auguſti.

c EPISTO-

(o)

EPISTOLA DEDICATORIA.

PRIMÆ EDITIONI PRÆMISSA.

MAGNIFICO, NOBILISSIMO, AMPLISSIMOQVE

SENATUI GEDANENSI SACRUM.

Generoſe, Magnifici, Nobiliſſimi, Ampliſſimiqve Domini,

PATRES PATRIÆ

ſubmiſſiſſimo obſervantiæ cultu venerandi.

Patria & Vita Autoris.

PRÆSENS *περὶ τῆς τῶν σήμερον εὑρισκομένων ἑλλήνων καταστάσεως ἐγχειρίδιον*, ut Græca ſonat inſcriptio, ſive, Enchiridion de Statu hodiernorum Græcorum, qvod Latina veſte ornatum jam nunc Vobis, PATRES colendi, exhibeo, Autorem habet Chriſtophorum Angelum, Græcum, Peloponneſo oriundum; Virum eruditum, probum, piumqve, qvi ob religionem Chriſtianam plurima à Turcis perpeſſus, Patriæ tandem valedicere coactus, in Angliam Anno æræ Chriſtianæ M. DC. VIII. venit, ac in Cantabrigienſi Academia ſubſtitit. Exhibere ego poſſum tria diverſis temporibus, utpote Anno 1610. Ann. 1616. & 1617. à tribus præcipuis Angliæ tum florentiſſimis Collegiis ipſi tributa Teſtimonia, qvibus de optima nota qvibusvis bonarum mentium fautoribus promotoribusqve commendatur.

Ejus cum Johanne Mochingero cõverſatio in Anglia.

Vixit illis annis qvoqve in Anglia, qvi jam Sanctorum Angelorum conſortio in cœlis gaudet, (ז״ל) Joannes Mochingerus, Vir de Eccleſia & Gymnaſio noſtro optimè meritus, & cum hoc Chriſtophoro Angelo, uti ſæpè mihi retulit, familiariſſimè eſt converſatus. Qvi etiam hunc à ſe editum libellum Græcum, modò intra Bibliothecularæ noſtræ carceres latentem, honoris & amoris ergò ei obtulit, exhibuitq;. Qvod ab amico acceptum chartaceum munuſculum B. Mochin-

chingerus studiosè semper conservavit, nec manibus suis excidere unqvam passus est, nisi qvod illud Anno 1643. in Academiam Rostochiensem mitteret, ut togâ Romana vestitum iterum ad se rediret.

Johan. Mochingerus ἐργοδιώκτης versionis.

Grata mihi tum literarum causa ibidem commoranti hæc fuit demandata opera, & qvidem vel ideò tanto gratior, qvod à ferventiore studio Græco, in qvo (qvod tamen præfiscini dixerim) ἑλληνικώτατος Theodorus Simonius tùm explicando, tùm sermocinando, tùm scribendo, Gedani in Paternis ædibus me exercuerat, adhuc calerem; atq; hac ratione in eod. adamato horis subsecivis pergere possem. Vertebam igitur per intervalla scriptum hoc, & conversum Gedanum ad Dn. Mochingerum remittebam; à qvo tum hæ Respensoriæ, qvas in frontispicio expressi. Interim ego Rostochii Theologiæ operam dare, donec consilio nonnullorum Clariss. Virorum, & Parentum voluntate, ad THORUNIENSE COLLOQVIUM discessi. Dehinc vario per Borussiam, Germaniam, Galliam & Belgium itinere, studiorum causa peregrinatus, imminente Jubilæo in Patriam sum reversus. Reduci facto B. J. Mochingerus libellum hunc, qvem jam diu sepultum cogitabam, & Græcum & Latinum una cum pulvisculo, ut ita dicam, h. e. qvemadmodum acceperat, reddere, & jubere, percurrerem illum denuo, & prælo, suis etiam sumptibus fatigando, committerem. Parui lubens, ut repetitâ operâ Latinum ad Græcum textum examinarem, verùm, ut in publicum illum jam ederem, modestè sum deprecatus, & alii me id reservaturum tempori dixi; in qvo etiam Vir Humanissimus Amicissimusq; lubens acqviescebat.

Interea jussu & imperio summi vitæ nostræ Arbitri, Dei Opt. Max. ὁ πάνυ Johannes Mochingerus Anno 1652. d. 12. Octob. styl. Gregor. febri emaciatus, ex hac mortalitate in perennantis vitæ Patriam concessit, relicto maximo luctu & sui desiderio apud omnes probos literatosqve; præprimis autem apud me, qvi, qvem olim expertus fueram fidelissimum Præceptorem, & hactenus senseram sincerum amicum & Fautorem, jam in eo nactus & semper habiturus fuissem fidum in officio Ecclesiastico Collegam & παραστάτην. Planè enim mihi illud de ipso pollicebar (refero verba Viri Desiderasissimi, qvæ ipse aliqvando in mellitissima Epistolâ ad me de me) conversationem illius per omnis vitæ meæ cursum longè mihi forè jucundissimam; sicuti etiam vix qvatuor diebus, anteqvam fatali morbo corriperetur,

Obitus B. Mochingeri.

ad

ad constantem amicitiam & crebram ἐπίσκεψιν me animabat, & mutuam promittebat. Atqve utinam, qvemadmodum sincera; ita diuturnior fuisset illa Collegialis amicitia, nec decretoriâ falce tam citò interrupta! Aliud autem visum fuit Supremo Numini, à qvo omnia, qvæ fiunt, sive maxima, sive medioxuma, sive minima, benè fiunt, qvi etiam sinceros amicos interdum opinione celerius aufert, qvò in solo Domino הָאָדוֹן fiduciam & spem figere discamus omnem. Ut ut autem è vita abierit Mochingerus Beatissimus; non tamen abiit nec abibit unqvam è pietate & memoriâ nostrâ, qvi eruditionem πολυμαθεστάτην τε καὶ πολυγλωττάτην, ardentem & hypocriseos omnis expertem in Deum probitatem, fidem & ἀνυπόκριτον καὶ ἀνύπουλον erga proximum charitatem, venerandam & à fastu omni secretam in officio maturam gravitatem, in conversatione humanitatem & niveam innocuamq; affabilitatem, in vita liberalem & φιλαργυρίας ac αἰσχροκερδίας omnis inimicam Αὐτάρκειαν, aliasqve Cedro dignissimas plurimas virtutes suo loco laudamus, nobisq; statuæ instar Mercurialis ad imitandum proponimus; & qvæ ipse, dum in vivis esset, à nobis præstari voluit, jam etiam post obitum ipsius, data commoda occasione, exeqvimur. Editionem intelligo hujus libelli. Ad qvam qvomodo in præsens accesserim, paucis jam referam. Qvadriennium tantum non elapsum est, qvod me, *Viri Magnifici & Nobilissimi, Ecclesiæ Nutritii Benignissimi*, postqvam *Generosus, Magnificus & Amplissimus Dn. Adrianus* von der Linde *Senior Proconsul* & p. t. *Senatus Præses* laudatissimus; Dominus Patronus & Compater meus honoratissimus, ad Coronationem Regiam Cracoviæ celebrandam, Serenissimi & Potentiss. Poloniæ & Sveciæ Principis, JOANNIS CASIMIRI &c. &c. &c. Regis ac Domini nostri Clementiss. ab urbe hac missus LEGATUS, me λειτουργίας ἕνεκα in itineris societatem adscitum, reducem, cum studiis meis, in medio vestrum prolixè commendarat. Dei nutu in templo Mariano vestrum jussetitis esse Ecclesiastem, in qvo loco, prout auditorum & temporis ratio exegit varia, Deo, cui immortales gratias! laboribus nostris clementer benedicente, à me pertractata sunt argumenta sacra.

Virtutes aliqva Job. Mochingeri strictim adumbrantur.

Occasio publicati hujus libelli

Præterito anno è re Ecclesiæ, difficillima hac ætate s. senectute, columbæ, imò turturis instar gementis esse judicavi, septem Ecclesias Asiaticas ex Apocalypsi Johannitana proponere; qvo in labore,

ut

ut scitis, adhuc dum occupor. Hæc explicando & me & alios sæpius invasit ingens prolubium cognoscendi, qvisnam modernus illarum in Asia esset status Ecclesiarum, qvas ipsi Apostoli, gratiosè ipsis adspirante Spiritu S. primas plantarunt, & ad qvas ipse Filius Dei Christus Jesus, septem illas Epistolas præsentium & futurorum Ecclesiæ fatorum apocalypticas, per Apostolum Joannem consignatas misit, ad constantem observationem mandatorum divinorum, proposito & præmio & pœna, incitans.

Atqve hac præbitâ ansa, in memoriam voluntatis B. Mochingeri regressus sum, & de edendo hoc libello cogitare cæpi. Depositum igitur Tractatum in manus sumpsi perlustravi, ac, qvod necessarium esse, arbitrabar, appositis qvibusdam notis illustravi.

Versio hac & Annotata qvomodo adornata.

Qvomodo autem, & in versione, & annotatione versatus sim, illud jam porrò est insinuandum.

Primò. In versione Autoris & verba & mentem κατὰ πόδα, qvod fidum Interpretem decet, sum secutus, neqve ullam vel scriptoris mentem mutandi, vel corrigendi vel aliqva resecandi potestatem licentiamq; mihi sumpsi.

Secundò autem Notas aliqvas addere putavi pernecessarium. Illas igitur è præcipui Nominis Scriptoribus, qvi hoc argumentum tractarunt (qvorum hoc seculo perpauci sanè sunt, vel minimùm pauci à me, studiosè qvamvis inqvisiti, reperti, & vix numero totidem qvot Thebarum portæ aut divitis ostia Nili.) elegi & selegi. Et qvidem tales, qvæ partim illa, qvæ Autor noster habet, potissimum mira aliqva nec ubivis trita, confirmarent; partim, qvæ Autor extremo digito tetigit, uberius explicarent; partim qvæ ad intelligentiã Religionis & consvetudinis Græcæ facere videbantur, omnium oculis panderent.

Notas autem has, adductis plerumqve ipsorum Autorum non solùm nominibus, sed etiam verbis (nisi forte ea Germanica vel Gallica, qvæ à me versa, fuerunt,) conscripsi; qvod cogitarem, talia me jam consignare, qvæ non tam ratione, qvàm testimonio fulciri deberent; memor moniti Summi Viri, qvo olim cum magnæ humanitatis nunqvam non deprædicandæ testificatione sæpè familiariter Amstelodami usi sumus, *Joannis Gerhardi Vossii*, qvod in *libro de Origine & Progressu Idololatriæ tertiò cap.* 84. pag. 1184. his verbis reliqvit: *Nempe hoc actum Rhodigino* (illum enim in antecedentibus ideo re-

prehendit) *passim, ut, dissimulatis Scriptoribus, unde sua hausisset, non alius qvam ipse testis laudaretur. Qvasi eadem ipsi habenda sit fides, ac Athenæo, & aliis, qvorum temporibus scripta extarent, unde ista depromerentur. Si qvis igitur dubitaret, poterat eos adire, qvorum fide se niti Athenæus profiteretur. Et hic mos etiam fontes, unde qvid hauserint, dissimulandi, summis aliqvot viris seculo nostro est perfamiliaris, vel si qvos advocent testes, eos laudant, qvi deperierint, non apposito illius nomine, qvi ea apud illos olim legisset. Qvasi nefas sit de fide ipsorum, qvi sic scribunt, dubitare: ac non sæpè contingat, ut vel memoria eos fefellerit, vel corruptis sint usi codicibus, vel mentem scriptorum non satis sint assecuti, sive culpâ suapte, sive vitiosos seqvendo interpretes. Memini me hoc in magno qvodam viro culpare apud hominem doctissimum: Sed ab vitio isthoc non planè alienum. Respondit ille, nihil opus esse testibus antiqvis: Qvia post seculum non minoris esset fides ejus futura, qvem isto nomine reprehenderem, qvam Veterum, unde ista desumpsisset. Scio sic judicare qvosdam μέγα πνέοντας: Sed boni isti viri distingvere nesciunt inter ea, qvæ ratione, qvæq; testimonio suffulta sunt. Ubi ratione certandum, non multum refert, utrum Aristóteles eâ, an Cæsar Scaliger pugnet. Neqve enim, qvis dixerit, sed qvid dixerit, videndum. Itaqve interdum hominis non jam summi dico, sed penè è trivio, sententiam præferimus veteris & classici scriptoris opinioni. Notum vetus ,,illud, qvandoq; & Olitorem verba loqvi oportuna. At in iis, qvæ ad ,,actorum historiam pertinent, longè secus est comparatum: Ubi semper ,,dispiciendum, qvanta sit fides narrantis. Ea enim in gestis vett. non ulterius se extendit, qvàm adstrui valeat ex antiqvis: in cæteris dicta habenda pene pro indictis, &c.* Hactenus doctissimorum doctissimus Vossius. His verbis Vossianis inductus, nolui & ego per variationem verborum, Græcorum rituum explicationem meam facere, qvæ debebatur illis, qvi vel ipsi in Græcia fuerunt & oculis suis omnia usurparunt, vel primi talia orbi literato explicarunt.

Tertiò nec illud sicco pede hic est prætereundum, nos hic describere ritus & mores Ecclesiæ Græcæ, non eosdem examinare, nec pravas Græcorum opinationes omnes rationibus, sanæqve religionis argumentis redarguere. Id enim alii tempori destinamus, vel etiam aliis Eruditioribus sponte cedimus offerimusqve. Et observandum, mores nos non fingere, sed scribere, qvales apud viros Doctos, Græcarumq;

rumq; rerum peritos leguntur. Si qvis enim nostra vel augere vel relationibus novis ex ipsa Græcia recenter allatis, qvarum non potuimus fieri compotes, velut illustrare, imò corrigere, tantùm abest ut illi succenseamus, ut qvosvis potius ad hoc invitemus, & pro eo grates spondeamus.

Facerem hic Anteloqvii finem, nisi duo adhuc præstanda mihi incumbere sentirem. Alterum est, ut doceam qvid de Græcorum vel cum hodierna Romana, vel cum Calviniana Ecclesia consensu sentiendum sit? Alterum, ut miseriam modernæ Ecclesiæ Græcæ levi penicillo adumbrem. Qvod ad Græcæ cum Romana Papali Ecclesia consensum attinet, tuetur illum *Hugo Grotius in Discussione Rivetiani Apologetici pag. 10.* his verbis: *Latinos cum Græcis facilè posse conciliari, ostendunt partim acta Synodi Florentinæ, partim qvæ in Russia, Polonia & Lithvania re ipsa conspiciuntur.* Sumenda est autem Ecclesia Græca, non qvalem ex suo capite Cyrillus nuper inductus pretio confinxerat, sed qvalis est revera, qvalem nobis exhibent scripta Jeremiæ, & decreta nuper facta Patriarcha Parthenio cætui præsidente. Videbis sacramenta eadem, & dogmata convenientia, *ita ut post factum schisma Archiepiscopus Thessalonicensis non falso Adriano Papæ Romano scripserit, fidem utrobiqve esse eandem.* Hæc Hugo Grotius. Verùm obstat huic sententiæ Grotianæ

Q. An Græca cum Romana Ecclesia consentiat vel facile possit conciliari?

I. Sententia Græcorum de Processione Spiritus S. à solo Patre. Hugo qvidem Grotius erroris hujus gravitatem, nec non & ipsam hac in parte cum Latinis discrepantiam elevare videtur, dum in *Animadversionibus in Rivetum pag. 7. art. 2.* ita loqvitur: *Planè assentior Viris eruditis tam Latinæ, qvàm Græcæ Ecclesiæ hac de re, hoc qvidem tempore inter Latinos & Græcos esse vocabulorum certamen, qvod* ipsum multaqve alia hujus generis ut cessent, faxit per illum Patris & suum Spiritum Christus. Et in *discussione Rivetiani Apologetici pag. 10.* ita fatur: *Unum est dogma, in qvo inter Latinam & Græcam Ecclesiam videtur esse dissensus, de processione Spiritus sancti. Sed si Arcudium & alios audimus, pax & hic repertu haud difficilis. Nam nec Græci peccant, qvi cum Scripturis & Conciliis universalibus Patribusq; multis Spiritum sanctum ex Patre ajunt procedere, nec damnare debent Græci id, qvod Latini addunt, ex filio aut per filium, cum id sensum recipiat commodum & talem, qvem Græci ipsi agnoscunt, qvi in hac controversia non*

De Processione Spiritus S. qvid Græca Ecclesia hodie sentiat?

alio

alio tendunt; qvam ut Pater agnoscatur fons totius Deitatis. Hæc qvidem d. l. Grotius. Verùm qvi errorem hunc paulo accuratius ad trutinam Sacræ Scripturæ examinat, nec de consensu Græcæ Ecclesiæ cum Latinâ vana sibi somnia fingit, aliud certè fatebitur. Nam non solùm ante XXXVI. & qvod excurrit, annos Metrophanes (est autem Metrophanes Patriarcha Alexandriæ, sicut Theophanes Hierosolymæ) habuit Orationem, & defendit Processionem à solo Patre, â Filio negavit & refutavit; sed etiam adhuc recenter, Anno 1642. Mense Majo, à Patriarcha Parrhenio habita secunda Synodus Græca, contra Calviniana dogmata ab antecessore Patriarcha Constantinopolitano Cyrillo Lucari defensa, & falso Orientalium & Græcæ Ecclesiæ tributa §. a. ita loqvitur: Ille scilicet Cyrillus Lucaris; *τὴν ἀΐδιον καὶ ὑπαρκτικὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος πρόοδον ἐκ Πατρὸς καὶ υἱοῦ ὑποτίθησι, παρὰ γνώμην τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας.* h. e. *Cyrillus Lucaris statuit æternum & substantialem processum Spiritus sancti ex Patre & Filio contra sententiam universalis* (Græcæ) *Ecclesiæ.* Vide etiam Leonem Allatium de libris Græcorum in Pentecostario p. 277. seq. Et de Moscovitis *Neugebaurius in Moscovia* cap. 12. pag. 84. 85. Ita: *In Articulo de Spiritu S. tertiâ Divinitatis personâ, à nostris Ecclesiis sic dissentiunt, ut eum à solo Patre per filium procedere, perinde atqve Græci asserunt.*

Ob hunc errorem Constantinopolis in ipso festo Spiritus S. capta.

Et non vanus est in eo *Cornelius à Lapide*, dum cum magnis etiam nostris Theologis existimat, *Commentario in caput I. Ecclesiastici* p. 53. ob hunc ipsum de Processione Spiritus S. errorem, in ipso Spiritus S. festo, puta Pentecoste, captâ à Mahomete Turcarum Imperatore Constantinopoli, eversum esse imperium Græcorum Anno Domini 1453. Verba ejus ita habent: Maluerunt Græci cum Latinis de Spiritu Sancto otiosis falsisqve disceptare verbis, qvam seriis contra barbaros decernere armis. Itaqve justo Dei judicio ejusdem Spiritus S. festo illa acceperunt vulnera, qvæ eorum Dominis extrema fuerunt funera; ut sicuti Constantinus primus ante mille annos, natus S. Helena, religione Catholica, & in Rom. Pontificem observantia eximius, conditor Constantinopolis, Novæ Romæ dictæ, maximopere clarus extitit; sic Drogates Constantinus alter, Helena etiam natus, sed religionis Catholicæ desertor, & Pontificis Romani inimicus, Constantinopoli amissâ, fuerit extremus, inglorius & infamis in omne ævum. Hæc Cornelius à Lapide qvi tamen qvod *οὐδὲ πάρεργον* hic anno-

annoto, qvod Græcis neglectum observantiæ in Romanum Pontificem objiciat, non habet; sed accusandi potius sunt Romani Pontifices & Latini, qvod, etiam toties invitati, laboranti Ecclesiæ Constantinopolitanæ suppetias nullas tulerint. *Historia* enim *Politica Constantinopoleos*, qvam *Martinus Crusius*, latinam fecit, ejus *Turco-Græciæ libro 1.* reperiunda, refert, Anno circiter 1418. ipsum Manuelem Imperatorem Constantinopolitanum, Christianæ pietati deditissimum, nave conscensâ in Italiam pervenisse: deq; subsidio magnopere sollicitasse: Qvod qvidem Pontifex, & cæteri Proceres ei promiserunt, sed non præstitere. Causa prætextui qvæsita hæc erat, Manuelem die qvodam festo, venerationem imaginis crucifixi Christi, in dextera manica Chorepiscopi intextæ recusasse. Unde causa Pontifex arrepta, Italis omnibus scripsit: qvicunq; Imperatori Græco, qvi noluisset imaginem Christi adorare, auxilium ferret: Eum à sacrorum communione, sine venia exclusum iri. Qvibus ille auditis, qvi magna spe pastus fuerat: ab eis discessit, Venetiasq; cucurrit. Sed nec ibi qvicqvam eorũ impetravit, ob qvæ venerat, qvæ necessitate compulsus petiverat pientissimus Imperator. Ita scilicet obtentu unici commissi neglectus venerationis imaginis in manica Chorepiscopi intextæ, tot centena milia vivarum Dei imaginũ, pro qvibus ipse Christus crucifixus est, à Romano Pontifice & Pastore sunt neglecta, & abominandæ idolomaniæ Turcicæ prostituta ac exposita! Sed revertamur ad propositum.

Romana Ecclesia reprehensibilis, qvod Constãtinopolitanæ nullas suppetias tulerit.

II. Secundò, irreconciliabilis Græcæ Ecclesiæ cum Romana dissensus patet qvoq; ex collatione aliorum Dogmatum. Græci enim Papæ primatum, & supremam jurisdictionem in Ecclesiasticis in totum abominantur; & tria potissimum in Papa Romano sibi exosa esse dicunt

1. Superbiam in supFematû super cæteras Ecclesias.
2. Tyrannidem in oppressione & persecutione dissentientium.
3. Arrogantiam in sumpta dispensatione in legibus Decalogi.

Ad orationes planè necessarium esse judicant, ut qvis intelligat preces, qvas fundit, adeoqve lingvâ ignota prolatas preces nihili æstimant. De Pater noster, ut dicitur, sive Rosario, ubi ad numerum preces recitantur, idem judicant, qvod de Ethnicorum Orationibus, aut battologiâ, qvam etiam ipse Christus in Evangelio interdixit. De aqva lustrali dicunt, sibi non posse persvaderi, Diabolum illa per-

 terre-

terrefieri, aut vim purgatricem peccati illi inesse. Stultitiam opinantur dicere, Romanam Ecclesiam errare non posse, ajuntq; longe melius illam tempus potuisse impendere, si id | operam dedisset, ne errasset, qvam qvod tanta contentione voluerit probare, se errare non posse. De Scriptura Sacra hanc veram tenent sententiam, omnia in illa contineri, qvæ ad salutem scitu sunt necessaria; qvamvis nihilo secius veteres consvetudines Ecclesiæ, & Antiqvitatis magnifaciant.

Purgatorium præterea non admittunt, nec bonorum operum merita asserunt. Qvo de latius in Annotatis infra; qvæ vide; & simul confer Edvini Santis Relationem de Religione pag. 571. seq.

E qvibus omnibus hactenus allatis, ut à pluribus ex Leonis Allatii de libris Græcorum &c. huc afferendis jam supersedeam, Sole meridiano clarius effulget, qvid de Græcorum consensu cum Pontificiis vel statuendum vel sperandum, qvem Grotius adeò facilem finxit pinxitqve.

An Græca Ecclesia cum Calviniana consentiat?

Ad Reformatos sive Calvinianos, qvos jam accedimus, qvod spectat, laborarunt qvidem in consensu Reformatorum cum Græcis demonstrando non pauci valde strenuè. Eò directa est Confessio illa Cyrilli Lucaris Patriarchæ Constantinopolitani, qvam vocat *Confessionem Orientalem Christianæ fidei sive Græcæ Ecclesiæ*, ut verba illius Confessionis sonant. Eo Genevensium sedulitas collineavit, qvi hanc Confessionem primi ediderunt, & longè lateq; disseminarunt. Eo etiam tendit Appendix Dissertationis octavæ *Johannis Henrici Hottingeri in Analectis Historico Theologicis*, qvi pag. 550. & 551. expressè scribit. Ex Confessione illa ἐπιμέτρῳ, hoc est, consensu Antiqvitatis à se illustrata, jam constare, *qvæ doctrina Cyrillo vivo, qvi hanc confessionem amicorum rogatu conscripsit, in Ecclesiis Græcis fuerit recepta.*

Cyrilli Lucaris Confessio an sit Confessio Orientalis Ecclesiæ?

Qvamvis autem ærumnis & malis dicti Cyrilli Lucaris, qvas Hottingerus l. c. susè recenset, minimè omnium insultemus, sed potius intimo affectu condoleamus; Qvamvis etiam Confessionem illam Cyrilli Lucaris Patriarchæ Constantinopolitani genuinum fætum esse pernegare nolimus, sicuti non pauci de eo dubitarunt, cum primo Confessionem Latinè tantum editam, nullius præterqvam Cyrilli nomine adscripto conspicerent, & tam ingentem in religione mutationem, cujus nullus antea rumor ad aures suas pervenisset, illic in momento accidisse incredibile prorsus ipsis videretur; Confessionem

tamen

tamen illam Cyrilli, esse Confessionem totius Orientalis Ecclesiæ, nullo modo qvenqvam vere demonstrare posse censemus. Neqve enim Hottingerus nobis persvadebit, ex eo argumento, quod Cyrillus ita senserit, illico seqvi, Confessionem illam docere, *qvalis doctrina in Ecclesiis Græcis Cyrillo vivo fuerit recepta*; nisi se eadem illationis vi velit constringi, ut dicat, Confessionem sive sententiam scripto editam à Mose Amyraldo Professore Theologo Salmuriensi disertissimo, de Prædestinatione, docere, qvalis doctrina in Ecclesiis Reformatis, vel etiam minimùm Gallicis, vivo Amyraldo fuerit recepta. Cum tamen non tantùm Batavi; sed & Galli magno numero Amyraldo contradixerint, & adhuc contradicant. Novi Amyraldum non esse Patriarcham Gallorum, qvemadmodum Cyrillus fuit Patriarcha Constantinopolitanus, nihilominus Syllogistico robori suus constat nervus: Non enim seqvitur, Patriarcha Constantinopolitanus peculiarem aliqvam plausibilem habet sententiam vel Confessionem, ideò illius qvoqve est tota Ecclesia Orientalis. Oportet namqve, ut Patriarcha prius eandem toti Ecclesiæ persvaserit, vel talem confessionem publicè ubiqve sine contradictione introduxerit. Id qvod de Cyrillo probari poterit nunqvam. Opponimus autem Viro doctissimo 1. geminam illam Ecclesiarum Orientalium Synodalem Censuram adversus illam Confessionem promulgatam; primam qvidem anno M. DC. XXXIX. sub Cyrillo Berrhœensi, Cyrilli Lucaris qvi confessionem scripsit, in Patriarchatu Constantinopolitano successore: Secundam verò anno M. DC. XLII. sub Parthenio, Patriarcha itidem Constantinopolitano; utramqve multis Patriarcharum, Episcoporum & Sacerdotum subsignationibus munitam. Uti publica harum Censurarum editio omnia hæc ostendit. 2. Opponimus Autoritatem H. Grotii, qvi expressè loco supra citato ait: Sumenda est autem Ecclesia, non qvalem ex suo capite Cyrillus nuper inductus pretio confinxerat, sed qvalis revera est.

3. Tertiò opponimus illi unicum articulum Confessionis illius Cyrillianæ, & Relationem Edvini Santis Eqvitis Anglicani doctissimi, de Græca Ecclesia, ut illa conciliet. Confessio hæc Cyrilli, qvæ debet esse Ecclesiæ Orientalis Græcæ confessio, cap. 3. de Prædestinatione ita ait: *Deus, antequam mundus fieret, jam reprobavit, qvos reprobavit. Reprobationis autem hujus, si qvis absolutum ejus jus & dominationem*

 respe-

respexerit, inveniet extra controversiæ aleam positam causam esse Dei voluntatem, si qvis autem jus ordinatum respexerit, inveniet justitiam Dei esse causam. Jam conferamus cum hac Confessione verba *Edvini Santis*, Reformati, uti apparet, & mihi relatum est, sed moderatioris hominis, qvæ è Relatione illa de Religione ex Germanico in Latinum à me fideliter translata ita sonant: *Longè autem alius sententiæ sunt Græci qvam Protestantes (intelligit Calvinianos) in illo articulo, Deum scilicet optimum Maximum, (uti aliqvi statuunt) maximam partem hominum, ex absoluto decreto, æternùm reprobasse & damnasse. Statuunt enim illi ex adverso potius, esse hanc sententiam abominandam & horrendam blasphemiam, divinæ naturæ è diametro repugnantem. Qva fini, qvemadmodum sum edoctus, nonnemo ipsorum Episcoporum hanc doctrinam publicè refutavit, & librum Genevensibus transmisit, utpote qvibus hæc doctrina originem suam debet.* Hæc modo laudatus Autor. Jam dicat nobis Hottingerus, qvomodo Confessio Cyrilli doceat, qvæ doctrina in Ecclesia Græca tum fuerit recepta. Plura jam non addo, nisi illa pauca, qvæ Excellentissimus Dn. J. Conr. Danhauerus super hoc themate nuper à nobis per literas consultus, epistola humanissima & eruditissima nudius tertius insinuata, qvamvis instituti nostri nô conscius, at opportunè, dum in mittenda hac Francofurtum Epistola occupamur, rescripsit, & ita sonant: *De Cyrilli Lucaris confessione qvid sentiam, in Aristotele Redivivo, Dialogo secundo declaravi. Plenius aliqvid de ista re legas licet apud Leonem Allatium Græcum à me in nominato Aristotele redivivo allegatum.* Ad qvos libros & ego, qvia nec Allatium de hac ipsa Confessione nec propter distantiam loci Aristotelem redivivum D. Danhavveri adhuc mihi videre licuit, Lectores meos volo remissos.

Græcorum sententia, de Reformatorum Prædestinatione.

Colophonem præfationi imponam, ubi tantùm adhuc qvædam de miseria hodiernorum Græcorum delibavero. Illud autem apud omnes rerum Turcicarum Græcarumq; gnaros in confesso est, ab eo tempore, qvo Imperio Constantinopolitano potiti sunt Turcæ, magis magisq;, majore semper incremento, pressos esse Græcos à Turcis, ita ut etiamnum qvam vehementissimè erga illos sæviant. Concedit ipsis qvidem Turcicus Imperator habitationem sub ipsius imperio, qvin etiam, qvia ipsos Mahometanos numero superant, Templa. Verùm etiam hic maximam exi

perir.

periri coguntur miseriam, qvemadmodum *Leo Allatius libro* suo *ad Johannem Morinum de recentiorum Græcorum templis* eam ostendit, ita inter alia scribens: Mirum ait, est, in tanto divini cultus contemptu, & Turcarum in templa iniqvissima immanitate, qvi lege scripta, gravissimis etiam pœnis impositis, prohibent, nullam imposterum de novo divinam domum extruendam, nec vetustate collapsam, ac dirutam, absqve Gubernatoris decreto, resarciendam, tantam adhuc superesse templorum multitudinem, in qvibus Græci effusis precibus sibi Deum reddunt propitium: Qvandoqvidem pii illi homines, ingenti pecuniarum profusione, pervicaces animos sibi conciliantes, id ab judicibus, nolentibus etiam legibus, extorqvent, ut nutantes jam & collabentes reparent: sæpè qvoqve solum, qvasi illud jam alterius Ecclesiæ dirutæ esset, ad qvam ipsis libuerit mensuram, ad novam structuram commercantur; sicqve pietatem continuant, cultusqve divinus perennis suppetit. Hæc Allatius.

Qva Græci à Turcis patiantur circa templa.

Et qvemadmodum templis frustrantur: ita campanarum sono populum ad sacra convocare ipsis interdictum est. Ita enim iterum Allatius: Directo Imperii capite Byzantio, ditioneq; reliqva Græcorum à Turcis occupatâ, campanarum usus in urbibus, in qvibus ipsi degunt, intermissus est: Ne per aërem palantes animos timor incussus, qviete, qva fruuntur, expoliet; Ita fanatici illi homines, ex ethnicorum gentiliumqve nugamentis de animabus philosophantur. Qvare Sacerdotes Græci ligneo instrumento ad Græcos in Ecclesiam convocandos utuntur, id est, lignum binarum decempedarum longitudine, duorum digitorum crassitudine, latitudine qvatuor, qvàm optimè dedolatum, non fissum, aut rimosum, qvod manu sinistra medium tenens Sacerdos, vel alius, dextra malleo ex eodem ligno, cursim hinc inde transcurrens modo in unam partem, modo in alteram prope vel eminus ab ipsa sinistra ita lignum diverberat, ut ictum nunc plenum, nunc gravem, nunc acutum, nunc crebrum, nunc extensum edens, perfecta Musices scientia qvam svavissime moduletur: Et hoc σημαντήριον nuncupatur, magisqve proprio nomine χειροσήμαντρον, qvod manibus teneatur, iisqve pulsetur, ad differentiam alterius magni, qvod μέγα σήμαντρον dicitur, ex eodem ligno & in turribus sive campanariis catenis ferreis suis extremitatibus appenditur. Illud est insigni magnitudine ut qvandoqve sex palmos latitudo, unum crassi-

Campanarū usus Græcis interdictus.

Ligneo instrumento Græci vice campana populum convocant.

 tudo,

tudo, triginta longitudo exæqvet, malleoqve pro magnitudine fementarii pulfetur. pag. 103. *idem:* In fornice templi ex una parte eft ferrum appenfum extenfum in laminas, ego dixerim chartam ferream, & malleus item ferreus. Eo λαοσυνάκτης, populi convocator, verberat laminam, ut, qvibus id onus incumbit, templum petant, munusqve in divinis laudibus obeant fuum. Et Monachi qvidem tribus fignis; Dei turba autem in civitatibus, uno tantum figno, eoqve magno ad divinas laudes advocantur. Ex ære vel metallo campanæ in Græcia rariffimæ funt, nifi oppidum illud, in qvo Chriftiani habitant, à Turcarum commercio qvàm longiffimè abfit, tunc enim campanæ ufus non denegatur. Videmus igitur Græcos etiam maximam partem campanis deftitui, in qvo ruricolis noftris longè funt inferiores.

Græcorum Chriftianorum extrema miferia.

Sed nec hæc adhuc poftrema fundi Græcorum eft calamitas. Intra fe enim (qvemadmodum iterum iterumq; laudatus Eqves *Edvin Santes in Relatione de Religione cap. 42. pag. 583.* eos depingit,) fentiunt, famem animæ, externè autem in extremis tenebris vitam agunt deftituti fidelibus Concionatoribus & Paftoribus, aliisqvé talibus fubfidiis. Aures ipforum nihil audiunt, nifi abominandas execrationes, & thrafonica verba contra Dominum Chriftum, obfcæna dicteria, & farcafticam illufionem fuæ religionis, qva irrident & exagitant ipforum fpem & fiduciam, qvam habent in die illa extremâ Pantocriticâ liberatrice ab omni malo per judicem Dominum noftrum Jefum Chriftum; tolerare neceffe habent violentiam in propria fua corpora, damna bonorum, raptus & orbitates liberorum, non folùm qvà corpus, fed etiam qvà animam, dum tributi loco per vim ipfis eripiuntur, &, qvod vel filices duriffimaqve faxa permovere poteft, Turcici Imperatoris mancipia redduntur. Ærarium fuum Turcicus Imperator opibus, Chriftianorum fudore & labore partis, replet, corpora ipforum continuis & concatenatis difficillimis laboribus ita enervat & emaciat, ut tandem concidant. Infuper vice vectigalium & tributorum animas fuorum coguntur pendere, dum chariffimi ipforum liberi à matrum mammillis abftrahuntur & in execrandâ Mahometica idololatriâ enutriuntur; ac ad hanc impietatem docti formatiqve, proprios Parentes, à qvibus in hanc lucem editi funt, fæpè interficere, eamqve Religionem, in qva nati, & per facrum baptifma renati, qvæqve unicè falvifica eft, qvantum poffunt, perfeqvi coguntur. Hæc

eft

eſt demum ſumma Græcorum Chriſtianorum miſeria. Qvam qvoties Vir pius Edvin Santes conſiderat, toties altiſſimè cor ſuum penetrare ait, ut non poſſit non coram totius mundi judice, & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, humillimâ proſtratione orando contendere, qvò oculus ſuæ benignitatis & miſericordiæ in illorum calamitatem intendat, oppreſſos erigat, & oppreſſores humiliet. Hæc, hæc, *Viri Magnifici & Ampliſſimi* Græcæ Eccleſiæ miſerrima eſt conditio, pro qva ut & nos precibus & gemitibus intercedamus, jubet certè non ſolùm communis naturæ; ſed & peculiaris Chriſtianæ fidei conſangvinitas. Edidit ante annos aliqvot Simon Starovolſcius, Nobilis Polonus, ad Principes Chriſtianos de Pace inter ſe componenda, Bello Turcis inferendo, ſubjugatisq; tot Chriſtianorum regnis & provinciis, veræ pietatis amore, in priſtinam libertatem aſſerendis, PROTREPTICON, illudqve Sereniſſimo ac Potentiſſimo JOANNI CASIMIRO &c. &c. &c. Regi ac Domino noſtro clementiſſimo inſcripſit. Optandum ſanè profectò, ſi qvid vota valerent, eſſet, ut ANGELUM PACIS ad PRINCIPES CHRISTIANOS ab Eloqventiſſimo Doctiſſimoq; Nicolao Cauſino jam pridem emiſſum, omnes Reges Principesqve Chriſtiani tandem aliqvando admitterent, audirentqve ac odiis, barbarisqve, & Chriſtiano nomine indigniſſimis mutuis infeſtationibus ſepoſitis, omnes junctis armis tot millenis à Turcica Tyrannide oppreſſis Chriſtianis ſubvenirent! Sed ego hic jam claſſicum canere mihi non propoſui. Protrepticon autem volo eſſe (& voveo, ut ſit) hunc de ſtatu & moribus Græcorum libellum omnibus piis mentibus, ut ſæpiſſimè pro hac διασπορᾷ, pro his reliqviis ſub Turcico jugo diu noctuqve ſuſpirantibus, pro his Eccleſiis, qvas Sancti Apoſtoli tot Epiſtolis, qvales ad Galatas, ad Corinthios, ad Epheſios, ac Philippenſes, ad Theſſalonicenſes &c. inſtruxerunt & informarunt, ac tam ſeriis nubesqve ipſas penetrantibus gemitibus, ſummo Sacerdoti & Eccleſiæ Paſtori JESU CHRISTO commendarunt, & ipſi ardentiſſimas preces fundant.

Starovolſcii Protreptico.

Angelus Pacis Nic. Cauſini.

Vobis autem, *Viri Magnifici, Nobiliſſimi & Ampliſſimi, Patres Patriæ venerandi*, hoc qvicqvid eſt opellæ volui dedicare. Primò qvidem, qvod, ſicuti, tanqvam Prudentisſimi Reipublicæ Gedanenſis Rectores, omnium in mundo Rerumpublicarum formas & hiſtorias rerum memorabilium, etiam in Turcicis regionibus, bello & pace

Cauſa hujus Dedicationis

geſta-

gestarum, animo vestro continetis & circumfertis: Ita qvoqve tanqvam Ecclesiæ Jesu Christi civibus imò nutritiis hanc Religionis ac rituum Græcorum in Turcicis regnis descriptionem minimè omninm ingratam futuram judicaverim. Secundò, qvò esset & apud alios & posteros publicum testimonium vestrarum de propagando Ecclesiæ bono curarum & sollicitudinum; ut præprimis de precum vestrarum freqventia etiam pro illis Ecclesiis Græcis nullus dubitem. Tertiò, ut esset τεκμήριον gratitudinis meæ pro cunctis, qvibus me usqve & usqve dignamini afficere beneficiis, & ad continuandam hanc benevolentiam ἐρεθιστήριον sive suscitabulum. Admittite igitur, Patres PATRIÆ Venerandi, exiguum hoc munusculum, qvod à Vobis precium accipiet, si Vobis haud prorsus improbatum fuerit; & porrò prono affectu me complecti non dedignamini. DEUS autem ille Deorum, Pater misericordiæ & fons omnis bonitatis misereatur tandem miserorum Græcorum, compescat furorem Tyrannorum, in agnitâ fide & salutari agnitione Filii sui JESU CHRISTI, Christicolas conservet, ab irrepentibus erroribus purget, & duplicatis jam pridem lateribus, liberatorem aliqvem mittat vel Mosen vel Josuam vel ἀρχιλυτρωτὴν Dominum & Judicem vivorum & mortuorum, qvi & illos & nos alarum suarum patrocinio protegat, vel ab omni malo liberatos in cœleste suum regnum suscipiat! Cujus curæ & protectioni Vos omnes, *Viri Magnifici & Eminentissimi*, cum tota Republica & ejusdem regimine trado commendoqve. Dabam GEDANI, Anno M. DC. LV. die XXVII. Februarii,

Magnific. Amplisf. Nobilis:q;
Dignitatum

Vestrarum

Studiosissimus cultor

GEORGIUS FHELAU, in Æde
B. Virginis Ecclesiastes.

Viri

Judicium de hoc libro

Viri Admodum Reverendi & Excellentissimi

Dn. JOHANNIS MOCHINGERI p. m.

Dantiscani Pastoris Catharinæi & Gymnasii Oratoris meritissimi celeberrimiqve. Qvod qvia in brevi Epistolio, ad Autorem versionis, Rostochii tum literis operam navantem, perscripto, continetur; consultum visum est illud hic exprimere. Ita autem Beatus Johannes Mochingerus:

S. *Audit charus Pater Tuus, mi FHELAVI, iterum atqve iterum, qvæ mea de te sit existimatio. Qvare ipsum video mirificè recreari, & valde eapropter lætor. Mereris scilicet, ut te optimo nunqvam non ornem testimonio. Grata fuit admodum promptitudo tua, qvam in versione scripti Græcanici, hujusq; acceleratâ missione declarasti. Græcis qvibusdam præsentibus pagellæ istæ ita abblandiebantur, ut dicerent, se præ iis, auri aliqva parte carere velle. Sed ego ære incomparabile opusculum retinui. De consulta Tua in Urbe Rostochiensi mora, & tandem aliqvando suscipienda ad Belgas profectione, Parenti Tuo heri meam aperui mentem: Qvæ placere videbatur. Pendens autem ex ejus imperio, nutuqve cœlesti, nunqvam errabis. Ego te manentem iterqve facientem perseveranter meis votis proseqvar. Scripsi modò ad Cl. Tzcherningium, ut te præsentem, meo loco, amet. Ex qvo, sis, colliges mei in te animi propensi affectum. Vale. Dabam Gedani, Anno 1644. die 11. Junii.*

Seqvuntur aliqvot Epiſtolæ
Virorum nonnullorum Clariſſimorum ad Autorem Verſionis & Annotationum, poſt primam editionem exarata, in qvibus Autor
ad editionem Græci textus excitatur.
In Epiſtolis ipſis autem potiſſimum ordo temporis ſcriptarum Epiſtolarum obſervatur.

EPISTOLA

Summè Reverendi, Excellentiſſimi & longe Celeberrimi Viri

Dn. D. Joh. Georgii Dorſchei, Theologi antehac Argentoratenſis, poſtea Roſtochienſis.

JESUS Te ſoſpitet!

Reverende & Clariſſime Dn. Feblavi, Amice & in Christo fili revera dilectiſſime.

D N. N. N. exhibuit & literas & librum Chriſt. Angeli à Te latina civitate donatum. Illum inter eos habebo, qvibus ex animo benè cupio, ſi mea voluerit uti opera. Ut utatur, monebis ipſe. Solent poſt commendatitias oblatas pauci ad meredire, & mihi occaſionem ſuppeditare ſatis faciendi „Commendatorum deſideriis. Hunc lubens lætusq; vidi. Gaudeo „enim erui Græcorum dogmata ritusq;. Et neceſſe eſt id hodie fieri „magna ſollicitudine, qvandoqvidem Græculi eſurientes, paraſiti au„læ Romanæ Orientalis & Occidentalis Eccleſiæ concordiam vehe„menter jactitant. Ediderunt, ut noſti, duo ſeorſim de hoc argumento libros peculiares, Petr. Arcudius Corcyræus, & Leo Allatius. Unde qvod Angelum Latinis communicaſti & annotationibus illuſtraſti, magnas meritus es grates.

Qvæ in Confeſſionem Cyrilli Lucaris antè viginti qvinq; annos germanicè ſcripſi, transportationem non merentur. Edita eſt illa tum apud nos, & qvia viſa fuit ſcandalum parere, juſſus ſum breviter aliqva ad eandem annotare. Dum ſub prælo ad qvatuordecim folia elaborantur, Typographus alio labore opprimitur, & ego à ſcopo etiam

am dilabor. Non perrexit ille instare. Nec ego adeo labori indulsi. Sic reliqva in schedis hactenus jacuere indigesta. Exposuit verò qvæ excusa fuerunt, ut ne unum qvidem exemplar concinnari potuerit. Sæpius, qvæ germanicè scripsi propter exemplar Confessionis Cyrilli ea lingva vulgatæ Latinè reddere, & pertexere cætera in animo habui. Sed, ut nosti, rerum mearum versura vix admisit.

Respondissem citius, nisi sperassem Latronem Theologum & Theologum Latronem, h. e. duas meas dissertationes Academicas tandem aliqvando in Typographia ad umbilicum perductum iri, qvæ jam in octavum mensem detinet. Dedicavi eas conciliandæ amicitiæ causâ Magnifico Dn. von der Linden & per te oblatas volui.

Sed mors Kilii Kiliæq; & crebra etiam mea absentia à domo moram intulerunt opusculo. Ego vero opus esse censui, moram respondendi rumpere.

Vale Vir clarissime. Saluta Amicos & Collegas, & excusa illis meam in scribendo negligentiam. Dab. Rostoch. A.S.R. M. DC. LV, 15. Nov.

Insertas qvæso cura ad Amicum!

Inscriptio hujus Epistolæ,
Plurimum Reverendo & clarissimo Viro,
Dn. Georgio Fhelavio, Ecclesiastæ apud Dantiscanos in æde Mariana Digniss.
Domino Amico & in Christo filio meo honoratissimo dilectissimoq;.

Rev. T. Dtem
plurimum æstimans
J. G. Dorscheus.

EPISTOLA

Admodum Rev. Excellentissimi & Celeberrimi
Viri
Dn D. Joh. Conr. Dannhaueri, Theologi
Argentoratensis.

Salutem à Jesu!

Vir Reverende & Clarissime, Fautor, Amice & in Christo Frater honoratissime juxta ac dilectissime.

MOras commercii nostri literarii facile temporum sorti ac injuriæ condonabis. Dn. meus Gregorius vestras (Vir Juvenis à pietate & eruditione & probatissimus, & mihi dilectissimus) hactenus qvasi dormivit & vacavit à literarum missendarum officio. Ego qvî evigilassem? nunc fortassis liberiori aëre & commeatu usus ante omnia pro curato veneno Sociniano (mirâ eucharistiâ) sic ago gratias, ut precium mihi designari velim, qvod permutatione qvadam per Dn. Gregorium compensabo. Si qvantus in me est in talia æstus, tantus responderet studiosorum fervor, fortassis è veneno tibi theriacam remitterem. Sed me & prælum destituit & alacritas Juvenum à polemicâ Theologiâ, sub pietatis & simplicitatis prætextu aversorum. Ita nunc secula sunt, hic syncretismi ille generosus scilicet fructus est, bella sacra adisse, & larvam pietatis induxisse. De negocio εἰρηνοποιητικῷ cum Ecclesiis Palatinis è literis ad Dn. Dilgerum exaratis intelliges. Tandem an Alethea victrix moras pervicerit, eâq; Lipsiâ ad vos appulerit scire „aveo. Tuum in Græcis literis ac historiâ explicandâ studium insigne „mirum in modum amo laudóq;. Divina vos Bonitas feliciori sorte ac halcyoniis beet; nos Sympathiâ & synagonismo, atq; precum Symphoniâ vos nunqvam deserimus. Qvanqvam ea rerum sint fata ac vices, ut pro qvo vel contra qvem orandum nobis sit, liqvidissimè non constet. Novit tamen Dominus suos, qvibus nos suspiria debemus. Vale in Jesu, à me millies milliesq; à meâ Uxore salutate. Dabam Argentorati IV. IXbris Anno M. DC. LVI.

Inscriptio hujus Epistolæ:
Viro Reverendo & Clariss. Dn
Georgio Fehlavv
Ecclesiastæ apud Gedanenses
vigilantissimo
Fautori, Amico & in CHRISTO
Fratri honorando juxta ac
Dilectissimo.

Tuus sincero pectore

Joh. Conr. Danhavverus.

Alia

Alia EPISTOLA
D. Joh. Conrad. Dannhavveri, Theologi Argentoratensis & Conventus Ecclesiastici Præsidis,
Salutem à Jesu!

Vir Plurimum Reverende & Præclarissime, Fautor, Amice & in Christo Frater honoratissime ac dilectissime.

Literas, qvas qvarto Aprilis ad me dedisti, mense demum Julio accepi & exosculatus sum, unà cum tractatibus adjunctis: Invenerunt illæ me ex Acidulis (in qvibus curandæ valetudinis gratia, post gravem morbum & ardentem febrim aliqvandiu commoratus eram) factum reducem & restauratâ per Dei gratiam sanitate exhilaratum. Senectutis infirmitates magis magisq; sentio, qvotidie meditans mortem vitamq; beatam. Dominus Vejelius Ulmanus, ante sesqviannum à nobis discessit Lipsiam, nunc ut audio Jenæ versatur, Vir-Juvenis Philosophiâ & Græcâ lingvâ penitissimè imbutus, inq; magnam suæ Patriæ spem adolescit. Non omittam, si qva dabitur occasio, tuum in eum amorem singularem, una „cum testibus amoris libellis asserere. Christophori Angeli de Eccle„siâ Græcâ commentariolum Dn. Fehlavio editore ac annotatore eru„ditiss. à me habuit, atq; meum ille elogium secutus scripsit qvæ scripsit. Soleo enim mihi gratulari de Discipulorum qvondam meorum profectibus insignioribus, ac opto, ut Magistrum superent; qvos inter cum nomen tuum profitearis & constantem amicitiam pollicearis, non possum non te enixissimâ ἀντιφιλήσει proseqvi. Macte in illo ad Ecclesiæ ornamenta profecturo ardore! Emanavit nuper è Saxoniâ Ἐπίκρισις in conciliationem religionis nostræ inter Cassellanos & Rintelenses Theologos, procul dubio ad vos qvoq; transmissa, qvæ multa cordium secreta aperiet. Vale in Jesu optimè millies à me meaq; salutate, atq; meo nomine cæteros Dantiscanos Amicos salvere jube. Dabam Argentorati XVI. Julii. Anni M. DC. LXII.

Inscriptio hujus Epistolæ:

Viro Plur. Reverendo & Præclarissimo Dn. Georgio Fhelavio in Dantiscanâ *Ecclesiâ Concionatori vigilantiss. Fautori, Amico & in Christo Fratri Honoratiss. ac Dilectiss.*

Tuus
Joh. Conr. Dannhavverus

EPISTOLA
Dn. Danielis Lagi, SS. Theol. Doctoris & in Academiâ Gryphisvvaldensi Professoris Bene Merentissimi, Sal. & Off.

Admodum Reverende & Clarissime Vir, Fautor & Amice Honorande,

ANnus jam propemodum se circumegit, ex qvo Rever. T. Dignit. literas accepi, prisci affectus obsides insignes. Ac citus qvidem, ut decebat, reciproco Scriptionis officio defunctus fuissem, nisi ad reddendas Vices chartacei cujusdam munusculi additamento opus esse judicassem, cujus transmittendi per Nostratem aliqvem nautam opportunam occasionem Bellona hactenus proh dolor! denegavit. Interim dum hanc avidè ex- „specto, non possum qvin in antècessum Rev. T. Dignit. gratias agam „qvàm maximas, qvod copiam mihi facere meletematum suorum, „ut Eruditissimorum, ita jucundissimorum, dignata fuerit: Qvamvis non me saltem lectione solitariâ exhilararint, sed prælecta etiam sint „Auditoribus meis, nec semel, nec sine fructu, adeoq; ad docendos „alios (sine fuco loqvor & fallaciis) me juverint, ac proinde tanto ma- „jori pretio à me æstimentur, & inter κειμήλια asserventur diligentius. Votum Rev. T. Dignit. ut decumanos bellorum fluctus, qvi ex integro surgere videntur, Princeps pacis ipse compescat, & miserante oculo tam nostras oras respiciat, qvam Vestras, meum animitus conjungo. Addo insuper illud, ut Rev. Dignit. T. Egregio Ecclesiæ Publico ætatem servet! Dab. Gryphisvv. die 15. Apr. A. 1658.

Inscriptio hujus Epistolæ:
Admodum Reverendo & Clarissimo Viro
Dn. Georgio Fhelavio,
Ecclesiastæ Dantiscano in Templo primario Vigilantissimo, Fautori & Amico suo honorando.

Rev. T. Dignit:
addictiss:
Daniel Lagus D.

Alia

Alia EPISTOLA
Dn. D. Danielis Lagi, SS. Theologiæ in Academia Rostochiensi Professoris.

Salut. & Off.

Admodum Reverende & Clarissime Vir, Fautor & Amice Pl. Honorande.

NActus aliqvando iterum occasionem transmittendi munusculum chartaceum, non potui qvin unam atq; alteram Exercitationem Academicam ad Rev. Dignit. T. traderem deferendam. Perspiciet enim è Disput. de Exorcismo Veritati consonare, qvod scripsi antea, me in informandis aliis, hoc etiam in loco, egregio illo Tractatu de ritibus statuq; hodierno Ecclesiæ Græcæ, qvem notis suis auctum & latinitate donatum in lucem ipsa emisit, fuisse adjutum. Et qvidni dignissimum judicarem hunc libellum, Eruditionis solidæ testem satis illustrem, qvi prælo ex integro subjiciatur? Accessit alterum scriptionis argumentum. Relatum mihi fuit &c. &c. Deniq; γραμματοφόρῳ huic, N. N. in patriam abtiuro, liberiorem ad Rev. T. accessum parandum recepi tantò promptius, qvanto proniorem Ipsam ad qvælibet humanitatis officia novi, qvantoq; bonorum omnium favore digniorem se prædictus Dn. Mag. præstitit. Sospitet ætatem DEUS Rev. T. Egregio Ecclesiæ, qvamq; mundus omnino dare non potest clementer nobis restituat pacem! Dab. Gryphisvv. die 26. Junii anno 1659.

Inscriptio hujus Epistolæ:
Admodum Reverendo & Clarissimo Viro
Dn. Georgio Fhelavio,
Ecclesiastæ Dantiscano in Templo primario Vigilantissimo,
Fautori & Amico suo honorando.

Rev. T. Dignit.
addictiss.
Daniel Lagus. D.

Episto-

EPISTOLA

Nicolai Zorabii aliàs Juravvsky Med. Doctoris & S. Reg. Polon. & Svec. Majest. Calendariographi Warsaviæ ad Autorem Græcè exarata.

Νικόλαος Ζοράβιος τῷ Γεωργίῳ Φελαβίῳ εὖ πράττειν.

Λίαν ἐπιθυμητικῶς εἶχον ἐπισκέψασθαι τὸ ἄστυ ὑμέτερον, κατὰ τὴν τοῦ Κυριακοῦ ἑορτήν, ἀλλὰ περὶ τὰ πόλλα γινόμενος, οὐκ ἠδυνάμην, τῇ ἐπιχειρήσει μου ἱκανοποιεῖν. Ἀδημονήσας τοίνυν ἐπὶ τὸ πολὺν τὸν χρόνον ὁρᾶν σε, καὶ ὑδισαμελά σου διαλέγεσθαι, οὐκ ἔφθην ἀπεχόμενος, ὡς μὴ σε ἐπιστέλλων προσαγορεύσαιμι. Καὶ πρῶτον μὲν δι' ἀρχῆς ἔχω, πάντα σοι εὐδαιμονέστατα ἐσομένῳ τῷ καινῷ ἐνιαυτῷ, τά τε τῆς ὑγιείας, τά τε τῆς ὑπάρξεως διάγειν. Εἶτα δὲ εἰδέναι βουλοίμην ἄν, πότερον ἐκεῖνοι οἱ Διάλογοι, οὓς ἐκ τῆς ῥωμαϊκῆς γλώττης, εἰς τὴν ἑλλάδα φωνὴν μεθερμηνεῦσαι ἐπεχείρησας, ἤδη τετυπωμένοι τὸ φῶς ἐφορῶσι, καὶ ἐν ταῖς χερσὶ τῶν πεπαιδευμένων διατρίβουσιν, ὁμοίως καὶ τὸ βιβλίδιον τὸ τοῦ χρυσοφόρου Ἀγγέλου, ὅπερ σὺ ἤδη ῥωμαϊστὶ λαλεῖν ἐτύγχανες πεποιηκὼς ἂν πάλιν τὸ παλαιὸν σχῆμα, τὸ ἑλληνικόν, σοῦ προηγουμένου ἐπιλαμβάνειν, εἰ οὖν μή; τί γὰρ οὖν δήλωσόν μοι περὶ τῶν ἀμφοτέρων δέομαι εἰς ὑπερβολήν.

Πρὸς ἔτι δὲ ἄσπασαί μοι, τὸν κύριον Εὐσέβιον Φοινίκα τῶν καθ' ἡμᾶς ἀστρονόμων. Γλίχομαι νὴ διὰ τοῦτο τοῦ ἀνδρὸς μαθηματικωτάτου, ἣν οὐ μὴ τὰ πρῶτα τῆς φιλίας αὐτοῦ, ἢ τὰ δεύτερα, τὸ λάχιστον δὲ τὰ ἔσχατα φέρεσθαι. Πλείω νῦν οὐκ ἔχω μὲν γράψων σοι, παρατίθεμαι δὲ εἰς τὴν εὔνοιάν σου, τὸ ὑπηρετικόν μου. Ἔρρωσο ἐκ τῆς Οὐαρσοβίας, τῇ πασείλῃ ἔτους χιλιοστοῦ, ἑξακοσιοστοῦ, ἑξηκοστοῦ τετάρτου

Ὁ αὐτὸς ὡς ἄνω
Δοῦλός σου, καὶ φίλος
Καθ' ὅλον.
N. Z.

Inscriptio hujus Epistolæ

Αἰδεσιμωτάτῳ καὶ λογιωτάτῳ ἀνδρὶ τῷ κυρίῳ Γεωργίῳ Φελαβίῳ τῷ τοῦ θεσπεσίου ῥήματος παρὰ τοῖς Γεδανεῦσι κήρυκι διαθρυλλητάτῳ, κυρίῳ καὶ φίλῳ μου φιλτάτῳ.

EPISTOLA

Viri Excell: Dn. D. Eliæ Vejelii Professoris & Ecclesiastæ Ulmensis Bene Merentis:

Salutem à Fonte Salutis perennem.

Plur. Reverende atq; Præclarissime Vir,

Dn. Fautor, Amice & in Christo Frater honoratissime,

QVantoperè me exhilarârint literæ tuæ, insigni humanitate, benevolentiâ, doctrinâq; perspersæ, d. 25. Maji St. V. diligentiâ Præst. Pambii nostri ad me curatæ, lætitia coram Amicis dilectissimis effusa declarare potuit, & hac ipsâ scriptione denuò profiteor, colloqvium per literas mutuum & esse & in posterum mihi fore magno usui & gaudio. Atq; adeò non semel mihi gratulatus fui, qvod inopinato bonâ tamen sorte Dn. Pambius in me, vel ego in ipsum incidi, extremo ferè temporis articulo; jamjam enim in procinctu eram redeundi in Patriam: Unius igitur semihorulæ minutum spatium, perennantis in annos divinâ adjuvante gratiâ plurimos amicitiæ usuram peperit. Similia similibus congregantur, ajunt vulgò, animiq; similes similibus delectantur studiis, inq; mutuos rapiuntur affectus: Inde factum, ut doctissimas tuas lucubrationes unà cum Auctore suo amare & venerari meritò qvidem statim occœperim; nuncq; id in magnâ felicitatis parte reputo, pennâ interprete studium meum & observantiam contestari posse, & in eorum venire censum, qvibus amicâ cohortatione Fhelavianas vellere liceat aures, de maturandâ, qvantum per publica & magis severa fieri potest negotia, Angeli editione alterâ, hominem Græcum græcè etiam loqventem, repræsentatum, & ex locuplete penu dignissimarum observationum qvàm plurima alia liberaliter communicatura: Debent jam tibi, Cl. Vir, isthæc studia non parùm, sed plura debebunt, ubi commodis literariis impensiùs adhuc subvenire constitueris. Optandum qvidem esset, ut nostræ qvoq; professionis hominibus tantum superesset otii, qvo bellum hoc chartaceum magis urgeri, qvàm trahi tantùm posset; Verùm, cùm negotia practica theoreticis studiis multum decerpant temporis, majori qvidem commissi gregis Dominici commodo & salute, relinqvamus adversariis nostris maturationis laudem, hominibus qvippe otio natis literario, servemus nobis

 accura-

accurationis & veritatis qvàm maximè studium. Mihi per Dei gratiam, & superiorum favorem, sat ampla concessa est facultas, studiis hisce incumbere, eò qvòd præter concionem unicam habendam, & ornandam professionis Spartam, ab aliis negotiis practicis, confessionibus nimirum audiendis, ægrotis visitandis &c. secretus sum: Cùm tamen nihilominus haud rarò consimilibus involvar rebus ex officio muneris publici, hinc fit, ut destinata indestinatum tempus & promissa cadere neqveant. Absolvi jam refutationem Allatianam, sed in augendis, illustrandis, expoliendis istis pagellis videor mihi ipsi nimis lentus, ut metuam, ne editio libelli in nundinas futuri demum anni, si Dominus vitam benignè concesserit, differatur. Curabo autem refutationem ab Allatio adornatam, qvoad omnes partes simul typis exscribi, ut omnium patere possit conspectui & judicio, uter nostrûm veritati magis litet. Scriptum Allatii prorsus non est parabile; ægerrimè enim perq; multas ambages, operâ Athan. Kircheri protractum est: In ipsâ enim urbe Româ nec prece nec pretio id obtinere potuit qvidam doctiss. Vir: possis hinc judicare, qvàm probè sibi conscii de veritate Patres isti Congregationis de propagandâ fide vel perfidiâ. Amicorum verò operâ ex Italiâ alios adhuc scriptores nactus fui, qvi haud parum lucis ad controversiam nostram afferent. Omnes de cætero rectè judicantes tecum consentient, operis Allatiani titulum esse prorsus paradoxum, sicuti nuper admodum Cl. Joh. Dietericus Prof. Giess. ad me misit judicium Bernh. à Mallinkrot, Decani Pontificii Monaster. Septuagenarii, Viri doctissimi, qvo statuit dissensum perpetuum esse operis Allatiani perpetuum argumentum: Mirè qvidem stomachatur Allatius propterea, sed in cassum. Alcoranum Mahummedanum Norібergæ excusum vidi qvidem in officinâ librariâ nihil verò ex eodem delibavi; mirari autem non debes &c. A Viro Clarissimo Professore Norinbergensi proxime edocebor, qvisnam fuerit iste compilator insulsus, hic enim nihil de eo norunt nostri; Nihil autem turpiùs & indignius esse existimo, qvàm aliorum compilare scrinia, sine factâ mentione ejus, cujus operâ usi fuimus, & vitulâ aravimus. Edita est à diligenti & docto homine nuperrimè Histori. Eccles. Compendium Gothanum, in qvod conscriptor disput. meam per summa capita verbotenus inseruit, citra tamen citationem, qvod qvidem non valde curo, monere tamen licebit forsitan aliqvan-

aliqvando. Utinam verò brevi qvoq; videre liceat scriptum tuum Germanicum, & hominis maleferiati castigationes. Repones vero sine dubio etiam aliqva Cl. Hottingero, qvi in Theatr. Orient. ejusq; Topographiâ Ecclesiasticâ, tuum de Calvinianis judicium reprehendit. Vehementer gaudent nostri, qvod Ampliss. Hevelius Astronomorum princeps suas de Cometis nuper visis observationes cum orbe erudito communicare constituit. Gratissimum mihi fuit elegans epistolium D. D. Zorabii, ex cujus transmissione aliud benivolentiæ tuæ documentum colligo. Proximè D. V. alia: Nunc voveo, ut Ecclesiæ & Literis qvàm diutissimè & felicissimè superesse te velit Supremus bonorum omnium Largitor. Vale & fave ei, qvi

Kal. St. V. Jun. Anno 1665.
Ulmæ Svevorum.

Adm. Rev. T. Dign. & Cl.
dicatiss. est

Elias Vejel. D.

Inscriptio hujus Epistolæ.
Viro
Admodum Reverendo atq; Præclarissimo
Domino
Georgio Fhelavio, in æde B. Virg. apud Dantiscanos
Ecclesiastæ meritissimo, Dn. Fautori ac Fratri
in Christo longè honoratissimo.

Excerptum ex Epistola
Pl. Reverendi, Excell. & Præclarissimi
Viri
Dn. THOMÆ STEGERI, Ecclesiast.
Lipsiensis.

COeterùm plurimùm mihi arridere fateor insignem tuum laborem, qvem in illustrandis Græciæ ritibus tàm sacris, qvàm prophanis impendere te sentio. Crede mihi ingentem

tem inibis gratiam non apud ſtudioſos tantùm, qvibus te hoc opus conſecraſſe ais; ſed & penes omnes eruditos, qvibus tàm egregia opera non poterit non modis omnibus approbari. Mihi ſanè ſalivam moviſti, & ardeo jam deſiderio videndi qvantocyùs meſſem ipſam, cujus mihi primitias delibandas modò præbuiſti. Perge mi FHELAVI, perge, ac qvò te eruditi Orbis exſpectatio, qvo te Amicorum monita, qvo ipſa nominis tui fama atq; gloria te vocant trahuntq;, ſeqvere, ac operi, qvod fauſto omine cœpiſti, Colophonem feliciter impone. Ego, ſi qvâ in re potero, juvare tàm laudabile inſtitutum, maximo opere adlaborabo.

Lipſiæ d. 17. Octobr.
Anno 1666.

Inſcriptio hujus Epiſtolæ:
Viro
Plurimùm Reverendo, Ampliſſimo atq; Præclariſſ.
D. GEORGIO FHELAVIO, Theologo atq; Eccleſiaſtæ, apud Gedanenſes celeberrimo, Domino, Fautori atq; in Chriſto Fratri conjunctiſſimo honoratiſſimoq;.

ANNO-

ANNOTATA AD PRÆFATIONEM,

Seu:

EPISTOLAM DEDICATORIAM.

Ad §. *1. Tria (Christophoro Angelo tributa testimonia)* Illa sunt sequentia, Anglico idiomate concepta.

Testimonia tria Christ. Angelo in Anglia data.

THe bearer hereof, Christopher Angell, a Greeke borne in Peloponnesus, hauing been persecuted by the Turkes for his Religion vvhich by his Letters testimoniall appeareth, and for that cause vvas forced toleaue his Countrey, came to Cambridge about Whitsontide 1608. and finding some releife, hath continue dunto the day of the date here of. During vvhich time, his manner of life hath been very honest and studious, Novv, because he could not here haue his health, being desirous to trauell abroad, into the Country, hee hath reqvested these our letters tor a Testimonie of his honest behauiour, vvhich vve haue vvilling ly granted unto him,and fetto our hands, this tenth of May.1610.

Joha. Duport. Vicecan.	*Geruase Nid.*
Thomas Comber Trinitatis Coll.	*Nath. Taylor.*
Samuel Brooke Trinit. Coll.	*Josua Blaxton.*

Tothe Clergie and others of the Dioces of Sarum.

WHereas the beater hereof,Christopher Angelus a poore Grecian [Whom vvee haue knovvn in the Universitie of Oxford

vvell and honeſtly to behaue him ſelfe tovvards allmen] being in great vvant, and hauing not vvherevvith to ſupply the ſame, requeſted our Letters to ſtirre upthe hearts of thoſe that that ſhall be ready to commiſerace his caſe. Theſe are There foreto commend him and his charitable ſuite to your Chriſtian benevolence, in ſultayning of vvohm you ſhall doe very vvel; and ſo much the more, be cauſe he hath bin perſecuted for his Religion, as by his Letters Teſtimoniall plainly appeareth. Thus far you vvel. From our Palace at Sarum 15. Die Auguſti. 1616.

Ro. Sarum.

THe bearer hereof, Chriſtopher Angell, a Greeke, borne in Peloponneſus hauing been perſecuted by the Turkes for his religion, as by his Letters Teſtimoniall appeares and for that cauſe forced to leaue his Country, came to Oxford ab out Whitſontido 1610. and finding reliefe, hath continuedunto the day of the date hereof, during vvhich time, his manner of lite hat beene quiet, honeſt, and ſtudious. And becauſe he is vveary, and deſirous to viſit his friends in England, he hath requeſted theſe our Letters Teſtimoniall of his honeſt behauiour amongſtus, vvhich vve haue vvillingly granted unto him, and thereunto ſet out hands this 20. of March, An. Dom. 1617.

Arthur Bath and VVells, Vicean. Oxon:

R. Kilby.	*VVilliam Langton.*	*Theod. Price.*	*Ant. Blincovve*
R. Kettel.	*Richart Moket.*	*Jo. VVilkinſon.*	*Griffith Povvell*
VVilliam Goodvvin.	*Joh. Prideaux.*	*Tho. James.*	*Fr. Grevile.*
Sebaſtian Benefield.	*Tho. Anyan.*	*Samuel Radeclif.*	

Senſus horum Teſtimoniorum Latinis verbis à me expreſſus hic eſt.

Teſtimoniū primū Cantabrigenſe.

I.

PRæſentium exhibitor Chriſtophorus Angelus Græcus, è Peleponeſo oriundus, propter Religionem à Turcis perſecutionem paſſus.

ſus, uti literæ ipſius teſtimoniales docent, ideoqve Patriam ſuam deſerere coactus, huc Cantabrigum Anno 1608. circa Feſtum Pentecoſtes venit, ubi auxiliares manus illi porrectæ ſunt, vixitq; hic in præſentem diem. Vitæ genus fuit honeſtati & ſtudiis addictum. Qvandoqvidem autem jam valetudinis cauſa rus petere, & regionem perluſtrare deſiderat, petiit à nobis teſtimonium benè apud nos actæ vitæ, qvod ipſi lubentes conceſſimus & noſtris manibus ſubſcripſimus. Decima Maj An. 1610.

II.
Eccleſiaſticis & reliqvis Epiſcopatûs Sarumenſis.

Teſtimoniū ſecundum Sarumenſe.

PRæſentium exhibitor Chriſtophorus Angelus, Græcus, tenuioris ſortis, qvem in Academia Oxonienſi benè novimus, probè & honeſtè erga qvoscunqve ſe geſſit, in ſolatium & ſublevamentum paupertatis ſuæ, literas à nobis petiit, ut animi illorum, qvi ipſi ſubvenire poſſunt, tanto citius ad commiſerationem commoverentur. Qvapropter Chriſtianæ Charitati Veſtræ inopiam hanc præſentibus hiſce noſtris commendamus. Cui ſi ſubveneritis, facietis opus bonum, & tanto qvidem majus, qvia religionis ſuæ cauſa in hanc calamitatem conjectus eſt, teſtibus ipſius literis publicis Teſtimonialibus. Bene valete. E noſtro Palatio Sarumenſi, die 15. Auguſti Anno 1616.

III.

Teſt. tertium Oxonienſe.

PRæſentium exhibitor Chriſtophorus Angelus, Græcus, Patria Peloponneſius, uti literæ ipſius teſtimoniales docent, per Turcam Religionis cauſa, perſecutionem paſſus, atqve ita Patriam deſerere coactus, venit huc Oxonium Anno 1610. circa Feſtum Pentecoſtes. In qvo loco ſubſidio noſtro fultus, in præſens tempus commoratus eſt, honeſtatis, tranqvillitatis & literarum ſtudioſus. Qvando autem jam animi cauſa Amicos in Anglia inviſere cupit, petiit à nobis literas aliqvas commendatitias, benè hic transactæ vitæ teſtes. Qvas

illi lubenti animo exhibuimus, manuumq; nostrarum subscriptione roboravimus. An. 1617. d. 20. Martii.

Causæ, ob quas difficile est scribere de reb. Eccles. Orientis.

Ad §. 7. *Perpauci.*] Omnino pauci sunt, qvi res & ritus Ecclesiæ in Oriente hoc ipso tempore freqventatos describunt. Si qvi sunt, qvi Orientem adeunt, Politica & Polemica potissimum rimantur. Ideo etiam difficilior est scriptio de rebus Ecclesiasticis Orientis, *propter difficultatem materiæ.* Rationes autem hujus difficultatis *Hottingerus in Topographia Ecclesiastica Orientali cap. 1. p. 3.* seqventes producit. 1. *Infirmitatem humanam*, qvâ fit, ut minus de Ecclesiæ Catholicæ statu simus soliciti, qvam officii flagitat ratio. 2. *Locorum distantiam*, qvæ facile efficit, ut non unicuiq; proclivè sit in adyta illa penetrare. 3. *Peregrinantium conditionem.* Pleriqve, qvi Orientem salutant, aut idiotæ sunt, nullo res Theologicas cognoscendi desiderio flagrantes, aut religionis Orthodoxæ hostes, à qvibus proinde hoc loco expectari nihil potest. 4. *Subsidiorum defectum.*. Non sufficit experientia, nec sive credula multorum acceptio, sive anilis traditio, de qvâ ipse *Barthold. Nihusius Programm. ad Acad. p. 111. & 11.* (est in Progr. priori §. V. p. 110. 11.) *ex Ecchellensi*, qvibus de suo ipse subjungit: *Cujusmodi & multo plures vel ego suggerere valeam, inq; iis Joannem Mandevillanum, virum bonum quidem & probè Catholicum, sed ita simplicem, ut, cum accessisset Babylonem Ægypti, crediderit monstrantibus per jocum illic sibi fornacem ignis ardentis, in qvam olim Nabuchodonosaris jussu, conjecti Sadrach, Mesach, & Abednego, hujusq; farinæ plura memoret, risum ciere mihi & amicis crebro solita, perinde ac ciebat nobis Coloniæ Hispanus non multò magis acutus, qvum de saxis duobus, è catena hinc inde pendulis, qvibus adulterorum onerari in pœnam colla publicè, moris erat, sciscitanti, nec ludibrium facetulorum animadvertenti, affirmaretur, esse reliqvias lapidum, qvibus interemptus Protomartyr Stephanus.* Eodem peregrinantium Lusitanorum præsertim errore factum, ut Æthiopum Rex *Prestechani*, indeqve *Presbyteri Johannis* nomen obtinuerit, notorio nimis parachronismo, ut ipse fusè fatetur Morinus Ordinat. *Nestor.* pag. 436. Plures ejusmodi errores ipse notat *Ecchell.* ex Pontificiis scriptoribus Program. *Nibus.* p. 4. 5. de qvâ re postea. Taceamus πρῶτα ψεύδη. qvæ ex inscri-

Peregrinantiũ nonnullorum stulta credulitas.

fcriptionibus Orientalium falſo intellectio qvidam eliciunt, de qvibus pecul differt ad Cipp.Heb. Hæc Hottingerus l.c.

Unde apparet qvænam ſit cauſa raritatis talium Scriptorum.

Ad §. 7. Vel minimùm pauci, ſtudiosè qvamvis qvæſiti, reperti.] Ita eſt. Multorum Præclariſſimorum Virorum inſtructiſſimas Bibliothecas tum ſollicitavi: ſed fruſtra. Sunt tamen nihilominus poſtea nonnulli, tùm Veteres, tùm Recentiores ſcriptores mihi reperti & lecti, qvi etiam in hoc argumento commentationibus ſuis poſteritati prodeſſe voluerunt. *Gisbertus Voëtius in Bibliotheca Studioſ. Theologiæ lib. II. p.586.587.588.* uno faſciculo non paucos eſt complexus, qvos Benevoli Lectoris cauſa, rerum Græcarum ſtudioſi, meritò hic adſcribo:

Libri, qvi de rebus Græcis agunt.

Apparatus ad controverſias Eccleſiarum Græcarum, aliarumqve Orientalium.

I. Græcorum Liturgia, Euchologia, Menologium (gr.M.S. exſtat in variis Bibliothecis, in qvo vitæ ſanctorum digeruntur per ſingulos dies menſium, autore *Simeone Theophraſte*) Antologium, Typicus Saba, Triodium, Octoecho, Codini Curopalates. II. Liturgia Maronitarum; Armeniorum, Coptitarum &c. III. Jus Orientale Græcorum ex editione *Leunclavii.* IV. *Martini Cruſii* Turco-Græcia; Liber, cui tit. Theologia Moſcovitica ex diverſis Scriptoribus. *Nicol. Godignii* hiſtoria Abaſſina; *Poſſevinus* Biblioth. ſelect. tom.I. lib.6. *Arcudius & Bellonius* de moribus & religione Græcorum: Tract. *Joh. Heſronitæ, & Gabr. Sionitæ* de moribus & religione Oriental. ſubjectus Geographiæ Arabicæ ab ipſis editæ; *Chytræi* tract. de ſtatu Eccleſiarum in Græciâ & Aſiâ; Imperatoris Comneni legatio ad Armenios gr. lat. in 8. & in Bibliothecâ Patrum; De Ruthenorum religione, eorumqve tranſitu ad Eccleſiam Romanam, vid. Poſſev. appar. in voce Rutheni, & *Johannem Sacranum* in elucidatione errorum Ruthenicorum. V. Cenſura Eccleſiæ Orientalis &c. edita à *Stanislao Socolovio in Fol.* & Reſponſum *Jeremiæ Patriarchæ* ad VVittebergenſes: ubi ſe aliqvomodo opponit Proteſtantibus. VI. Epiſtola Meletii Patriarchæ anno 1597. edita cum itinere Conſtantinopolitano *Georgii Douzæ.* Et Confeſſio *Patriarchæ Cyrilli* edita anno 1629. ubi opponit, ſe Eccleſiæ Romanæ,

-æ, & accedit Reformatæ. Adde Confessionem Armeniorum de Trinitate & Filio Dei VVittebergæ in 8. Acta Concilii Florentini sub Eugenio Qvarto An.1439. VII. Scripta, qvæ ante tempora reformationis Ecclesiæ Romanæ opposuerunt, ut *Nili* Archiepiscopi Thessal. de purgatorio, & de potestate Papæ gr. lat. ex edit. Vulcanii. VIII. Antagonistæ aliqvot ex Pontificiis: Thomas c. errores Græcorum, Humbertus de candidâ Sylvâ &c. Et ex Græcis, Gennadius Scholarius, Emanuel Caleca; cujus libri qvatuor contra errores Græcorum, editi cum Notis à Petro Stevartio, illisqve adjectus Catalogus auctorum, qvi pro Græcis aut contra eos scripserunt: Qvos ibi vide ne hîc prolixior sim. Et confer Possevini Biblioth. lib. 6. inprimis & *Thomam à Jesu* de convers. gentium lib. 6. & 7.

His non possum non subjungere & alios à G. Voëtio vel planè non, vel strictè solum indicatos, qvi in conspectum & manus nostras venêre, Hi sunt seqventes.

De Russorum, Moscovitarum & Tartarorum Religione, Sacrificiis, Nuptiarum & funerum ritu è diversis scriptoribus, Spiræ impressus Anno M. D. LXXXII. Pagina secunda hujus libri seqventes scriptores nominetenus exprimumtur.

1. Colloqvium de Religione Magni Ducis Moschorum cum Rhoita ministro Ecclesiæ fratrum Bohemorum, qvos mali Picardos vocant.

2. Hujusce colloqvii literis mandati ab eodem Duce Refutatio.

3. *Lasicii* Poloni, veræ religionis apologia, falsæ confutatio.

4. *Johannis Fabri* religionis Moscoviticæ descriptio seu laudatio.

5. *Sacrani* Libellus, qvo 40. errores Moscorum, sive Russorum, & 12. secessiones Græcorum à Romanâ Ecclesiæ ostenduntur.

6. Appendix *Scargæ* Jesuitæ de iisdem Russorum erroribus & causis, propter qvas Græci à Romanâ Ecclesia defecerunt.

7. *Alexandri Gvagnini* Veronensis, Eqvitis aurati, de Religione Moscovitarum, omniumqve Rhutenorum.

8. Narratio de Russorum & Tartarorum Religione, ritibus nuptiarum, funerum, Victu, Vestitu & moribus *ad D. Davidem Chytreum* recens scripta &c.

Sapi-

Sapientissimi *Curopalatae* de officialibus Palatii Constantinopolitani & officiis magnae Ecclesiae libellus Graecè & Latinè nunc primum in lucem editus ad historiae civilis, Ecclesiasticae & totius antiqvitatis intelligentiam perutilis & necessarius ex Bibliotheca Viri Cl. & C. Julii Pacii I. V. D. additus in fine notarum libellus apud Joannem Mareschallum Lugdunensem ANNO M. D. L X X X V III.

Nicephori Gregorae Romanae, hoc est, Byzantinae Historiae libri XI. qvibus Res à Graecis Imperatoribus per annos CXLV. à Theodoro Lascari priore, ad Andronici Palaeologi posterioris, obitum gestae describuntur &c. His adjuncta *Laonici Chalcondylae* Turcica Historia. Basileae per Joannem Oporinum Anno 1562.

Historiae Musulmanae Turcorum de monumentis ipsorum exscriptae libri XVIII. Opus *Joh. Leunclavii* Amelburni lectu dignissimum &c. impressum Francofurti. Anno 1591.

Petri Stroza de Chaldaeorum Dogmatibus Disputatio ad Patrem adm. Reverend. Adam Camerae Patriarchalis Babylonis Archidiaconum Monachorum Chaldaeorum Archimandritam &c. in qvâ de Conciliatione Fidei Orientalium cum Fide S. R. E. deq; obedientia S. Sedi Apost. & Sanctiss. D. Nostro praestita agitur. Coloniae apud Kinchium Anno 1617.

Edoardi Brerevvodi Angli, Astronomiae, in Collegio Greshamensi Londini olim Professoris Scrutinium religionum. Francofurti Anno 1650.

Parallela Geographiae veteris & Novae Auctore *Philippo Brietio* Abbavillaeo Soc. Jes. Sac. Parisiis apud Cramoisii Anno 1648.

Peregrinatio *Joannis Hesei* ab Urbe Hierusalem instituta, & per Indiam, Aethiopiam, aliasqve qvasdam remotas mundi nationes ducta qvarum situs, insulas, flumina, montes, mores, & diversitates hominum, animalia, monstra & mirabilia multa, nostro orbi incognita describit, cognitu lectuqve jucunda & utilia. Antverpiae excusa per Joannem Withagium Anno. 1565.

Ευχολόγιον sive Rituale Graecorum complectens Ritus & ordines Divinae Liturgiae, officiorum, Sacramentorum, Consecrationum, Benedictionum, Funerum, Orationum &c. Cuilibet personae, *Rituale Graecor. Iac. Goaris commend.*

ſonæ, ſtatui, vel tempori congruos, juxta uſum Orientalis Eccleſiæ, &c. opera R. P. F. *Jacobi Goar*, Pariſini, ordinis F.F. Prædicatorum. S. Theologiæ Lectoris, nuper in Orientem miſſi Apoſtolici. Lutetiæ Pariſ. Anno M. DC. XLVII. De hoc libro ita *Gisbertus Voetius Polit. Eccleſ. Part. 1. lib. 2. Tract. 1. cap. 1. p. 356.* Euchologium ſeu Rituale Græcorum complectens ritus & ordines divinæ Liturgiæ; officiorum, ſacramentorum, conſecrationum, benedictionum, funerum, Orationum &c. gr. lat. editum Pariſiis Anno 1647. à Jacobo Goar ordinis prædicatorum, cum obſervationibus ſeu commentariis, qvibus rituales Græcorum exponantur ex antiqvis & recentioribus ibi cit. inprimis ex Simeonis Epiſcopi Theſſalonicenſis ſacramentario. Hic liber vicem multorum ſcriptorum ritualium & liturgicorum præſtare poſſet; & ad Hiſtoricam cognitionem præſentis Græcorum cultus in publicis Eccleſiis manuducere. Deprehendet hoc, cui editoris præfationem & commentaria legere vacabit.

Laudatur qvoqve à D. Zimmermanno in Diſſert. ad dictum Tertulliani: Fiunt, non naſcuntur Chriſtiani p. 41.

Johannes Dallæus qvoq; hunc Goarem laudat, & Tractatu de Confirmat. p. 237. nominat eum diligentiſſimum & doctiſſimum. In tractatu tamen de Unctione eum reprehendit, ita p. 50. ſeq. ſcribens: Atqve olearis ſui hujus piaculi eam eſſe vim Græci ſibi perſvadent, ut ipſis etiam damnatis ad ſalutem interdum prodeſſe putent; commemoratis hoc loco Falconillæ, Trajani, & Theophili cujusdam Iconoclaſtæ exemplis, qvos omnes jam in gehenna verſantes ſimilia qvædam piacula ab inferis revocaverint. Exhibent hoc mirificum ſanè extremæ unctionis officium Græcanica antehac Venetiis edita a. D. 1544. 1559. 1570. Euchologia, qvod Goar diſerte teſtatur in hunc locum. Ipſe in ſuâ Græco-Latinâ Euchologii editione totum omiſit; qvo conſilio, novit Deus; ego qvidem nollem factum. Nam publicum Græcæ gentis rituale edentem nefas fuiſſe videtur ea, qvæ & apud ipſos recepta, & ab ipſis pro ſuis jam non ſemel edita ac publicata ſunt, prætermittere: ut ipſius ritûs antiqvitatem mittam; qvem Goar à Nicolao qvodam Athenienſi Antiſtite jam ante annos plures, qvam 400. inſtitutum refert, & à Simeone Theſſalonicenſi ſeculi XIII. homi-

homine postea his verbis approbatum: ἐγὼ γοῦν (inqvit) ὡς ἐνεχώρει περὶ τούτων ζητήσας, εὗρον ὡς ἀγαθόν ἐστι γίνεσθαι, καὶ τοὺς βουλομένους ποιεῖν, οὐ χρὴ κωλύειν. *Ego quantum licuit de his perscrutatus, comperi bonum esse, ut fiat* (olei scil. officium circa mortuos) *& observare volentes non esse prohibendos.* Idemqve à Græcis jam antè a.D.1439.factitatum vulgò fuisse apparet ex Actis Synodi Florentinæ; in qvibus legimus, qvod jam supra me observasse memini, Latinos à Græcis qvæsivisse, *qvare mortuos ante sepulturā oleo inungerēt?* Qin & prima hujus ritûs rudimenta jam apud Græcos sexto nimirum Christianismi seculo extitisse eo Pseudo-Dionysii loco, qvem descripsimus alibi, clarum est: in qvo scriptum extat solenne jam tùm fuisse, ut *Pontifex mortuum oleo secundum salutationem perfunderet.* Sed & nostra utilitas reqvirebat, ne hic Græcorum ritus occultaretur. Omnium enim Christianorum interest scire, & animadvertere, in qvas non modo ineptiarum, & anilium qvisqviliarum ac superstitionum, sed etiam sacrilegiorum ac immanitatum voragines præcipitare homines soleant, ubi semel derelictâ Spiritus in Scripturis docentis normâ sibi ipsis indulgere, & mortalium cogitationes ac traditiones in religione seqvi in animum induxerunt.

Et D. Elias Vejelius in Defensione Exercitation. suæ p. 68. scribit: Et qvamvis Goar multum insudârit emendationi Euchologii, illud tamen adhuc suos habet nævos.

Joannis Henrici Hottingeri Historiæ Eccles. Seculum XIV. XV.XVI.

Ejusdem Topographia Ecclesiastica Orientalis.

Joannis Hornbeckii Summa Controversiarum Religionis cum Infidelibus, Hæreticis, Schismaticis. i. e. Gentilibus, Judæis, Muhammedanis &c. GRÆCIS, Trajecti ad Rhenum An.1653.

Leonis Allatii de Ecclesiæ Occidentalis atqve Orientalis perpetua consensione. Coloniæ An cIↄ Iↄc. XLVIII.&c.&c.

Systema Historico Chronologicum *Ecclesiarum Slavonicarum,* ubi libro qvarto agitur de Græco-Rhutenorum in Min.Polon.& M. D. Litvaniæ Ecclesiis. Trajecti ad Rhenum An.16 2.

Huberti Miræi Bruxellensis lib. IV. Politiæ Ecclesiasticæ sive status

ſtatus Religionis Chriſtianæ per Europam, Aſiam, Africam, & Orbem Novum in 12.

Judic. de Pet. Arc. ſcriptis.

Petrum Arcudium Corcyræum citatum ſæpius legi, verùm conſpicere non potui. Idem qveritur Hornbeckius ſummæ controverſ. Rel. p. 973. *Arcudium, ſcribit, indicarem, qvi multa de hodiernis Græcorum Eccleſiis ſcripſit, deq; Conſenſu Græcæ Eccleſia cum Romana, ſed hactenus mihi qvæſitus qvidem, at non viſus.* Leo Allatius de Eccl. Occid. & Orient. perpetuâ conſenſione Lib. III. c. VII. p. 998. 999. eum his verbis commendat: *Non defuêre etiam ex Græcis ipſis, qvi hoc eodem ævo adjutores ſe Latinis & fideliſſimos & conſtantiſſimos præbuêre Petrus Arcudius Corcyræus, qvi ſcripſit. I. de Concordia Occidentalis atq; Orientalis Eccleſiæ in ſeptem Sacramentorum adminiſtratione Lutetiæ Pariſiorum. II. Utrum detur purgatorium, & an illum ſit per ignem, Romæ. III. Adverſus Barlaamum Monachum de purgatorio igne, Romæ typis ſacræ congregationis. IV. Vertit è Græco Joannis Vecci Patriarchæ Conſtantinopolitani expoſitiones in ſententias ſanctorum Patrum, qvas de proceſſione Spiritus Sancti ille collegerat. Ejusdem collectionem ſententiarum Sanctorum Patrum, qvibus Latinorum dogma de Spiritu Sancto ſtabilitur.* Beſſarionis pro Vecco Apologiam ſeu conſolationem conſolationum Palamæ. Ejuſdem Epiſtolam ad Alexium Laſcarin, philantropenum. Ejuſdem reſponſionem ad argumenta Maximi Planudæ contra Latinos. Demetrii Cydonii Conſtantinopolitani, de exſecrandis dogmatibus Gregorii Palamæ. Ejusdem de proceſſione Spiritus Sancti, per tredecim capita, qvæ omnia uno volumine complexus eſt, & opuſcula aurea Theologica nuncupavit, edita Romæ; vir pius, integer, veritatis amans, ſectariorum hoſtis, qvorum & nomina abhorruit, plus tamen æqvo ardentius; & cum poſſet ſæpenumerò rationibus, injuriis maluit tutari ſententiam, ſic, dum omnia, qvæcunqve excerpſerat, in qvocunqve argumento dicere ſtudet, plerumqve à propoſito digreſſionibus, iisqve longiſſimis, rem & orationem perturbat: ſtylo Græco, qvo ſibi nimium plaudebat, infelicior, qvicqvid dixerit Balthaſar Anſideus. *Inſtitutus* fuerat *Romæ*, ut ſcribit in pinacotheca prima elegantiſſimus Nicius, *in collegio ſuæ nationis, unde omnibus bonis artibus ita diſceſſit ornatus, ut ad publica negotia atqve graviſſima ſit adhibitus. Nam ſemel atqve iterum miſſus eſt à Clemente VIII. Pontifice maximo, maximis de*

rebus

rebus ad Ruthenos ; ut videlicet inter ipsos ortas de fidei veritate controversias dirimeret atque componeret, quâ in re magni ejus opera æstimata est : nam semper re bene gestâ discessit. Quamobrem impetravit à summis Pontificibus, ut latinorum more sacrosanctum Missæ sacrificium faceret, cum antea Græco fuisse ritu initiatus, tum habitus est benignè ac liberaliter à Scipione Cardinali Burghesio, Pauli V. Sororis filio, in cujus aulâ versatus est aliqvandiu, sed tandem literarum, qvam honorum vel alterius cujuspiam rei cupidior secessit in ædes collegii Græcorum; sepultus est Romæ in Ecclesia S. Athanasii suæ nationis.

Idem dicere habeo de *Joannis Jacobi Huldrici* libro de Relig. Græcorum, qvem sæpius ab Hottingero allegatum legi, verum acqvirere non potui.

De statu Græcarum Ecclesiarum scripsit prolixam Epistolam *Cyrillus Papa* & Patriarcha *Alexandrinus* ad Joannem Utenbogardum An. Chr. 1613. qvæ impressa invenitur in Volum. Epistolarum Ecclesiasticarum & Theologicar. Amsterodami An. 1660.

Theses de Qvæstione. Utrum Muschovitæ sint Christiani? jussu S. R. M. Sveciæ &c. ad publicam Disputationem in Academia Ubsaliensi propositæ à *Johanne Botvidi*, Gotho, SS.Theol. D. & Regis concionatore. An. 1620.

Adamus Olearius in Descriptione Itineris Persici.

Haberti Archieraticon.

Responsum Principis VVoldemari ad scriptum Patriarchæ Moscov. MSC. Archieraticon Haberti seu liber Pontificialis Ecclesiæ Græcæ, Parisiis Anno 1643. *Tantum vidi hunc librum citatum* scribit Gisbert. Voëtius Polit. Eccles. Part. 1. lib. 11. p. 356. *hactenus, tamen exemplar ejus non vidi : ita ut dicere neqveam, qvid propriè contineat, & cujus autoritatis & pretii sit.*

Qvinã Scriptores res sac. Mosc. præcipuè pertractarunt.

Qvinam Scriptores res sacras & Ecclesiasticas Moscovitarum præcipue pertractarunt, illi in *Dissertatione Theologica Joh. Schvvabii sub præsidio D. Joh. Erm. Gerhardi de Religione Ritibusq; Ecclesiasticis Moscovitarum*, cũ debito elogio, seqventi modo & ordine producuntur: Post libellum lingua & literis Moscoviticis impressum, Symbolum fidei & literarum ductus exhibentem, non parum commodi attulerunt *Pauli Oderbornii* libri tres de vita Johannis Basilidis, Magni Moscoviæ Ducis, Anno 1586. in lucem publicam prolati. Qvid vero dicto Autori in iis, qvæ ad religionem Mosco-

ſcovitarum cognoſcendam tribui debeat, patet ex verbis ejus, qvæ dicti opuſculi lit. c. 4. leguntur. Ita v. ibi. *Miſſâ nunc illicita ebrietatis cenſurâ, religionem Barbari Principis examinemus. Qvid autem? numqvid aliqvem Ruſſiæ Flaminem ab inferis excitabimus, qvod Socrates apud Platonem facit, qvi nobis Patrios ritus exponat, Religionisq; Ruthenicæ ſummam conſcribat ? minime gentium. Non enim figmentis hominum, aut ſomniis ullis indigemus, qvando eorum ceremonias, & preces, & ritum, & pietatis cultum coràm cognoverimus.* Addere huic poſſem Jeſuitam *Antonium Poſſevinum*, ut qvi anno 1581. à Pontifice R. & ipſe miſſus in Moſcoviam ad magnum Ducem fuit, ad componendum bellum, qvod ſatis acre inter Regem Poloniæ ac dictum Ducem tunc flagrabat. Sed cum ſuſpicio ſuboriri alicui poſſit, qvod partium ſtudio ductus haut ſatis fideliter de Moſcovitarum Religione Jeſuita ſcribat, parcius qvidem illius teſtimonio uti volui. Adfuit præterea ad manus *Joh. Fabri*, Ferdinando primo Regi Romanorum qvondam à Confeſſionibus, & poſtea Epiſcopi Viennenſis, Diſſertatio de Religione Moſcovitarum, Tubingæ exarata An. 1525. Verum cum non conſtet, num coràm Moſcovitarum Religionem dictus autor inſpexerit, & idem inſuper acerrimus Romano-Catholicæ Religionis defenſor ac propugnator fuerit, penes lectorem eſto, qvantum fidei tribuere dicto modò Autori velit. Symbolum qvoqve hic conferent *Alexander Gvagninus* Veronenſis, Eqves auratus peditumqve præfectus, in deſcriptione Sarmatiæ Europææ; item *Paulus Jovius*, Epiſc. Nucerinus Epiſt. ad Joh. Rufum Archi-Epi. Conſentinum, ac *Joh. Meletius* in Epiſtola ad Georgium Sabinum, qvi Autor diſertè in dictæ Epiſt. calce profitetur, *qvod ea, qvæ narraverat, partim ipſe viderit, partim ab hominibus fide dignis audiverit.* Tum verò & *Jacobus, Nobilis* qvidam *Danus*, qvi à Friderico II. Daniæ Rege Legatus ad Moſcoviæ Ducem miſſus hodœporicon Ruthenicum adornavit, Francofurt, An. 1608. impreſſum, nec non Matthias de Miechovv, artium & Med. D. Tractatibus de duabus Sarmatiis Aſiana & Europæa, excuſis Auguſtæ Vindel. Anno 1518. Præprimis verò in rem præſentem facere mihi viſa eſt narratio Oderbornii ſupra laudati de Ruſſorum Religione, ritibus nuptiarum &c. ad Davidem Chytræum Anno 1581. ſcripta, in cujus principio hæc leguntur:

tur: *accipe erectâ fronte, quod mittimus & hoc tibi persuade, fieri posse, ut verba quidem non satis Romana scribam: res autem ipsas mendacii & vanitatis penitus fore expertes. Nihil enim ex aliis auditum, nihil ex aliorum libris haustum, nihilq́, incognitum commemorabimus, sed quicquid oculis vidimus nostris, de illo contestabimur.* Ante omnes verò commemorandum laudandumqve duxi Cl. V. Dn. *Adamum Olearium*, serenissimi Holsatiæ Ducis Mathematicum Excell. ac Bibliothecarium curiosissimum: tanta namqve hujus fides jure merito apud bonos qvosqve est, ut qvi in dubium illam vocarit, viderim hactenus neminem. Et potuit sanè ille ipse optimè de Moscovitarum tum Religione tum moribus ac ritibus scribere, ut qvi non modo lingvæ Moscoviticæ peritiam habuit, sed & diversis temporibus ipsum qvasi Magni Ducatus meditullium penetravit, summaqve diligentiâ cuncta exploravit. Unde etiam vel solius hujus laudati Viri testimonium sufficere potuisset. Hæc D. Gerhardus de Rerum Moscoviticarum Scriptoribus. Plures autores in ipso hoc nostro libro observare licebit.

Ad §. II. *Allat. in Pentecostario*) *nec non in libro de perpetuâ consensione inter Eccles. Occid. & Oriental. lib. III. cap. XII.* Ubi affert Græcos Latinam Eccles. in eò reprehendere, qvod statuat, Spiritum Sanctum à filio qvoq; produci.

Sententia Græcor. de Processione Spir. S.

Ad eund. §. *perinde atqve Græci asserant*) Idem testatur *Alex. Gvvagninus in Descript. Religionis Moscovitarum* his verbis: Spiritum qvoqve Sanctum à Patre tantum & non à Filio procedere confitentur, ac Romanos dicentes: Credo in Spiritum Sanctum, qvi à Patre & Filio procedit, confundunt, eosqve conformes hæresi Macedonianæ & Arianæ dicunt: hâc de causâ, qvod duo principia duasq́; voluntates de Sp. S. & duas virtutes adducerent, & honori Sp. S. detraherent. *D. Joh. Botvidi tamen in Disputatione Ubsaliæ An. 1620. de hâc Qvæstione: utrum Moschovitæ sint Christiani?* thesi XIX. mitius de hâc Muschovitarum sententia judicat, ita scribens: *Hic dicat aliqvis, Moschovitas & Græcos in hoc articulo pariter errare: qvia Spiritum Sanctum non à Patre & Filio, sed à Patre per Filium procedere asseverant. Verùm ea controversia*

in conventu Florentino, circa annum Christi 1436. magna partium contentione agitata, cum exitum habuit, ut pertinacia Græcorum in sermone potius, quam sensu castiganda videretur: cùm Græci Antistites, evidentissimis convicti rationibus, Spiritum Sanctum à Patre & Filio procedere faterentur. Unde colligitur, prudentiores Moschovitas, aliosq; pios in oriente, qui quondam Græcam Ecclesiam sequuti sunt, ea in re melius sentire quam loqvi, Hæc Botvidi. Ecclesiæ Græcæ sententiam fusius proponit *Cyrillus Patriarcha Alexandrin. in Epistola ad Joannem Utenbogardum in volum. Epistol. Theologic. & Ecclesiast. Amsterodami Anno 1660.* impresso. pag. 401. 403.

Ob error. de Sp. S. Const. in Fest. Sp. S. capta.

Ad §. 12. Ob errorem de Spiritus Sancti processione Constantinopolis in ipso festo Spiritus S. capta.) Ita etiam sentit Dn. J.C. Danhavverus Parte VI. Lactis Catechetici Concione III. p. 46. 47. 48.

Quæst. An in ipso Fest. Sp. S. an post Festū sit expugnata? Resp.

Idem docet & dicit *Bozius lib. VI. de sign. Eccl. c. 2.* Id accidit Græcis, ut qvando diffidebant à nobis in Processione Sp. Sancti, an esset à Filio & Patre; ipso die Secundo Pentecostes, qvi Spiritui S. est sacer, Constantinopolis caperetur, divino scilicet spiritu ipsorum obstinatos animos puniente & eos omninò derelinqvente. *Spondanus* tamen ad Anno 1453. n. 12. hoc dubium Chronologicum profert: Capta est, inqvit, Urbs Constantinopolitana, feriâ tertiâ, sive Martis, vigesima nona Maji, seu Calendarum Junii. Qvod verò nonnulli recentiores addunt, fuisse tunc tempus Pentecostes: dixerunt id ipsi, sive persvasi, cladem contigisse, anno 1452. qvo dies Pentecostes incidit in diem vigesimum octavum Maji, ut sic argumentarentur, illatam Græcis illam esse in pœnam eorum hæreseos de Spiritu S. sive absqve ullo temporis examine, etiamsi cladem ponant, anno 1453. noluerunt argumentationem illam de Siritu Sancto prætermittere, cum cæteroqvin dies Pentecostes præsenti anno 1453. qvo Pascha contigit prima Aprilis, inciderit in vigesimam Maji, ac proinde clades biduo post illius festi octavas, & altero biduo ante celebrationē corporis Christi: in qvibus habent satis, qvi mysteria qværunt, qvæ philosophentur. Nos qvamvis non abnuamus cum aliis assere, re, præcipuam miseriarum causam fuisse schisma ab Ecclesia Romana,

mana, & hæresin de processione Spiritus S. à solo Patre: haut tamen alligatum volumus Deum ullis diebus ad faciendam vindictam in nationibus: cum habeat ipsius providentia suos numeros & terminos, qvibus res convenientius agat, qvam qvod homines cogitare aut philosophari possint. Deniq; antiqviores illius temporis auctores diem prædictum, annumqve consignantes, de feriis Pentecostes nihil penitus meminerunt. Hæc Henricus Spondanus.

Dn. D. Danhavverus p. 5. *Styli Vindicis*, tandem ita concludit: Satis profecto stupenda ac memoranda Nemesis fuit à summo Chronarcha (qvi non solum judiciorum suorum momenta librat, ac definit, sed & tempora dimetitur) irrogata intra festos Pentecostales dies, licet non in ipso Pentecostes die. Neqve levis error fuit, deqve tribus capellis conceptus, sed qvi summam in cœlis majestatem, ac nobilissimam tertiæ personæ originem sacrilegio incestavit, incestatam plus qvam ferreâ pertinaciâ oppugnavit, ac fontes solatiorum suffocavit.

Intra festos dies Pentecostales, licet non in ipso Pentecostes die contigit hæc clades.

Ad §. *12. Sicuti Constantinus primus &c. sic Drogates Constantinus alter, Helena natus, fuit extremus &c.*) Ita Imperium Romanum in Augusto cœptum, in Augustulo desiit. Regnum Gothorum in Italia ab Alarico fundatum, in Alarico alio fuit extinctum. Et; (qvemadmodum Cl. *Robertus Creyghton in Præfatione editæ Historiæ Concilii Florentini pag. (f) 2. facie altera scribit*) sicut civile Græcorum Imperium à Constantino Primo ad Constantinum ultimum, nostri Johannis fratrem perduravit: ita à Metrophane ad Metrophanem Patriarchale & Ecclesiasticum: Magnus enim verò Constantinus, cum Licinium bello proseqveretur, invenit Byzantii Metrophanem Domitii Filium, Probi Imperatoris Nepotem Vicesimum Tertium ab Apostolo Andrea Patriarcham, ut patet ex Nicephori compendiariâ Chronographiâ nuper editâ Parisiis in Corpore Byzantino: Metrophani successit Alexander, qvi Ario ad Concilii Nicæni tempora animosissimè restitit: à qvo supra Mille & Centum annos continuata successio Patriarcharum desiit in hunc ultimum Cyzici Metrophanem: Cui

Fatale qvid in primo & ultimo Imperatore, ut & in primo & ultimo Patriarcha Constantin.

inter

inter suspiria morienti nemo postea subrogatus est, aut Tiaram induit Constantinopoli Patriarchalem. Confer infra §. 170.

Ad §. 13. Causa prætextui quæsita hæc erat, Manuelem die quodam Festo &c.) Confer Joh. H. Hottingeri Hist. Eccl. Sec. XV. p. 2. seq. & p. 26. remissivè.

Ad §. 13. Idolomaniæ Turcicæ prostituta ac exposita.)

Luculentius hæc omnia omnium oculis exposuit *Cl. Hottingerus Hist. Ecclef. Seculo f. capite XV. à p. 22. 23. ad p. 26. paginâ 15. Sect. 1. §. 3.* ita hâc de re loqvitur: *Nempe crescentibus voluptatibus, libidine, avaritia, decrescunt virtutes pietas, fortitudo. Qvibus sublatis fulcris, ædificium ruinam minari, necesse est.* Supra audivimus sect. 14. p. 66; Romanistas mali hujus fomitem qværere in Apostasia & dissensu ab Ecclesia Romana. Qvid si verò dicamus, ipsam hanc Græcorum inconstantiam & fucatam unionem plenis buccis à scriptoribus decantatam Brov. an. Ch. 1439. S 141 (qvâ spe suppetiarum pellecti, plura Pontifici Ferrariæ promiserunt, qvam à suis vel domi obtinere, vel reduces tueri apud eosdem poterant) ad cætera accedentem abjecti animi indicia, lacessitam jam Numinis iram ita exasperasse, ut cum religionis libertate ipsam qvoqve Græci amiserint Patriam. Et sane vix illi, qvi syncretismum cum Latinis iniverunt, obeunt, lampadem aliis tradunt, tristissimæ illius tragœdiæ spectatores Græci esse debuerunt. Adeo omnium animi post reditum intestinis dissidiis lacerati fuerunt, ut extraneo hosti haud contemnendam irruptionis præbuissent occasionem.

Causæ interitus Imperii Græci.

Irreconciliabilis Græcæ Ecclesiæ cum Romana dissensus patet.) Plura qvi de hoc dissensu nosse & legere desiderat, is evolvat Historiam Ecclesiasticam *J. H. Hottingeri*, & legat ea, qvæ is magnâ diligentia congessit. Nos hic pauca solum delibabimus Seculo XIII. Sectione primâ p. 123. ita eâ de re scribit:

Irrec. Eccl. Græcæ cum Rom. dissens.

Orientalis seu Græca Ecclesia non moribus tantùm & dissoluta Curiæ Romanæ Vitâ, sed & plerisq; Papæ dogmatibus ita fuit offensa, ut in divortio ante jam cum Latinis facto, constanter perseverit, ipsa interim suis superstitionibus adhuc suis satis addicta. Hoc probat Hottingerus multis

Qvantopere

tis adductis testibus. Inter alios citat *Brovium annal. Eccles. continuatorem an. Christi 1215. f. 3.* qvi ex Actis Concilii Lateranensis commemorat, in tantùm Græcos cœpisse abominari Latinos, ut si qvando Sacerdotes Latini super eorũ celebrassent altaria, non prius illi sacrificare voluerint, qvàm ea lavissent: Baptisatos etiam à Latinis Græcos rebaptisasse. Fatemur qvidem, addit Hottingerus, non defuisse, qvi vel domi vel foris unionem cum Ecclesia Romana qværiverint, qvos inter Michaël Palæologus Imperator, qvi circa annum 1272 variis Modis multavit Ecclesiæ Romanæ resistentes, & ea ipsa de causa ab Andronico Filio sepultura sacra fuit privatus. Geneb. p. 686. Matth. Paris in Henrico III. pag. 778. Recessit Ecclesia Græca à subjectione Romanæ Ecclesiæ propter ejusdem Romanæ Ecclesiæ varias enormitates, maximè in usuris, Simoniis, justitiæ venditionibus & aliis injuriis intolerabilibus. Certamen Græcorum & Latinorum in Dogmatibus luculenter proponitur ab Hottingero n. III. p. 328. 329. usq; ad p. 339. Perge hinc in Sec. ejusdem III. Sect. V. p. 585. ad p. 589. 590. Comitare inde D. Hottingerum in Seculum seqvens XIV. & vide qvalis illo Seculo Græcorum cum Romanis fuerit consensus, vel mage Dissensus. De eo *Hottingerus Sect. 1. n. IV. p. 679. hanc ponit thesin*: Orientalis Græcorum Ecclesia à Romana pridem avulsa in Schismate non modo perstitit: sed & variis Papæ primatum & Ecclesiam oppugnavit rationibus. Imperatores interim, ut adversa pressi fortuna, Turcarumqve irruptionibus territi, religionem ferè habuerunt cum asseclis suis venalem: Ita Pontifici, de unione maximè sollicito, ad obtinendum auxilium, suam sæpe ea in re, addixerunt operam. Non deerant alioqvin Græciæ seculo hoc Viri eruditi, qvorum nonnulli, Scholastica differendi libertate allecti, in qvæstionibus suas periclitari cœperunt vires, curiosis: alii glebæ Monasticæ adscriptitii superstitiones defenderunt avitas, non tamen sine luculentis veteris Christianismi posteritati relictis stricturis.

Græci Latinos abominati sunt?

Dissensus Græcorũ cũ Romanis secundum aliqvot secula ostenditur.

Qvomodo hæc omnia Hottingerus adductis Historicorum testimoniis probet vid. p. 680. 681. 682. usq; ad p. 684. imò ad p. 706. Pagina 691. *ex Johanne Mandevilla l. 1. c. 7. & Bal. p. 371.* refert: *Papam Johannem 23. prolixè scripsisse ad Græcos, unicam tantum esse Ecclesiam Christianam, seq; ejus esse caput ac Christi Vicarium: Cui Græci breviter*

Qvid Græci Johanni 23. responderint?

ter respondebant : Potentiam tuam summam erga tuos subditos firmiter credimus. Superbiam tuam summam tolerare non possumus, avaritiam satiare non volumus. Diabolus tecum, qvia Dominus nobiscum. Seqvere insuper Hodegum *Hottingerum* in *seculum XV.* contendentem, in illo, *Sect. I. n. V. p. 18.* Ecclesiæ Græcæ faciem hâc tabellâ nobis sistit: *Orientalis Ecclesiæ, Græcæ cumprimis facies sqvalida satis fuit, falsis dogmatibus non paucis adulterata, ceremoniis superstitiosis conspurcata, hypocrisi & inconstantia Antistitum defœdata, Simoniæ labe manifestè notata, propterea tamen laude digna; qvod nec à fumo transire ad ignem, à Græcismo ad Papismum, nec à receptis qvibusdam dogmatibus Orthodoxis recedere voluerit, Hussitis, qvam Pontificiis, fraternitatis tesseram offerre paratior.*

Hæc omnia productis testibus probat Hottingerus pag. 18. 19. usqve ad p. 29.

Vis etiam nosse, qvomodo Græci Seculo XVI. cum Latinis convenerint? evolve *D. Hottingeri Hist. Eccles. librum V.* ubi *Sect. II.* Ecclesiam Orientalem summatim ita describit: Ecclesia Orientalis, etsi; Turcico ubiqve ferè jugo pressa diversisqve Patriarchalibus sedibus distincta, & ipsa inter se divisa fuerit, & errorum monstris exercita; luculentas tamen multis in locis purioris doctrinæ retinuit stricturas. Et ut major Græcis Ecclesiis ex Reformatione, veritatis accessit lux; ita, qvæ de consensu Orientalium, & infenso eorum in nostros animo Pontificii jactant, aut falsa sunt, aut incerta aut particularia potius, qvàm universalia, aut parùm vel diuturna, vel honesta, aut deniq; à consensu legitimo aliena. Hæc omnia p. 39. 40. & seqventibus, diducit & probat Hottingerus. Nos aliqva è paragrapho (c) p. 45. excerpemus. Plerosqve, scribit, Orientales παπποµάστιγας καὶ παπποσυγῶντας hoc etiam seculo fuisse, qvis ignorat? *Non in ritibus tantùm,* qvòd Leo Allatius in consensu suo Orientalium cum Occidentalibus urget; *sed & cumprimis in negato Papæ primatu, qvem errorem in Papatu errare periculosum valde est.* Et Græci qvidem (qvos idem Allatius temerè nimis: Schismatica qvippe per 500. fuit habita annos, vide Brerevv. Scru. Relig. c. 6. & nonnunqvam planè hæretica, cum Latina conglutinare & sub idem Papismi regimen revocare studet.)

Dissentiunt Græci à Romanis non solum in ritibus; sed & cumprimis in dogmatibus, id qvod facta enumeratione certorum dogmatum ostenditur.

1. Vocem

1. Vocem Papæ in explicatione Script. S. non audiunt.

2. Virtutem & efficaciam Ministerii à Ministro non suspendunt.

3. Græci in Liturgia & administratione Sacræ Cœnæ profitentur, Sacrificium non propitiatorium, expiatorium satis-factorium pro peccatis vivorum & mortuorum, sed tantum mysticum, recordativum, commemorativum, Eucharisticum pro redemptione generis humani, per unicam CHRISTI victoriam semel partâ.

4. Sacram Eucharistiam sub utraqve specie, pane videlicet azymo, & vino, licet aqva diluto, participant.

5. Græci nullum ejusmodi ignem Purgatorium credunt, in qvo animæ defunctorum detentæ cruciatu & tormentis à peccatorum venialium sordibus eluantur, donec absolutè expiatæ in sedes cœlestes recipiantur.

6. Nullam ejusmodi pro defunctis orationem credunt, qvâ animas à tormentis velint liberare, sed Eucharisticam, qvâ gratias Deo agunt pro animabus ab ergastulo corporis liberatis: qvâ item corporis resurrectionem & plenam gloriæ cœlestis perfruitionem sperent indubitato.

7. Nullas indulgentias auro argentoqve redimendas pro peccatis.

8. Sculptilia ad usum religiosum non prostituunt.

9. Confessionem singulorum peccatorum secretam & auricularem non usurpant.

10. Episcopis & Pastoribus Conjugio non planè interdicunt.

11. Sacra Ecclesiastica non nisi lingua vernacula administrant.

11. Romani Pontificis Hierarchiam & præeminentiam, ceu supremi omnium Ecclesiarum Capitis, in causis divinis & Politicis aversantur & detestantur.

Atqve hæc qvidem aphoristicè nunc proposita, fusius illustrantur tùm ab aliis, Davide Chytræo, Resp. ad Ant Possev. criminat. Tom. 5. Doct. Jes. Edvvardo Brerevv Scrut. Relig. c. 6. Johan. Jacobo Huldrico de Religione Græcor. tùm in Confess. Cyrilli à

 nobis

nobis edita. Hæc Hotting. Nos fusius hæc omnia proponemus libro secundo capp. XV. seq.

Rutheni abhorrent ab unione cum Romanis.

Russi Moscorum Duci subditi, horrent qvàm maximè Romanorum unionem, & nisi ferente necessitate, iis cum comedere, celebrare minimè sustinent. Q â de re Epistola Joannis cujusdam Metropolitæ Russi, ad Archiepiscopum, ut ipsi dicunt, Romanum ejusqve Canones apud Bzovv. an. Chr. 1514. S. 16. & Sigismundum Herberstainium Baronem, cujus & hæc p. 12. verba sunt: Nulli homini infensior Moscus, qvam summo Pontifici, qvem non nisi DOCTORIS titulo dignatur. Hæc *Hotting. l. c. Secul. scil. XVI pag. 46. 47.* Sed de hoc suo loco pluribus.

Pagina 21. *De Cyrilli Lucaris Confessione.*) Occasione hujus Confessionis à Dn. Hottingero cum ὑπομνήματι editæ, exorta est inter me & D. Hottingerum controversia, cujus summa & argumentum, (ut Lectorem brevibus absolvam,) in eo versatur:

Controversia G. F. cum D. Hott. de Conf. Cyrilli Lucaris.

Verus status Controversiæ

Anne ego Dn. Hottingero injuriam fecerim, dum in Præfatione editæ Versionis libri Christophori Angeli de Statu Ecclesiæ Græcæ scripsi: Ex Confessione illa Cyrilli non posse probari, qvalis doctrina in Ecclesiis Græcis, Cyrillo vivo, fuerit recepta. Verba Dni. Hottingeri in *Appendice dissertat. VIII. pag. 550. 551. in Analectis Historico-Theologicis* ita sonant: *Habebit autem, ut spero, ὑπόμνημα usum insignem. 1. Inserviet illustrationi dissertationis modo præmissæ. 2. Constabit, qvæ doctrina, Cyrillo vivo, qui hanc confessionē amicorū rogatu conscripsit, in Ecclesiis Græcis fuerit recepta.* 3. Appendix esse poterit, &c. &c. Cum ego itaqve Epistolam Dedicatoriam, opusculo Christophori Angeli, de statu Ecclesiæ Græcæ in Latinum sermonem à me converso, qvod jam tum sub prælo Francofurtano sudabat, inter occupationes præfigerē, & in examine consensûs vel dissensûs Pontificiorum & Calvinianorum cum Græcis occupatus, viderem; non solùm hanc confessionem Cyrilli Lucaris recens editam, titulum præ se ferre *confessionis Ecclesiæ Orientalis*, sed & insuper legerem, Dn. Hottingerum de hâc Confessione

ne à se dictis Patrum illustratâ asserere: *ex hâc confessione constare, quæ doctrina, Cyrillo vivo, qui hanc confessionem, amicorum rogatu conscripsit, in Ecclesiis Græcis fuerit recepta*; cœpi in assertionis hujus veritatem inqvirere; Scil. *primo*; Anne confessio ista Cyrilli Lucaris re verâ possit dici; *Confessio orientalis Christianæ fidei, sive Græcæ Ecclesiæ?* uti titulus confessionis illius præ se fert. *Secundo*, An D. Hottingeri assertio: *Ex hac Confessione constare, quæ doctrina, Cyrillo vivo, in Ecclesiis Græcis fuerit recepta?* recto stet talo?

Hæc est origo, hic est fons litis atqve controversiæ inter me & D. Hottingerum exortæ. Hæc disputatio D. Hottingerum impulit ad refutationem, contra me in Topographia Ecclesiastica Orientali adornatam & institutam. Ad qvam percensendam censendamqve me jam nunc paro.

Doctrin. aliqvâ in Eccl. receptâ esse, qvid significet?

Provoco autem primò omnium ad viros literatos, cujuscunqve confessionis, Annon hæc phrasis: *Doctrinam in Ecclesiâ aliqvâ hoc vel illo tempore receptam esse*, significet, doctrinam illam non esse unius atqve alterius, vel aliqvorum solum, sed vel omnium & singulorum, vel maximæ partis; paucis; doctrinam illam publice, in Ecclesiâ illâ sine contradictione publicâ ejusdem confessionis hominum, eorumqve non paucorum nec vulgarium proponi & doceri. Et in assertionis hujus meæ, qvæ per se clara est, ὁμοψηφίαν, advoco ἐκπρεπούσας notatu & observatu digna verba Cl. Viri, *Hermanni Conringii, Professoris in Academiâ Julia Celeberrimi, in Epistolâ Confessioni Catholicæ Metrophanis Critopuli præfixa, ita sonantia:*

Opusculum hoc (scil. Confessionis Critopuli) *compendio exhibet placita omnia, certè pleraq; Ecclesiæ Græcæ, etiam qvibus illa à reliqvis Ecclesiis dissentit. Scio, qvam sit difficile, Ecclesiæ alicujus placita tradere: idq; qvandoqvidem Ecclesia est reapse cœtus integer hominum multorum, qvorum bona pars sæpe ne assequitur qvidem omnia, qvæ sapientioribus sunt tamen δόγματα κύρια, sive præ simplicitate ingenii, sive ex summâ incuriâ, pars assequitur qvidem & consentit; sed interdum tamen interpretatione non nihil alia atqve alia adhibita.*

 Jam

Quenã sententia appellari possit Eccles. sententia.

Jam verò si accuratè qvidem velimus loqvi, non potest Ecclesiæ appellari sententia, qvam bona ejus pars ignorat: nec illæ interpretationes referri possunt inter totius Ecclesiæ placita. Quæcunq; tamen sententia non rejicitur, sive ab omnibus, sive à plerisq; , illa qvin possit Ecclesiæ vox haberi, non videtur dubitandum. Saltim hujus vero censûs est hæc Metrophanica Græcæ Ecclesiæ confessio. Neq; enim habet hæc qvicqvam, qvod videas ab hujus avi Græcis scriptoribus Ecclesiasticis aut omnibus, aut plerisq; rejici qvamvis reperire sit nonnullos de cultu imaginum, adoratione sanctorum, rituum auctoritate, alisq; longè crassius philosophatos. Et paulo ante ita scripsit Conringius: sufficit autem in tutelam sibi liber ipse: omnia qvæcunq; vel cum universis occidentalibus, vel seorsim, aut cum Romanensibus aut cum Protestantibus Græcæ Ecclesiæ intercedunt controversias & ingenuè narrans, & pro virili propugnans. Hæc Conringius.

Secundum hunc sensum & ego hæc Verba Hottingeri: *Ex hâc confessione constat, qvæ doctrina Cyrillo vivo in Ecclesiis Græcis fuerit recepta,* intellexi. Neqve aliter Dn. Hottingerum sua verba intelligere vel intelligere potuisse, omnino existimavi. Atqve hâc ratione, citra ullam ψευδοερμηνείας προφάσεων intellectis verbis; & assertioni Hottingerianæ meam Contradictoriam opposui. *Non esse illam confessionem Cyrilli Confessionem Ecclesiæ orientalis, & per Consequens, nec constare ex hac confessione, qvæ doctrina, Cyrillo vivo, in Ecclesiis Græcis fuerit recepta.* Id demonstravi his argumentis.
1. Qvia Patriarcha Constantinopolitanus hanc confessionem conscripsit, & edidit ex proprio suo sensu, non ex sensu vel consensu totius Ecclesiæ Orientalis. Hoc verò se ita habere, patere dixi, non solum ex defectu probati vel allati consensus (Cyrillus enim solùm suum nomen huic confessioni adjecit, non reliqvorum Collegarum vel Patriarcharum, ut in confessionibus fieri assolet, & fieri debet) sed etiam è duplici publicâ contradictione per binas censuras Synodales, alteram Anno 39. sub Cyrillo Berrhoënsi, alteram Anno 1642. sub Parthenio, utrisqve Patriarchis Constantinopolitanis, sufficienter declaratam & promulgatam.

2. Secundum probationis argumentum deduxi è contrarietate hujus confessionis cum receptis dogmatibus Græcorum.

Cyril-

Cyrillus enim absolutam Calvinianorum Reprobationem in Confessione illâ afferit & defendit, qvam tamen Græca Ecclesia (teste ipso *Edvin Santes*, homine Reformato Anglo, viro erudito & rerum Ecclesiasticarum, qvà Orientalium, qvà Occidentalium scientissimo) toto animo detestatur.

His præmissis, tandem in hæc verba prorupi: *Jam dicat nobis Hottingerus, qvomodo Confessio Cyrilli doceat, qvæ doctrina in Ecclesiâ Græcâ tùm fuerit recepta?*

Judicet nunc Benevolus Lector, anne ego Dn. Hottingero injuriam ullam fecerim, vel qvicqvam affinxerim? & an mea sententia à Dn. Hottingero subruta & prostrata jaceat, amnon verò recto talo adhuc consistat?

Nihilominus tamen Hottingerus, dum in Topographia Ecclesiastica Orientali, non unam, sed aliqvot Rationes recenset, qvæ ipsum ad sciagraphiam, i.e. brevissimam Theologiæ Orientalis, adeoqve & status Ecclesiarum per Orientem Christianarum inqvisitionem invitarint. p. 1. 2. ponit: *& provocantium fervorem, justumq; & viro bono dignum famæ defendendæ desiderium.* Et num. v. p.6. *Justum deniq; scribit, in tanta, tamq; gravi causa ab impactis calumniis famæ defendendæ desiderium pondus addere debet, & vel currentem incitare. Non est adversariorum qvorundam levis accusatio, qvasi Reformati, desperatâ in occidente causa sua frustra sollicitarent Orientem, Abrahami Ecchellensis expostulationem & notorium falsi crimen, qvo maximis inter nostros luminibus invidiam conciliare annititur, alibi jam expressimus. Videatur breve Apologeticum, Lexici nostri Harmonici Heptaglotti, sive Etymologici Orientalis Præfationi annexum. Hinc ignorantia, illinc fraus nostratibus objicitur. Utramq; nobis magno fastu exprobrat modo memoratus Maronita.*

Postqvam Dn. Hottingerus hæc protulit, accessionem qvoqve ad me facit, qvamvis: qvod & ego publicè prædico, placidè & ut solet, virosqve Theologos decet, non neglecta moderatione. Nihilominus tamen, qvia Dn. Hottingerus in ea versatur opinione, *me minus cautè in hâc palæstra versatum esse, qvod per nudatum ipsorum latus, capita nostra periculis adversariorum objecerim*, p. 7. *me aliqves malè traducere.* pag. 93. *figmenti convitio ipsum onerasse.* p. 85. *me ipsi aliqva vel affinxisse, vel mutilatè sua proposuisse.* p. 96. & in Bibliothecario

Qva-

Qvadripartito Anno 1664. Tiguri edito. libr. tertio Cap.1.pag.346. de reportato jam qvasi de me triumpho ἐπινίκιον canit, ita ſcribens. *G. Fehlavii Dantiſcani Objectiones, de editâ Confeſſione Cyrilli, breviter diluimus in Topographiâ noſtrâ Eccleſiaſticâ Orientali.* Vix, reor, poſſem vel levitatis vel deſertæ in hâc causâ ſtationis notam effugere, niſi, oblatâ hâc repetitæ hujus libri editionis tàm ſplendidâ occaſione, vel factum excuſarem, vel, ſi veritas à meis partibus, uti omninò credo, ſtat, defenderem, & ad objecta reſponderem. Non gravatè igitur Dn. D. Hottingerus & Benevolus Lector, uti opinor, feret, ſi bonæ meæ cauſæ patrocinium ſuſcipiens, & objectiones propoſitas in medium protuleroo, & ad eaſdem, ſervatâ tamen moderatione defenſiones meas repoſuero.

Verba Hottingeri.

Primo, omnium *D. Hottingerus pag. 7. cap. 1. Topograph. Eccl.* reprehendit, qvod minus cautè hanc controverſiam in certamen vocaverim. *Ipſi etiam*, ſcribit, *qvi communem hic nobiſcum habent cauſam, cautius nonnunqvam in hâc verſari debuiſſent palæſtrâ. Qvid neceſſe erat, Reformatorum vel Genevenſium vapulare ſedulitatem, in Editione Confeſſionis Patriarchæ Cyrilli, vel noſtrum etiam ea in re conatum? & tamen multis (modeſtè qvidem & placidè qvod vel publicè, non diffiteor; non tamen cautè ſatis, qvod per latus noſtrum ipſorum qvoqve petantur periculosè capita, nec Pontificii Cyrilli cauſam propriam nobis, ſed communem utriusq; eſſe volunt; Videatur Anti-Mus. Erberm. p. 99.) hoc egit argumentis Georgius Fhelavius Dantiſc. ſuo de ſtatu & ritibus Eccleſiæ Græcæ ſcripto translato, notisq; illuſtrato, Epiſtola Dedic.*

Loc9 2. Cor. 13. v. 8. explicatur.

Ad hæc ego Reſpondeo cum Apoſtolo Paulo ex 2. Epiſt. ad Corinth. cap. 13. v. 8. *Non poſſumus qvicqvam adverſus veritatem.* In qvem locum ita παραφράζει Cornelius à lapide q. d. *Sicuti non poſſumus, ſcilicet diſſimulare, ſi qvod adverſus veritatem faciatis, hoc eſt, adverſus æqvitatem & officium: ita, ſi ſecundum veritatem, hoc eſt, officium agatis, punire non poſſumus, qvia nihil contra veritatem poſſumus, ſed omnis noſtra poteſtas pro veritate eſt in æqvitate jam dictâ tuenda & facienda.* Et noſter D. Balduinus: *Non poſſumus aliqvid adverſus veritatem, ſed pro veritate, hoc eſt, ita reqvirit Profeſſio mea, ut potens ſim in contumaces, inermis in obſeqventes, ne veritas Doctrinæ meæ aliqvid detrimenti patiatur, qvam ego deſerere non poſſum, ac proinde nec admittere, ut ea propter paucorum malitiam malè audiat.* Nec malè in hunc ipſum

Locum

Locum Joh. Calvinus: *Non enim possumus.*] *Hoc est, Non aliam qværo potestatem, neqve appeto, qvàm qvæ mihi à Domino collata est, ut serviam Veritati. Pseudo-Apostolis perinde est, modò possint. Neqve illis curæ est suâ potestate uti in bonum. In Summa, honorem sui ministerii tuetur ac vendicat, qvatenus conjunctus est cum DEI Veritate. Ac si diceret, qvid ad me? Nisi enim hoc mihi sit propositum, servire Veritati, falsa erit & injusta omnis Potestas qvam usurpavero. Si autem qvicqvid valeo, id confero ad promovendam Veritatem: Jam non ago proprium meum negotium. Salvâ autem Doctrinæ authoritate, veritate illæsâ, habeo qvod volo. Qvod igitur tantoperè contendo, huc privato personæ meæ studio non impellor. Cæterùm hâc ratione innuit, eum, qvi pro solâ Veritate pugnat ac laborat, si ita opus sit, non ægrè passurum, ut tanqvam reprobus habeatur hominum opinione: modò ne qvid obsit DEI Gloriæ, Ecclesiæ ædificationi, & sanæ Doctrinæ Authoritati. Locus hic diligenter est observandus, propterea qvòd potestatem, qvam habere debent Ecclesiæ Pastores, suis finibus terminat: nempe, ut sint Ministri Veritatis.*

Et siqvidem Hottingerus, nec non Barth. Nihusius meam controversiam, qvam super Cyrillo Lucari habeo, pensiculârit, videbit, eam Δὶς διὰ πασῶν à Nihusianâ & Allatianâ discrepare. Non enim ego Ecclesiam Græcam cum Pontificia consentire unqvam dixi; constanter contrarium urgeo, ideoqve ementitum dico illum esse, qvo Leo Allatius & Nihusius tantoperè superbiunt, titulum *Consensus vel Perpetuæ Consensionis Orientalis Ecclesiæ cum Occidentali Pontificia*; nunqvam calamitatibus Cyrilli Lucaris insultavi, uti Allatius & Nihusius faciunt, sed potius dolorem & Συμπάθειαν sum testatus. Illud solùm dixi & defendi: Confessionem Cyrilli non esse per omnia Doctrinam & Confessionem totius Orientalis Ecclesiæ, sed Græcos ab illâ dissentire, & Confessionem illam fermentatam esse Sententiâ & Doctrinâ Reformatorum. Annè hoc ipso latera: Reformatorum nudaverim, & per illa nostra capita telis Pontificiorum periculosè & minus cautè objecerim, ego certè videre non possum. Hottingerus allegat primò Erbermannum. *Videatur*, inqvit, *Anti-Mus. Erberm. p. 99.* Intelligit sine dubio Viti Erbermanni Anti-Musæum, h.e. Parallela Ecclesiæ veræ & falsæ, ubi p. 99. hæc Verba profert. *Ostenditur generatim falsitas Excusationis Musæanæ. Scatet hæc tam modica plagula offuciis & calumniis. Nam I. qvi qværso, illi allegata ab*

Viti Erbermanni thrasonica verba histo: Hottingero.

historici, qui vos à Schismatis & Heresews labe absolvunt, nisi vestri gregales, & aliàs ob mendacia, calumnias, dudum infames, Sleidanus, VVolfius (qvibus, si etiam è Schismaticis Petr. Svavem & similes adnumerare libet, per nos licet.) Qvot verò probatæ Fidei Historicos & Chronologos reponere possemus. II. Qvis ille Orbis Christianus, nisi Lutheranus & Calvinianus, cui innotuit vestra innocentia hâc in parte? Certè vester pupillus Grex non adæqvat etiam Neophytorum numerum in utrâqve Indiâ, Japoniâ, Chinâ, Brasilia, &c. ut nihil de Catholicis Pontifici in Europâ & Asiâ, & Africâ adhærentibus dicam. Et hi omnes Hæreticorum & Schismaticorum albo vos inscribunt. Qvid jam de Græcorum cæterorumq; Orientalium nationibus qvoqvo modo Christianis? Eodem certè illi vos loco habent. Lege sis Musæe (& confundere de tàm prodigâ Hyperbole) Epistolam Hieremiæ Patriarchæ Constantinopolitani ad Theologos Thubingenses, item q; Parthenii Patriarchæ decretum Synodale contra Cyrillum Lucarim, novi vestri Evangelii Discipulum Græcum, & vide, qvo vos loco habeat Oriens, nempe exploratissimorum Hæreticorum, qvi plus volunt sapere, qvàm Vetus & Nova Roma, ut loqvitur Patriarcha Hieremias. Hæc sunt Verba Erbermanni; Ex qvibus satis superqve apparet, Erbermannum vel non legisse, vel dememinisse, qvid Tubingenses Theologi in *Præfatione editorum Actorum & Scriptorum VVirtemb. & Patriarchæ Constantinop. Hieremiæ, contra Socolovium* in hâc causâ jam An. Christi 1587. responderint; qvo benevolum Lectorem remitto, qvi ex lectione illius Præfationis liqvidò agnoscet, non me per nudata Reformatorum latera, capita nostra telis Pontificiorum periculosè & minus cautè objecisse, nec Erbermannum novum aliqvod convitium protulisse, sed cramben sæpè recoctam & antiqvam cantilenam Antecessorum suorum repetiisse. Idem enim scripsit *Stanislaus Socolovius Serenis. Stephani Poloniæ Regis Theologus.* Idem *VVilhelmus Lindanus* Ecclesiæ Ruræmundensis Episcopulus. Idem Rabula qvidam Forensis *Iohannes Baptista Fickler*, Archi-Episcopi Salisburgensis Consiliarius. Qvibus omnibus laudatissimi Theologi Tubingenses ex asse jam fecerunt satis.

Erbermanꝰ refutatur.

Ideò benè & longè rectius de laudatissimorum horum Theologorum proposito judicat noster *B. D. Hieronymus Kromayerus, Theol. & Prof. Lipsiensis Historiæ suæ Ecclesiasticæ Centuria V. p. 180. 181. his usus verbis*: Occasio istius Responsi fuit, qvod Tübingenses Theo-

Theologi, præprimis Jacobus Andreæ, & in reliqvis responsis Jacobus Heerbrandus, Theodoricus Snepfius, Lucas Osiander, Stephanus Gerlachius, Eberhardus Bidenbachius omnes S.S.Theol. Doctores Augustanam Confessionem per Crusium Græcè conscriptam Patriarchæ Constantinopolitano, qvi brevi post de throno Patriarchali dejectus fuit, transmiserint, non eum in Finem, ut Pontificii nugantur, qvasi sub alas ipsius confugere, ipsumqve pro capite, postqvam Pontificem Romanum rejecissent, agnoscere vellent, sed ut ipsius judicium de hâc Ecclesiarum nostrarum confessione cognoscerent. Non autem acqvieverunt nostrates in Primo Patriarchæ responso, sed postqvam in non paucis idem ab Ecclesiis nostris dissentire viderent, ad Lydium S. Scripturæ Lapidem examinarunt, cui Examini Patriarcha Responsum aliud ex Conciliis VII. Oecumenicis & Patribus Græcis vetustioribus consarcinatum opposuit, sed à Nostratibus qvoqve fuit refutatum. Tandem Patriarcha Responsum Tertium & Ultimum contentionis serram reciprocare nolens ulterius Nostratibus misit, qvod tamen censuræ, non secus ac priora responsa, Nostrates subjecerunt. Acta ista Græcè & Latinè conscripta VVittebergæ sumtibus Hæredum Johannis Cratonis in folio fuerunt excusa, & in salivam publicam emissa.

Nihusii verba allegata ab Hottingero.

Allegat Secundò *Hottingerus* p. 95. *Nihusium* sic scribentem: *Fhelavium vestrum laudo, qvòd Hottingerum carpens, neget sequi, Patriarcham Cyrillum Lucarim fuisse Calvinistam, ideò & Calvinisticam fuisse Græcorum tunc Ecclesiam.*

Fateor ita esse, Bartholdum Nihusium in Libro (qvem in diversis Nundinis hîc Gedani, imò etiam in dissitis aliis locis apud Bibliopolas frustra qvæsitum, tandem hoc Anno 1666. d. 27. Februarii Lipsiâ accipio; adeò laboramus interdum penuriâ necessariorum Librorum!) cui titulus *Concordia Nationum Christianarum per Asiam, Africam & Europam in Fidei Catholicæ Dogmatibus apud Borealis Europæ Protestantes deseri contra fas pronuper cæptis; Programmate Posteriore ad Protestantium Academicos* p. 273. seqventem in modum stilum formare. *In cæteras igitur Ecclesiæ Græcæ de Fide Sententias, nobis Latinis adversari censitas illic apud Vestrates, oculos convertere paulatim poteritis, dum, etiam illic veritatem vestrates eosdem latere, meus asserit asseritq; Allatius. In universum autem, si & hic ipsum impugna-*

re fuerit animus attendite, ne confundatis Ecclesiæ Græcæ dogmata, Fidei Leges tradentia, cum privatis horum illorumve Græcorum, qui Ecclesia ipsa Græca non sunt, opinionibus. Christophori Angeli, Græculi in Angliâ Scriptoris, interpretem nuperum, Fhelavium vestrum, laudo, qvod Hottingerum carpens, neget sequi; Patriarcham Cyrillum Lucarim fuisse Calvinistam, ideo & Calvinisticam fuisse tunc Græcorum Ecclesiam. Exstectat responsum Nihusius, futurus lubens, ubi volueritis, Vos inter & Allatium promtus internuntius. Hæc Nihusius; ad cujus verba provocat Hottingerus.

Verùm, qvòd si ex hâc allegatione Hottingerus probare vult, me minus cautè in hâc palæstrâ versatum esse, &, per ipsorum nudatum latus, nostra capita aliorum telis objecere, qvid ad hoc responsurus est, qvod Leo Allatius, etiam ante scriptam meam Præfationem, idem pleno ore jactitavit. Ego jam tantùm hæc ipsius Verba è Lib. III. de Consens. Occident. & Orient. Ecclesiæ affero: *Taceo Cyrillum Lucarim Patriarcham Constantinopolit. & Zachariam Gerganum Artensem Episcopum; qui non Græcorum errores, sed Lutheri Calviniq; hæreses propugnarunt.*

Idem Leo Allatius, suo modo & more, jam ante me, hâc de re Lib. 3, cap. XI. col. XI. col. 1061. de Eccles. Occid. & Orient. perpetuâ Consensione ita scripsit: *Dicunt Cyrillum Lucarin Patriarcham Constantinopolitanum, Calvino adhæsisse, ideone Græcorum Ecclesia Calvinismum seqvitur? Lucaris à Græcis ipsis, tanqvam malè sentiens, rejectus est, & hæreticorum pœnis subactus. De Parthenio compescendo omnem movent lapidem. Qvomodo, qui damnat, damnatos errores amplecti dicendus est? Græci sunt, qvi damnant: Græcorum operâ Turca similes pestes è Græcorum Ecclesiis arcet; & Græcorum etiam sumptibus alii, qui damnatorum erroribus adversantur, in eorundem locum substituuntur: & Græci ipsi Calvinistæ dicuntur? Patriarcha hæreticus, si reliqui sapiunt, utimodò sapiunt, licet turbas afferat, Ecclesiam tamen pessundare non potest.* Ita more suo Allatius. Qvi tamen illud observet: Idem per Parodiam dici posse de illo, qvem in extrusi Cyrilli Sedem Constantinopolitan. suffectum, dicit, *Catholicum Græcum Hadrianopolitanum.*

Ita & Petrus Arcudius Presb. anteqvam ego calamum arripui, in Epistolâ Dedicatoriâ similem in modum scripsit: *Hæretici Cyrillum*

Pseudo-

Pseudò-Patriarcham Alexandrinum Calvinianæ Furiæ Alumnum, solutâ Turcarum Imperatori pecuniâ Græcis Constantinopolitanis, qvasi alterum Anti-papam obtruserunt. Is qvamvis genere, nomine habituq́; sit Græcus, alterius tamen gentis nefaria Dogmata toto pectore hausit, qvæ deinde Græcis, in ipsorum provinciis, & simplicioribus Rhutenis, abjectâ simulatione palam propinavit. Hæc Arcudius:

Egone qvoqve causa & Occasio fui, qvod Leo Allatius, qvod Petrus Arcudius ita scripserint? Minime. Novimus inveteratum Pontificiorum erga Evangelicos odium, unde talis loligo, nemine etiam causam præbente, & omnem cautionem adhibente, largiter sponte suâ enascitur. Opto autem hâc occasione ex animo, ut Theologi Reformati eandem cautionem semper observent, & cautius interdum procedant, etiam in causis, qvas communes nobiscum habent contra Pontificios. Bene recordor, qvid Thorunii Borussorum, in colloqvio Charitativo à Serenissimo Vladislao IV, Poloniæ & Sveciæ Rege, Gloriosæ memoriæ, instituto, contigerit. Cum nostri Majorum nostrorum tempore Caroli V. (qvorum memoria in benedictione,) exempla secuti, Precibus, qvæ ab Episcopo Pontificio prælegebantur, in actu confessionis nollent interesse, sed seorsim preces ad Deum funderent, D. Joh. Bergius, ut suos Pontificiæ parti commendabiliores, nostros autem magis exosos redderet, in Oratione, corám frequentissimâ & solennissima omnium dissidentium Panegyri, hoc Augustanorum Catholicorum institutum scoptice exagitabat, inter alia, uti præsens audivi & adhuc probè memini, ita profatus: *Cur non oremus cum illis, qvi unâ nobiscum Unum Deum Patrem, Filium & Sp. S. confitentur.* Hoccine est cautè procedere! Cùm tamen D. Bergio non potuisset vel debuisset esse ignotum, qvod Pontificii in Canonibus Apostolorum. Can.12. ap. Caranzam in Summâ Concil. pag. 17. doceant: *Si qvis cum damnato Clerico vel-uti cum Clerico simul oraverit, iste damnetur.* Ubi Annotatio ita sonat: *Prohibetur his duobus Canonibus sub pœna Excommunicationis, exterior communicatio, una in crimine, altera in Divinis, tertia in humanis, pœna prohibita est, qvia ex se mala est, duæ posteriores malæ sunt, qvia expresso jure prohibitæ.* Et Can. 45. *Ne oret cum hæreticis Clericus Episcopus, Presbyter & Diaconus, qvi cum hæreticis oraverit, tantum-*

Colloq. Thor.

An orandū cum Hereticis.

tummodò Communione privetur. Si vero tanqvam Clericus hortatus eos fuerit agere, vel orare, damnetur. ap. Caranz. pag. 25. 26. & Canon. 64. p. 30. *Deponatur, qvi cum Hæreticis oraverit. Si qvis Clericus aut Laicus Synagogam Judæorum, aut Hæreticorum conventiculum ingressus fuerit, ut preces cum illis conjungat, deponatur, & à Communione secludatur.* Caranza in Summa Concilii Laodic. Can. 33. p. 191. *de Schismaticis. Non oportet cum hæreticis vel Schismaticis orare.* Videt igitur Clarissimus Hottingerus, qvàm in me desiderat Cautionem, proprios Doctores Reformatos, non sine insigni lapsu prorsus sæpe negligere. Id qvod etiam agnoscit Clarissimus Theologus Gallicanus *Joh. Dallæus in Responsione Apologetica, contra Orationem Episcopi Aurelianensis, Nicolai Denets.* Anno 1636. d. XVII. Februarii, Cleri Gallicani nomine apud Regem habitam, qvâ Reformatos in Galliâ violati edicti Regii accusavit, qvod Lutheranos aliqvos certis legibus ad Sacram Synaxin admiserint. Verba ejus, ne aliqva studio emisisse videar, ita sonant. pag 90. 91. 92.

Reformati in Gall. accusati, qvod Lutheranos ad S. Syna. admiserint.

Ego verò & scio & doleo, nimium multos & fuisse, & fortasse etiam nunc esse Lutheranos, qvibus aversissimus est à nobis animus, & Lingua in nos sæva. Sed qvid facerem ? Si me Fratres oderunt, non ideò & mihi eos vel odisse vel inficiari licet. Etiamsi me conscinderint & calcaverint, Germanitatem Doctrinæ nostræ negare, nec possum, nec volo. Ac qvanqvam omnes purgare, vel excusare nolim, *non dubito tamen, qvin pleriq; non tam charitatis, qvàm notitiæ defectu peccent. Oderunt, qvia nonnullorum maledictis decepti, putant nos de rebus Divinis horrenda qvædam sentire; qvod si, ut ipsis persvasum est, verum esset: non sanè esset injustum eorum odium. Fieri potest, ut nos qvoq; peccaverimus; neq; statis ea, vel qvibus fratrum offensio excitata est, caverimus, vel qvibus certè excitata mitigari ac tolli poterat, curaverimus. Meum Votum est, ut meliorem utrisq; mentem donet DEUS, & iis, quæ utrinq; peccata sunt, benignè propter Christum Jesum remissis, sic nos Spiritu suo Lucis & Pacis afficiat, ut tandem omnes, qvi verè sumus, inter nos agnoscamus.* Donec id fiat, manifestum est Veronianos illos Lutheranos, si qvi sunt, (utinam verò nulli sint!) ad mensam nostram, neqve accessuros ipsos, neqve sanè à nobis, qvamdiu hoc in nos animo erunt, admitti posse.

Dallæi præclarũ judic. de Luth. qvo etiã suos perstringit.

posse. Nam & Justinus supra, & justino major Paulus, ipsos illos Judaizantes, qvos (si mites fuerint, & secum vivere voluerint) admiittebant & ex Charitate ferebant, hos inqvam ipsos, si superbire, & fratres ad Judaizandum cogere cæperint, repudiant. Cæterum in tantâ Honestorum, Piorum, Sanctorumqve hominum, qui Lutherani audiunt, copiâ, fieri non potest, qvin sint non modò aliqvi, sed multi leniori & amiciori in nos animo. Spero & plures in posterum futuros. Hic sciat Veronius aditum ad Mensam nostram à Synodo permitti. Aliis, ea qvæ fastidiunt, certè non desiderant, absit ut invitis ingeramus.

Verba Hott.

Secundò scribit Hottingerus. Cap. III. §. 10. pag. 93. *Malè traducuntur illi, qvi confessionem Cyrilli Patriachæ & Martyris, nomine Ecclesiæ Orientalis ediderunt. Seqvuntur enim tales ipsius Authoris mentem & Explicationem, in ipso limine exhibitam.* Θρησκεία τῶν Γραικῶν, ἤτοι τῆς ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας *Synonyma Autori sunt Ecclesia Græca & Orientalis. Cur igitur nostro arbitrio lituram hic induximus, aut alias hic substituerimus in editione ejus voces?*

Responsio.

Respondeo. Non illud reprehendi, qvod Hottingerus Confessionis Cyrillianæ titulum, qvem ipse Autor Confessioni suæ præfixit, non mutavit, vel expunxit. Qvis enim hoc ab Hottingero reqvirat? Qvis etiam sibi hanc licentiam in alterius scriptum sumat? Sed ego contradixi Hottingeri Judicio, de hâc confessione his verbis expresso: *Ex hac Confessione Cyrilli constare, qvæ Doctrina Cyrillo vivo, qvi hanc (confessionem amicorum rogatu conscripsit, in Ecclesiis Græcis fuerit recepta.*

Pergit Hottingerus: *Sed sumenda est (scribit Fhelav. Epist. Dedicat. l. c. verbis Hugonis Grotii, approbat verò Nihus. Pragram. Secund. p. 273. & Allat. l. c.) Ecclesia Græca, non qvalem ex suo capite Cyrillus nuper, inductus pretio, confinxerat; sed qvalis est revera, qvalem nobis exhibent scripta Jeremiæ, & decreta nuper facta Patriarcha Parthenio, cœtui Præsidente.* Hisce Hugonis Grotii à me productis verbis Hottingerus seqventia opponit: *Ecclesiam Græcam ex capite suo Cyrillus non finxit. Vir erat Eruditus, in antiqvitate omni, & Literaturâ Sacrâ & profanâ, versatus, multis insuper peregrinationibus clarus: Qvid igitur mirum, tantum Virum subolfecisse in Græciâ, multa, non minus, qvam aliis orbis Climatibus, irrepsisse, qvæ manum Medi-*

Medicam, & emendationem requirerent? Monuimus jam antea, varias Ecclesiæ Græcæ fuisse ætates. Modò purior erat, modò impurior. Eadem Ecclesia Constant. periculosum imaginum cultum modò extulit, modò sustulit. Oecumenicum Episcopatum modò nutrivit, modò prætentum potius, qvam obtentum à Romanis confutavit. Qvid igitur miremur, Reformationis in Europâ feliciter peractæ famam in Orientem etiam penetrasse, animumq; ad idem audendum, Cyrillo & aliis, qvi Ecclesiam constituebant repræsentativam, addidisse, præsertim cum constet, non nova hæc aut inexpectata Syncretismi Græcorum & Reformatorum esse consilia. Jam Anno 1451. Nicomedes Macarius, Constantinopolitanus Episcopus, cum Hussitas de Reformatione cogitare audivisset, non conatum modò eorum probavit; sed & Concordiæ ineundæ viam monstravit, Κατὰ τὸν τῆς ἀληθείας ἀπαράγραπτον κανόνα. Ἐν ᾧ μόνῳ ἀληθῶς καὶ ἀσφαλῶς, ἐνθάδε δυνάμεθα ἐν πᾶσι, τῆς ἱερᾶς μεσετευούσης γραφῆς τοῦ ἀληθεστάτου κριτοῦ, *ut Verba Epistolæ sonant, de qvâ Histor. Eccles. Sclav. p. 482. & Histor. Eccles. §. XV. p. 29. Ex qvo tempore alia ex aliâ nata urgendi negotii occasio, opem & operam conferentibus Viris Magnis, donec tandem Cyrillus, qvi diu satis, & qvidem Meletii adhuc Archimandritæ, negotium summâ amplexus fuit curâ, eniteretur. Non ergò festinus, præceps, aut mercede conductus, sed præmeditatus fuit Cyrilli conatus. Hæc Hottingerus p. 93. 94. 95.*

Responsio mea.

Ego Respondeo: Textus meus, cui Hottingerus hæc verba opposuit, sic se habet: *Non seqvitur: Patriarcha Constantinopolit. peculiarem aliqvam plausibilem habet Sententiam, vel Confessionem, ideo illius qvoqve est tota Ecclesia Orientalis. Oportet namqve, ut Patriarcha prius eandem toti Ecclesiæ persvaserit, vel talem confessionem publicè ubiqve sine contradictione introduxerit. Id qvod de Cyrillo probari poterit nunqvam. Opponimus autem Viro Doctissimo. 1. Geminam illam Ecclesiarum Orientalium Synodalem censuram, &c. 2. Opponimus Autoritatem Hugon. Grotii, qvi expressè loco supra citato, ait: Sumenda est autem Ecclesia, non qvalem ex suo capite Cyrillus nuper inductus pretio, confinxerat, sed qvalis revera est.* Hinc videt Benevolus Lector, qvâ occasione ego Verba Grotii in medium protulerim? scilicet, ut Auctoritati Cyrilli, Auctoritatem Grotii opponerem. Cyrillus vocat suam Confessionem, Confessionem Orientalis Ecclesiæ, Hottingerus hunc

hunc Titulum approbat & confirmat, dicens: *Hanc Confessionem docere, qualis Doctrina in Ecclesiis Græcis, Cyrillo vivo, fuerit recepta.* Ego huic sententiæ contradico, qvia Cyrillus nondum probavit, & reliqvos Græcos ita sentire, & instantiæ loco produco duas Synodos in Orientali Græca Ecclesia contra Cyrillum & ejus Confessionem coactas, nec non Autoritatem Hugonis Grotii. Hottingerus posterius primo loco aggreditur, & qvæ modò nunc produci, contra Grotium protulit. In qvibus illud inprimis operosè urget, *Non festinum, nec præcipitem, sed præmeditatum hunc fuisse Cyrilli conatum.* Hujus ego Cyrillum nunqvam reum egi. Concedo omninò, non festinum, sed præmeditatum hunc Cyrilli fuisse conatum.

Illud autem est, qvod præcipuè in Qvæstione versatur. An Cyrillus ex suo capite Ecclesiam Græcam confinxerit? & id pretio conductus fecerit? Utrumqve H. Grotius asseruit: Et, qvod ad posterius illud: *Pretio conductus*, potissimum attinet, ut præsumitur, non citra fundamentum aliqvod Veritatis, qvæ ipsi (uti erat homo multæ Scientiæ & Conversationis, πολυμαθὴς καὶ πολυγνώμων) ex relationibus Constantinopolitanis potuit innotuisse. Ideò etiam ipsius Testimonium adduxi, qvamvis ego nihil certi hâc de re velim asseverare, utpote qvi certam conscientiam hujus φιλαργυρίας Cyrillianæ non habeo; nisi in qvantum Leo Allatius de eâ testatur, dum Lib. 3. de Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ consensione. cap. XI. col. 1070. ita scribit: *Cyrillus* (sc. sede Constantinopolitanâ jam motus, & captivus in Insulam Rhodum relegatus, suffecto Catholico Græco Hadriapolitano) *posteà multa argenti ope libertati restitutus, Galatam profectus, cùm rursus Hæreticorum pecuniis Patriarchatum invadere tentaret, Hadriapolitanus ab Ecclesiasticis animatus, quadraginta Millia Dalleriorum pollicitatione Dignitatem suam sustinuit, & Cathedram sibi debitam defendit. Interim Lucaris, amicorum suorum & Hæreticorum pecuniæ auxilio; namqve 60000. Dalleriorum persoluta sunt, Patriarchatum invadit; in qvibus exigendis extremum in modum Ecclesiam Græcorum afflixit. Nugantur itaqve, qvi dicunt, Turcam à Catholicis edoctum fuisse, hisce altercationibus posse ingentes summas extorqveri à Christianis; cùm totum hoc hæreticis Calvinistis debeatur; qvi, ut suâ labe Græcorum Ecclesiam inficerent, argentum Lucari fœnori non modò magno, sed & iniqvissimo locârunt; qvod ut persolveret, ille Episcopatus omnes*

An Cyrillus precio conductus hoc fecerit?

mnes ac beneficia Ecclesiastica obligavit. Hinc Calvinistæ, rebus illius Patriarchatûs potiti, tum Sacra, tum Profana æqvè æstimantes, omnia, qvàm plurimo vendere, & ut lucrum qvadruplicarent, ejusdem rei venditionem opulentiori emptori qvadruplicare. Tam insveto fœnore pendereq; prægravata Græcorum Ecclesia ingemuit,& experimento didicit, &c. Et paulò post: *Novatores ut nova & nondum nota,sed abortiva ingerant,sumptibus non parcunt aliorum miseriis suffulti.* Hæc Leo Allatius d. l. cujus tamen, utpote professi Cyrilliani Episcopatûs (ἐπισκοπῆς) hostis, testimonio,fidem per omnia non habeo. Illud tamen diffiteri non possum; confidentiùs & securius illum defendi posse,cui *nihil* tale qvid de tantâ concessæ Subsidiariæ pecuniæ Summâ non potest objici. Hinc *Cl. Hermannus Conringius, Professor Helmstetensis Celeberrimus,* Metrophanis Critopuli Confessionem Orientalis Ecclesiæ compendiosè conscriptam contra Sycophantarum morsûs defensurus,consideratè ita scribit: Potuit sanè, qvod rogatus erat, optimè omnium præstare; qvandoqvidem valebat ingenio, judicio & doctrinâ non proletariâ. Ecclesiæ autem suæ Fidem & placita qvî ignoraverit, Ἱερομόναχος in monte Atho, illo Seminario Monachorum uberrimo, ut hinc S. Montis nomen acceperit, institutus, & ob peritiam ac dexteritatem in Πρωτοσύγκελλον, sive Primarium Sigilli Patriarchalis custodem (qvæ magna in Patriarchejo est Dignitas) jamjam evectus? Non levis etiam erat aut vanus, qvales mentiendi libidine agitantur,sed vir planè gravis in omni vitâ & probitate singulari. Nec erat, qvare apud nos qvicqvam Ecclesiæ suæ dissimularet: omnibus ingenium candidumqve testimonium flagitantibus, nonnullis ea qvoqve GRÆCORUM rerum peritiâ,ut non temerè posset ipsis imponi. Multòminus sive Honor, sive Opes, sive Voluptates ostensæ fuerunt fingenti in præmium. Procul abfuerunt semper nostratium mores ab ejusmodi corruptelis & improbis Lenociniis. Tales inescandi artes ad profitendum consensum damnat universa Ecclesia Protestantium. Fœdâ certè & turpi calumniâ Ecclesiis nostris impingitur,qvasi illæ unqvam ejusmodi illecebris Græcam Ecclesiam in unionem allexerint: qvamvis meritò omnes eam salvâ veritate optemus & desideremus, & technas illas Romanensibus perqvam fuisse familiares haud nesciamus. Qvi proinde seqvius aliqvid de hoc Metrophanis libello suspicari velit,

Critopuli Conf. Sinceri as pr. bata à D.Conr.

lit, ad Nihusii exemplum, is profectò magna aut bonum illum Virum, aut nostros, imò utrosqve injuriâ affecerit. Hæc Conringius.

Adeò benè cùm illo comparatum est, cui nihil vel de ambitu vel Pecuniâ potest objici. Ille magnâ cum Παῤῥησίᾳ & Fiduciâ etiam in conspectu infensissimorum hostium potest commendari.

Prius autem, *Qvòd Cyrillus Ecclesiam Græcam ex suo capite confinxerit*, non solùm Grotius scripsit, sed ego qvoqve cum Grotio idem dico. Nam id probat collatio Doctrinæ communiter in Græciâ receptæ, & hujus Confessionis, qvæ Cyrillum auctorem agnoscit. Placet hìc adjicere, qvæ habet *Excell. Celeberr. Dnq. D. Abraham Calovius, Dnq. Affinis & Fautor meus honoratissimus, in Dissertatione panegyricâ de Græcorum Fide ac Religione modernâ VVitteberga. Anno 1658. d. 29. Nov.* Biennio, &c, qvod excurrit post, qvando ego mea scripsi & edidi, conscriptâ & recitatâ: Illa sic sonant:

Consensus & Approbatio D. Calovii.

Sed mirum fuerit, atqve stupendum prorsus, Orientalem Ecclesiam, qvæ nunqvam absolutum Calvinianæ Prædestinationis decretum credidit, nunqvam Corporis & Sanguinis Christi præsentiam in S. Cœna inficiata est, nunqvam repræsentationis atqve figurationis Zvvinglianæ spectrum somniavit, unius Cyrilli opera tàm subitò in antiqvæ Fidei in his capitibus abnegationem, & σκολοδοξίας Calvinianæ susceptionem inductam fuisse, & tàm facilè non Constantinopolitanam tantùm Ecclesiam, sed universum Orientem cum Cyrillo illo conspirasse. Non dicam jam, qvòd non pauci dubitarint de Confessione illâ, an eadem Cyrilli Lucaris sit? neqve id operosè exponam, qvomodo Cyrillum istum ambitio ad Calvinianam Religionem induxerit, aut qvibus artibus ipse, cùm Rector primum Scholæ Rhutenorum Ostrogensis, post Exarchus, & Archimandrita factus, obtensa à Calvinianis qvibusdam peregrinis & advenis pecuniâ, in Sedem Constantinopolitanam penetrarit, & qvomodo stipulatus Calvinianis vice versa fuerit, Orientales in eandem Communionem sese attracturum, de qvibus in successoris Arsenii Epistolâ legere est, à Leone Allatio & Fratribus de VValemburg productâ.

Cyrill. Gelas. Patriar. Al. in suā sententiam tentat pertrahere, sed frustra.

Id certè ficco pede prætereundum non est, qvod Cyrillus prædictus Gelasinum Patriarcham Alexandrinum literis & promissis suis, de Collegiis, in qvibus impensis Hollandorum Alumni Græci fustentarentur & erudirentur erectione, nec non operum Sanctorum Patrum editione, aliisqve splendidis pollicitationbus in consensum qvidem adducere laborarit, sed repulsam tulerit. Juvat qvædam è literis Alexandri in Ægypto Anno 1629. 18. Junii datis repetere. Gelasinus miseratione divinâ Papa, & Patriarcha magnæ Urbis Alexandriæ, & Judex Orbis terrarum Communionem in Christo habere & Spiritui conjunctos esse, cum hominibus eadem sentientibus, eandemqve pietatem colentibus, mihi non solùm videtur honestum, sed valdè etiam optandum. Qvid enim jucundius conjunctione & consensione fraternâ? Verùm conjungi cum hominibus alienæ Fidei, non solùm periculosum esse didicimus à B. Paulo, sed etiam evitandum vehementissimè. Idcirco vos interim nec unius Corporis, nec unius Societatis & Communionis vocare ausim, qvippe qvi ejusdem Dominici Corporis non estis participes, nec eâdem imagine Fidei consignati. Qvod si rursus conjungi volueritis, ut in tuis literis subindicare videris, nihil omninò deflectentes, non multum, non parùm, ab eâ religione, qvam vos etiam anteâ tenebatis, tunc sanè libenter expansis ulnis vos suscipiemus. Qvod ut fiat, si opus erit Concilio, ut omninò opus erit, parati sumus & longa suscipere itinera, & impensas facere, maris pericula pro nihilo ducere, & qvemvis laborem subire ad vestram Salutem restitutionemqve ad pristinam religionis Dignitatem. Hæc Gelasinus Alexandr. Patriarcha.

Neqve id tacendum, qvòd, uti habetur in prædictâ Arsenii Hieromonachi Constantinopolitani Epistolâ, lectio Cyrilli susceptâ non sit communi suffragio, neqve communi consensu Græciæ gesta, qvæ ab ipso gesta sunt, neqve sanè plerisqve consciis, sed ignorantibus; imò mirantur Græci, in illâ Epistolâ, persvasionem ejusmodi, qvasi Græca Ecclesia ita stultè & inconsideratè mutata esset repentè in novam qvandam, & portentosam hæresin, unis hactenus Occidentalibus notam, Græcis verò incognitam prorsus, nisi fortè paucissimis qvibusdam in Italiâ, aut alibi uspiam educatis & Latino ritu institutis. Hæc D. Calovius.

Per-

Pergit Hottingerus, seqventem in modum contra me argumentando:

Verba Hott.

Cyrilli Confessio aut cum Veteri Ecclesiâ Græcâ consentit, aut ab ea dissentit; Si Prius (qvod abundè Analecta nostra probant) qvid figmenti convitio opus erat, Si posterius, demonstrandum prius fuisset.

Resp. Argumentum ita potius debuisset formari: Cyrilli Confessio aut cum *Recentiore* Ecclesiâ Græcâ consentit, aut dissentit. Debet enim Cyrilli Confessio, judice Hottingero, docere, qvæ doctrina, *Cyrillo vivo*, in Ecclesiis Græcis fuerit recepta.

Dissensio Confess. Cyr. Luc. ab ea, in qva vixit, Eccles. Græca ad oculum ostenditur.

Dissentire autem Confessionem Cyrilli ab ea, in qvâ vixit, Ecclesiâ Græcâ, qvilibet Græcæ fidei, Græcanicorumqve dogmatum gnarus, ex ipsa Confessionis Cyrillianæ lectione illicò agnoscit. e. g. qvod *cap. 1.* scribit, *Spiritum Sanctum à Patre per filium procedere*, qvod *cap. 3. absolutum Calvinistarum Decretum asserit.* In cap. 13. in descriptione justificationis & bonorum operum cap. 14. in doctrina de libero arbitrio cap. 15. in doctrinâ de Sacramentis, dum duo tantum Sacramenta statuit, in qvo à reliqvis Græcis discedit. Item, dum, *ut integrum sit Sacramentum, dicit, opus esse, ut concurrat res terrena & actio externa cum usu rei terrenæ à Christo Domino instituto, atq; cum vera fide conjunctio, qvia fidei defectus præjudicat integritati sacramenti.* Si enim Cyrillus hic per integritatem Substantiam Sacramenti intelligit, omninò errat & Calvino applaudit. Cap. 17. in descriptione sacramenti Cœnæ qvoq; non obscurè calvinisat, dum, præmissâ descriptione institutionis Eucharistiæ ita scribit: *Ista est simplex, vera & legitima hujus mirabilis Sacramenti institutio, in cujus administratione præsentiam veram, realem Christi confitemur & profitemur at illam, qvam fides nobis offert, non autem qvam excogitata docet transsubstantiatio. Credimus enim fideles corpus Christi manducare in Cœna Domini non dente materiali terendo, sed animæ sensu percipiendo, cum Corpus Christi non sit illud, qvod oculis in sacramento sese offert, sed illud, qvod fides spiritualiter apprehendit, nobisq; præbet. Unde verum est, si credimus, manducamus & participamus, si non credimus, omni fructu destituimur, consequenter calicem bibere in Sacramento, esse sangvinem verum Domini nostri Jesu Christi communicare, eo modo, sicut & de corpore asseruimus,* &c. In qvibus verbis Cyrillus, Calviniano prorsus modo, sub Trans-

Cyr. Lucar. calvinisat.

ſubſtantiatione, præſentiam ſubſtantialem corporis & ſangvinis in ſacrâ Cœnâ his in terris adminiſtratâ & ſub ſpirituali manducatione oralem manducationem rejicit.

Concl. Conf. Cyr. Luc. diſſēsū à reliquis Græc. non obſcurè indicat.

Ipſa Concluſio qvoqve Cyrillianæ Confeſſionis diſſenſum à Græca Eccleſia non obſcurè videtur innuere, qvæ his verbis à Cyrillo eſt concepta: *Compendioſam iſtam confeſſionem noſtram futuram conjecturamus in ſignum contradictionis apud illos, qvibus placet nos calumniari & injuſtè perſeqvi. At nos confidimus in Domino noſtro Jeſu Chriſto, & ſperamus qvod cauſam ſuorum fidelium non relinqvet, neq; virgam malignorum ſuper ſortem juſtorum.*

Superiorem confeſſionem à nobis Latinè primò conſcriptam, nunc qvidem noſtra lingva de verbo ad verbum expreſſimus, ut in Latino habetur exemplari & archetypo, in qvo qvum rem in compendium contraxerimus, amplum adeò &, ut tempus ac neceſſitas poſtulaſſent, tractatum non exhibuimus, verum hæc in futurum rejicimus; brevi enim, divino favente numine curabimus, ut omnes fidem noſtram, illam ipſam eſſe agnoſcant, qvam Dominus noſter Jeſus Chriſtus tradidit, Apoſtoli prædicarunt, & Orthodoxa docuit Eccleſia. *Qvapropter, qvum Orthodoxi qvidam, qvid de particularibus qvibusdam articulis ſentiamus, nos in præſentiarum interrogârint, noſtramq; ſuper hac re ſententiam expetierint, ea qvæ ſeqvuntur, ſuperioribus, uti videtis, annectimus.*

Interrog. & Reſp. de Imaginibus.

In *qvarta* qvoqve, qvam Confeſſioni ſubjungit. *Interrogatione & Reſponſione*, dum cultum & adorationem imaginum improbat & rejicit, imò & præſentiam imaginum in publicis templis, (nam effigies Chriſti & ſanctorum habere ei, qvi voluerit, ſcil. in privatis ædibus, uti intelligo, concedit) non admittere videtur, à communi & in oriente & Moſcovia, Ruſſiaqve Eccleſiarum Græcanicarum ſententia & conſvetudine diſcedit.

Itane vero Confeſſio Cyrilli docet, qvæ doctrina, Cyrillo vivo, in Eccleſiis Græcis fuit recepta?

Eccl. Græc. convocatis binis Syn. Cyrill. Confeſſ. refutavit & damnavit.

Non ſolùm autem inſpectio & Collatio Confeſſionis Cyrillianæ hunc diſſenſum ad oculum oſtendit. Sed & ipſa qvæ & Cyrillo adhuc in vivis exiſtente, & fato functo, fuit Eccleſia Græca, publicum Diſſenſum palàm & publicè convocatis binis Synodis eſt teſtata.

Atq;

Atqve ut hoc Lectori tantò melius patescat, adscribemus utramqve Synodalem Constantinopolitanam Censuram contra Cyrillum Lucarim latam, prout è Græco in Latinum sermonem est conversa, qvæ etiam hunc usum præbebit, ut sciant omnes, qvid Græca Ecclesia de hoc vel illo puncto tam recenter synodaliter statuerit & decreverit, qvæqve modernæ Ecclesiæ Græcæ de fidei capitibus sit sententia, sive dum veritatem propugnat, sive dum falsum & mendacium amplectitur. Nam recentius scriptum, qvod qvidem communi Ecclesiæ Græcæ consensu editum sit, qvantum mihi constat, non habemus.

Prior Patri. Conft. Synod. Censura.

Et prior qvidem Cyrilli Berrhoënsis Patriarchæ Constantinopolitani Censura Synodalis adversus Cyrilli Lucaris Confessionem Fidei promulgata, seqventibus verbis nobis proponitur.

Exemplum transsumtum sententiæ contra CYRILLUM LUCARIM, *adscriptæ sacro Codici Magnæ nostræ Ecclesiæ.*

Constantinopolitanus miseratione divina Patriarcha Cyrillus Berrhœensis.

Sententia Synodi Constantinopolitanæ contra hæretica capita Cyrilli Lucaris, qvi DEI permissione fuit Patriarcha Constantinopolitanus.

Omnium qvidem, qvæ publicæ conferunt utilitati, eos, qvibus credita sunt gubernacula administranda, curam gerere, præcipuè verò rerum ad pietatē spectantium, lex paterna, potiùs verò Dei in prophetis minantis, malum gregis ex negligentia patratum, è manibus pastorum qværere, est præceptum. Arguere igitur decet, & in malum invehi, ne ob imperitiam, tanqvam bono huic simpliciores adhæreant. Et præsertim eum, qvi hoc proponit, non nudum, sed veluti bonum, qvibusdam orationis vanitatibus atqve dolosis proponit involucris. Talia siqvidem hostis malorum

lorum auctoris ab initio, ac ejus deinde asseclarum, fuerunt machinamenta. Qvoniam igitur talis in dogmatibus, mortifero plenus veneno, immedicabiliter infirmatus circa præcipua, qvi impius & exlex Patriarcha fuit paulo ante Constantinopolitanus, Lucaris Cyrillus, (non solum enim nova atqve aliena à recta fidei ratione sentiebat, sed fraudulenter apud non integros mente, & intellectu non procedentes, simulabat, confiteri se ea, qvæ olim recta inculpatæ Orientalis Ecclesiæ erant documenta, ita ut ex tali versutia contingeret, propriæ fraudis dedecus rectæ fidei rationi inuri) cogente necessitate, qvi nunc in Imperiali omnium civitate divina providentia reperti, tanqvam de talibus, rationem reddituri, Patriarchæ, & cæterorum Pontificum cœtus, oportere censuimus, juxta sacrum à spiritu sancto afflatorum Patrum, qvi necessariis temporibus in Synodis excoluerunt, præscriptum & normam, publica hunc nota afficere coram omnibus, & anathemati submittere; & amplius, (ne summa veritas à qvibusdam effrenè circumstrepentibus obturbetur atq; propulsetur,) eodem vincire vinculo recipientes, tanqvam pias ejus vaniloqventias.

Cyr. Lucaris accusatur.

Cyrillo, cognomento Lucari, qvi omnem Orientalem Christi Ecclesiam, in impiorum ejus capitum inscriptione, cum Calvino sentire, calumniose pronunciavit, ac dixit; *Anathema.*

Cyrillo, dogmatizanti, & credenti, possibile esse sanctam Christi Ecclesiam mentiri. Inqvit enim in secundo ejus capite, hanc non à Spiritu Sancto doceri, sed ab homine; & hominem ex ignorantia errare possibile esse, & decipere, & decipi. In duodecimo verò eorundem capitum: Verum & certum est, in via posse errare Ecclesiam, & pro veritate mendacium eligere. Cùm ex hujusmodi nugamentis, potiùs verò ex hujusmodi aperta insaniâ necessariò concluderetur, DEUM hominem JESUM, ipsam veritatem, mentiri; minimeqve nobiscum, vel cum Ecclesia, usq; ad consummationem sæculi manere, ut promisit; atqve spiritum non loqvi in ipsa; & portas inferi (scilicet impiorum hæreses) prævalere contra Ecclesiam. Et adhæc, dubitare & hærere unumqvemqve, si verum sit, Evangelium [qvod præ manibus habemus] ex Spiritu Sancto, velut ab Ecclesia datum, & non aliud. Possibile enim, ait, fallere & falli

Anathemata in Cyr. dicta quorum primũ ideo illi dictum, qvod omnẽ Oriẽt. Christi Eccl. cum Cal. sentire calũn. pronunciarit. 2. qvod statuat Eccles. posse errare.

falli Ecclesiam, & pro veritate mendacium eligere. Tali, inqvimus, omnium pessimo hæretico, *Anathema.*

3. qvod statuerit absolutã Prædestinationem.

Cyrillo, dogmatizanti & credenti, qvosdam qvidem ante constitutionem mundi bonum Deum elegisse in gloriam, & prædestinasse sine operibus; alios verò, antè qvam seculum fieret, repudiasse sine causa; & neqvaqvam opera sufficere ab petendam remunerationem in Christi tribunali, ut manifestum est in III. & XIII. ejus cap. qvoniam contingit, Deum auctorem esse mali, & injustum; vel non posse omnes eidem Adami Lapsui obnoxios salvare; & ad hæc, mentiri Evangelia, dicentia, Esurivi, & dedistis mihi manducare; &, Venite benedicti patris mei, hæreditate possidete præparatum vobis regnum; & Paulum, os Christi, atqve fratrem Domini Jacobum; Hunc qvidem, Non auditores legis, sed factores, justos esse, legem ferentem; illum vero, fidem sine operibus mortuam, declarantem: *Anathema.*

4. qvod statuer. Sãctos non esse mediatores & intercessores ap. Deum.

Cyrillo, dogmatizanti & credenti, obscurè satis & subdolè in VIII. ejus cap. Sanctos non esse mediatores, & intercessores pro nobis ad Deum; dicendo, mediatorem solum esse Jesum, & solum propria curare; ut destructori multorum Oraculorum Spiritus; ait enim Deus, Protegam civitatem hanc propter David servum meum, & sancti tres pueri in camino; Ne igitur tradas nos in finem, propter Abraham à te dilectum, & propter Jacob sanctum tuum; & Petrus ait, Dabo operam autem & freqventer habere vos post obitum meum, horum memoriam facere: qvomodo enim dabit operam post obitum, nisi interpellans, & Deum exorans? sed & sanctæ magnæ & œcumenicæ septimæ synodi Nicænæ definitio legem statuit, omnes Ecclesiasticas scripto vel sine scripto præceptas nobis traditiones, sine innovatione servate sub anathematis pœna; qvarum una est Sanctorum invocatio, *Anathema.*

5. qvod liberũ Arbitriũ negaverit.

Cyrillo dogmatizanti & credenti, non esse omnem hominem liberum vel sui juris: ut clarum est in XIV. ejus cap. sed unumqvemqve habere qvidem potestatem peccandi, bonum autem faciendi minimè; ut destruenti Propheticas & Evangelicas divinas Spiritus voces, si volueritis & audieritis me; &, Accedite ad eum, & illuminamini; Qvi vult Venire post me, venite ad me omnes;

& similia; ad hæc & qvotidianas ad bonum exhortationes: *Anathema.*

6. qvod duo tantùm, & non septē Sacramēta statuerit.

Cyrillo, dogmatizanti, & credenti, non esse septem sacramenta Ecclesiæ, id est, Baptisma, Chrisma, Pœnitentiam, Eucharistiam, Ordinem Sacerdotum, Extremam unctionem, & Matrimonium, juxta constitutionem Christi, Apostolorum traditionem, atqve Consvetudinem Ecclesiæ; sed mentienti, non esse tradita à Christo in Evangelio nisi solùm Baptisma & Eucharistiam; ut videre est in XV. ejus cap. *Anathema.*

7. qvod Trās-substantiationē negârit

Cyrillo, dogmatizanti & credenti, non transmutari Panem propositionis, & insuper vinum per sacerdotis benedictionem & Spiritus Sancti adventum in verum corpus & sangvinem Christi; scriptum est enim in XVII. hæreticorum ejus capitum; Corpus Christi non est, qvod, in sacris, oculis cernitur, & accipitur; ut transgressori certissimorum Spiritus Oraculorum & ex spontanea malitia Deum hominem præceptorem non audienti, Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sangvinem, non habebitis vitam in vobis; &, qvi manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo; &, Accipite, manducate, hoc est corpus meum, & bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus; & Paulum, usqve in tertium cœlum raptum, dicentem, Accepit panem & gratias agens fregit, & dixit, Accipite & manducate, hoc est corpus meum; & insuper Ecclesiasticas trecentorum decem & octo à DEO & Spiritu Sancto afflatorum in Nicæa Patrum diatyposes, præcipientes his verbis, Fide præcipiamus seu intelligamus, esse supra illam sacram mensam Agnum Dei tollentem mundi peccatum, sine mactatione à sacerdotibus sacrificatum, & honorandum ejus sanguinem verè sumere: & ad hæc contemnenti concordem spiritûs legem, à magna sancta septima Synodo latam, ut est videre in VI. act. tom. III. manifestè satis dicentem, post sanctificationem corpus propriè, & sanguis Christi, dicuntur, & sunt: *Anathema.*

8. qvod negaverit eleemosynas post mortē prodesse.

Cyrillo, dogmatizanti & credenti, occultè qvodammodo in XVIII. ejus cap. post mortem iis, qvi in fine pio, & in pœnitentia dormierunt, non prodesse eleemosynas, qvæ à familiaribus fiunt, & Ecclesiæ preces pro ipsis, ut nempe justis qvidem perfectam fruitio-

tionem, peccatoribus verò completam damnationem consecutis, & etiam communem futurum in extremâ hórrendâ die judicium & retributionem destruenti; qvod alienum à scripturis à DEO afflatis, atqve à nimis concordi Theologorum doctrina: *Anathema.*

Cyrillo, scelestissimo novo iconomacho, *Anathema.*

Cyrillo, venerandarum imaginum cultum & relativam adorationem respuenti, & volenti evertere ipsam, licet non potuerit, ut in IV. sua responsione confitetur; *Anathema.*

9. qvod iconomachus fuerit.

Cyrillo in IV. interrogatione vaniloqventias vocanti ea, qvæ à sanctis Synodis de sacris imaginibus præscripta sunt; & juxta hoc contemnenti sacrosanctam & à DEO inspiratam septimam Synodum, Nicææ secundò congregatam; *Anathema.*

Legentibus Capita, falsò & mendaciter scripta, sub nomine Orientalis Ecclesiæ, Cyrilli Lucaris, ut qvid rectum continentia, atqve ex ipsis occultum & latens in eis venenum haurientibus; licet enim in his superficietenus videtur aliqvid pium, ab intus tamen improviso suboritur hæresis; *Anathema.*

Non credentibus Ecclesiæ contra Cyrillum legitimæ & secundum præscripta facta declarationi & decreto; & dicentibus vel etiam sentientibus, illum esse pium; hanc autem Synodum contra ipsum congregatam mentiri; *anathema.*

Anno salutis MDCXXXIIX. mense Septembri, Indictione VII.

Nomina eorũ, qvi subscripserunt huic Synodo contra Cyr. Luc. institutæ.

Cyrillus ex Berrhœa, miseratione divinâ *Archiepiscopus Constantinopolis*, novæ Romæ, & *œcumenicus Patriarcha*, Synodum contra Cyrillum Lucarim congregatam confirmans, anathemati subjicio capita ab ipso conscripta, & Cyrillum, qvi ea conscripsit, nec non eum, qvi credit, illa esse orthodoxa.

Metrophanes, miseratione divina *Patriarcha* magnæ civitatis *Alexandriæ.*

Theophanes, miseratione divina *Patriarcha sanctæ* civitatis *Hierusalem.*

Adrianopolis Parthenius. Larissæ Gregorius. Serrarum Daniel. Joanninorum Parthenius. Heracleæ Jeremias.

Berrhœæ Isannicus. Didymotichi Daniel. Præconesi Gregorius. Iconii Parthenius. Heracleæ Joannicus. Athenarum Daniel.

niel. Paranaxiæ Benjamin. Phanarii Theophanes. Sylimbriæ Sophronius. Co Joachim. Polyanæ Porphyrius. Sami Antimus. Talantii Dorotheus. Chalcedonis Dionysius. Corinthi Josaphat. Dryſtæ Antonius.

Meletius Syrigus, Sacerdos Monachus, & magiſter magnæ Eccleſiæ.

Nicolaus Sacerdos, Claronzanes. Sacerdos & Magiſter & Theologus magnæ Eccleſiæ.

Michaël Sacerdos Veſtarcha, & Magiſter magnæ Eccleſiæ.
Gabriel Sacerdos Monachus Blaſius, magiſter magnæ Eccleſiæ.
Magnus œconomus magnæ Eccleſiæ Georgius Sacerdos.
Magnus Sacellarius magnæ Eccleſiæ.
Magnus Proto-Syncellus magnæ Eccleſiæ Gabriel.
Magnus Chartophylax magnæ Eccleſiæ Emanuel Sacerdos.
Magnus Rhetor magnæ Eccleſiæ Michaël.
Sacelli magnæ Eccleſiæ Sacerdos Theologus.
Magnus primus defenſor magnæ Eccleſiæ Sophianus.
Magnus Primicerius magnæ Eccleſiæ Maurudes.
Magnus Protoepiſcopus magnæ Eccleſiæ.
Euſtathius Sacerdos, Protonotarius magnæ Eccleſiæ.
Nomophylax magnæ Eccleſiæ Paraſcevas Sacerdos.
Primus Protonotarius magnæ Eccleſiæ Philippus.
Archidiaconus magnæ Eccleſiæ Ignatius.
Commentariorum ſcriptor magnæ Eccleſiæ Conſtantinus.
Logotheta domeſticorum, Scules.
Logotheta generalis magnæ Eccleſiæ Michael.
Rhetor magnæ Eccleſiæ Michael.
Primicerius Notariorum Rales.
Notariorum Magnæ Eccleſiæ Conſtantinus.

Hactenus fuere verba prioris Syn. Cenſuræ: Sequitur Secunda ſub Parth. Patr. Conſtantin.

Hæc fuére verba prioris Synodalis Cenſuræ.
Poſterior his verbis repræſentatur:

Parthenius miſericordiâ DEI Archiepiſcopus Conſtantinopoleos novæ Romæ, ut Oecumenicus Patriarcha.

Præ-

Præſidente ſynodicè mediocritate noſtrâ, aſſidentibus ipſi ſanctiſſimis Epiſcopis, & honoratiſſimis, dilectis in Spiritu Sancto fratribus, & comminiſtris, nec non ſpectatiſſimis Clericis magnæ Chriſti Eccleſiæ, qvæ apud nos eſt, producta ſunt in medium Capitula qvædam inſcripta nomine deceſſoris noſtri Patriarchæ ſenis, Domini Cyrilli: de qvibus qvæſitum eſt ſané oporteret ut pia reputare & amplecti, an verò ut ab Orientali noſtra & Apoſtolica Chriſti Eccleſia longè aliena rejicere. Qvare univerſa hæc ſacra Synodus, horum ſingulis diligenter examinatis, & inveſtigata eorum, qvæ ſcripta erant, ſententiâ, cenſuit, hæc omnia (præter ſeptimum) Calvinicam hæreſim profiteri, & à Catholica Orientalium religione longisſimè diſcrepare.

Secunda Synod. cenſuit, omnia capita Conf. Cyr. Luc. (præter ſept.) Calv. hæreſ. profiteri & à Cat. Oriēt. Relig. long. diſcrep.

I. In primo enim æternam & ſubſtantivam Spiritus Sancti proceſſionem ex Patre Filioqve conſtituit, præter Catholicæ Eccleſiæ mentem.

II. In ſecundo verò ſanctam ſcripturam ſine interpretationibus ſanctorum Eccleſiæ Patrum recipiens, calumniatur, qvæ divino afflatu ab œcumenicis ſynodis pronunciata ſunt, repudiatq; traditiones, qvæ per Orbem univerſum obtinuerunt, ſine qvibus fides omnis noſtra in vanum & tenue nomen abiret, inqvit Baſilius.

III. In tertio autem Deum facit iniqviſſimum, Tyrannicâ poteſtate utentem, ajens eum ſolâ ſuâ voluntate alios prædeſtinare ad gloriam, alios in pœnam mittere, nullâ operum habita ratione. Qvo qvid magis impium proferri poſſit?

Abſoluta Præd. & Reprobatio Cyr. damnatur.

IV. Qvartum autem cum præcedenti omninò pugnat. Si enim malorum cauſa non eſt Deus, qvomodo propriâ voluntate, reprobos de induſtria ad peccandum impellit.

V. In qvinto verò de divina providentia perperam loqvitur, tribuens ipſi propriè ac primariò, qvæ à malis tùm hominibus, tùm Angelis, & ejus permiſſione fiunt; ut liqvet ex iis, qvæ adducit, teſtimoniis. Hoc verò blaſphemiam omnem excedit.

VI. Sextum autem naturam humanam ōmnem obnoxiam peccato faciens, non originali tantum, ut & noſtra profitetur Eccleſia, ſed &, qvod ex eo ſcaturit, voluntario ac mortali,

qvod illius fructum qvendam appellat, neminemqve ab eo immunem volens (mortali scilicet, qvod condemnationi obnoxium reddit eum, qvi ipsum operatur) ne maximum qvidem inter natos mulierum, neq; benedictam in mulieribus, aut Patriarchas ullos, aut Prophetas, & Apostolos, ut alienum à fide nostrâ judicatum est.

VIII. In Octavo verò sanctorum intercessiones tollit, & angelorum protectiones, nec non eas, qvæ à sacerdotibus pro toto orbe fiunt, Orationes, & intercessiones, qvibus Ecclesiam conservari credimus.

IX. In nono verò fidem sine operibus salvare statuit, esse autem hanc non opus nostrum, sed Christi unius extrinsecus justificantis hominem per vitam ac mortem suam, ne videatur qvidqvam ad salutem suam homo conferre.

X. In decimo autem, terrestrem, ac Cœlestem Ecclesiam confundens, Pontificiam potestatem tollit, & per ipsam, totam Ecclesiæ perfectionem. Qvo qvid perturbatius esse potest?

XI. In undecimo verò, terrestris hujus Ecclesiæ membra solos electos esse vult, neqve eos præcisè, qvi ejus mysteriorum cum fide sunt participes; qvemadmodum & Paulum, dum Ecclesiam perseqveretur, membrum illius fuisse qvod ex utero prædestinatus esset: & Judam, qvum perinde atqve Apostoli cæteri, miracula faceret, ejusdem membrum tunc minimè fuisse.

XII. In duodecimo verò enitens scriptor Patrum doctrinas è medio tollere, Ecclesiam ait à spiritu sancto doceri; qvod verum qvum sit, ab eo est malignè pronuntiatum. Nam docetur qvidem à Spiritu Sancto Ecclesia nostra, sed non immediatè, at hominum manibus atqve linguis utente Spiritu. Homines enim erant, & Prophetæ, & Apostoli, qvi verbum Domini prædicaverunt, conscripseruntqve, qvamvis oracula illa dicerentur esse Spiritûs Sancti & divina, qvasi inde afflata, nihilqve humani habentia. Ecclesia igitur inspiratis divinitus Patrum oraculis edocta, non ab homine, sed à spiritu sancto doceri dicitur. Illi enim divino impulsi Spiritu nos docent, non secundum hominem, at secundum eum, qvem à Spiritu acceperunt afflatum: qvod ex ea,

qvæ

qvæ inter illos est, concordia manifestum est. Qvod verò hoc ipso in capite dicatur, fieri posse, ut erret Ecclesia, idqve qvum & doctorem Spiritum & Christum caput habeat, qvam neqve maculam habere, neqve rugam, sed totam pulchram & perfectam esse dictum est, ut impium est damnatum.

XIII. Decimum tertium autem nullam vult esse bonis operibus in hominum salute partem, hoc uno tollens, qvantum qvidem in ipso est, non solum virtutem omnem, cœlestemqve vitam; sed & scripturam omnem sacram, qvæ homines hortatur ad bonas actiones, ut salutem conseqvantur.

XIV. Decimum qvartum autem contra liberum arbitrium pugnans, naturam humanam evertere molitur, cujus esse in ratione ac libertate positum est.

XV. In decimo qvinto, negat Ecclesiæ Sacramenta qvinqve, Sacerdotium, Sacram Unctionem, Sacrum Oleum, Confessionem cum pœnitentia, & honorabiles nuptias; qvæ omnia ut sacra, & divinam gratiam conferentia, antiqva nobis traditio reliqvit.

XVI. Duo verò alia Sacramenta admittens, duobus deinceps in capitibus eorum virtutem non rectè exponit. Nam Baptismo qvidem ita justificari baptizatum putat, ut perire is nullo modo possit; respectum ad eos non habens, qvi sacramentum hoc incontaminatum non custodierunt, neqve fidem servaverunt ad fidem usqve, adeoqve fructum lavacri nullum cepere, sed æternis suppliciis damnati sunt.

XVII. Divinam autem Eucharistiam ita convellit, ut nihil ipsi aliud, nisi nudam figuram relinqvat, qvasi adhuc in umbra Veteris legis serviremus. Negat enim eum, qvi videtur, & comeditur, panem jam sanctificatum, esse verum Christi corpus, sed spiritualiter tantùm intellectum, qvod omni impietate plenum est. Neqve enim dixit Jesus: Hoc est figura corporis mei; sed, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus; hoc scilicet qvod videtur, & accipitur, & comeditur, & frangitur, sanctificatum jam & benedictum.

XVIII. Postremum verò omnium, ut prætextum videlicet qværat rejiciendi ignis Purgatorii, id agit, ut repudiet solennes nobis ac legitimas pro defunctis commemorationes, per qvas speramus

mus iis, & respirationem ab acerbitatibus, qvæ illos premunt, à Deo esse concedendam.

Censura de subjunctis Interrogat.

Præterea prodierunt & interrogationis, qvas Capitulis adjunxit & judicatæ illæ sunt, universæ huic Synodo, nihilo capitulis meliores. Non solum enim scripturæ interpretationes à Patribus nostris elaboratas, ut prius, rejicit, sed & libros ejus aliqvos abrogat, qvos sanctæ & Oecumenicæ Synodi, ut canonicos receperunt. Ad hæc omnia, venerabilium & sanctarum imaginum relativum cultum respuit, qvem sancta Oecumenica Synodus septima confirmavit.

Conclusio condemnatoria.

Qvapropter & hæc capitula, & interrogationes, communi suffragio plenè, (ait sacra hæc Synodus) subvertimus, & ab aula nostra repellimus, tanqvam hæresibus repleta, & omnino ab Orthodoxa nostra religione aliena, eumqve, qvi ista conscripsit, exsortem fidei nostræ judicamus: omnibus declarantes *eorum scriptorem falsò nos criminari*, dum ait, *privatam suam fidem esse Orientalem Christianæ fidei Græcorum professionem, qvum sit Calvinica non nostra.* Eos vero, qvi hæc capitula, ut vera & pia scilicet legunt & pertinaciter retinent, eaqve sive verbis sive scriptis defendunt, tanqvam consentientes & communicantes ejus hæresibus, & Corruptores Ecclesiæ Christi, arcemus à congregatione fidelium, & tanqvam Ethnicos ac Publicanos haberi præcipimus, nullam habentes communionem nobiscum, cujuscunqve conditionis sint, & sunto æterno anathemati obnoxii & segregati à Patre & Filio, & Spiritu Sancto, uno secundum naturam solo DEO, & in hoc futuroqve sæculo, & maledicti; & expertes veniæ, & insolubiles post mortem, & æternæ damnationis participes. Neqve enim unqvam Ecclesia nostra talibus dogmatibus delusa est, atqve utinam nunqvam tantopere in posterum præcipitetur, gratiâ regentis ipsam & gubernantis Spiritus. In confirmationem verò & auctoritatem præsentis actionis mandata sunt præsentia sacro Codici magnæ Christi Ecclesiæ; qvæ apud nos est, subscripta propriis manibus sanctissimorum Episcoporum, & spectatissimorum Clericorum.

Falso nos sc. Græcos criminatur Cyr. dū ait, privatā suam fidē esse Orientalē Christianæ fidei Græc. professionē, cum sit Calvinica, nō nostra.

Anno salutis millesimo sexcentesimo qvadragesimo secundo: mense Majo, indictione decimâ.

PAR-

PARTHENIUS misericordiâ Dei Archiepiscopus Constantinopoleos novæ Romæ, & œcumenicus Patriarcha. *Subscriptiones.*

Synodicæ huic Epistolæ sanctissimi Patris, & Pastoris nostri, Patriarchæ Constantinopolitani consentiens in omnibus ego *Petrus Mogilas*, humilis Archiepiscopus Metropolitanus Ciobi, & Haliciæ, & omnis Russiæ, Exarchus sancti Apostolici throni Constantinopoleos, Archimandrita Lauræ Pietzarii, subscribo propria manu, tùm meo nomine, tùm nomine omnis Ecclesiæ Christianæ, Orthodoxæ & Catholicæ, qvæ est in Russia minore.

Athanasius Pusinas Episcopus Luceorii, & Hostrogii.

Arsenius Zeliborscius Episcopus Leopoleos, Haliciæ, & Caminiciæ Podoliæ.

Sylvester Ulebitzius Bœutinscius Episcopus Premislai, & Samborii.

Sylvester Cossophus Episcopus Msteslaviæ, Orsiæ, & Mogilaviæ.

Joannicus, Heracleæ. *Gregorius*, Larissæ. *Pachomius*, Chalcedonis: *Daniel*, Serrarum.

Curatores Synodi.

Anthimus, Cyzici, Porphyrius, qvi antè Nicææ fuit. Gregorius, Corinthi. Gerasimus, Philipporum. Jeremias, Chii. Porphyrius, Nicææ. Chrysanthus, Prusæ. Sophronius, Bidynæ. Gabriel, Philippopoleos. Ignatius, Lemni.

Barlaam Metropolitanus Sotzavæ, & omnis Moldaviæ, & Exarchus Plagenarum.

Eulogius, Episcopus Romanus. Anastasius, Episcopus Rhadautzii. Georgius, Episcopus Chusii.

Sophronius Hieromonachus, & Præfectus Monasterii trium Præsulum, qvod est Jasii Moldaviæ.

Meletius Syrigus, Hieromonachus, Prædicator Evangelii.

Philotheus, magnus Archimandrita magnæ Ecclesiæ.

Nicephorus, Protosyngelus Magnæ Ecclesiæ.

Lascaris, Magnus Logotheta Magnæ Ecclesiæ.

Christodulus, Sacerdos, Magnus Oeconomus Magnæ Ecclesiæ.

Theologus, Sacerdos, Magnus Sacellarius Magnæ Ecclesiæ.

Eustathius, Sacerdos, Magnus Chartophylax Magnæ Ecclesiæ.

Daniel, Magnus Ecclesiarcha Magnæ Ecclesiæ.

Parafcevas, Sacerdos, Nomophylax Magnæ Ecclefiæ.
Georgius, Minor Sacellarius Magnæ Ecclefiæ.
Thomas, Protecdicus Magnæ Ecclefiæ.
Philippus, Protonotarius Magnæ Ecclefiæ.
Philippus, Magnus Primicerius Magnæ Ecclefiæ.
Michael, Dicæophylax Magnæ Ecclefiæ.
Rhales, Magnus Interpres Magnæ Ecclefiæ.
Nicolaus, Logotheta Magnæ Ecclefiæ.
Conftantinus, à Commentariis Magnæ Ecclefiæ.
Conftantinus, Protapoftolarius Magnæ Ecclefiæ.
Chryfofculus, Logotheta ærarii Generalis.
Demetrius, Notarius Magnæ Ecclefiæ.

Epiftola ad Mold. Principē fcripta.

Illuftrisfimo & Magnificentisfimo Duci, Religiofisfimoq; Domino, & Principi omnis Moldaviæ, Domino,

D. JOANNI BASILIO BOIBONDA, Salutem à DEO!

TIllum erat certè, Dux Magnificentiffime, typis etiam Synodicas hafce literas committere. Etenim qvum hanc tibi poteftatem dederit Dominus, ut effes ejus Ecclefiæ propugnator, & Generofus fubverfor hærefium, te uno ex omnibus terræ Principibus electo tanqvam fibi utili; cuinam alteri incumberet pravas opiniones præfcribere, nifi Religiofiffimæ tuæ Magnificentiæ? Qvi qvum vidiffes Chriftianas Ecclefias perturbatas *ob Calviniaca qvædam Capitula, qvæ recens prodierant, contendebanturq; noftra effe, qvod infcriberentur, Orientalis Confeſſio Chriftianæ fidei*, haudqvaqvam pigritatus es, fed funē omnem movere non deftitifti, donec evocatis vicem gerentibus fanctiffimi & Apoftolici Throni Oecumenici & universâ Sacrâ illius Synodo, & ex Ruffiâ, legatis ejus, qvæ illic eft, Ecclefiæ, cum ipfis adulterina omnia Dogmata convellifti, publicis Literis confignans ratasqve faciens, finceras Orientalis Ecclefiæ Doctrinas. Nunc autem omnibus Chriftianis Orthodoxis detegens abfconditum illis Capi-

Chriftianæ Ecclef. fuere perturbatæ ob Cal. qvædā Capit. quæ recens prodierāt, contēdeb. noftra effe, qvod infcrib. Oriēt. Conf. Chriftianæ fidei.

Capitulis Virus, publicè proſtare voluiſti, qvî de iis ſentiat magna Chriſti,qvæ apud nos eſt, Eccleſia;ut poſſent ubiqve dignoſcere oves Domini, qvibus à pabulis abſtinere oporteat, & qvænam ad Paſcua indubitanter accedere. Qvapropter Gratias Deo reddentes propter ea, qvæ per te nobis ab eo proviſa ſunt, toto ex animo ipſum precamur, ut tibi vitam longævam ac pacificam donet, principatûs thronum ad finem usqve ornanti, in ipſius Gratiâ: in futurâ verò è terreſtribus ad cœleſtia te palatia transmittat.

LEGATI CONSTANTINOPOLITANI, ET EXARCHI PATRIARCHICI, MISSIQ; EX RUSSIA LEGATI.

Porphyrius, qui antè Nicææ fuit.
Meletius Syrigus, Hieromonachus, & Prædicator Evangelii.
Eſaias Trophimius Præfectus S. Nicolai.
Ignatius Xenovicius, Prædicator Evangelii.
Joſeph Cononovicius præfectus Sanctorum Theophaniorum.

Excuſum JASII Moldaviæ in Auguſto, & Authentico Monaſterio Sanctorum Trium Præſulum. An. ſalutis 1642. Decembr. 20.

HÆc qvoqve fuit altera Synodalis Cenſura Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. E qvibus certè cenſuris ſole Meridiano elucet clarius, Confeſſionem Cyrilli Lucaris, cui titulus eſt: Ἀνατολικὴ ὁμολογία τῆς χριστιανικῆς πίστεως; *Orientalis Confeſſio Chriſtianæ Fidei,* cum Eccleſia Græca non conſentire, ſed ab eâ diſſentire, & non docere, qvæ Doctrina, Cyrillo vivo, in Eccleſiis Græcis fuerit recepta; ὅπερ ἔδει δεῖξαι; qvod erat probandum. Et huic noſtro judicio, calculum qvoqve ſuum adjecit Excellentiſſ. Vir *Dn. D. Hieronymus Kromayerus, b.m. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Cent. V. pag. 190. 191.* ita ſcribens: Cùm verſamur adhuc in Deſcriptione Orientalium Eccleſiarum, ſicco pede præterire non poſſumus Confeſſionem Patriarchæ Cyrilli ante annos ſedecim & circiter editam, qvæ, qvòd in non paucis Calviniƶet, multorum in ſe cor[illegible]

Judic. D. Kromayeri.

Miratæ, imò prorsus obstupefactæ sunt Ecclesiæ occidentales de tàm subitaneâ tot Ecclesiarum à pristinâ Fide Defectione, cum tamen hujus rei Fundamenta prius fuisse jacta, ne fando qvidem percipere potuerint. Calviniani qvidem, inter qvos *Thomas Mortonus Episcopus Anglus* in suâ, qvæ reliqvis inserta est Anglorum, Hybernorum, Gallorum, Helvetiorum & Germanorum, *Joanni Duræo* de Pace Ecclesiasticâ transmissis judiciis, Epistolâ, satis prolixâ, Confessionem illam Fidei à Reverendissimo Patre *Cyrillo Patriarchâ Constantinopolitano, nomine omnium Ecclesiarum Orientalium, vult* editam, &, cum per omnia ferè cum Protestantium, ut ipse loqvitur, confessionibus consentiat, *de confraternitate tot Ecclesiarum sibi gratulatur.* Alii prorsus suppositițiam & piam Fraudem habuerunt, istam confessionem ad plures in nassam Calvinian. pertrahendos accommodatam, præsertim qvod Latino saltem idiomate vestita lucem primùm adspiceret. Verùm progressu temporis, certioribus Constantinopoli Nunciis acceptis, istâqve Confessione Græcè simul & Latinè in gustum publicum emissâ, nemo amplius, qvi partum γνήσιον dicti Patriarchæ non agnosceret, fuit inventus. *Ecclesiarum autem non Orientalium, sed Confessio fuit Patriarchæ privata*, duplici Censurâ Patriarcharum Successorum, Cyrilli Berhoënsis & Parthenii, qvibus Metropolitani, Episcopi & Officiales qvàm plures subscripserunt, notata. Thronum Patriarchalem conscendisse Cyrillum istum, ambitione inflatum, ope Legati Gallici, apud portam Ottomannicam agentis, qvi sumtibus destitutum juvit, accepimus, sed prout mali mutuum, hanc Gratiam Patrono retulit, ut Confessionem istam Calvinizantem, aliis vel impositurus, vel Calvinianis plures adjecturus in Lucem emitteret. Atqve ita iterum demonstratum est dissentire Confessionem Cyrilli ab ea, in qva vixit Ecclesiâ Græca.

Hæc Cyrilli Conf. etiā aliis Reform. Conf. publicis non ita pridē in lucē editis invenitur inserta.

Confess. Cyr. nō fuit conf. Eccl. Oriēt. sed Conf. Pat. privata.

An verò Cyrilli Confessio cum Veteri Ecclesiâ Græcâ consentiat vel ab eâ dissentiat, de eo inter nos non est Disputatio. Novimus omnes, & cum dolore confitemur, recentiorem Ecclesiam Græcam in qvàm plurimis à Veteri discessisse. Neqve nobis vacat hoc mare ingredi, ut per singula capita eamus, & Confessionem Cyrilli vel cum Ecclesiâ Veteri Græcâ consentire, aut ab

Non quaritur, An Cyr. Conf. cū Vetere Ecclesia Gr. consētiat, vel dissēt.

ab eâ dissentire demonstremus, omniaqve ab Hottingero adducta Patrum Testimonia ad Ideam bonæ Interpretationis examinemus. Illud dicimus de Confessione Cyrilli, qvod ὁ Δεῖνα pronunciavit:

Sunt bona mixta malis, sunt mala mixta bonis.

Docere confessionem Cyrilli, qvæ Doctrina, Cyrillo vivo, in Ecclesiis Græcis fuerit recepta, non possumus dicere. Neqve possumus dicere Confessionem Cyrilli cum Veteri Ecclesiâ Græcâ per omnia consentire. Certè, ut complura alia, sicco, qvod ajunt, pede planè prætereamus, non consentit cum Veteri Ecclesiâ, dum Absolutum Calvinianæ Ecclesiæ Decretum tuetur ac defendit, non consentit, dum non nisi spiritualem Corporis & Sangvinis Christi Præsentiam, qvam Fides spiritualiter apprehendit & offert, in S. Cœnâ statuit.

Id qvod ego qvidem, spatiis exclusus iniqvis, mihi demonstrandum jam nunc non sumo, (nam ad hanc rem librum integrum scribere opus esset,) benevoli tamen & antiqvitatis Theologicæ Curiosi Lectoris causâ, ut gustum aliqvem hujus rei habeat, neqve sola Cyrilli Lucaris controversia ad nauseam usqve detineatur, alios aliqvos indicabo, qvi jam ante me, in refutatione Calvinianorum dogmatum, dissensum ab antiqvâ etiam Græcâ Vetere Ecclesiâ hâc in parte abundè sunt testati. Qvibus hactenus nondum factum est satis, neqve, si Veritas triumphare, debet, satisfieri poterit unqvam.

Ac, qvod ad *Prædestinationem* & absolutam Reprobationem attinet; luce meridianâ clarius id cuivis apparet, qvi *doctissimum Doctissimi Joh. Gerhard. Vossii, qvi tamen in externo cœtu Reformatorum vixit, Librum, de Historiâ Pelagianâ cum curâ evolverit.* Probat is Lib. VII. Part. I. Thesi I. II. III. à p. 680. usqve ad p. 701. tùm è Scripturâ Sacrâ, tùm è vetustissimis Orthodoxis Patribus has tres Propositiones:

I. Deum Voluntate Antecedente neminem velle perire; sed velle conversionem & Salutem omnium.

II. Christum pro culpâ universali hominibus providisse de remedio universali, solvendo λύτρον infiniti pretii, ne ejus defectu periret qvispiam.

 III. Qvem-

III. Qvemadmodum ea, qvæ CHRISTVS sua obedientia acqvisivit, omnes homines tangunt: ita illa omnibus in Verbo offerri.

Deo volunt. anteced. nemin. vult perire, sed vult conversionē & salut. omn.

Ac I. Qvidem, *Deum voluntate antecedente neminem velle perire; sed velle conversionem & salutem omnium.* (Voluntate scil. conditionata,) qvi Christum fide apprehendunt, nec absqve pœnitentia ac fide de hoc mundo decedunt, probat Vossius è Scripturâ Lib. VII. Thes. I. II. p. 650. 651. ad 654. Postea ex Patribus. p. 656. 657. 658. seq. Nos aliqvorum Patrum verba adducemus.

Theophilus ad Autolycum Lib. III. ait, Divinæ erga omnes misericordiæ plenas esse Scripturas. Ἀεὶ τοῦ θεοῦ βουλομένου ἐπιστρέφειν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν, *quia semper voluit convertere humanum Genus à peccatis.* Aliaqve in hanc mentem habet, qvæ Vossius infra adfert. Multa etiam de eâ legas apud Clementem, non solùm Romanum, (cujus mirè illustrem habemus locum Lib. II. Διαταγῶν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων cap. XLV. sed cùm Scriptor iste antiqvus qvidem, attamen supposititius, ac mendaciorum multorum manifestus sit, planè ob Fidem suspectam indignus videtur, cujus multùm ratio habeatur.) verùm etiam Alexandrinum illum, Pantæni Discipulum. Ejus hæc Verba sunt ἐν Προτρεπτικῷ α. Ὁ γὰρ θεὸς ἐκ δούλων υἱοὺς ἡμᾶς γενέσθαι βούλεται. Οἱ δὲ καὶ υἱοὶ γενέσθαι ὑπερηφανήκασιν. Ὢ τῆς ἀπονοίας πολλῆς! Τὸν Κύριον ἀπαισχύνεσθε. Ἐλευθερίαν ἐπαγγέλλεται. Ὑμεῖς δὲ εἰς δουλείαν ἀποδιδράσκετε. *DEUS ex servis vult nos fieri Filios: illi autem etiam Filii effici contempserunt. O magnam Arrogantiam! Dominum pudore afficitis. Libertatem pollicetur: vos autem aufugitis in servitutem.* Et ibidem: Πρόκειται δὲ ἀεὶ τοῦ θεοῦ, τὴν ἀνθρώπων ἀγέλην σώζειν, ταύτῃ καὶ τὸν ἀγαθὸν ποιμένα ὁ ἀγαθὸς ἀπέστειλεν ὁ θεός. *DEO semper est propositum servare genus hominum, & ideò Pastorem bonum bonus Deus misit.* Inibi istiusmodi similitudine hunc Dei affectum declarat: Ὁ γὰρ Θεὸς ἐκ πολλῆς τῆς φιλανθρωπίας, ἀντέχεται τοῦ ἀνθρώπου, ὥσπερ ἐκ καλιᾶς ἐκπίπτοντος νεοττοῦ ἡ μήτηρ ὄρνις ἐφίπταται. Εἰ δέ που καὶ θηρίον ἑρπυστικὸν περιχάνοι τῷ νεοττῷ, μήτηρ δὲ ἀμφιποτᾶται, ὀδυρομένη φίλα τέκνα. Ὁ δὲ Θεὸς πατὴρ καὶ ζη-

Clemēt. Romani l. Cōst. Apost. supposititius est.

Clemēs Alexandr. a P. 24. edit. Commel.

τεῖ

τεῖ τὸ πλᾶσμα, καὶ ἰᾶται τὸ παράπτωμα, καὶ διώκει τὸ θηρίον, καὶ τὸν νεοττὸν αὖθις ἀναλαμβάνει, ἐπὶ τὴν καλιὰν ἀναπτῆναι παρορμῶν, &c. *DEUS enim ex multa benignitate & clementiâ hominem retinet, & complectitur, sicut cùm pullus è nido excidit, mater avis è nido advolat. Si qvando autem Serpens pullo devoraturus inhiet, circumvolat mater, natos, carissima pignora, deflens. Deus autem pater & suum qverit figmentum, & ei, qvod lapsum est, medetur, & feram persequitur, & pullum rursum in nidum recipit, ut rursus advolet incitans*, &c. Idem Lib. VI. Stromat. p. 294. Εὐποιεῖν ἐθέλει τοὺς ἀνθρώπους ὁ θεὸς, ἐθέλει δὲ πάντοτε. Διὸ συγκινεῖ τοὺς ἐπιτηδείους εἰς τὴν ὠφέλιμον ἐξεργασίαν τῶν πρὸς ἀρετήν τε καὶ εἰρήνην, καὶ εἰς εὐποιΐαν συντεινόντων. *Vult Deus benefacere hominibus: Vult autem semper, & ideò movet eos, qvi sunt apti ad ea utiliter efficienda, qvæ pertinent ad Pacem, & virtutem, & Beneficentiam.* Idem Lib. VII. Stromat. p. 299. Θεὸς δὲ κακίας πάντη πάντως ἀναίτιος, πρὸς γὰρ τὴν τοῦ ὅλου σωτηρίαν τῷ τῶν ὅλων κυρίῳ πάντα ἐστὶ διατεταγμένα, καὶ καθόλου καὶ ἐπὶ μέρους. *DEUS verò nullâ ratione fuit Autor & Causa Mali: ad universi enim salutem, ab eo, qvi est universorum Dominus, omnia sunt ordinata & universè & sigillatim.* Et aliqvantò post: Μόνῃ γὰρ τῇ ἡμετέρᾳ σωτηρίᾳ ὁ θεὸς ἥδεται. *Deus enim solâ nostrâ Salute delectatur.* Idem Clemens Lib. I. Pædag. cap. VIII. de Dei in Scripturis increpatione loqvitur. Verba ejus in Latinum conversa ita sonant: *Videte, qvomodo Deus propter suam bonitatem reqvirit Pœnitentiam, & in ipsâ Pœnarum intentione tacitè ostendit, suam in homines benevolentiam. Avertam, inqvit, faciem meam ab ipsis, & ostendam, qvid erit ipsis. Ubi enim facies Domini respicit, ibi est Pax & exultatio. Ubi autem faciem avertit, ingreditur vitium. Non vult igitur mala intueri: Bonus enim est: sed cum ipse oculos avertit, suâ sponte propter humanam infidelitatem ortum habet vitium. Vide ergo, inqvit Paulus, bonitatem & Severitatem Dei. In eos qvidem, qvi ciciderunt, severitatem, in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate, h. e. Fide in Christum. Eum autem, qvi bonus est, qvatenus bonus est, seqvitur odium Vitii. Et ideò fatebor qvidem, eum castigare infideles. Castigatio enim bono est & utilitati ejus, qvi castigatur: est enim ejus qvi resistit correctio: Ulcisci autem non vult. Est autem Ultio, retributio mali qvod emittitur ad Utilitatem ejus, qvod ulciscitur. Ulcisci autem*

Simil. à pullo & matre, insidiante Serpente.

Deus non est autor mali.

Deus in minis ostendit suã benevol.

tem non desideraverit, qui pro iis, qui nobis faciunt injuriam, nos orare, docuit.

Athanas. Athanasius Orat. de Incarnat. Verb. Dei. Τί δὲ καὶ ὁ θεὸς ἐποίει τούτους, ἀφ' ὧν οὐκ ἤθελησεν γινώσκεσθαι. *Aut cur ita Deus eos condidisset, si ab eis cognosci non affectabat.*

Macar. Macarius Hom. XXVI. p. 230. Ὁ γὰρ θεὸς, ἵνα δείξῃ τὰ ἑαυτοῦ σπλάγχνα, πάντας δέχεται, πᾶσαν προαίρεσιν. *DEUS enim, ut intima amoris viscera demonstraret, omnes recipit, omnemque voluntatem.* Etiam de hâc Misericordiâ Divinâ agit Homil. IV. ubi ait: *Dominus enim in benignitatem & misericordiam compositus, unicè desiderat, quando toti prorsus ad eum convertamur, ab omni contrarietate nos eripientes. Quamvis enim nos per summam ignorantiam, infantiam, ac impedimenta multa nobis ipsi gignamus, revera resipiscere nolentes: ipse tamen multum miseretur nostri, longanimiter expectans quando conversi accedamus ad eum, & internum nostrum hominem illuminemus, ne confundantur facies nostræ in die Judicii. Quod si difficile ac molestum id nobis videtur, propter duram Virtutis exercitationem, magis verò propter suggestionem ac Consilium Adversarii: nihilominus ipse summâ commiseratione motus, iram suam cohibet, exspectans nostram conversionem, atque Peccantes nos tolerat, ac nostram pœnitentiam desiderat, & lapsos nos recipere non erubescit, ut dixit Propheta, Nunquid: qui cadit, non resurgit, aut qui aversus est, non revertitur? modò nos bono corde prædìti, in Sobrietate vivamus, & statim ac verè implorato ejus auxilio convertamur. Promptissimus verò ipse est ad nostram Salutem. Excipit enim benevolè ferventem Voluntatis nostræ ad illum, quantum in nostris viribus est, appetitum, & bonam Fidem ac Promtitudinem ex voluntate nostrâ manantem: Directionem verò omnem ipse in nobis operatur.*

Basil. Basilius Homiliâ in Psal. XXIX. p.80. *Ira in Indignatione ejus,] Pœna, secundum justum DEI judicium; Vita verò est, quam ille vult. Quid ergò dicit? nempe velle hoc Deum, suæ ut Vitæ participes OMNES fiant. Circumstantiæ verò Pœnarum non ipsius voluntate fiunt, sed pro merito eorum, qui peccaverunt, inferuntur. Vitam igitur Deus ex suâ Voluntate unicuique gratiosè largitur: Iram verò sibi quisque thesaurizat in Die Iræ, & Revelationis, & justi Judicii Dei.*

Gre-

Nazianz. Gregor. Nazianz. Orat. XL. qvæ est in S. Baptisma. p. 636. Οὐδενὶ τοσοῦτον χαίρει θεὸς, ὅσον ἀνθρώπε διορθώσει καὶ σωτηρίᾳ, ὑπὲρ ὃ λόγος ἅπας, καὶ ἅπαν μυστήριον. *Nullâ re Deus perinde delectatur, ut hominis, pro qvo omnis sermo, & omnia mysteria, resipiscentiâ & salute.*

Idem Orat.XXVI. de moderatione in Disputationibus servanda: p. 459. Πολλῶν ὄντων ἐφ' οἷς θαυμάζεται, ἐδὲν ἔτως, ὡς τὸ πάντως εὐεργετεῖν, ἰδιώτατον. *Cùm (Deus) multis nominibus admirabilis nobis, & suspiciendus occurrat; nihil tamen tam proprium habet, quàm omnes beneficiis afficere.*

Chrysostom. Chrysostomus in I. ad Timoth. cap. II. p. 1556. edit Comi. Μιμοῦ σὸν θεόν· εἰ πάντας θέλει σωθῆναι, εἰκότως ὑπὲρ ἁπάντων δεῖ εὔχεσθαι, εἰ πάντας αὐτὸς ἠθέλησε σωθῆναι, θέλε καὶ σύ. Εἰ δὲ θέλεις, εὔχε. *Imitare Deum tuum: si omnes ille vult salvos fieri, meritò pro omnibus oportet precari: si omnes ille vult salvos fieri, velis & tu: si & tu vis, ora pro iis.*

Idem in Epistol. ad Ephes. cap. I. Homil. I. p 1036. Edit. commel. *Secundum Propositum, inqvit, Voluntatis suæ, Hoc est, propterea qvòd valdè velit. Hoc est, ut ita dicam, ejus desiderium. Ubique enim* Εὐδοκία *(hoc enim vocabulum hîc usurpat Paulus) est voluntas Princeps, & qvæ præcedit. Est enim etiam alia voluntas, ut puta, voluntas prima est, ut non pereant, qvi peccarunt. Voluntas secunda est, ut qvi facti sunt mali, pereant. Non enim eos castigat necessitas, sed Voluntas. Id etiam videre licet in Paulo; ut qvando dicit, volo omnes homines esse sicut me ipsum. Volo rursus Juniores nubere, filios procreare.* Εὐδοκία *ergò prima, inqvit, voluntas, vehemens Voluntas, Voluntas qvæ est cum Desiderio, qvæ est in nobis, (non enim recusabo dictione uti recentiori, ut simplicioribus res sit dilucidior) qvam, inqvam, nos dicimus* πεῖσμα, *&* κτ' τὸ ἡμῶν πεῖσμα, *& convenienter nostræ persvasioni. i. e. valdè cupit, valdè desiderat nostram salutem. Cur sic diligit? A sola bonitate. Gratia enim est Bonitas.*

Idem Comment. ad Hebr. cap. X. Hom. XVIII. vide Voss. p. 664. & seq.

Damascen. Damascenus Lib. II. Orthod. Fid. cap. XXIX. *Scire verò oportet, Deum antecedenter velle omnes salvari, & ejus Regno potiri. Neqve enim ad Pœnam nos condidit, sed ut bonitas Bonitatis suæ participes nos reddat.*

dat. Peccantes autem puniri vult, ut Justus. Dicitur igitur Prima, Præcedens Voluntas & beneplacitum ex ipso existens: Secunda verò Voluntas seqvens, & permissio ex nobis causam habens.

Idem Damascenus contra Manichæos p. 375. edit. Leunclaviana Bas. *Bonum verò qvid est justitia. Qvamvis enim volens judicat, non tamen id facit ex VOLUNTATE ANTECEDENTE, sed CONSEQVENTE. Voluntas ANTECEDENS est, qvod qvis à se ipso vult. CONSEQVENS, qvod ex eorum, qvæ fiunt, causâ proficiscitur. Nam præcedente voluntate vult Deus omnes salvos fieri, & ad cognitionem veritatis pervenire: verum nobis peccantibus, vult nos castigari, prout conducit. Ac præcedens qvidem voluntas DEI, bonitatis est: seqvens verò est justitia ejus.* Vide plura ex Theophylacto, Oecumenio &c. l. c. p. 672.

Christus pro culpa universali paravit universale remedium.

Propositionem II. Vossius p. 630. his verbis proponit: *Veteris Ecclesiæ judicium fuit, Christum pro culpâ universali hominibus providisse à Remedio universali, solvendo Λύτρον infiniti pretii, ne ejus defectu periret qvisqvam*, &c. vide p. 680. 681. 682. seq.

Macar.

Macarius Homil. XXX. p. 397. *Omnis scopus Patrum, & omne studium ab initio eò tendit, ut procreent Liberos, ac hæredes habeant, & nisi genuerint, summâ tristitiâ ac mœrore afficiuntur; sicut è diverso, ubi procreaverint liberos, gaudio perfunduntur, gaudent quoque cognati & vicini. Eodem modo Dominus noster Jesus Christus de hominis Salute sollicitus, omnem dispensationem ac studium perfecit à Principio, ministerio Patrum, Patriarcharum, Legis ac Prophetarum; postremò quoque ipse adveniens, crucis ignominiâ spretâ, ignominiam pertulit. Omnis itaque Labor ille & studium ejus in eo fuit, ut generaret ex se ipso, ex suâ ipsius naturâ, filios è Spiritu, placidè acquiescens, si supernè nascerentur è suâ Divinitate. Et quemadmodum Patres hi, nisi genuerint, tristitiâ & dolore afficiuntur: eodem modo Dominus, qui dilexit Genus Hominum, ut propriam imaginem, voluit eos ex ipso semine Divino procreare. Si qui ergò renuerint ad hujusmodi generationem venire, & de ventre Spir. S. nasci, summum dolorem suscipit Christus, qui propter eos passus est & pertulit, ut eos servaret. OMNES enim homines vult Dominus hanc nativitatem consequi.*

Deus est verò Pater, qui expetit generat. liberos ad suã imaginem.

sequi. Pro omnibus siquidem mortuus est , & omnes ad vitam vocavit.

Athanasius de Incarnatione Verbi. p.52. edit. Commel. *Morte enim opus fuit, & mortem pro omnibus inferri necesse erat, ut , quod ab OMNIBUS , debitum erat , lueretur. Quamobrem, ut dixi , Verbum, quoniam mori non potuit , utpote immortale, corpus sibi sumpsit , quod mori poterat, illudq́, ut suum pro OMNIBUS obtulit, ut ita pro OMNIBUS, OMNIBUS ipse Corpore conjunctus , mortem patiens compesceret eum, qui habet Mortis imperium , i. e. Diabolum.* Et inferius eodem Libro p.54. Ἀπέθανε διὰ τὸ ὑπὲρ πάντων λύτρον. *Mortuus est ad OMNIUM redemtionem.* Et mox p.61. Καὶ τὸν διδόμενον θάνατον ὑπὲρ τῶν πάντων σωτηρίας ἔσπευδεν τελειῶσαι. *Mortem sibi illatam pro OMNIUM Salute celeriter consummavit, &c.* Et alibi passim. Vide Vossium p. 686. 687. 688. & 689.

Athanasius. Christus pro Omnibus mortuus est.

Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi III. ὥσπερ Ἰησοῦς, τὰς οἰκουμενικὰς ἁμαρτίας ἀναλαβὼν, ἀπέθανεν. *Ut Jesus orbis Universi peccata suscipiens, mortuus est*, &c. &c. p.690.

Cyr. Hieros.

Idem Catechesi XIII. p. 310. Ὁ μὲν ταῦτα ὑπέμεινεν ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐλθὼν πάντων. Ὁ δὲ λαὸς κακὴν ἀμοιβὴν ἀπεδίδου. *Ille (Salvator) quidem hæc sustinuit , pro salute OMNIUM veniens: Populus verò malam illam mercedem reddit.*

Gregor. Nazianz. Orat. 26. quæ est de Moderatione in Disputationibus servanda p. 690. 691. ap. Vossium.

Epiphanius Hæresi LV. p.205. Πρῶτον μὲν ἑαυτὸν προσενέγκας, ἵνα λύσῃ θυσίας παλαιᾶς διαθήκης , τὴν ἐντελεστέραν ζῶσαν ὑπὲρ παντὸς κόσμου ἱερουργήσας.

Epiphan.

Et primum quidem se ipsum obtulit , ut solveret Sacrificium Veteris Testamenti , cùm perfectius & vivens pro toto mundo obtulerit.

Gregorius Nazianzenus Orat. XXXVIII. quæ Panegyrica est, in Christi Nativitatem. T.1.p.620. *Quid ad hæc dicunt nobis Sycophantæ , acerbi illi divinitatis Expensores ? Rerum laudandarum accusatores, tenebrosi circa lucem, circa Sapientiam imperiti , pro quibus Christus gratis mortuus est, ingrata creaturæ, Diaboli figmenta ?* Idem Orat XLI. Vossius p. 694.

Chrysostomus in I. Timoth.2. ibidem.

Synesius Epist. LVII. Ἔδει γὰρ ὑπὲρ ἁπάντων ἁμαρτίας σταυρωθῆναι Χριστόν. *Oportebat enim pro peccatis omnium in crucem tolli CHRISTUM.*

Isidorus Pelusiota, Lib. III. Epist. CCCXIII. *Ille Victoriæ pulchritudine insignis Cœlorum Rex, qui ob hominum salutem peregrinationem hûc instituit, postquam* Omne, quod peccatum fuit, *tanquam barbarum, devicit, miseratus est partâ victoriâ, tanquam miserери ejus proprium esset.* Vide eundem pag. 695. 696. 697. 698. 699. & seq.

Et hæc ad Probationem Propositionis II:

III. Propositionem proponit Vossius pag. 701. 702. 703. Thesi IV. cujus hæc sunt verba initialia: *Qvemadmodum verò, qvæ obedientiâ suâ CHRISTUS acqvisivit, ea omnes homines tangunt: ita illa omnibus in verbo offerri, antiqvi Patres judicârunt.* Atqve hûc referunt illud Esaiæ LXV. *2. Tota die expandi manus meas ad populum incredulum*, &c. Et hoc Matth XX. *Multi vocati, pauci electi.* Item qvod Rom. II. 4. dicitur, *μακροθυμίαν DEI etiam illos invitare ad pænitentiam, qui thesaurizant sibi iram.* Et sane testimoniorum hujusmodi plena est Scriptura &c. Vide reliqva. Vid. p. etiam 704. 705. seqq.

Theophilus ad Autolycum &c. Vossius p. 706. 707.

Clemens Alexandrinus ἐν προτρεπτικῷ p. 25. edit. Commel.

Clem. Alex. Φιλάνθρωπος δὲ ὢν ὁ κύριος, πάντας ἀνθρώπους εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας παρακαλεῖ. *Dominus autem, cùm sit amans humani Generis, adhortatur omnes ad agnitionem Veritatis.* Idem in eod. p. 25. *Audite ergò, qui estis longè, audite, qvi propè. Nullis celatum est Verbum, Lux est communis: omnibus illucescit hominibus. Nullus est in verbis Cimmerius. Festinemus ad salutem, ad Regenerationem.* Et eodem opere, p. 33. *Æternus hic est Jesus unus, qui magnus Pontifex, & unius Dei, qui idem quoq; est Pater, orat pro hominibus, & hortatur homines. Audite, gentes innumerabiles, vel potius, qvicunq; ex hominibus estis ratione præditi, & Barbari, & Græci. Voco omne Sexus hominum, qvorum ego sum Opifex Voluntate Patris. Venite ad me, sub uno Deo collocandi, &*

un,

uno Dei verbo: nec solâ ratione superate expertia rationis animantia; sed etiam ex universis mortalibus do fruendam vobis immortalitatem. Volo enim, volo vos hâc qvoq; impertiri gratiâ, plenum & integrum præbens beneficium, ut sitis interitûs ac corruptionis expertes. Sed & Verbum Vobis largior, Dei cognitionem; perfectum me ipsum largior. Hoc sum ego, hoc vult Deus. Hoc est consensio, hoc est concentus & Harmonia Patris. Hoc Filius, Hoc Christus, Hoc Verbum Dei, Brachium Domini, Potestas Universorum, Voluntas Patris. Et sic passim in suis Scriptis Vossius, pag. 708. 709. 710. Vide etiam pag. 711. 712. seqq.

Cyrillus Hierosolymitanus in Præfatione Catecheseων p. 9. *Nihil aliud à nobis Deus reqvirit, præter Voluntatem bonam. Ne dixeris, qvomodo mea delebuntur peccata? Ego affirmo tibi qvod volendo & credendo. Qvid autem his facilius?* Idem Catechesi II. p. 31. *Dicit qvodam in loco Propheta, Ego te plantavi vineam fructiferam, totam, Veram: qvomodo conversa est in amaritudinem, uti vinea aliena? Plantatio qvidem bona, sed fructus malus. Nempe ex Voluntate malitia est. Atqve ideo plantator qvidem in culpâ non est, vinea autem igni comburetur, qvoniam in bonum plantata est, & in malum fructificavit voluntariè*, &c. Vide paginam 715. 716. 717. 718. 719.

Chrysostomus in Cap. IX. Homil. XVI. p. 1867. *Non licet enim dicere, non possum, nec accusare Opificem. Nam si nos fecit imbecilles & impotentes, sui est accusatio. Qvomodo ergò, inqvit, multi non possunt? Qvomodo ergò multi nolunt? Nam si volunt, possunt omnes. Propterea Paulus qvoq; dicit, volo omnes homines esse sicut meipsum: qvoniam sciebat, omnes posse esse, sicut erat ipse. Neq; enim dixisset hoc, si fieri non posset.*

Dionysius Areopagita &c. vide Vossium p. 724. 725.

Isidorus Pelusiota. vide p. 725. 726.

Imperator Manuel Palæologus Orat. VI. qvâ, ut nemini desperandum doceat, sic scribit inter alia: *Nec difficile arbitror invenire conveniens illud medicamentum. Id enim ex sese nobis suppeditat Salvatoris erga homines amor. Hac enim sola hujusmodi morbis*

medetur, quo sunt tanto minora hominum delicta, quantum nec cogitatione concipi potest. Qvare ab ipso, qvod dicitur, lumine, inventum nobis est, qvod qvaerebamus. Idem aliqvanto post: Accedit nos illuc ipsum bonum. Nam cum nos primi attulerimus vel pusillum bonæ voluntatis, confestim qvodammodo nobis adest Dei impulsio, per qvam perfectum velle nobis tribuitur. Et qvid dico cum primi nos attulerimus? Qvando etiam non volentes opifex ille rerum impellit ad bonum omnibus modis absqve coactione tamen & violentia &c. &c. Hæc omnia & plura alia Vossius doctissimè proponit. Ex qvibus, (ut jam sicco; qvod ajunt, pede prætercam Acta Remonstrantium, Scripta D. Hunnii, D. Chemnitii, B. Mentzeri, D. Gerhardi, D. Echardi, nostri Dn. D. Botsacci, D. Calovii, & aliiorum) ad oculum patet, Cyrilli Lucaris Confessionem; dum Calvinianorum dogma de Prædestinatione absoluta docet, omninò à Vetere Ecclesia Græca dissentire.

Qvod autem ad doctrinam de COENA DOMINICA attinet, possem qvoqve productis multis Patribus Græcis, probare, illos nobiscum, non cum Calvinianis sensisse, sed contentus jam ero aliqvos solùm nostratium Theologorum libros & tractatus nominare & laudare, qvi id jam ante, magnâ cum laude præstiterunt. Et primò qvidem loco meritò de meliori nota Lectori commendo. Aureum librum Dni. *D. Martini Chemnitii*, cujus hîc est Titulus: *Fundamenta Sanæ Doctrinæ de Verâ & Substantiali Præsentiâ, Exhibitione, & Sumptione Corporis & Sanguinis Domini in Cœnâ*, in qvo libro Cap. X. pag. 55. ad pag. m. 70. Edit. Wittebin Fol. recenset *Argumenta è Testimoniis vera, Eruditæ & purioris Antiqvitatis.* Allegat qvoqve p. m. 56. alios, qvi juxta ordinem temporum, qvibus Patres floruerunt, Antiqvitatis de hac disputatione sententias collegerunt. Nominatim autem singulari cum elogio citat *D. Marbachium*, qvi, ait, *recens egregiam operam in explicandis illis Veterum Sententiis navavit:*

Joh. Marbachii Scriptũ de Cœnâ. Fuit autem Marbachius iste Joh. Marbachius, SS. Theolog. Doctor, & Superintendens Argentinensis, qvi ante Centum, qvod excurrit, Annos, Anno Nimirum M. D. LXV. d. 25. Martii edidit Tractatum Germanicum de Cœnâ hoc Titulo: Christ-lich

licher und Wahrhafftiger Unterricht von den Worten der Einsetzung des H. Abendmahls Jesu Christi unsers Heylandes/ sambt gründlicher Widerlegung der Sacramentirer hiervon irriger Lehr/ und Meynung.

Capite qvinto hujus libri Examinat Testimonia Antiqvitatis, ex qvibus Zvvingliani suam Doctrinam & Sententiam de Cœnâ volunt confirmare; & qvidem eodem ordine, qvem in adducendis Patribus observarunt in libro, cui titulus: Gründlicher Bericht vom H. Abendmahl; Ostenditqve Patres Vetustissios ejusdem fuisse Sententiæ, qvam Nos Augustanam invariatam Confessionem profitentes amplectimur, sc. Corpus & Sangvinem Christi in Sacrâ Cœnâ his in terris celebratâ, revera esse præsens & exhiberi, & ore corporis edi & bibi, adeoqve Veterem ac Antiqvam Ecclesiam nullo modo Zvvinglianæ, sed benè Lutheranæ Sententiæ fuisse, uti Marbachius loqvitur p. 268.

Regula 4. in Explicat. dict. Patrū observandæ.

Præmittit a. D. Marbachius IV. Regulas, qvæ ad intelligendos Veteres in hâc Materiâ observari debent. 1. *Aliqua Dicta Patrum loqui de Vera Sacramentali comestione, qvæ concernit Materiam Essentiam, & Substantiam hujus Sacramenti.* 2. *Alia dicta loqui de spirituali comestione Fidei, quomodo qvis salutariter, & ad æternam salutem animæ Sacramentum hoc debeat accipere.* 3. *Alia Dicta loqui de externis Symbolis hujus Sacramenti, Pane & Vino, & horum significatione.* 4. *Alia dicta loquuntur, de Carnali, Naturali & Capernaitica corporis & Sanguinis Christi comestione, quam rejiciunt.*

Præmissis his IV. Regulis Patrum verba examinat, explicat, & à falsis Zvvinglianorum Glossematis liberat; ac veram constantem sententiam ostendit, Patrum, qvorum dicta adducuntur & examinantur. Nomina ordine, qvi in Plenâ Deductione Calvinianorum observatur, (ne qvis singularem ἐκλογὴν factam esse nonnullorum tantùm Dictorum, causari possit) sunt seqventia:

Justinus Martyr in Colloq. cum Tryphone à pag. 271. ad p. 277. *Ireneus à p. 277. ad 283. Clemens Alexandrinus à p. 283. 284. Tertullianus p. 284. ad 289. Origenes à p. 289 ad 299. Cyprianus à p. 299. ad pag. 319. Athanasius à p. 319. ad 325. Concilium Nicænum à p. 325. ad p. 329. Hilarius à p. 329. ad 338. Basilius à 338. ad 344. Nazianzenus à p. 344. ad 351. Ambrosius à p. 351. ad 382. Hieronymus à p. 382. ad p. 391. Augustinus*

à p.

à p. 391. ad 435. Chrysostomus à p. 435. ad 476. Cyrillus à p. 476. ad p. 499 Theodoretus à p. 499. ad p. 504. Hesychius à p. 504. ad p. 510. Procopius p. 510. ad p. 514. Macharius à p. 514. ad 515. Dionysius à p. 515. ad 520. Le à p. 520. ad 522. Gelasius à pag. 522. ad 525. Gregorius à pag. 525. ad 52 Beda à pag 528. ad. 532. Bertramus à pag. 532. ad 540.

Horum Patrum Dicta locis citatis à D. Marbachio discussa, ex plicata, & à falsis Reformatorum interpretationibus solidè asserta Benevolus inveniet.

Refut. libelli Peuceriani de Ph. Melã. sent. de Cœnâ

Sed Peucerus ait, Lutherum Græcos Patres in Doctrina de Cœn rejicere? Propter hanc objectionem adjiciam nonnulla è *Refutatio VVitebergensi libelli Peuceriani de Philippi Melanchthonis sententiâ, Controversiâ Cœnæ Domini, impressa VVitebergæ.* An. 1606.

Quomodo explicanda verba Luth. (si Luth. sũt) Malle se Gr. rejicere universos, quã sent. deponere, quã Lat. Eccl. professa est de S. cœnâ

Pag. 377. Refutatio Witebergensis ita loqvitur: Sed jam reliqva venimus. Sic enim porrò in adductis Verbis Peucerus L therum cavillatur, qvod Philippo urgenti Græcorum σύμβολα ἀντίτυπα in Negotio Cœnæ usurpata, responderit, malle se rejice Græcos universos, qvotqvot sibi adversentur, qvàm sententiam d ponere, qvam Latina Ecclesia professa est ac tutata, Romanam (Peucerus interpretatur) intelligens: Præsertim cùm Græcos co stet acumine & Sophisticâ ingeniorum in Dogmatibus variè l sisse.

Si verà hæc sunt, (subinde hanc ὑπόθεσιν nos repetere oporte præsertim cùm Hiberæ istæ Næniæ περὶ τῆς ἑλληνικῆς ἀληθείας comparatæ, & ita ἄνευ περιστάσεων recitatæ sint, ut semper ilt subintelligi oporteat, εἶτα ἐξηγειρόμην, postea expergiscebar) si v ra sunt, Peucerus adjecto suo Glossemate calumniosè Verba Luth interpretatur, & pervertit. Lutherus enim de Latinâ locutus Ecclesiâ, id Peucerus de Romanâ & Pontificia accipit, &c. De Sc ptoribus enim Ecclesiasticis in istâ Philippi cum Luthero ageba συζήτησις, qvorum aliqvi sunt Græci, aliqvi Latini. Sicut ipsa ha Peuceri narratiuncula, qvòd Philippus obtulerit Luthero consig tas in pagellâ plurimas Patrum Sententias, tam Græcas, qvàm L nas. Cùm itaqve Lutherus diceret, se Latinorum sententiam, pote Divinæ Veritati consentaneam, amplecti, non debebat hoc P cerus in Calumniam convertere.

P

Probè enim novit, Lutherum in hâc causâ non autoritate Humanâ, non calculo & Teſtimoniis, vel Latinorum vel Græcorum Patrum fretum fuiſſe, ſed pro Fundamento ſuæ Sententiæ habuiſſe infallibile Verbum, qvo CHRISTUS S. Cœnam inſtituit &c. vid. ſeq. p.378.379.

Lutherus, cùm immoto Fundamento verborum Chriſti niteretur, rectè & laudabiliter nullius momenti fecit totum illum acervum malè conſarcinatarum ab Oecolampadio, à Philippo & aliis Calvinianæ ſectæ Patronis ſententiarum, qvæ adverſari divinæ Veritati videbantur. Qvid enim faceremus, ſi omnia Patrum monumenta interiſſent, &c. p.380. Unde Eccleſia de S. Cœnâ qvid ſtatuendum eſſet, ſcivit, anteqvam illi Patres, quorum libros nos habere arbitramur, in rerum naturâ fuerunt, anteqvam ſcripſerunt? An non Unica illa Scripturæ Regula ſatis abundè nos de Veritate edocuit? &c. p.381.

Luth. benè fecit, quod pe[...]e in verbis Chriſti fixit.

Veritas fidei non nititur conſenſu Patrum.

Qvemadmodum autem iſtud à Luthero rectè factum, qvòd pedem in Verbis Chriſti fixit, nulliſqve Patrum ſententiis ſe inde dimoveri paſſus eſt: Ita qvoqve illud Encomium & laudem haud Vulgarem meretur, qvòd hâc in parte Latinos Patres Græcis antepoſuit. Græci enim Patres etſi ipſi qvoqve ſatis perſpicuè & clarè de negotio Euchariſtiæ in hanc loqvantur ſententiam, id qvod alibi oſtenditur: attamen Latini multò copioſius, multoqve dilucidius rem omnem explicant. Ac ut videat Benevolus Lector, Lutherum non judicii præcipitantia, aut præconceptâ opinione Latinam Eccleſiam Græcæ hâc in parte prætuliſſe, non pigebit nos hîc paululum immorari & unicam ſaltem Pagellam Patrum Sententiis tribuere. Vide jam ſeqventia p.382.383.384. ad p.390.

Luth. Lat. PatresGræc. in hâc parte rectè antepoſuit.

Hæc ideò paulò fuſiùs commemorare voluimus, appareret Lutherum non levem habuiſſe cauſam, cur in hâc Controverſiâ Latinorum Patrum Sententias Græcis præferret, cùm adeò perſpicuè omnes nodos Sacramentarios diſſecuerint. Neqve tamen interim Græcos adſpernatus eſt, ſed illud ſignificare voluit, Adverſarios è diverſis Græcorum Scriptis & ſæpenumerò iis è locis, ubi ne gry qvidem de Sacrâ Cœnâ reperitur, ῥαψωδίας colligere, & Vocabulis Græcis τῶν συμβόλων καὶ ἀντιτύπων imperitioribus facile imponere.

Luth. non adſpernatus eſt Græc. Pat. ſed Reform. pravas Alleg. & applicat. reprehendit.

 Id

Id qvod olim Sacramentariis usitatum fuit, qvi de Theodoreto, Bone Deus, qvos non triumphos egerunt? Cùm enim Theodoretus Dialogo I. Elementa Eucharistiæ eo sensu, ut suprà explicatum est, appellaverit Σύμβολα nimirum παραστικὰ καὶ παραδοτικὰ, & iterum Dialogo II. Ἀντίτυπα continuò inferunt Calviniani (id qvod etiam Peucerus hîc respicit) Theodoretum planè suis è partibus stare, & veram præsentiam Corporis & Sanguinis Christi in S. Cœnâ pernegare: neqve perpendunt interim, Theodoretum eodem Dialogo II. contra Nestorium & ejus Sectatores Argumentum ex unione Sacramentali Panis & Corporis Christi ducere, ut ostendat, in Christo Divinam & Humanam Naturam unitas esse, ut ἀσυγχύτως, ita qvoqve ἀδιαστάτως; qvod sanè argumentum ad probandum τὸ ἀδιάστατον vim nullam haberet, sed prorsus elumbe esset, si statueret, Corpus Christi à Pane benedicto tam procul abesse, qvàm supremum Cœlum abest ab infimâ terrâ. Non attendunt boni isti ῥαψῳδοὶ, eundem Theodoretum Dialog. I. dicere, Christum ideò cohonestasse visibilia Symbola appellatione sui Corporis & Sanguinis, non qvidem qvòd Symbolorum naturam in Substantiam sui Corporis transmutaret, sed qvòd Gratiam Naturæ apponeret. Qvæ enim esset πρόσθεσις & appositio, si Corpus Christi procul à Symbolis abesset? Non etiam observant, qvòd idem Theodoretus Dial. III. Ignatii Martyris sententiam approbat, qvæ Calviniano furori è Diametro repugnat. Hæretici, inqvit Ignatius, non recipiunt Eucharistiam, eò qvòd non fatentur Eucharistiam, esse Carnem Salvatoris Nostri Jesu Christi, eam ipsam, qvæ pro peccatis nostris passa est, qvam suâ bonitate Pater excitavit. Non aspiciunt deniqve belli isti Antiqvarum Traditionum Compilatores, qvid Theodoretus in sede ordinariâ hujus Doctrinæ de Negotio Eucharistiæ scripserit. Sic enim 1. Cor. 11. de manducatione indignorum commentatur: Non solùm undecim Apostolis, sed etiam Judæ proditori pretiosum Corpus & Sanguinem impertiit. Et ibidem porrò etiam disertissimis Verbis asserit, indignos, qvi omni Fide carent, Corpus CHRISTI ore corporis ad judicium sibi sumere, qvod iterum Calvinianis validissimè repugnat. Verba ejus eodem in loco sic habent: *Illud autem, Erit Reus Corporis & Sangvinis, hoc signifi-*

Theod. Locus explicatur & vindicatur à corruptelis Reformator.

Theod. perspicuè docet, etiã indignos ore Corporis Corpus Christi accipere.

significat, qvòd, qvemadmodum tradidit ipsum Judas, ipsi autem insultârunt, & eum probris & conviciis affecerunt Iudæi, ita eum ignominiâ & dedecore afficiunt, qvi Sanctissimum ejus corpus immundis manibus accipiunt, & in pollutum & incestum os immittunt. Qvâ autem Fide à Sacramentariis Theodoretus, in qvo summam Victoriæ spem collocârunt, adductus fuit, eadem aliorum qvoqve Græcorum Testimonia inde ab initio usqve exortæ controversiæ usurpare. Lutherus itaqve non immeritò dixit, si modò dictum est, se universos potius Græcos rejecturum, qvàm eam Sententiam depositorum, qvæ scripturæ infallibili testimonio niteretur, & qvæ tam evidenti & consentiente Latinorum Patrum suffragio tradita esset. Vid. seq. l. c. p. 393.

Et hæc ad vindicandum B. nostrum Lutherum, qvasi Græcorum Patrum consensum in Sententia de Cœna adspernatus esset, uti à Peucero accusatus est, adduxisse sufficiat.

Chem. Historia Certaminũ de Cœnâ.

Non debemus autem in hac materia oblivisci *Historicæ Annotationis D. Martini Chemnitii, quæ libello ejus de Cœnâ adjuncta est*, & ostendit, qvæ Certamina omnibus ætatibus usqve ad nostra tempora de hac Controversia in Ecclesia fuerunt.

Phil. Marb. contr. Pezel.

Accipio jam nunc etiam egregia scripta *D. Philippi Marbachii, Professoris olim Heidelbergensis & Argentinensis*, qvorum primum hunc gerit titulum. *Solida Refutatio Tractatûs Christophori Pezelii, Calvinistæ Bremensis, de S. S. Cœnâ Domini. Tubingæ, Anno 1593.* Alterum ita inscribitur: *Ἀνταπόδομα Philippi Marbachii, Doct. & Prof. Argent. ad Responsionem D. Christophori Pezelii*, qvâ Refutationem Tractatus sui, de S. Cœnâ Domini, eludere conatus est. In utroqve scripto clarissimè ostendit & defendit, Veteres Patres, tùm Græcos, tùm Latinos, idem constanter docuisse, qvod nos de Sacrâ Cœnâ docemus.

Lectoris Gratiâ aliqva ipsius Verba adscribemus:

In Tractatu primo p. 8. ita scribit: Fundamentum IX qvo Nostrates τὸ ῥητὸν defendunt, est firmissimus Doctorum primitivæ

Ecclesiæ consensus: qvorum nullius testimonium proferri potest, prolatumqve hactenus est: qvi expressè & dilucidè, in specie, de Verbis Institutionis asseruerit: relictâ verâ, propriâ, & nativâ verborum Promissionis significatione, confugiendum esse ad Tropicam eorum interpretationem: vel qvi ob retinendam Veritatem Corporis Christi & Articulorum Fidei expressè negarit, in legitimo Eucharistiæ usu ipsam Essentiam & Veritatem præsentis Corporis Christi dari, distribui, manducari: cùm è contrâ qvàm plurima adduci qveant; & hactenus sæpius repetita & inculcata sint. Qvibus nobiscum asserunt, ipsum verè præsens corpus in Eucharistia, dari, distribui & manducari.

Pag. 10. scribit: Qvemadmodum verò nativam Verborum Christi significationem retinendam & urgendam esse asserimus: ita loqvendi formas tam ab Apostolo Paulo, qvàm à Patribus in primitivâ Ecclesiâ usurpatas, qvia congruunt, cum nativâ verborum Christi significatione, eamqve explicant & illustrant, minimè rejiciendas, sed studiosè retinendas esse pronunciamus. Vide seqventia.

Et p. 20. producit primò hæc Verba Pezelii: VIII. Desumitur ab Autoritate Patrum. Antiqvissimum qvodqve verissimum: Adulterinum qvodcunqve posterius. Sacramentalis Verborum Cœnæ interpretatio est antiqvissima, & Patribus omnibus (qvi ante initia Papatus vixerunt) SINE EXCEPTIONE usitatâ. Manifestum itaqve ex consensu universæ antiqvitatis, Sacramentalem Verborum Cœnæ Interpretationem minimè esse repudiandam. Ad hæc verba Pezelii Marbachius seqventem in sonum respondet: Ambiguitatem esse in plorasi Sacramentalis Interpretationis. Etenim per Sacramentalem Interpretationē, si eā intelligunt, qvâ, relictâ verâ, propriâ, & nativâ significatione Verborum institutionis, confugiendum est ad Tropicam Verborum Christi interpretationem: & ex illâ concludendum, ipsam Essentiam Corporis & Sanguinis Christi tam procul à nobis & à Symbolis S. Cœnæ abesse: qvàm remotum est summum Cœlum ab imâ terrâ: vel unum è Patribus proferri postulamus: nedum sine Exceptione omnes, qvi disertè & expressis verbis neget, Verborum Christi propriam & nativam Significationem esse retinendam: & in Eucha-

chariſtiâ ipſam Veritatem eſſentiæ Corporis & Sangvinis Chriſti non diſtribui. Econtra innumera à noſtratibus prolata ſunt Teſtimonia, qvibus primitivæ & purioris Eccleſiæ & de Verborum Chriſti Significatione, & de vera veri Corporis præſentiâ & manducatione: non tantùm fidelium, ſed etiam indignorum, eandem omninò fuiſſe nobiſcum Doctrinam & ſententiam, eſt demonſtratum. Vide ſeqventia ordine in utroqve libro. Plura enim addere ratio hujus ſcripti non permittit.

Non poſſum tamen non etiam adſcribere, qvæ noſter D. Henricus Eckhardus in Compendio Theologiæ Patrum p. 219. 220. &. ſeq. ut & D. Georgius Calixtus de hoc conſenſu tum Græcorum tum Latinorum Patrum conſignavit.

Verba D. Eckardi ſic ſonant:

Quæ & qvot ſunt, præcipuè in hoc Sacramento attendenda?

Bernh. in Serm. de Cœna. Tria in Sacramento altaris debes attendere, ſcilicet ad ſpeciem panis, ad Veritatem carnis & virtutem gratiæ ſpiritualis. Qvod enim videmus ſpecies eſt panis & vini: Qvod ſub ſpecie illa credimus, verum corpus eſt, qvod pependit in Cruce, & verus ſanguis Chriſti, qvi fluxit de latere. Gratia autem ſpiritualis à ſolis dignè communicantibus cum corpore & ſangvine ſpiritualiter percipitur.

Ex his tribus, quæ & quot conſtituunt ſubſtantiam ſeu materiam hujus Sacramenti?

Aug. in ſent. Proſp. Hoc eſt, qvod dicimus, qvod modis omnibus approbare contendimus, Sacramentum hoc duobus confici, duobus conſtare, viſibili Elementorum ſpecie, & inviſibili Domini noſtri Jeſu Chriſti carne & ſangvine.

Iren. lib. 4. cont. Valent. c. 3. Qvi eſt à terra panis percipiens vocationem Domini, non jam communis panis eſt, ſed Euchariſtia, ex duabus rebus conſtans, terrena & cœleſti. Idem docet, c. 57.

Suntne qui hoc negant?

Haymo ſup. Pſal. 77. Qvidam in Eccleſia, licèt Chriſtum pro nobis mortuum confiteantur; tamen de menſa, id eſt, refectione Dominici Corporis dubitant, non credentes, qvod Deus eos poſſit corpore & ſangvine Filii ſui in hoc vitæ deſerto paſcere.

Statnunt autem, & in hoc consentiunt Antiqvitatis Patres: quod in hoc Sacramento non panis tantùm & vinum, sed ipsum Christi corpus & sangvis exhibeantur?

Testim. Antiq. pro substătiali præsentia Corp. & sang. Chri. in Cœna.

Omninò. Hactenus enim ab adversariis nostris, ex tota Patrum Antiqvitate, ne unus qvidem produci potuit, qvi veram Corporis & sangvinis CHRISTI, in Sacramento, præsentiam negârit.

Ex II. Seculo Ecclesiæ.

Justin. Martyr. in Apol. 2. ad Ant. Imp. οὐχ' ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν. Non ut communem panem, neqve communem potum hoc sumimus, sed qvemadmodum per verbum Dei, caro factus Servator noster Jesus Christus, & carnem & sanguinem pro salute nostra habuit: sic etiam per verbum benedictionis sacratam ab ipso alimoniam, ex qva caro & sanguis noster per mutationem nutritus, illius incarnati Jesu carnem & sanguinem esse edocti sumus.

Ex III. Seculo.

Iren. lib. 3. Qvando mixtus scilicet vino, calix, & sanctus panis percipit Verbum Dei, fit Eucharistia sangvinis & corporis CHRISTI, ex qvibus augetur & consistit carnis nostræ substantia.

Tertull. l. 4. contra Marc. Acceptum panem & distributum discipulis, corpus suum, illum fecit: Hoc est corpus meum, dicendo.

Orig. Hom. in div. loca Evang. Qvando sanctum cibum illudqve incorruptum accipis epulum: qvando vitæ pane & poculo frueris, corpus Domini manducas, & sangvinem ejus bibis, tunc Dominus sub tectum tuum ingreditur.

Cypr. serm. de Cœna Domini. Panis iste, qvem Dominus discipulis porrigebat, non effigie, sed naturâ mutatus Omnipotentiâ verbi factus est caro.

Canon. 6. Concilii Nic. In divina hac mensa humiliter intenti simus ad propositum panem & poculum, sed attollamus mentem, fide

fide intelligamus fitum, in facra illa menfa Agnum illum Dei tollentem peccata mundi.

Ex IV. Seculo.

Ambrof. l.4. de fac. c.4. Tu forte dicis, Panis eft ufitatus ? fed panis ifte panis eft ante verba Sacramentorum: ubi autem acceflerit confecratio, de pane fit caro Chrifti.

Idem in ferm. de Eucharift. Qvanta cordis contritione & lacrimarum fonte, qvanta reverentia & tremore, qvanta corporis caftitate atqve animi puritate iftud divinum & cœlefte myfterium eft celebrandum Domine Deus? ubi caro tua in veritate fumitur, ubi fangvis tuus in veritate bibitur, ubi fummis ima, humanis divina junguntur: ubi tu es Sacerdos & Sacrificium, mirabiliter & ineffabiliter.

Hilar. lib.9. de Trin. Si verè verbum caro factum eft, & nos verè verbum carnem Dominico cibo fumimus, qvomodo non naturaliter in nobis manere exiftimandus eft.

Idem, uti citatur *diftinct. 2 de Confecrat. c. Corpus Chrifti*: Corpus Chrifti qvod fumitur de altari, figura eft, dum panis & vinum extra videtur: veritas autem, dum corpus & fangvis Chrifti in veritate interius creditur. c.79.

Hieron. in Ezechiel. Domini Salvatoris carnibus alimur & cruore ejus potamur.

Ex V. Seculo.

Chryf. In multis fuis fcriptis præfentiam & communicationem fubftantialis Corporis & fanguinis Domini tam expreffè docet, ut Transfubftantiationis videatur affertor.

Aug. de Neoph. Hoc accipite in pane, qvod pependit in Cruce. Hoc accipite in calice, qvod effufum eft de Chrifti latere.

Hefych. fup.8. Levit. Myfterium illud fimul panis & corpus eft. Hæc ex Antiqvioribus fufficiant.

At forfitan de Exhibitione & participatione Corporis & Sanguinis Chrifti ea loqvuntur, qva fit fide?

De participatione orali loqvi Patres, etfi ex prædictis fatis patet, fidem tamen addunt feqq.

Leo

Leo ſerm. 4. Qvadrag. ORE indigno Corpus Chriſti accipiunt [Manichæi] Sanguinem verò redemptionis noſtræ omninò haurire declinant.

Serm. 6. de jejun. 7. Menſ. Hoc ORE ſumitur, qvod CORDE creditur: & fruſtrà ab illis Amen reſpondetur, à qvibus contra id, qvod accipitur, diſputatur.

Aug. l. 2. contra adverſ. legis c. 9. Mediatorem Dei & hominum Chriſtum Jeſum carnem ſuam nobis manducandam, ſanguinemq; bibendum nobis dantem, fideli corde atqve ore ſuſcipimus: qvamvis horribilius videatur humanam carnem manducare, qvàm perimere: Et humanum ſanguinem potare, qvam fundere.

Cypr. ſerm. 5. loqvens de perfidis, qvi ad Sacramentum Euchariſtiæ accedunt: Vis, ait, infertur corpori ejus & ſanguini. Et plus modo in Dominum manibus atqve ore delinqvunt, qvàm cum Dominum negaverint.

Greg. Dial. l. 4. Sangvis Chriſti non jam in manus infidelium, ſed in ORA fidelium funditur.

Bertram. l. de corpore & Sanguine. Corpus & Sanguis Chriſti fidelium ORE in Eccleſia percipiuntur.

Tertull. l. de reſurr. Carnis. Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur: ut anima de Deo ſaginetur.

Conſtat item ex *Ambroſio*, qvi ſevera ſua objurgatione Imp. Theodoſium ſic alloqvitur: Quæ illa feritas tua? & confidens impietas, ut nihil verearis Os illud tuum, qvo ſententiam tuliſti de trucidandis tot millibus innocentiſſimorum hominum, precioſo ſangvine admovere Theodor. l. 6. c. 18 Sozom. l. 7. c. 24.

Videantur reliqva apud laudatum D. Eckardum.

D. G. Calix. collecta Teſt. Antiq. pro ſentēt. Luth. de Cœn. Dō.

Cui unum adhuc adjungo ipſorum Calvinianorum judicio, *D. Georgium Calixtum*, qvi *in Theſibus de Corpore & Sangvine Domini reapſe præſentibus in SS. Euchariſtia, Helmaſtadii* c I ɔ I ɔc XXXVI. *impreſſis*; num. LXIV. & ſeqq. ſententiam noſtram *γνησίως* Lutheranam de S. Cœna ex Antiqviſſimis, potiſſimùm qvoqve Græcis Patribus, confirmavit. Verba ejus ſic ſonant:

LXIV. Utinam huic ſano & recto conſilio ubiqve & ab omnibus obtemperetur! Qvod enim pridem emortuæ ſepultæqve hæreſes refodiuntur, & ex orco in dias luminis auras revocantur,

tur, causa est, ut ostendimus una & sanè præcipua, qvod à plano perspicuorum Scripturæ verborum sensu ob aliqvod apparens ἀδύνατον sive ἀσύστατον receditur; altera, qvod in τὸ Qvomodo mysteriorum ociosâ, imò improbâ curiositate inqviritur, & plerumqve ab iis, qvos à conatu, si vel maximè aliqvatenus utilis esset, curta eruditionis suppellex deterrere deberet, ob ruditatem partim falli pronos & ipsâ culpæ fugâ in vitium proclives, partim feroces & opinionis à suâ diversæ intolerantes: tertia deniqve, qvam nec ipsam præterire oportet, qvod primæ & priscæ Ecclesiæ auctoritas & consensus aut industria qvantam adhiberi rei dignitas, flagitat, non vestigatur, aut in precio, qvo par erat, non habetur.

Restat igitur, (inqvit) ne crimen, qvod in aliis reprehendimus, ipsi incurramus, ut antiqvitatis testimonia sententiæ nostræ firmandæ, aliorum convincendæ sub calcem ascribamus. Compendio autem studentes, ex ubere messe paucula seligemus, qvæ perspicuitate suâ fidem æqvabunt omnium.

Ignat. testim. B. Ignatius, Episcopus Antiochenus, & Martyr, qvem ætate locum meretur, in indice nostro capiet principem. Ita ille de hæreticis qvibusdam, corporis Christi & sangvinis præsentiam negantibus ap. Theodoret. Dial. 3. scribit ad Smyrnenses: *Eucharistias & oblationes non admittunt, qvòd non confiteantur Euchristiam esse carnem Servatoris nostri Jesu Christi, qvæ pro peccatis nostris passa est, qvam pater suâ benignitate suscitavit.*

Just. testim. Martyri martyr ex secundo seculo succedat Justinus, negans nudum vel communem panem pagina 76. & 77. edit. Comelin. 1593. in Eucharistiâ accipi. Verba ejus ex Apologiâ secundâ ad Antoninum Imperatorem hæc sunt: *Alimentum hoc apud nos appellatur Eucharistia, qvod nulli alii participare licitum est, qvàm veram esse doctrinam nostram credenti, & lavacro propter remissionem peccatorum & regenerationem abluto, & ita, ut Christus tradidit, viventi. Non enim ut communem panem & communem potum ista sumimus, sed qvemadmodum per verbum Dei caro factus Jesus Christus servator noster & carnem & sangvinem salutis nostræ causâ habuit: ad eundem modum etiam, in qvo per preces verbi ejus ab ipso profecti gratiæ sunt acta alimoniam, unde sangvis & ca-*

rò nostra per mutationem aluntur, incarnati illius Jesu carnem & sangvinem esse edocti sumus. Nam Apostoli in commentariis à se scriptis, quæ Evangelia vocantur, ita tradiderunt præcepisse sibi Jesum. Eum enim pane accepto, cum gratias egisset, dixisse: Hoc facite in mei recordationem. Hoc est corpus meum. Et poculo similiter accepto & gratiis actis, dixisse: Hoc est sanguis meus. Verba in medio posita Græcè ita sonant: οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν, ἀλλὰ ὃν τρόπον διὰ λόγου θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν. οὕτως καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι.

Eodem cum hoc seculo vixit Irenæus, qvi libro suo qvarto cap. 34. ita secundum versionem Latinam loqvitur: *Qvomodo constabit eis eum panem, in qvo gratiæ actæ sint, corpus esse Domini sui, & calicem sanguinis ejus, si non ipsum fabricatoris mundi filium dicant, id est, verbum ejus, per qvod lignum fructificat & defluunt fontes, & dat primum qvidem fœnum post spicam, deinde plenum triticum in spica. Qvomodo autem rursum dicunt carnem in corruptionem devenire & non percipere vitam, qvæ à corpore Domini & sangvine alitur? Ergò aut sententiam mutent, aut abstineant offerendo qvæ prædicta sunt. Nostra autem consonans est sententia Eucharistiæ, & Eucharistia rursus confirmat sententiam nostram. Offerimus enim ei, qvæ sunt ejus, congruenter communicationem & unitatem prædicantes carnis & Spiritûs. Qvemadmodum enim qvi est à terra panis percipiens vocationem Dei, jam non communis panis est, sed Eucharistia, ex duabus rebus constans terrenâ & cœlesti: sic & corpora nostra percipientia Eucharistiam jam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia.* Et lib. 5. c. 4. *Vani omnimodo, qui universam dispositionem Dei contemnunt, & carnis salutem negant, & regenerationem ejus spernunt, dicentes non eam capacem esse incorruptibilitatis. Sic autem secundum hæc videlicet, nec Dominus sanguine suo redemit nos, neque calix Eucharistiæ communicatio sanguinis ejus, neque panis, qvem frangimus, communicatio corporis ejus est.*

Tert. testim. Tertullianus libr. de Idololatriâ cap. 7. Christianos idolorum artifices redarguens, ait: *Totâ die zelus fidei perorabit ingemens, Christianum*

stianum eas manus admovere corpori Domini, quæ Dæmonis corpora conferunt. Nec hoc sufficit. Parum sit, si ab aliis manibus accipiant quod contaminant, sed etiam ipsæ tradunt aliis, quod contaminaverunt. Adleguntur in ordinem Ecclesiasticum artifices idolorum. Proh scelus! Semel Judæi Christo manus intulerunt, isti quotidie corpus ejus lacessunt. O manûs præcidendæ! Libr. de orat. c. 6. *Corpus ejus in pane censetur: Hoc est corpus meum.* Libr. de Resurrect. carnis cap. 8. *Caro abluitur, ut anima emaculetur: caro inungitur, ut anima consecretur. Caro corpore & sanguine CHRISTI vescitur, ut anima de DEO saginetur.*

Origenes Adamantius in diversos N. T. locos homil. 5. ubi agit de Centurione, ejusqve puero paralytico; *Sed & hoc nullum nostrum pertranseat sicut pusillum aliqvid, qvod dixit iste Centurio: Non sum dignus, ut sub tectum meum intres. Intrat & nunc Dominus sub tectum credentium duplici figurâ vel more. Nunc enim, quando sancti & DEO acceptabiles Ecclesiarum antistites sub tectum tuum intrant, tunc ibidem per eos Dominus ingreditur, & tu sic existimes tanquam Dominum suscipiens. Et aliud, quando sanctum cibum, illudq; incorruptum accipis epulum, quando vita pane & poculo frueris, manducas & bibis corpus & sanguinẽ Domini, tunc Dominq sub tectum tuũ ingreditur. Et tu ergo humilians temetipsum, imitare hunc Centurionẽ & dicito: Domine non sum dignus, ut intres sub tectũ meũ. Ubi enim indignè ingreditur, ibi ad judiciũ ingreditur accipienti.* Tract. XXXV. in Matth. *Nec mireris, qvoniam ipse est & panis, & manducat nobiscum panem; ipse est & potus generationis de vite, & bibit nobiscum, omnipotens enim est verbum Dei, & diversis appellationibus nuncupatur, & immemorabilis est ipse secundum multitudinem virtutum, cùm sit omnis virtus unus & ipse.*

Orig. testim. Tom. 2. edit. Basil. 1571.

Tertius è tertio seculo accedat S. Cyprianus, qvi Sermone suo de lapsis ita loqvitur: *Mortiferos idolorum cibos adhuc penè ructantes, exhalantibus nunc etiam scelus suum faucibus & contagia funesta redolentibus, Domini corpus invadunt. Spretis his omnibus atqve contemptis vis infertur corpori ejus & sangvini, & plus modò in Dominum manibus atque ore delinqvunt, quàm cùm Dominum negaverunt.* Sermone de Cœnâ Domini, inter opera Cypriani exstante: *Cœnâ dispositâ, inter Sacramentales epulas obviaverunt sibi instituta antiqua & nova, & consumpto agno, quem antiqua traditio proponebat, in consumptibilem cibum Magi-*

Cypr. testim.

 ster

ſter apponit diſcipulis. Et ibidem poſtea : *Panis iſte , quem Dominus diſcipulis porrigebat , non effigie , ſed natura mutatus, omnipotentia verbi factus eſt caro : Et ſicut in perſona Chriſti humanitas videbatur & latebat divinitas,ita Sacramento viſibili ineffabiliter divina ſe infudit eſſentia , ut eſſet religioni circa Sacramenta devotio , & ad veritatem , cujus corpus & ſanguis Sacramenta ſunt , ſincerior pateret acceſſus,uſque ad participationem Spiritûs.* Mox iterum : *Nova eſt hujus Sacramenti doctrina , & ſcholæ Evangelicæ hoc primum magiſterium protulerunt , & doctore Chriſto prima hæc mundo innotuit diſciplina , ut biberent ſanguinem Chriſtiani , cujus eſum Legis antiquæ auctoritas diſtrictiſſimè interdicit. Lex quippe eſum ſanguinis prohibet : Evangelium præcipit , ut bibatur.*

Syn. Nicæn. Teſtim. Diat. 3. cont. Caſaub.

Teſtimonium qvoqve locuples hic dicit Synodus Nicæna ſub Conſtantino M. anno æræ Chriſtianæ CCCXXV. contra Arium coacta, è cujus actis ſeqventia , ut à Jul. Cæſ. Bulengero converſa ſunt , promimus. *In menſa divina rurſus ne dejecto animo ad panem & calicem propoſitum attendamus , ſed elatâ cogitatione per fidem intelligamus jacere in hac menſa ſacra agnum DEI tollentem peccata mundi , qui incruentè à Sacerdotibus immolatur , & nos pretioſum ejus corpus & ſanguinem verè accipientes credere iſtas eſſe teſſeras noſtræ reſurrectionis. Ideò neque multum ſumimus , ſed paululum, ut cognoſcamus nos non ad ſatietatem ſumere , ſed ad ſanctificationem.*

Hilar. teſt.

S. Hilarius Pictavorum Epiſcopus Libr. IIX. de Trinitate : *Si enim verè verbum caro factum eſt , & nos verè verbum carnem cibo Dominico ſumimus , qvomodo non naturaliter manere in nobis exiſtimandus eſt ?* Et : *De veritate carnis & ſangvinis non eſt relictus ambigendi locus : nunc enim & ipſius Domini profeſſione & fide noſtrâ verè caro eſt , & verè ſangvis eſt.*

Cyr. Hieroſo. teſtimon.

Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi myſtagogicâ quartâ , recitatâ Inſtitutionis Cœnæ formulâ , ita diſſerere pergit : *Cùm igitur CHRISTUS ipſe ſic affirmet atque dicat de pane : Hoc eſt corpus meum , quis deinceps audeat dubitare ? Ac eodem qvoqve confirmante & dicente ; Hic eſt ſangvis meus , quis inquam*

qvam dubitet & dicat, non esse illius sangvinem? Aqvam aliqvando mutavit in vinum, qvod est sanguini propinqvum, in Canâ Galileæ solâ voluntate; & non erit dignus, cui credamus, qvod vinum in sangvinem transmutasset? Si enim ad nuptias corporeas invitatus stupendum miraculum operatus est, & non multò magis corpus & sanguinem suum dedisse illum confitebimur? Qvare omni cum certitudine corpus & sanguinem CHRISTI *sumamus. Nam sub specie panis, datur tibi corpus, sub specie vini, datur sangvis, ut sumpto corpore & sangvine Christi efficiaris ei comparticeps corporis & sangvinis. Sic Christophori erimus, hoc est,* CHRISTUM *ferentes; cùm ejus corpus & sangvinem in membra nostra receperimus, atqve ita, ut B. Petrus dicit, divinæ naturæ consortes efficiemur.* Et paulò pòst: *Ne ergo consideres tanqvam panem nudum & vinum nudum: corpus enim est & sangvis Christi secundum ipsius Domini verba. Qvamvis enim sensus hoc tibi suggerit, tamen fides te confirmet, ne ex gustu rem judices: qvin potiùs habeas ex fide pro certissimo, ita ut nulla subeat dubitatio, esse tibi donata corpus & sangvinem.* Catechesi Mystagogicâ V. totam Liturgiam describit, & ostendit, qvàm religioso affectu, qvantâ animi submissione & reverentiâ sanctissimam hanc CHRISTI cœnam obierint priscæ Ecclesiæ Christiani. Pauca inde præsenti instituto maximè servientia transscribamus: *Audistis, inqvit, deinceps divinâ qvadam melodiâ psallente, atqve ad sacrorum mysteriorum communionem nos exhortantem: gustate & videte, qvod Christus est Dominus. Nam hoc corporeo palato, ut istud dijudicetur, nobis præcipitur? Neqvaqvam sed potiùs fide certâ & omnis dubitationis experti, gustantes enim non panem aut vinum ut gustent jubentur, sed qvod sub specie est panis & vini, corpus & sangvinem Christi. Accedens autem ad communionem, non expansis manuum volis accede, neqve cum disjunctis digitis, sed sinistram veluti sedem qvandam subjicias dextræ, qvæ tantum Regem susceptura est, & concavâ manu suscipe corpus* CHRISTI, *dicens, Amen. Sanctificatis ergò diligenter oculis; tùm sancti corporis contactu communica. Cave autem, ne qvid indè excidat tibi: qvod enim amittis, hoc tanqvam ex proprio membro amiseris. Nam si qvis tibi ramenta aurea daret, nonne magnâ cum diligentiâ illa teneres, cavens, ne qvid ex illis periret, damnumq; sustineres? Et non multò magis & dili-*

gentiùs de hoc, quod auro gemmisq; pretiosius est, ne mica aliqva ex eo cadat, providebis? Tùm verò post communionem corporis CHRISTI accede, & ad calicem sangvinis illius non extendens manus, sed pronus adorationis in modum & venerationis dicens: Amen. Sanctificeris eo sangvine Christi, qvem assumis, & cùm adhuc est humiditas in labiis tuis, manibus attingens & oculos & frontem & reliqva sensuum organa consecra. Postremò expletâ oratione, DEO gratias age, qvi te tantis mysteriis dignum reddidit. Hactenus Cyrilli verba adduximus è Catechesibus ipsius; cujusmodi opuscula, cùm rudi minusqve ingenioso populo præcipuè destinentur, propriè & maximâ simplicitate doctrinas proponere, & explicare amant.

Ambros. test. Eodem tempore, qvo Cyrillus Hierosolymis docebat, Mediolani Episcopum agens Ambrosius eandem illam de Eucharistiâ doctrinam pari scriptionis genere propagavit: ut liqveat, Orientem cum occidente hoc in negotio qvàm amicissimè conspirasse. Libri autem de iis, qvi mysteriis initiantur, cap. IIX. in hæc verba loqvitur: *Revera mirabile est, qvod Manna Deus plueris Patribus, & qvotidiano cœli pascebantur alimento. Unde dictum est: Panem Angelorum manducavit homo. Sed tamen panem illum, qvi manducaverunt, omnes in deserto mortui sunt. Ista autem esca, qvam accipis, iste panis vivus, qvi descendit de cœlo vitæ æternæ substantiam subministrat, & qvicunq; hunc manducaverit, non morietur in æternum: & est corpus Christi. Considera nunc utrum præstantior sit panis Angelorum, an caro Christi, qvæ utiq; corpus est vitæ. Manna illud è cœlo, hoc supra cœlum; illud cœli, hoc Domini cœlorum; illud corruptioni obnoxium, si in diem alterum servaretur, hoc alienum ab omni corruptione, qvod qvicunq; religiosè gustaverit, corruptionem sentire non poterit. Illis aqva de petrâ fluxit; tibi sanguis è Christo. Illos ad horam satiavit aqva; te sanguis diluit in æternum. Judæus bibit & sitit: tu cùm biberis, sitire non poteris. Et illud in umbra, hoc in veritate. Si illud, qvod miraris, umbra est; qvantum istud est, cujus & umbram miraris? Sacramentum istud, qvod accipis, Christi sermone conficitur. Qvod si tantùm valuit sermo Eliæ, ut ignem de cœlo deponeret, non valebit Christi sermo, ut species mutet Elementorum? De*

Tom. IV. edit. Basil. 1567.

Cap. IX.

totius mundi operibus legisti, quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt. Sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere, quod non erat, non potest ea, quæ sunt, mutare in id quod non erant? Non enim minus est novas rebus dare, quàm mutare naturas? Sed quid argumentis utimur? suis utamur exemplis, incarnationis exemplo astruamus mysterii veritatem. Nunquid naturæ usus præcessit, cùm Jesus Dominus ex Mariâ nasceretur? Si ordinem quærimus, viro mixta foemina generare consuevit. Liquet igitur, quod præter naturæ ordinem virgo generavit. Et hoc quod conficimus corpus ex virgine est. Quid hîc quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cùm præter naturam sit ipse Dominus Jesus partus ex virgine? vera utiq; caro Christi, quæ crucifixa est, quæ sepulta est; verè ergò carnis illius sacramentum est. Ipse clamat Dominus Jesus: Hoc est corpus meum. Ante benedictionem verborum coelestium alia species nominatur, post consecrationem corpus significatur. Ipse dicit sanguinem suum: ante consecrationem aliud dicitur; post consecrationem sanguis nuncupatur. Et tu dicis, Amen, hoc est, verum est. Quod os loquitur, mens interna fateatur, quod sermo sonat, affectus sentiat.

Idem ille lib. IV. de Sacramentis denuò inquit: *verè magnum est miraculum, quod populo pluit Deus manna de coelo. Tu forte dicis: Meus panis est usitatus. Sed panis iste panis est ante verba Sacramentorum, ubi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur astruamus. Quomodo potest qui panis est, corpus esse Christi? Consecratione. Consecratio igitur quibus verbis est & cujus sermonibus? Domini Jesu ubi venitur, ut conficiatur venerabile Sacramentum, jam non suis sermonibus Sacerdos, sed utitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit Sacramentum. Quis sermo Christi? nempe is quo facta sunt omnia. Jussit Dominus, & factum est cœlum. Jussit Dominus & facta est terra. Jussit Dominus, & facta sunt maria. Jussit Dominus, & omnis creatura generata est. Vides ergò, quàm operatorius sit sermo Christi. Si ergò tanta vis est in sermone Domini Jesu, ut inciperent esse, quæ non erant, quantò magis operatorius est, ut sint, quæ erant, & in aliud commutentur? Cœlum non erat, mare non erat, terra non erat. Sed audi dicentem: ipse dixit & facta sunt: ipse mandavit & creata sunt. Ergo tibi ut respondeam, non erat corpus Christi ante consecrationem, sed post*

con-

consecrationem dico tibi, qvod jam est corpus Christi. Ipse dixit, & factum est: ipse mandavit & creatum est. Capit. V. *Ipse Dominus Jesus testificatur nobis, qvod corpus suum accipiamus & sanguinem. Nunqvid debemus de ejus fide & testificatione dubitare.*

Greg. Nyss. testim.

Gregorius Nyssenus in Oratione de S. Baptismate, propè ab initio: *Ne contemnat divinum lavacrum, neque id tanqvam commune propter usum aqvæ parvi facias, & levi momento ducas. Nam illud qvod operatur, magnum est. Panis item panis est initio communis: sed ubi eum mysterium sacrificaverit, corpus Christi & dicitur & est; eodem modo vinum. Cùm sint res exigui pretii ante benedictionem, post sanctificationem, qvæ à Spiritu procedit, utrumqve eorum excellenter operatur.*

Gaud. Brix. testim.

Gaudentius Brixiensis Episcopus Tractatu II. in Exodum. *Ipse igitur naturarum creator & Dominus, qvi producit de terrâ panem, de pane rursus (qvia & potest & promisit) efficit proprium corpus: & qvi de aqvâ vinum fecit, de vino sangvinem suum. O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Pascha est, inqvit, Domini, ne terrenum putes, qvod cœleste effectum est per eum, qvi transivit in illud, & fecit illud suum corpus & sangvinem. Qvod annunciatum est, credas, qvia, qvod accipis, corpus est illius panis cœlestis, & sangvis est illius sacræ vitis. Nam cùm panem consecratum & vinum discipulis suis porrigeret, sic ait: Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus. Credamus qvæso, cui credimus, nescit mendacium veritas.*

August. test.

In V. Seculo primùm occurrit Augustinus, cujus verba l.3. de Trinit. c. 4. hæc sunt: *Ne linguam ejus* [Pauli Christum prædicantis) *nec membranas, nec atramentum, nec significantes sonos linguâ editos, nec signa literarum conscripta pelliculis corpus Christi & sangvinem dicimus, sed illud tantùm, qvod ex fructibus terræ acceptum & prece mysticâ consecratum rite suminus ad salutem spiritualem in memoriam pro nobis Dominicæ passionis. Qvod cùm per manus hominum ad illam visibilem speciem perducitur, non sanctificatur ut sit tàm magnum Sacramentum, nisi operante invisibiliter Spiritu Dei, cùm hæc omnia, qvæ per corporales motus in illo opere fiunt, Deus operetur.* Libr. XII. contra Faustum cap. X. *Habet magnam vocem Christi sangvis in terrâ, cùm eo accepto ab omnibus*

bꝰ gentibꝰ respondetur, Amen. Hæc est clara vox sanguis, quam sanguis ipse exprimit ex ore fidelium eodem sanguine redemptorum. Et c. XX. *Bibitur, quod de Christi latere manavit.* Et epist. c.XIIX. ad Januar. *Placuit Sp. S. ut in honorem tanti Sacramenti in os Christiani prius Dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi.*

Cyrillus Alexandrinus epist. X. ad Nestorium hunc in modum scribit nomine Synodi: *Ita ad mysticas accedimus benedictiones ac sanctificamur, participes facti sanctæ carnis pretiosiq́ sanguinis Servatoris nostri omnium Jesu Christi, nec ut communem carnem accipimus, absit, neq; tanquàm viri sanctificati & verbo secundum dignitatis unitatem conjuncti, utpote velut divinum inhabitationem adepti, sed ut verè vivificatricem & ipsius verbi propriam. Itaq; etiamsi ad nos dicat: Amen, Amen dico vobis, nisi manducetis carnem filii hominis &c. non tamen illam velut hominis cujusdam ex nobis esse arbitramur, quomodo n. hominis caro secundum naturam suam vivifica erit? sed tanquam propriè illius factum, & propter nos filius hominis & factus est & appellatur.* Lib. IV. c. XIII. in Joh. *Quomodo potest hic carnem suam nobis dare? de Deo non sine magnâ impietate conclamant, nec in mentem venit, nihil esse impossibile apud Deum. Nam cùm animales essent, spiritualia intelligere non poterant. Sed fatuitas quædam tàm magnũ sibi videtur mysterium: sed nos magnum quæso è peccatis aliorum profectum faciamus, & firmam fidem mysteriis adhibentes nunquam in tàm sublimibꝰ rebꝰ illud. Quomodo aut cogitemus, aut proferamꝰ, aliorum igitur, ut diximus, culpâ perdocti, quùm Deus operatur, non quæramus quomodo, sed operis sui viam atq; scientiam illi soli concedamus.* Videantur ejusdem libr. IV. cap. XIV. & XVII. & l. X. c. XIII.

Cyr. Alex. testimon.

Cyrilli æqualis *Theodoretus* fuit. hic Dial. II. qvi inscribitur Inconfusus, ita loqventem facit orthodoxum suum cum Eraniste. Eranistes: *Quod appellas donum, quod offertur ante invocationem Sacerdotis?* orthodoxus: *Non oportet apertè dicere, est enim verisimile adesse aliquos mysteriis non initiatos.* Eran. *Respondeatur ænigmaticè* orth. *Id quo fit ex hujusmodi seminibꝰ nutrimentum.* Eran. *aliud autem signum, quomodo nominamus?* Orth. *Commune etiam hoc nomen, quod potius speciem significat.* Eran. *Post sanctificationem autem, quomodo ea appellas?* Orth. *Corpus Christi & sanguinem Christi.* Eran. *Et credis te fieri participem corporis Christi & sanguinis?* Orth. *Ita credo.* Orth. *Neq; signa mystica post sanctificationem recedunt à suâ naturâ. Manent n. in priore substantia, figura & forma, & videri*

Theod. test.

ri & tangi possunt, sicut & priùs: intelliguntur autem ea esse, quæ facta sunt, & creduntur & adorantur, ut quæ illa sint, quæ creduntur.

Procli test. *Proclus* Episcopus Constantinopolitanus in libro de Traditione divinæ Liturgiæ docens, qvomodo Apostoli Liturgiam prolixè decantarint, & in memoriâ habuerint illud verbum Domini dicẽtis: *Hoc est corpus meum, & hoc facite in meam commemorationem; & qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eo:* Pergit ita: *Per has itaq; preces Sp. S. adventum exspectabant, ut ejus divinâ præsentiâ propositum in sacrificium panẽ & vinum aquæ permixtum, ipsum illud corpus & sanguinem Servatoris nostri efficiat. Qui quidem religiosus ritus observatur ad hoc usq; tempus, & ad finem usq; seculi manebit.*

Hæc canæ & venerandæ antiqvitatis, priorum inqvam à nato Servatore qvinq; seculorum, testimonia pauca damus è multis. Subsecuta tempora testandi ergò adire nunc, si locus permitteret, abundantiæ tamen magis foret, qvàm necessitatis. Constat, qvantum satis est, eandem veteris & nostræ Ecclesiæ de hoc mysterio fidem & doctrinam esse; eandem olim, qvam hodiè amamus & commendamus, circa illud servatam fuisse simplicitatem. Secundum eam igitur incedamus porrò, & qvod sanctus Brixiensis Doctor monet, *pariter universa* de Sacramento isto, *quẽmadmodum tradita credamus, non infringentes os ipsius illud solidissimum: Hoc est corpus meum: Hic est sangvis meus. Si quid etiam superfuerit nunc in unicujusq; sensu, quod expositione istâ non ceperit, ardore fidei concrametur.*

Gaudentius Tract. 2. in Exodum.

Nemo profectò veterum corpus & sanguinem Domini in eo adesse negat, nemo abesse affirmat: omnes clamant adesse, accipi; imò panem mutari, qvia videlicet ex vulgari pane fit panis, qvi sit κοινωνία corporis Christi, hoc est, medium vel vehiculum, cum qvo nobis corpus Christi communicatur. Hinc etiam dicunt, Panem benedictum esse corpus Christi, nempe qvia ex Christi ipsius scito cum benedicto sive consecrato pane ita connectitur corpus, ut pane sumpto ipsum qvoq; sumatur, & proinde idem sit sumere hunc panem, & sumere corpus Christi. Nam fieri non potest, ut sumpto hoc pane, non sumatur corpus Christi. Unde etiam factum, ut nonnulli, cùm arctissimũ hunc nexum altiùs in animum dimitterent, ad eum exprimendum dicerẽt, Panem converti in corpus Christi, etiamsi sit, qvod erat, ut Ambrosius, nec recedat à suâ naturâ, ut Theodoretus, nec desinat esse substantia panis,

panis,utGelasi9 loqvitur;sed hanc solã,qvã diximus,ob causam,qvòd neqveat fieri,qvin sumpto pane Eucharistico sumatur corpus Christi.

Porrò cùm alii animadverterent,similitudinem esse inter panem & corp9 Christi,propter alendi virtutem,qvæ illi terrestris,huic cœlestis inest:panem dixerunt esse signum & figuram corporis Christi. Nempe animadverterunt hoc mysterium ita esse comparatum,ut qvod efficit, id itidem significare aptum sit.Hæc itaq; adsertio enascitur à posteriori,ut ita dicam; id est,qvando perpenditur, qvòd in Eucharistiâ nobis datur corpusChristi,& simul datur panis,qvi suo qvodam modo cœlestẽ nutricandi vim corporiDominico insitam significare apt9 sit. Sed hinc velut à priori ipsum totum mysterium æstimare velle, insuper habitis toties repetitis institutionis verbis,perspicuè qvid prębeatur efferentibus,prorsus præposterum est. Panis eqvidem aptus est figurare vim pascendi animum,qvæ multis aliis rebus inest, verbi gratiâ,svavitati sermonis,studio sapientiæ. Nemo tamen dicit ostenso pane,Hoc est svavitas orationis vel studium sapientiæ: qvamvis dicere cõmodè possit, Elegans oratio est meus panis, Philosophia est cibus. Si verò à qvopiam confici posset panis, qvo comèsto simul & semel ex beneplacito & libero decreto auctoris sive artificis menti cõcedentis universa inderetur sapientia, tùm rectè dici posset, præbito pane: Accipe, comede, hoc est sapientia; qvòd scilicet dum comedet panem,eâdem operâ sapientiæ compos sit futurus: præsertim si unio & nexus ille non à rerum naturâ,sed ab arbitrio pendeat impertientis,ut in exemplo,qvod modò fingimus,& in mysterio, qvod explicamus. Ubi profectò verba:accipe,comede,tanqvam conditiones capienda fuerint,nempe si accipis & comedis,est sapientia. Si negligis accipere,non est qvidem tùm sapientia,qvasi pani ea sit inclusa,vel citra eum alicui reapse cõmunicetur; est tamen sapientia aliâ qvadam ratione, qvia videlicet ex arbitrio & decreto auctoris ita cohærent panis & sapientia, ut sumpto pane non possis non ipse particeps fieri sapientiæ.De hoc itaq; mirabili &istum in usum destinato pane,etiamsi nemo adhuc utatur,dici possit,est sapientia;qvemadmodum de pane consecrato Patres enunciant, qvòd sit corpus Christi.

Jam si porrò animadvertatur, panem & sapientiam in hoc convenire, qvòd, uti panis alimonia est corporis, ita sapientia cibus sit mentis; haut perperam de nostro isto pane enunciabitur, qvod sit symbolum sapientiæ; non qvidem qvod contra hy-

pothesin cum eo sumpto sapientia non communicetur, sed qvod & sapientiam impertiat & simul qvid animo ea conferat, suâ sibi nativâ nutriendi virtute adumbret. Qvo ferè pacto & à posteriori, ut ita loqvamur, sive è contemplationibus posterius institutis (prius enim est, attendere, qvid præbeatur, nempe corpus Christi; posteriùs, animadvertere, qvod inter corpus Christi & panem, qvî cum offertur, analogia intercedat) veteres nonnulli, oppidò tamen pauci, panem Eucharisticum figuram & signum corporis Christi dixerunt. Vide Tertullian. lib. IV. adversus Marcionem, cap. XI. Augustinum adversus Adimantum cap. XII.

Cæterùm nemo priscorum, qvemadmodum haud pridem monebamus, vel corpus Domini abesse ait, vel adesse negat. Idem si seriò & constanter & citra æqvivocationem fecerint, qvi Calviniani appellantur, Antiqvitati honorem, qvem debent, habebunt, curiositate non peccabunt, nec Scripturis vim facient, nec reducendis damnatis hæresibus viam munient. Qvod ut tandem divinâ gratiâ adjuti faciant, anxiè exspectamus, speramus, optamus.

Hæc D. Georgius Calixtus, qvem Celeberrimus inter Reformatos olim Theologus D. David Blondellus, (cui à Dn. D. Dorschæo Theologo Argentinensi commendatus, Parisiis ante annos novemdecim, viginti, sæpissimè non sine singulari, propter pereruditas dissertationes, animi voluptate adfui,) in Præfatione libri *Johannis Dallæi de jejuniis & Qvadragesima* hoc mactat elogio: *Martini Chemnitii in Germania illustribus vestigiis feliciter insistit inter gentis sydera suo merito referendus, Georgius Calixtus.*

Ex his, ut complures alios silentii sipario involvam, constabit B. Lectori, Veterem Ecclesiam Græcam, omninò nobiscum sensisse in Articulo de Prædestinatione & Cœna, & non cum Calvinianis, adeoq; Cyrillum Lucarim, dum in Conf. suâ Calvinianorum Sẽtentiâ de Prædestinatione & absoluta Reprobatione, ut & Cœnâ & c. amplexus est, à Sententiâ Vet. Ecclesiæ Græcæ discessisse. Sed hæc ὁδῷ πάρεργον, qvo nos deduxit Provocatio Hotting. ut ostenderemus, anne Confessio Cyrilli cum Ecclesiâ Græcâ consentiat, vel dissentiat?

Quid Hott. ad binas Syn. reponat?

Revertamur jam è diverticulo in viam, & seqvamur Hottingerum, qvò nos porrò ducit.

Accedit is autem ad productas à me binas Censuras Synodales, ita scri-

ſcribens : *Cyrilli Berrhoënſis & Parthenii in hâc cauſâ judicio tantùm debetur, quantùm apertis Cyrilli hoſtibus.* Reſp. Idem jam ante Hottingerum ſcripſit *autor Hiſt. Eccleſ. Sclavon. Lib. IV. c.1. ubi p.463.* Hugon. Grotium accuſat, *quòd ejus operâ Jeſuitæ uſi fuerint, & quòd is infenſo in eum animo fuerit, non aliam ob cauſam, quam qvia verum Chriſtianiſmum aſſeruerat, & autoritate ſuâ in Oriente propagaverat. Eo nomine*, inqvit, *ipſum poſt fata infamavit, quantum potuit, eo usq, ut Duorum, qui ſecuti ſunt, Pſeudo-Patriarcharum fictas Synodos & Signaturas aliquot famelicorum Græcorum per vim extortas, curaverit excudi Amſtelodami cum Cyrilli Confeſſione.*

Hottingerus modò adductis ſuis verbis hæc adjungit: *Fhelavius, Cyrillo Orthodoxo, Patriarchæ legitimo, Cyrillum opponit Berrhoënſem, & Parthenium, Pſeudo-Patriarchas, quorum uterq perfidiæ luit pœnas, qvod proinde propemodum eſt, ac ſi Ariani Alexandrini ſuos nobis obtrudere vellent Doctores Heterodoxos, contra Alexandrum, Athanaſium, &c.*

Reſpondeo, Diſtinguendo inter Diſputationem de Veritate horum vel illorum Dogmatum, & Diſputationem de Veritate Relationis hiſtoricæ. Nos jam non præcipuè de eo diſputamus, an Cyrillus Berrhoënſis & Parthenius veriora dogmata propoſuerint, qvàm Cyrillus Lucaris, nec ne, ſed de eo qværitur: Anne Cyrillus Lucaris, an verò Cyrillus Berrhoënſis & Parthenius certius teſtati ſint de Sententiâ Græcæ Eccleſiæ in Articulis Fidei, potiſſimum de Prædeſtinatione &c. nec ne? Fuerit Cyrillus Lucaris doctior, modeſtior, fuerit Berrhoënſis & Parthenius levis, ingratus, crudelis, improbus, perfidus, & luerit pœnas perfidiæ, id qvod Abrah. Heidanum in Præfat. ad cauſam Dei probare ſcribit *Hornebeckius pagina 986. Summæ Controv.* & nos infrà oſtendemus è Vejelio; Super hoc ego nolim ſerram contentionis reciprocare, ſed illud ſolùm qværo: Anne Cyrillus Lucaris, editâ ſuâ confeſſione, verè teſtatus ſit, qvæ doctrina, ſe vivo, in Eccleſiis Græcis fuerit recepta? Hoc ego nego, & probo productis binis Synodis, qvibus tot Græci Viri in Eccleſiaſticâ Dignitate conſtituti,

ſtituti, ſubſcripſerunt. Illi utiqve de propriâ Sententiâ omnium certiſſimum potuerunt ferre teſtimonium.

Edv. Sandis verba vanè eluduntur.

AdTeſtimoniũ ex Ed.Sandes à me prolatũ Hott.ſeqventia reponit: *Qvæ ex Ed. Sand. de Decreto Prædeſtinat. monet, qvid aliud evincunt, qvàm Eccleſ. Græcam, i. e. Primarios ejꝰ Antiſtites, in hujus Dogmatis explicatione, non eâdem ſemper, vel ratione loqvendi uſos fuiſſe; vel de iis Edvinum Santem loqvi, qvi in diverſum hîc à melioribus & confirmatioribus irent.* Hæc Hottingerus.

An verò Hottingerus hâc reſponſione objectioni meæ ex Edvin. Sandes productæ ſatisfaciat, ego nolo judicare, ſed Lectoris judicio, id omne permitto. Is ſine dubio pronunciabit, clariſſima verba Edvini Santis contra ſonum & ſenſum Autoris vaniſſimè eludi. Illud autem tamen & ego mirari ſatis non poſſum Hottingerum aſſerere, illos Græcos in diverſum à melioribus & confirmatioribus ire, qvi ſtatuunt, abominandam eſſe blaſpemiam Divinæ Naturæ è diametro repugnantem, ſtatuere. Deum Opt. Max. maximam Partem hominum, ex abſoluto Decreto æternum reprobaſſe & damnaſſe. Ergone illi, judice Hottingero, meliores & confirmatiores Græci ſunt, qvi ſtatuunt Deum Opt. Max. maximam partem hominum ex abſoluto decreto æternum reprobaſſe & damnaſſe. Ego profectò apertè contrarium profiteor, & dico, horribile eſſe hoc Reformatorum etiam ab Hottingero approbatum & laudatum decretum, & horribile eſſe talia dicere vel ſcribere: ideoqve illis Græcis aſſentior, qvi hanc Sententiam *abominandam* vocant *Blaſphemiam, divinæ Naturæ è Diametro repugnantem*, uti loqvitur ipſe Edvin. Santes Reformatus Anglus: Abſurditatem autem hujus doctrinæ cum pluribus aliis ſufficienter oſtenderunt Remonſtrantes in Actis nec non & Excell. Celeberrimusqve noſter Dn. D. Joh. Botſaccus, Dn. Collega meus uti longè conjunctiſſimus, ita pl. venerandus in Antapologia contra D. Georgium Pauli, & diverſis ſcriptis Germanicis contra Reformatos editis, & complures alii, qvos omnes nominare longum eſſet.

Conſenſꝰ D. Calɪn Orat. Promotoriali A. 1658.

Mantiſſæ loco, & teſtandæ ὁμοψηφίας cauſâ adjiciam hîc illa, qvæ noſter *Dnꝰ. D. Calovius in* ſupra laudatâ *Diſſertatione* An-

Anno M. DC.LIIX.d.29. Novembr. VVitteberga in Promotione Doctorali habitâ, hoc de argumento protulit, qvæ sic sonant:

Sed cumprimis hic observandum, quòd Confessio Cyrilli Lucaris Geminâ Græcâ Synodo damnata fuerit, & reprobatâ: Alterâ sub Cyrillo Berrhoënsi Constantinopolitano Patriarcha, prioris Cyrilli successore, Ao. CIↃ IↃC XXXIX. habitâ: Altera verò sub Parthenio, itidem Patriarha Constantinopolitano, CIↃ IↃC XXVI. celebrata, qvæ utraqve, multis Patriarcharum, Episcoporum & Sacerdotum subsignationibus roborata prodiit. In qva posteriori, teste Arsenio Hieromonacho *Calvini hæresis, ac omnia illius dogmata ac capita, qvæ Cyrillus quasi Græcæ Ecclesiæ nomine professus erat, damnata & anathemati subjecta.*

Ne qvicqvam verò Rivetus (in Dialysi Grotian. Discussion.) *Patriarchas istos Pseudo-Prophetas dicit, Synodosq;* ipsorum ceu *Latrocinales, subscriptiones* verò & *signaturas famelicorum Græculorum per vim extortas*, proclamat, & exauctorationem utriusqve cum innocentia *Cyrilli Lucaris à Cornelio Hagâ,* ad portam Ottomannicam Belgii Fœderati Legato expediundam venditat. Quicqvid enim horum fit, nunqvam docebitur, Græcas Ecclesias *Absolutum Prædestinationis decretum,* consensu suo approbare, aut Cyrilli Confessionem pro Orientalis Ecclesiæ Fide agnoscere. Et sine dubio plus Fidei *Arsenii,* & aliorum è Græciâ relationi habebitur, qvam Reformatorum Batavorum, fimbrias suas Calvinianas extendere discupientiũ. Qvid qvòd Edvardꝰ Brevorodus (fortè Brerevodus) de illâ Græcæ Ecclesiæ cum Reformatis conspiratione prorsus taceat, etsi perqvam sedulò scrutetur Religionem Orientis; *Edvinus* verò *Santes* Anglus relatione de Religione Græcorum disertè dissensum Græcæ Ecclesiæ profiteatur: *Longe alius*, inqvit, *sententiæ sunt Græci, qvàm Protestantes,* (Reformatos intelligit) *in illo Articulo, Deum sc. Opt. Max. ut aliqvi* (Protestantium) *statuunt, Maximam partem hominum ex Absoluto Decreto æternum reprobasse. Statuunt enim illi ex Adverso potius, abominandam hanc esse Sententiam, & horrendam Blasphemiam Divinæ Naturæ è diametro repugnantẽ.* Addit etiam Santes, *Episcopum qvendam Græcum doctrinã hanc publicè refutasse, librumq; illũ Genevensibus transmisisse, qvibus hæc Doctrina originẽ suã debet.* Hæc Excell. Dnꝰ. D. Calov. nostræ Sententiæ & argumentis, imò & verbis nostris planè subscribens. Duo adhuc restant, qvæ Hottingerus

rus contra me urget,qvibus,unà cum Responsione,in medium prolatis, hanc materiam concludam.

Verba Hott.

Primò producit p.95.hæc mea Verba: *Neq; tamẽ Hottingerꝰ nobis persvadebit,inqvit Fhelav.ex eo argumento,quòd Cyrillꝰ ita senserit,Confessionẽ illã docere qvalis doctrina in Ecclesiis Græcis, Cyrillo vivo,fuerit recepta. Fhelaviũ vestrũ laudo,addit Nibus Progãmat. Poster.p. 273. quòd Hottin.carpens,neget sequi, Patriarchã Cyrillum Lucarim fuisse Calvinistam, ideò & Calvinisticã fuisse Græcorum tunc Ecclesiã.* Resp.1.*Vel Calvinistam fuisse Cyrillũ,vel Ecclesias ejus Calvinisticas,nuspiã vel diximꝰ,vel scripsimꝰ:ipsi tamẽ Cyrillo reformationẽ per Calvinũ institutã placuisse,ipsiꝰ Patriarchæ manu & Confessione probavimꝰ. Somniũ ergò est Opponentis. Pridẽ dicimꝰ vocabulis illis* διακριτικοῖς *suo loco relictis,originẽ Religionis ostendere in eo,qui est* ἀρχηγὸς τῆς πίστεως.*Christiani sumꝰ à Christo,non Paulini à Paulo,vel Petrini à Petro,multò minus Calviniani à Calvino.* Hæc Hotting.

Nibusius.

Responsio.

EgoResp.LicetHottingerus non totidẽ verbis hoc expresserit,Cyrillũ sc.esse Calvinistam,velEcclesias ejus esseCalvinisticas;tàmen hoc implicitè statuit,& ex verbis ipsius hoc necessariò seqvitur. Nã si certũ est,Cyrillum amplectiSententiam Calvini,uti hoc ipsius Confessio docet,&Hottingerus non diffitetur;si certum est,hancConfessionem, uti Hottingerus statuit,docere,qvæ doctrina,Cyrillo vivo,inEcclesiis Græcis fuit recepta:omninò seqvitur Cyrillũ esse Calvinistam, & Ecclesias ejus Calvinisticas.Et hoc ipsum est,qvodHottingerus illicò exprimit: *Ipsi tamẽCyrilloReformationẽ per Calvinum institutã placuisse,ipsiꝰ Patriarchæ manu & Confessione probavimus.* Id qvod ego nunqvã in dubium vocavi,sed utrâq; manu largior.Ideò expressis hisce verbis usus sum *Non enim seqvitur,Patriarcha Constantinopolitanꝰ peculiarẽ aliquã plausibilẽ habet Sententiã velConfessionem,ideò illiꝰ quoq; est tota Ecclesia Orientalis.*Non est ergò hoc*Somnium opponentis,*utiHottingerus scribit: sed

ſed eſt firmum Argumentum opponentis è legitimâ conſeqventiâ deductum.

Qvæ de Vocabulis Διαχριτικοῖς Calvinianis,&c.proferuntur,me nō feriunt,ſed Nihuſium,cujus Verba Hottingerus affert:nam ego verbis iſtis Calviniſta,Calviniſtica,non ſum uſus,nominavi Eccleſias Reformatas & Gallicas. Qvamvis à noſtris nihil diverſi ſentiā,qvando docent,nomina illa Διαχριτικὰ cōmodè & licitè adhiberi poſſe , qvo de Theologi noſtri,nominatim D. Philippus Marbachius in Ἀνταποδόματι ad Reſponſionem Pezelii fol.4. 5,6.7. 8. & complures alii multis in locis; ut hîc pertractare non ſit opus Hæc ſufficiant ad Primum.

Alterum,qvod Hottingerus contra me urget,hoc eſt: *Si non perſvaſero,inquit, Concluſionem Firmam & Stabilem, ex infirmis ſequi præmiſſis, nihil me afficit, ut cui ne quidem hoc Sophiſmate cuiquam imponere venit in mentē. Nuſpiam ex eo,quod Cyrillus (ſolus nempe,excluſis reliquis per Orientem Græcis) ita ſenſerit,ſequi eam Doctrinam in Eccleſiis Græcis ubiq; obtinuiſſe, intuli aut concluſi. Hæc vel mihi affinguntur,vel mutilatè mea proponuntur,ſcripſi p.550. Anal.uſum Appendicis illius,præter alios eſſe, ut conſtet,quæ doctrina,Cyrillo vivo,qui hanc Confeſſionem amicorum rogatu conſcripſit,in Eccleſiis Græcis fuerit recepta. Amicorum rogatu Confeſſio viſa,lecta eſt,& edita,cur non ergo etiam eorundem conſenſu probata? Omnibq probatam fuiſſe Eccleſiis,aut Antiſtibus,non dico,multis tamen,& in iis quidem per Orientem Epiſcopis & Archimandritis,qui erant eruditione & pietate ἔξοχοι ἄλλων. Non deeſſent mihi ſubſidia omni exceptione majora,quibq cauſam hanc multis,& iis quidem,qui rerum Eccleſiaſticarum in Græciâ potiebantur,fuiſſe communem facile probarem,(ne quidem ipſi Pontificii aliorum conſenſum negare audent : vide Hiſtor. Eccleſ.§.XVI.p.82.83.)ſed aliis hæc tradita eſt Lampas;nec prolixiori hîc Apologiæ Locus eſſe poteſt. Satis ſit, non numero nobis pugnandum conſentientium , ſed autoritate rectè ſentientium.* Tandem paucis interpoſitis,qvæ paulò ante jam à me allata ſunt, totam hanc controverſiam his verbis concludit: *Illud certum eſt, ut cum Anth. Eccl. Hiſt. Sclavon Provinc.p.461.concludam,ex hâc Cyrilli confeſſione apparêre puriorem Doctiorum quorundam apud Græcos de Fide Sententiam.* Hactenus Hottingerus.

Verba Hott.

Reſpondeo paucis: Me nihil affinxiſſe Hottingero,neq; voluiſſe affingere,ſed verba ita intellexiſſe,uti ſonant,neq; mutilatè ipſius verba propoſuiſſe, ſed totidem literis & Syllabis, uti Hottingerus primò pro-

Reſponſio.

proposuit, & jam nunc repetiit. Non me autem solùm, sed & alios Viros Excellentissimos planè eodem modo verba Hottingeri intellexisse, & adhuc intelligere pluribus adductis testibus possem probare, si id necessitas efflagitaret. Sufficiet mihi jam autem unius nostri Dni.D.Calovii Testimonium, ex Oratione supra laudatâ protulisse, qvod ita sonat:

D.Calovii Consensus.

Gloriantur sanè Reformati nimium Quantum de hoc consensu. Non sumus separati, ait Crocius Anti-Becan IIX.c.n.34. Ab Orientalibus Ecclesiis fidem Christianam profitentibus. Spiritûs vinculo manemq conjuncti. Johanni Hornebeck, Professori, nunc Lugdunensi Theologo, certum est, quod Orientales cum nullis in Europâ Ecclesiis in Consensum melius reduci possint, atq cum Reformatis. Thomas Mortonus, Dunolmensis in Angliâ Episcopus, cùm persvadere nostris fraternitatem cum Reformatis Epist. ad Duræum p.14. discupit; Proponamus, inquit, ob oculos nostros, per Deum vos oro, atq obtestor, Ecclesiam Græcam, quæ jam confraternitatem nostram ambire quodammodò videtur, ut apparet ex Confessione Fidei à Reverendissimo Patre Cyrillo Patriarchâ Constant. Omnium (NB.) Ecclesiarum Orientalium nomine edita, que est in Articulis singulis ab eo propositis, & promulgatis cum Protestantium Confessionibus per omnia consentiens. Hanc ergò amplissimam orbis Christiani partem videre mihi videor ad primum consociationis nostræ (inter Lutheranos & Reformatos) nuncium in amplexûs nostros convolaturam illicò, qvam spem nostram, si Christus beaverit, posset hæc una res omnem omnium Imperatorum, Triumphorum & Trophæorum splendorem & Gloriam antecellere. Joh. Henr. Hottingerus nunc Heidelbergensis Theologus, in Analectis non laudat tantùm Confessionem Cyrilli, sed ex eâ etiam constare censet, quæ tum doctrina in Ecclesiis Græcis fuerit recepta. Quid de Genevensibus, qvid de Tigurinis dicemus, qui non solùm Confessionẽ Cyrilli Latino & Græco Idiomate ediderunt; editam pro Confessione Græcæ Ecclesiæ vendit arunt; sed etiam sub Titulo Orientalis Confessionis Corpori & Syntagmati Confessionum suarum inseruerunt. Hæc Dn9. Calovius.

Et audiamus qvæso ipsum Cyrillum loqventem in Præfatione illius Confessionis. Verba ejus sic sonant:

Verba Cyr.

Κύριλλος Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως τοῖς ἐρωτῶσι καὶ πυνθανομένοις περὶ τῆς πίστεως καὶ θρησκείας τῆς τῶν Γραικῶν, ἤτοι τῆς ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας, πῶς δηλονότι περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως φρονεῖ, ἐν ὀνόματι κοινῶς τῶν χριστιανῶν ἁπάντων, ἐκδίδωσι σύντομον ὁμολογίαν ταύ-

την

τὴν εἰς μαρτύριον πρός τε θεοῦ πρός τε ἀνθρώπων, εἰλικρινεῖ συνειδήσει, οὐδεμιᾶς ἄνευ προσποιήσεως: Qvæ Latinè ita ſonant:

Cyrillus Patriarcha Conſtantinopolitanus ſciſcitantibus, intellige ̃e de religione Eccleſiæ Orientalis, i.e. Græcæ, qui credamus videlicet, quidq; ſentiamus de Articulis Orthodoxo Fidei nomine omnium Chriſtianorum communiter, exponit brevem iſtam Confeſſionem, ut ſit in Teſtimonium coram Deo & tota Eccleſia, ſine ſimulatione, & bonâ Conſcientiâ.

Hæc ſunt verba Cyrilli ap. Hotting. p 399.

Videt ergo Benevolus Lector, me Hottingeri Verbis nullam vim intuliſſe, nec mutilatè ejus verba propoſuiſſe, neqve qvicqvam affinxiſſe, qvod procul à me Deus Opt. Max. eſſe jubeat; ſed eadem in nativâ ſignificatione, uti ſonant, & legiſſe & explicaſſe; & illud voluiſſe oſtendere, non conſtare ex illâ Cyrilli Lucaris Confeſſione, qvæ Doctrina Cyrillo vivo in Eccleſiis Græcis fuerit recepta. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Quid Leo Allatius de Cyrillo ſentiat?

Ad §. 20. *Plenius aliqvid de iſtâ re legas licet apud Leonem Allatium.*) *Leo Allatius* hoc argumentum tractavit *Lib. 3. de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ Conſenſione cap. XI. col. 1062. ad col. 1091.* ex qvo pauca ſolùm excerpam, Lectoris Causâ, cui liber fortè non illicò ad manûs eſt, ut ſciat, qvòd velit Allatius. Is Lib. III. cap. VII. §. 12. col. 998. ita ſcribit: *Taceo Cyrillum Lucarim, Patriarcham Conſtantinopolitanum, & Zachariam Gerganum, Artenſem Epiſcopum; qui, non Græcorum errores, ſed Calvini Lutheriq; hæreſes propugnarunt. Idem ſcribit §. 14. col. 1000. Joannes Matthæus Caryophilus Cretenſis, Archi-Epiſcopus Iconienſis conſcripſit Cenſuram Confeſſionis Fidei, ſ. potius Perfidiæ Calvinianæ, quæ nomine Cyrilli Patriarchæ Conſtantinopolitani circumfertur, Græcè & Latinè Romæ.*

Cap. XI. dicti Libri III. ita exorditur: *Dicunt, Cyrillum Lucarim Patriarcham Conſtantinopolitanum, Calvino adhæſiſſe; qvem ſeqvitur, qvi nunc præeſt, Parthenius. Ideone Græcorum Eccleſia Calviniſmum ſeqvitur? Lucaris à Græcis ipſis, tanqvam malè ſentiens rejectus eſt, & Hæreticorum pœnis ſubactus. De Parthenio compeſcendo omnem movent lapidem. Qvomodo, qvi damnat damnati errores am-*

plecti dicendus est? Græci sunt, qui damnant. Græcorum operâ Turca similes pestes à Græcorum Ecclesiis arcet; & Græcorum etiam sumptibus alii, qui damnatorum erroribus adversantur, in eorundem locum substituuntur: & Græci ipsi Calvinistæ dicentur? Patricha Hereticus, si reliqui sapiunt, uti modò sapiunt, licet turbas afferat, Ecclesiam tamen pessundare non potest: &c. adiicit postea Synodum priorem sub Cyrillo coactam. col. 1062. ad 1070. §. 11. ita pergit: Editus est nuper libellus, de turbis Jesuitarum in Oriente, in quo, quæ de Cyrillo Lucari habentur, falsâ rerum narratione adeò pervertuntur, & criminationes ferè omnes in Catholicos conferantur, vertaturq; illis vitio, quicquid pro tuendâ propriâ religione piè sancteq; factum est. Quare eorum considerationi paululum immoremur. Jesuitæ Bizántii multos ante annos fixerunt sedem, amplæ Collegii ædes exstruxerunt, Bibliothecam comparârunt numerosam, & sua non parùm promoverunt commoda, multosq; ex plebe in partes suas pellexerunt; & cùm absq; stipendio pueros erudirent, aliaq; sacra ministeria exercerent, magnam sibi auram captarunt. His cùm se opponeret Patriarcha Cyrillus Lucaris Anno 1622. Græci omnes & qui Græcanicas traditiones ac Patrum Doctrinam sectabantur, ne labes Calvinistica, Patriarchæ Auctoritate in eam Ecclesiam irreperet, Patriarcham communi suffragio Cathedrâ movent, & in ejus locum substituunt alium, qui, sedi Romanæ obseqvium pollicitus per literas, Pontifici se submiserat. Odit sc. Græcorum natio novas atq; inauditas Calvinistarum hæreses; &, quod ipsa abhorret, non patitur in suis Pastoribus locum habere. Sed cùm nollet ille cedere, & Sectam ejurare, imò novis machinis Patriarchatum sibi, factione nonnullorum Episcoporum, qui idem fermentum sapiebant, Græci viginti millium Dalleriorum promissione impetrarunt, ut apprehensus, captivus in Insulā Rhodū relegaretur, & Catholicus Græcus sufficeretur. Hinc Hadrianopolitanus munus capessit. Cyrillus posteà multā argēti ope libertati restitutus, Galatā profectus cùm rursus Hæreticorū pecuniis Patriarchatū invadere tentaret, Hadrianopolitanus ab Ecclesiasticis animatus, Quadraginta millium Dalleriorum pollicitatione Dignitatem suam sustinuit, & Cathedram sibi debitam defendit. Interim Lucaris, amicorum suorum & Hæreticorum pecuniæ auxilio, namq; Sexaginta millia Dalleriorum persoluta sunt, Patriarchatum invadit; in quibus exigendis, extremum

Jesuitæ Constant. sedem fixerunt.

Patriarchatus Constant. quanti jam vendatur?

mum in modum Ecclesiam Græcorum afflixit. Nugantur itaq; qvi dicunt, Turcam à Catholicis edoctum fuisse, hisce altercationibus posse ingentes summas extorqveri à Christianis, cùm totum hoc Hæreticis Calvinisticis debeatur : qvi ut suâ labe Græcorum Ecclesiam inficerent, argentum Lucari fœnori, non modò magno, sed & iniqvissimo locarunt ; qvod ut persolveret ille, Episcopatus omnes & beneficia Ecclesiastica obligavit. Hinc Calvinistæ, rebus illius Patriarchatûs potiti, tùm Sacra, tùm Profana æq; æstimantes, omnia, qvàm plurimò vendere, &, ut lucrum qvadruplicarent, ejusdem rei venditionem opulentiori emptori qvadruplicare. Tam insveto fœnore pondereq; prægravata Græcorum Ecclesia ingemuit, & experimento didicit, qvis sit Calvinistarum cultus, qvæ in DEUM Pietas, qvæ in res Sacras Reverentia, & qvæ in homines afflictos commiseratio, &c. Habent sua Græci, non heri aut nudius tertius nata, sed ab ipsâ Ecclesiâ fundata, comprobata à Progenitoribus, custodita à Patribus; ea ut defenderent, opes, sanguinem & vitam ipsam effundunt, nullaq; apud illos ratio pecuniæ est, Novatores ut nova, & nondum nata, sed abortiva, ingerant, sumtibus non parcunt, aliorum miseriis suffulti. Qvis iniqvior est, qvis injuriam novo scelere conflat? Annon qvi aliena turbat, qvi aliena invadit, qvi aliorum fixa statuta convellit? Qvod pii illi homines cùm per se, & de suo facere non possunt, recurrunt ad aliorum Christianorum, & præcipuè Romani Pontificis, auxilia, qvibus tempestates similes vitant, & suæ Ecclesiæ provident. Ut verò res mitiùs ageretur, eundem Patriarcham Lucarim per Viros ad hoc delegatos, hortantur pollicitationibus, minis etiam compellunt, ut luem deponat, ejuret Hæresin, &, qvam perfidè abjecerat, avitã religionẽ sedulò recuperet. Nec aliud in Instructione demandatum est, qvàm exoptasse semper unionem Ecclesiam Romanam cum aliis Ecclesiis, & præsertim cum Orientali, tam benè aliqvando de Ecclesiâ Catholicâ meritâ: & ut eam juvaret, sibiq; eam adjungeret, nullis pepercisse neq; sumptibus, neq; labori; ideoq; Romæ fundasse Collegium Græcorum, & suis reditibus sustentare, ut ea gens in Pietate & Literis denuò floreat; & modo summum Pontificem magnam nummorum vim impendere paratum esse, ut talis unio succedat; idq; impedire præfatum Patriarcham, dum neget invocationem Sanctorum, cultum & venerationem Imaginum, & reliqviarum Sanctorum præsentiam realem Christi in Eucharistiâ, libertatem arbitrii, Sanctorum Conciliorum auctoritatem, Traditio-

Alatius Romanæ Eccl. studiũ erga Græcã Eccl. multis exaggerat.

Cyrillus Lucaris accusatur.

ditiones, Auctoritatem Sanctorum Patrum, Confeßionis Auricularis necessitatem, & alia. Insuper mittit Juvenes ad studia Universitatum Angliæ & Germaniæ, ut similis postea doctrina per eos disseminetur; Catecheses, his Erroribus refertas, per Ecclesias distribuit; & Legatorum Hæreticorum inductu, quibus cum versatur, Synodicum abolet, & reverentiam Sanctissimæ Eucharistiæ non exhibet, quæ omnia, si calumniæ essent, curaret ipse suam innocentiam probare apud Legatum Galliæ aut Imperatoris, transmittatq; Romam Confeßionem suæ Fidei, quâ admittat Concilium Florentinum, & damnet errores Calvinistarum, & aliorum, ab aliis antecessoribus suis damnatos: sic enim non deerit Sedis Apostolicæ auxilium & Favor, quibus Ecclesia Constantinopolitana erigatur: nec aliud requiritur, nisi ut, damnatis Hæreticorum Septentrionalium hæresibus, quæ in Concilio Florentino conclusa sunt, accipiat. Quid æquius dici potuit? Quid humanius? Avita, & suorum prædecessorum religio proponitur, nova rejicitur, & malè agi cum Ecclesiâ Græcâ dicemus? Quid hic obstrepunt Calvinistæ? Non sunt hæ turbæ Jesuitarum & Romanensium, sed ipsius Orientalis Ecclesiæ firmi conatûs.

Ubi hæc relata sunt ad Cyrillum, bona & æqua esse omnia dixit, comprobavitq; addens, paratum esse se, ea admittere, dummodò pecuniâ sibi succurratur, nec ipse turbaretur à Sede. Cùm postea moras necteret, eodemq; tempore Calvinistis, & Catholicis verba daret, indignati Catholici, minas addiderunt, dicentes, nunqvam se passuros, ut illa Cathedra, Calvinistarum Blasphemiis infamaretur. Sed decem millibus Dallertorum, qvos Hæretici collegerant, Transfuga denuò in Sede confirmatur. Interea Româ mittitur Vicarius Patriarchalis, res antiqvioribus temporibus etiam factitata; non qui Patriarcham opprimeret, sed qui, vices gerens Pontificiis rebus Ecclesiasticis Latinis provideret, eosq; in Fide Catholicâ contineret; ne inter eos Hæreticorum venenum, qvemadmodum & Perfidia Græci Patriarchæ, Græcos nonnullos inficeret; & in aliis insulis Episcopi Latini restituti, non ut homines supplantarent, sed ut eruditione Doctrinâq; instruerent.

Româ Vicario Patriarchalis mittitur, sed malè excipitur.

Infestis propterea animis Hæretici ad judices Turcas recurrunt, &, calumniis undiq; congestis, & pecuniâ exsolutâ, alios in exilium, alios in carcerem trudunt, mortem etiam machinantur, sed Deus innocentibus perfugium & Solatium præbuit.

§. III.

§. III. Anno 1627. Londino Typi non sine ingenti sumtu Byzantium afferuntur, qvibus libros contra Ecclesiam Romanam & traditiones antiqvas ederent; sed Auctoritate Turcicâ statim & Typi, & Libri, & Invector eorundem Metaxa profligati sunt, & in prædam Janissariis cessere. His infestior redditus Patriarcha, cum Hæreticis junctus, favere videbatur, mirâq; seducendi arte usu, ita Turcicos dementavit judices, ut Catholicos omnes, & qvi Catholicismo favebant, neci tradi, vel Byzanthio pelli, obtinuerit. Hinc Lictores Catholicorum Ecclesias pervagantur, vasa Sacra, & si qvid ab auro argentove aut alio preciosum occurrit, rapiunt, catholicos, & Sacerdotes in carcerem tradunt, & universa Suppellectile templa spoliant. Demum summatibus Viris intercedentibus, navi impositos, sub pœnâ capitali è ditione Turcicâ ejiciunt. Veruntamen homo confidentissimus, cum indies magis ac magis in Catholicos prorupta audaciâ desæviret, & plerosq; in dignitatibus Ecclesiasticis constitutos, & Episcopalibus insignibus præfulgentes, neci immanissima traderet, & jura omnia tùm humana, tùm Divina, sceleribus nefariis pollueret; totius Græcæ Ecclesiæ uno consensu, & plenâ Synodo, uti impostor & Hæreticus, condemnatus, de sede pellitur, & in exilium missus, in ipso itinere opprimitur; defunctusq; extra Ecclesiam, qvi tamdiu Ecclesiam vexaverat, inhonorè terrâ effossâ obrutus in littore maris sepelitur. Paucos post Dies, cùm funis, qvo suffocatus fuerat, super terram obvius remansisset, à prætereuntibus Turcis, qvi aliqvod ibi absconditum esse existimabant, extrahitur, & multum fœtens, ac vermibus scatens, madensq;, neglectus, locum Sepulturæ impetrare non potuit. Hæc Leo Allatius Pontificius de Cyrillo Lucari.

Typi Londino Constantinop. allati. Cyrillo Turcæ plq favēt quāRomCatholicis.

InteritusCyrilli ab Allatio descriptq.

Ne tamen Cyrillo ullam facere videar injuriam, dum solùm Pontificii propriæ Religionis amore præoccupati & interdum planè excæcati, relationem adduco; excerpam aliqua ex *Analectis Historico-Theolog.* nominatim *Appendice Differtat. VIII.* Hottingeri, ut Benevolus Lector tantò melius de Innocentiâ Cyrilli judicare possit.

Relat. Hott. de Cyr. Luc. Leon. Allat. relationi opposita,

Fuit Cyrillus ille, Lucari, ὀπίκλην, natione Cretensis, ex urbe, qvam Candacam, Arabicâ nomenclaturâ, vulgò Candiam, unde & toti Insulæ hodie nomen est, vocant, oriundus. Præceptorem se dignum & συμπολίτην habuit Meletium, Patriarcham Alexandrinum. Cùm juvenis, studiorum gratiâ Venetias esset profectus, docen-

Cyr. Patria.

Ejus prima informatio & profectus.

centem ibi audivit Marounium, qvi Synesii stylum æmulatus, duos tunc scripsit egregios tractatus, alterum in Franciscanos, alterum verò in Jesuitas. Utrosq; suis depinxit coloribus. In literis humaniorib9, grassante jam pridem in Græciâ barbarie, tantos fecit progressûs, ut non Græcè tantùm, sed & Latinè, Turcicè, Arabicè, Italicè, & aliis linguis commodè loqveretur. Latina, Græca, pura & Mixo barbara; Italica, linguis scripta Specimina aliqvot vidi. Arabici Idiomatis peritiâ versio illa Alcorani prodit, qvæ sub nomine ejus in Bibliothecâ nostra Mſ. caſſervatur, de qvo tamen ego valde dubito. Purioris & Sincerioris Philosophiæ solidam acqvisivit notitiam. Theologiæ defœcatæ eam brevi consecutus est, tùm assiduâ Scripturæ Lectione, tum aliorum multorum Magistrorum ope, cognitionem, quâ majorem inter Græcos tum nemo.

Epist. ad Marc. Ant. de Dominis.

Epistolâ, qvam ad Marcum Antonium de Dominis, Spalatensem Archi-Episcopum scripsit, qvæ οἰκείᾳ Κυρίλλου χειρὶ exornata, ut & multæ aliæ, apud D. Antonium Legerum asservatur, refert, se in collatione habitâ cum D. Marco Fuxio, Transylvano, Doctore Orthodoxo, expertum infirmitatem & vanitatem argutiarum, qvæ pro Sanctorum invocatione à Superstitiosis afferri soleant, invictæ Veritati, totum animum, anteà nutantem, addixisse. *Cognovi*, inqvit, *per DEI Gratiam, qvid sit habere pro certâ normâ Salutis Verbum DEI, & qvid humana somnia placitaq; seqvi; qvid sit super fundamentum pretiosa ædificare, & qvid Ligna, Fœnum, Stipulam, &c.*

Multū debuit Meletio.

Præ cæteris autem Doctoribus, secundum Deum, multum debuit Meletio, Alexandrino Patriarchæ, antiquæ veritatis contra Neotericas fraudes assertori strenuo; [NB. Hunc Meletium præclarè laudat Georgius Dousa in Epistolâ de Itinere suo Constantinopolitano pag. 44. 45. 46. seq.] qvod ipsum Libri ejus loqvuntur. Atqve ab hoc non minus ὀρθοδοξίας qvàm Ἐπισκοπῆς Πατριαρχικῆς lampadem accepit. Olei verò Sacri ἐπίμετρον addiderunt Libri Theologici, quos ab Illustrissimorum ac Præpotentum D. D. Ordd. Belgicorum piâ ac Sanctâ Liberalitate, pario Amplissimo ipsorum ad Hottomannum Imperatorem Legato, D. Cornelio Haga, Viro supra communem sortem Erudito, missos accuratè legit.

Lib. Theol. Cyr. è Belgio missi.

Annis

Annis D. 1592. & 1593. cum nonnulli Ruthenorum Episcopi Senatoriæ in Poloniæ Regno Dignitatis obtinendæ, umbratili spe, Papæ concilio, lactati, Pontificiis se adjungerent, eodem ad Brestiensem Synodum à Meletio, Alexandrino Patriarcha, missus Cyrillus fuit: Qvi, qvod Papæ mancipiorum artibus obsisteret, ex eorum ungvibus, insidias struentibus, amicorum, potissimum verò Cnesi Basilii (Κνέζ βασίλει@ primariæ Dignitatis vir erat in Russiâ) operâ, vix elapsus est. Legationis verò Socius Nicephorus, à Patriarchâ Constantinopolitano eandem ob causam delegatus, ab illis captus & strangulatus fuit. Nec mitius cum Cyrillo actum esset, nisi Dei Providentiâ eum ad majora certamina servante, effugisset illorum manûs, &c. Qviq; tum Præceptorem, tum Discipulum, modò venenatâ Scorpionis caudâ virulentum spiculum vibrantes aggrediebantur. Sed neutra illos via ad sedis Romanæ obseqvium pertrahere poterant, cujus fastum & illecebras genero sè contemnebant.

Cyrillus Brestiensi Synodo interfuit.

Cyrillus autem postqvam Doctissimo Meletio, Alexandriæ, in Sede Patriarchali, successisset, Judæam lustrans cum Dorotheo Patriarchâ Antiocheno,& aliis Episcopis, Theophani Hierosolymitano Patriarchæ manûs imposuit. Peregrinationis illius occasione loca Sacra ἱστορήσας Cyrillus & Theophanes Hierosolymitanus, omnium αὐτόπ]αι sæpissimè testati sunt. Sepulchrum, qvod Christi nomine venditatur, non esse verum & vetus illud, ἐν τῇ πέτρᾳ λελατομημένον. Matth. 27. sed aliud ex lapidibus structum.

Cyrillus successit Meletio in Alexandrino Patriarchatu.

In Administratione Patriarchatûs Alexandrini, qvas à Deo dotes acceperat insignes, in usum & ædificationem Ecclesiæ tanto cum fructu & laude impendit, per annos novendecim & totidem dies, ut omnium Fidelium Græcorum votis ad ampliorem, Constantinopolitanam nempe regendam Diœcesin ἄκων ἑκὼν tractus fuerit, cujus curam primò ἐπιτρεπτικῶς admisit: Qvia verò religioni ducebat Patriarchalis tributi incremento, qvod Turcarum Imperatori Simoniacè offerebat Timotheus, ὁ ἀνάβασιν τοῦ πισκεσίου ποιήσας ut Græci referunt, ἀπὸ χιλιάδες εἰς δέκα φορτώματα ἀσπρῶν, à Turcis prælatus sedem usurpavit, ἑαυτῷ λαμβάνων τὴν τιμήν. Horrentibus enim cæteris in Synodo ad Patriarham eligendum, congregatis, qvemqvam eâ lege, Patriarcham creare, ἐγὼ, inqvit Timotheus, γίνομαι Πατριάρχης. Rediit postea Cyrillus Alexandriam, unde Timotheo fatis functo revocatus universæ Synodi suffragiis

XIX. annos & dies fuit Patriarcha Alex: inde vocatus Constantinop.

giis ὁμοθυμαδὸν Constantinopolitanus Patriarcha renunciatur Die 5. Novembris 1621. qvam deinde Dignitatem ad annum usq; 1638. continuis certaminibus foris & intus exercitus, non minus patienter, qvàm constanter & fortiter sustentavit, tandemq; martyrii coronâ ornavit Die 8. Julii Anno 1638.

Causæ procellarum, qvas passus est Cyrillus.

Procellarum illarum, qvas passus est Cyrillus, causæ qvædam communes ipsi sunt cum aliis Patriarchis, Turcarum nempe insatiabilis aviditas, qvoslibet nebulones pecuniam offerentes aut pollicentes in Sacram illam Sedem admittere, imò & allicere atq; obtrudere parata. Deinde Episcoporum, & Presbyterorum Titularium ab Anti-Patriarchis in singulis Episcopatibus & Ecclesiis institutorum, nec non Monachorum Βαχαντήβων ingens numerus, qvi, prout jactantur & deturbantur Patriarchæ, se mutuò cum illis certatim è sedibus depellere consveverunt, & novos semper motûs moliuntur, ex qvibus commodiorem fortunam sperant, dum hisce vertiginibus instabile Græcorum vulgus, & famosa illa Græca Fides facile levissimo momento huc illuc impellitur, qvi ex deturbatione Patriarcharum auream messem solent facere.

Imperiti Græci invident Cyrillo.

Peculiares etiam causæ, Diaboli & Mundi Odium Cyrillo invidiam, sexcentaq; inde pullulantia incommoda conciliarunt. Multi enim Græci Episcopi & Presbyteri melioris literaturæ imperiti, Cyrilli eruditionem, qvasi perpetuam & vivam ignorantiæ suæ censuram, adeò impatienter ferebant, ut dicerent, se coram illo γαιδάρους, i. e. Asinos videri: Qvorum ignavæ simplicitati illudentes nasutiores seminariorum Papalium Alumni, Apostolicæ veritatis, qvam Cyrillus tuebatur, odio imbuti, & venenato contra ipsum livore turgentes, in Orientem missi, & ab Ecclesiâ Græcâ incautâ, in mediis illis confusionibus ad Ecclesiastica Officia admissi, vel Simoniacis artibus, variisq; fraudibus irrepentes, avitam Religionem foris, habitu & externis ritibus ex compacto mentientes, ut internum Papatum imprudentibus popularibus suis facilius instillarent, Cyrilli Doctrinam in suspicionem vocare, eiq; curiosæ novitatis invidiam conflare satagebant. Accedentibus autem aliorum Papicolarum auxiliis, confluentibus præsertim pecuniis, efficacissimis inter infideles, ad scelera qvælibet instrumentis, aulâ Romanâ jubente, nihil intentatum relinqvebant, ut Cyrillum ex altâ illâ sede deturbarent, postqvam amplissimis Papæ

Alumni seminariorum Papalium Cyrillo magnâ molestiam creant.

Pro-

Promissis per Camnachium ad ipsum delatis, à verâ Fide ad Papodulliam illum abduci non posse experti sunt, in omnes mutationum occasiones emissitiis suis oculis Romana curia invigilavit, ut vitâ tandem & honore Cyrillus spoliaretur. Ita Anno 1622. à subditis interfecto Turcarum Imperatore, Sultano Osmane, qvod ἀκαταστασίας portentum fuit in illo imperio, nefariis hominibus ad qvidlibet audendum laxatis fibulis, parricidarum illorum operâ Cyrillus loco pulsus in Insulam Rhodum relegatur, cujus Sedem interea Gregorius, Amasiæ Episcopus 73. dies, deinde verò Anthimus 70. dies occuparunt, & maturè corruerunt cum fautore suo parricidâ, Vizirio, talionis lege strangulato, & qvidem propê locum illum, in qvo Cyrillum captum malè habuerat. Hoc pacto Ecclesiæ suæ restitutus Cyrillus paucos annos qvievit, donec lacessitus fuit Joasaphi Philippopoleos Archi-Episcopi & Curtzelebi machinationibus, qvæ in autorum capita reciderunt. Paulò post Patriarchalem thronum à Turcis mercatus est Isaacus Chalcedonensis, Metropolita, Pontificiorum alumnus, sed θεηλάτυ fulminis ictu territus Turcarum Imperator, interfecto coram ipso puero in Palatio Bisictasensi, auditis deinde super Patriarchalis mutationis rumore, luctuosissimis populi ejulatibus, re diligentius à se perpensâ, à tanti sceleris assensu retractus fuit. Ζημία tamen Ecclesiæ ἐγένετο εἴκοσι Φορτία (Φόρτωμα vel Φορτίον centum millia asprorum continet, vulgò mille thaleris s. χρυσίοις æstimatur) Qvod enim semel Simoniacus aliqvis nebulo obtulit Turcis, si ipse affectatâ dignitate Patriarchali non potiatur, necesse est à legitimo Patriarchâ dependi, ne vel tantillum sperati Lucri illis pereat, qvi ideò qvoslibet etiam triobolares agyrtas ad impiam hanc Sacræ Dignitatis licitationem admittit, certi, possessionem ejus nemini permittere, qvin ab ejusmodi licitatore promissa repræsentetur. Brevi tempore elapso, orta est Metropolitarum Adrianopoleωs, Larissæ, Chalcedonis, Cyzici, & Naupacti conjuratione concitata tempestas, qvæ δώδεκα χιλιάδων χρυσίων i. e. 12000. talerorum jacturâ sedata fuit. Sed hanc excepit periculosior καταιγὶς Die 4. Octobris Anno 1633. rebellante Cyrillo Contari, Beroensi Metropolitâ, qvi Jesuiticâ Disciplinâ infectus & Acacium Berrœensem, Chrysostomi Constantinopolitani Patriarchæ hostem infensissimum, ingenii malignitate & neqvitiâ referens, Eleemosynas, qvas Patriarchæ Cyrilli commentatitiis literis ex

Cyrillus aliqvoties de sede sua deturbatur.

Imperator Turcicus in distributione Patriarchatus qvæstu magnum qvarit.

Moscoviâ & aliis Regionibus corraserat,ad Mæcenatem suum è Patriarchatûs Throno deturbandum & Ecclesiam Qvinqvaginta φορτίων gravamine opprimendam ingratâ perfidiâ & horrendo Sacrilegio convertit. Sed cùm promissam Turcis pecuniam numerare non posset, tunc septiduano tantùm imperio defunctus, in Insulam Tenedos deportatus est, ubi sceleris & Pœnæ Socius Amasiæ Metropolita, manu Domini percussus ἐψόφησε. Berœensis verò fictis lachrymis pœnitentiam simulans, ἰδιοχείρως in suis ad Cyrillum literis se ipsum αὐτόκριτον καὶ πάσης κολάσεως ἄξιον fassus, impetratâ Patriarchæ veniâ ad Diœcesin suam reversus est, ut ad certamen redintegrandum vires recolligeret.

Cyrillus in Insula Tenedo exulat. Vix sex mensium spatium intercessit, Die 5. Martii, Anno 1634. Athanasius Thessalonicensis Metrapolita Patriarchatum LX. Talerorum millibus licitatus obtinuit viginti septem dies, qvibus Cyrillus in Insula Tenedo exulavit, ubi literis ἰδιοχείροις, qvas superstitibus fidelibus monumento esse voluit, sanctè testatus est, se constanti animo in verâ fide moriturum: Literas has ad D. Antonium Legerum Constantinopoli tum viventem datas, lege pag. 559, 560.

Verum Domino Martyrii tempus prorogante, Confessor noster postea inde redux præter illa LX. millia alia decem Talerorum millia tanqvam novum πισκέσιον (donum sive munus) Regi dependere coactus est, mense Junio, Anni 1634. Novas interea fraudes redordiebatur Iesuitaster ille Contari, Pseudepiscopus Berrœensis, qvos denuò perjuriis ludens aucto pescesio Turcarum Imperatori offerendo, gratiam præterea apud Aulicos Turcas, conciliantibus Qvinqvaginta *Iterum Solium Patriarchale conscendit.* φορτίων muneribus Patriarchale Solium iterùm invasit, qvod, præter alia scelera, silentio digna, Sacrilega ἱερατικὰ ἐνδύματα(?) freqventi ebrietate condita fœdavit: & qvascunq; contra veram fidem, qvasi Calvini νεωτερισμὸς esset, calumnias propinabant Magistri ejus Jesuitæ, ad Combibones exhilarandos, verè bacchans evomebat, ad annum usq; 1636. qvomodo crypto papismum in animo aluerit, vide pag. 562.

Cyrillus Rhodum deportatur. Dum ita Pseudo-Patriarcha furebat, ὁ γνήσιος Πατριάρχης in Rhodiensi secessu exulans precibus & sanctis meditationibus ad martyrium se componebat, qvi Romanenses sangvini suo inhiare perspexerat, ut ipse ad D. Cornelium Hagam Anno 1635. d. 3. Martii scripsit.

Etsi

Etsi autem Rhodum deportatus esset, ut vulgatum ibi ad tempus exilii supplicium sustineret, nolebant tamen adversarii cædi ejus, aut saltem ἐκθρονισμῷ intenti, consentire, sed suis eum vinculis constrictum tenere: Qvod & factum esset, nisi autoritas Bechio Bassa, qvi Rhodi exercitui imperabat, obstitisset. Favit enim Patriarchæ, & ut Piratarum eum manibus eriperet, Rhodo eum commodè avehi jussit. Ita factum ut Venerandi Patriarchæ Sangvine Capitolino Jovi tum non fuerit litatum. In diuturno hoc exilio pius ille Vir Scripturæ lectione & Sanctis in eam commentationibus se solabatur, & editæ Fidei suæ Confessionis Apologiam Φιλαλήθυς nomine adversus Papizantium calumnias parabat. Vid. pag. 563.

Opus hoc nondum pertexuerat Cyrillus, Constantinopolin ab exilio revocatus, rediit die 25. Julii Anno 1636. Ubi ab omnibus piis non modò incredibili gaudio, sed & venerabundâ admiratione, tanqvam redivivus, fuit exceptus ad Patriarchatûs clavum regendum, ὑπεργῦντος τῦ σεβεστάτυ Νεοφύτυ τῆς Ἡρακλείας Ἀρχιεπισκόπυ, qvi alumnus ejus fuerat.

Revocatur iterum Constantinopolin.

Superest ultimus Jesuiticæ Tragædiæ actus.

Facile videbat ὁ αὐτάρετης, eo superstite se vix firmam Πατριαρχείυ possessionem adepturum: Ideo communicato consilio cum Præceptoribus suis, Moscovitarum æqvè, ob Demetrii Historiam, ac Patriarchæ propter veritatis Confessionem, infensissimis hostibus, cùm paulò ante à Cosakis capta, & erepta fuisset Arctoi orbis clavis, Urbs scilicet Tanas, Vulgò Arak, vel Asaf, boni isti Fidei Catholicæ, inter infideles propagandæ & rei Christianæ augendæ Zelotæ, inde, ut ajunt, ansam arripuerunt virus suum simul in Moscovitas & in Patriarcham effundendi, dum conductis delatoribus apud Turcarum Imperatorem Magno Moscoviæ duci & Cyrilli calumnias struunt, qvasi horum consiliis expeditionem illam Cosaki suscepissent. Qvâ de re, ut & ipso Cyrilli martyrio, ad Clariss. D. Legerum Constantinopoli die 4. Julii, Anno 1638. scripsit Nathanaël Conopius Proto Syncellus, ὁ δυτώπης, cujus hoc loco verbis Historiæ præsentis faciem exhibebimus. Legere illa potest Benevolus Lector, Græcæ Lingvæ cumprimis studiosus, fluido enim, & non inamœno stylo contexta sunt, ap. Hottingerum l. c. p. 564. 565. 566. Nos potissima Latinis verbis, prout incidunt, lectoris causâ exprimemus. Instinctu & artibus Cyrilli

Ultimus Jesuiticæ Tragædiæ actus.

Αὐθάρετης nomen Tyrannum, qvi insurgit adversus Regem.

Cyrillus apud Turcam proditionis insimulatur.

 Berrœen-

Nathan: Conopii Epistola ad D. Legerum de Vita exitu Cyrilli.

Berrœensis Metropolitæ, Jesuitarum discipuli, adjutore Diabolo, Cyrillus Lucaris Patriarcha Constantinopolitanus apud Regem sive Imperatorem Turcicum, tùm contrà Persas bella gerentem per literas seqventem in modum defertur & accusatur: Patriarcha Senior insidiatur regno & is ipse est, qvi scripsit ad Moscum, ut jam occupet Azaki (i. e. Urbem Tanais, ut arbitrantur, qvam Cosaki Moscoviæ Turcis paulò antè eripuerant) addiderunt etiam alia complura mendacia, ut hâc ratione παράνομον κακοσχολοβορείας illegitimum Cyrillum Berrhoënsem in thronum Patriarchalem, promoverent, beneficio Summæ pecuniariæ, qvam dare promiserant. Atq; hoc modo permotus Rex absolutam potestatem concedit hunc Cyrillum Lucarin occidendi, qvi de hâc accusatione nihil qvicqvam inaudiverat. Dictum factum. Sedente Patriarchâ cum famulitio in æde Patriarchali, inopinatò venit Tribunus aliqvis qvatuor Apparitoribus stipatus, & abducit Patriarcham cum famulitio in novum Castrum, situm in occidentali littore & latere Bosphori Thraciæ, propè Galatam, ubi in Turri validè concludebantur, & à Turcis custodiebantur. Ego qvoq;, inqvit, hic Conopius, tùm accessi, de multis cum illo sum locutus, & petii ab ipso licentiam abeundi in Angliam, qvod propositum meum ipsi perplacuit, commendabatq; me τῷ ἐκλαμπροτάτῳ πρέσβει ἀγγλίας, Illustrissimo Angliæ Legato, ut mei curam gereret, meq; in Angliam mitteret. Posteà rogabat me, ut abirem, hora enim nona jam instabat. Paulò post venere qvindecim Ianizari cum Qvæstoribus rerum capitalium, nec non Carnifice, & relicto Barrabâ, Cyrillum Lucarim prehenderunt ad occidendum, eductumq; in naviculam conjecerunt interrogantiq; responderunt, volumus te in exilium mittere, & eo fine habemus paratam navem apud S. Stephanum (est nomen loci,) prope Septem Turrium Constantinopolin, in parte, qvæ ad Hellespontum vergit.

Cyrillus interfectioni destinatus orat.

Beatè defunctus autem ille noster pro certo cognoscens, interfectores illos non vera loqvi, & ad mortem properare, prolapsus in genua oravit largisq; fusis lachrymis Deum invocavit. Cum autem in locum injustæ occisioni destinatum pervenissent, Sole jam occidente, paululum expectarunt; ingruente autem nocte eum eduxerunt, injectoq; faucibus sive jugulo fune, strangularunt. Vestimenta autem ejus inter se diviserunt, & die seqventi in foro vendiderunt, dicentes: Hæc

Hæc ſunt veſtimenta Senecionis illius Patriarchæ. Inaudientes autem hoc Turcæ, Judæi, Chriſtiani, Armenii qvàm plurimi inceperunt plorare, lamentari, & multis diris devovere illegitimum illum ſcilicet Cyrillum Berrhoënſem, qvòd non ſatis habuerit Eccleſiam violare, & thronum Legitimi Patriarchæ occupare; ſed inſuper eundem innocentem occiderit, &c. &c. Nonnulli Chriſtiani qvoq; ipſum hunc illegitimum Patriarcham adierunt, dicentes: Pilate da nobis interfectum, ut illum ſepeliamus. Sceleſtus autem ille omnimodam ignorantiam ſimulavit. Poſteà iverunt ad Turcicum Præfectum illius loci, rogantes, promiſſâ etiam pecuniâ, corpus interfecti, ut cum honore illud terræ mandarent. Impius autem ille, jam hoc mente apud ſe præceperat, & Præfectum præoccupaverat, nunciato, ſi corpus defuncti ad Sepulturam conceſſerit, magnum tumultum in Urbe exoriturum. Qvod metuens Præfectus petitioni Chriſtianorum noluit gratificari. Nocte autem qvadam illegitimus ille miniſtros ſuos miſit, qvi interfecti corpus in mare præcipitarunt, ne inpoſterum inveniri poſſet. Dicitur verò, qvòd ex umbra corporis ipſius in mari Chriſtiani aliqvi & præcipitatum Patriarcham deprehenderint, è mari receperint, & in Monaſterio S. Andreæ clàm depoſuerint, usq; dum ſceleſto illo oſtracismi in morem ejecto, publicè debito cum honore & veneratione terræ poſſit mandari. Atq; ita Confeſſor Dei & veritatis Martyrii coronam reportavit 27. Junii. *Hæc* (ſcribit Dominus Hottingerus) *Græcus ille Vir doctus pariter atq; Orthodoxus de ipſis Calvini inſtitutionibus in vulgarem Græcam lingvam transferendis ſollicitus, αὐτόπτης Proto Syngulus Patriarchalis.* Addit Hottingerus. *De Magno Martyris noſtri literas promovendi ſtudio usq; adeò, ut Characteribus etiam Græcis ſeu Typis ex Angliâ delatis tractatum jam dederit Conſtantinopoli adverſus Judæos, qvem non videre modò ſed & tranſcribere bonâ cum Profeſſoris D. Legeri veniâ licuit, hoc adhuc monemus &c.* Hæc ex Hottingero l. c. Vid. ſeq. Hottingero adjungo noſtrum *Dn. D. Eliam Vejelium,* qvi Cyrilli Lucaris perſecutiones à Pontificiis perpeſſas contra L. Allatium & Cyrillum Berrhoënſem clarè deſcribit & certis documentis demonſtrat *in Defenſione Exercitationis ſuæ de Græca Eccleſia pag. 102. 103, 104. his uſus verbis.*

Conqveritur autem de violendo hoc convertendi homines modo, recentior Cyrillus Alexandriæ tum adhuc Papa & Patriarcha in

Ep.

Ep. ad Io. Vytenbogardum Anno 1613. in Valachia data & haud vanus Haruſpex metuit ne Jeſuitæ ipſam qvoq; Conſtantinopolin aggredi audeant, omniaq; terroribus, fugis, exiliis, cœdibus, ſicut in Polonia, Litvania, & Ruſſia permiſceant. Accidit iſti miſero, qvod præſagâ qvaſi mente tum temporis extimeſcebat. Hiſtoriam vitæ & mortis hujus Cyrilli, Patriarchæ Conſtantinopolitani, apud alios qværas licet; nos, qvi dogmata Calviniana non defendimus, illud tamen prætermittere non poſſumus, qvod videlicet delationibus & calumniis Papiſtarum circumventus juſſu Imperatoris Turcici laqveo ſtrangulatus & in mare projectus fuerit. Allatius hoc aſtutè diſſimulat & qvaſi Pontificii extra omnem forent culpam, pag. 1075. P. C. ſcribit. *eum à Græcis facta Cyrilli deteſtantibus, totius Cleri aſſenſu de throno deturbatum, carceri incluſum, & paucis poſt diebus juſſu Turcarum Principis necatum eſſe.* Sed Angelus Petricca p. 35. operis ſui dicit. *Se dejeciſſe atq; proſtraviſſe Cyrillum Lucarim* damnatæ memoriæ Conſtantinopol. Eccleſiæ Antiſtitem. Cum verò hæc res memoratu digna, & minime obvia ſit, operæ pretium me facturum confido ſi hujus hominis narrationem cum Lectore communicavero. Hic igitur Fr. Petricca â Sonnino Ord. Min. Conv. A A. & Th. D. ſacræ Congregationis pro emendatione Euchologii Theologus & olim Vicarius Patriarchalis Conſtantinopolitanus in opere Romæ Anno 1647. edito cujus Inſcriptio: *Turris Davidis, in Dedic. ad Innocent. X. ſcribit: Confeci Pater Beatiſſime, opus de militante & Triumphante Eccleſiâ adverſus hujus temporis hæreticos, eâ occaſione incboatum, qvia in Conſtantinopolitanâ Urbe Calviniſtarum fraus, qva propagari cæperat, me cooperante profligata fuit, atq; fugata, ut ex ſolemni ac Synodali anathematiſmo ibidem contra eos edito, & ex Catholica fidei profeſſione, ab ejusdem Urbis Antiſtite emiſſa, & ad ſedem Apoſtolicam directa, palam omnibus apparuit.* Id. Epiſt. ad Lect. *Hujus operis ratio duplex eſt, optime Lector. Gerente enim me vices Patriarchæ in urbe Conſtantinopoli, Calviniſtæ, cum Græcorum Patriarchâ, Cyrillo Lucari unionem qvandam circa religionem confinxerant, eamq; ſuperioribus annis typis editam, per multas Europæ provincias promulgaverant. Qvod cum Apoſtolicæ ſedis Antiſtes cognoviſſet, tale fœdus, verè Diabolicum diſſolvendum ac diruendum Veritatis gladio, præcepit: Et qvod juſtè mandavit tandem obtinuit, expulſus namq; fuit â Patriarchali ſede juſſu Turcarum*

Veielius Calviniana dogmata non defendit, Cyrillum tamen calumniis Papiſtarum circumventum morti traditum contra L. All. docet.

Cyrill. Luc. Calviniſmi accuſatur.

rum Tyranni Cyrillus Lucaris & justo DEI judicio præter exspectationem in Mare præcipitatus dedit sui sceleris dignissimas pœnas. Assumptus proinde immediatè fuit ad Patriarchalem thronum Cyrillus Boëriensis, impiæ Calvini doctrinæ infensissimus, schismaticus tamen, Apostolicæ sedi inobediens, & consvetis Græcorum erroribus infectus. DEO autem adjuvante post aliqua colloqvia, schisma, me svadente ac enixè rogante dimisit Fidem Catholicam professus est, illamq; literis exaratam, sanctissimo Domino Urbano VIII. per certos Apocrisiarios direxit; Scriptis literis ad illum, obedientiâ, reverentiâ, ac animi subjectione plenis. Anathematizato insuper solemniter una cum pluribus Græcorum Præsulibus prædicto Cyrillo Lucari cum Calvino simul & Calvinistis; nunqvam Orientalem Eccl. illorum iniqvam doctrinam habuisse, imò inauditam in illis partibus exstitisse protestatus est. Adjungitur Exemplum literarum ut ipsi vocant Apostolicarum qvas Sumus Pontifex Urbanus VIII. per dilectum suum Filium Vicarium Patriarchalem Constantinopolitanum, Petriccam, Patriarchæ Constantinopolitano, post acceptam ab eo Fidei Catholicæ professionem ac obedientiæ exhibitionem dedit.

Orientalis Ecclesia nunquam Calvini doctrinam habuit.

Venerabili Fratri Cyrillo de Veria Patriarchæ Constantinopolitano — *extra*

Urbanus Papa VIII.

intus

Venerabilis Frater Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Uberem Christianæ Consolationis fructum ex Fraternitatis tuæ literis percepimus, qvibus eximiam erga nos & Apostolicam sedem pietatem, atq; observantiam luculenter testaris. Complectimur te brachiis Pontificiæ Charitatis & solemnem fidei Orthodoxæ professionem ad nos missam, perlibenter accepimus. Neq; minus solatii solicitudini nostræ partum esse fatemur dum periculum, qvod imminere videbatur, Omnipotentis ope subtractum esse, atq; exitiosas Cyrilli Lucaris Hæreses à Te aliisq; Præsulibus Christianarum Virtutum Zelo communitis improbatas fuisse audivimus. Tam pro vigili constantia documento universæ Ecclesiæ laudes promeritus es Venerabilis Frater; dum mendacissimam doctrinam, qvæ nefarius Veræ religionis hostis omnem Orientem perni-

ciosis errorum tenebris obvolvere conatus fuerat, proscripsisti. Dissipavit Dominus iniqvorum consilia: Viam fecit, semita iræ suæ; non pepercit à morte, docuitq; miserrimo illius exitu digna reos animadversione à se puniri, qvi reddit unicuiq; juxta opera sua. Ad hunc statum cum res deducta sit, tuum erit omne studium ac diligentiam adhibere, ut falsa Calvini dogmata, qvæ idem Lucaris magno plurimorum damno disseminare adnixus est, te Catholicam fidem propugnante, ex populorum mentibus penitus evellantur. Id autem ex animi sententiâ cedet, si sedulò curaveris, ut Prælati ac Parochi impiis hæresium commentis decepti aut resipiscant, aut ab Ecclesiis removeantur, eorumq; munus Catholicis demandetur. Id sanè si præstiteris Altissimus qvi est dives misericordiâ labores tuos prosperis eventibus cumulabit.

Cyrillus Luc. falsa Calvini dogmata disseminavit.

Nos verò Te omni ope & officio tueri minime prætermittemus, atq; à Catholicis Principibus, qvorum Patrocinium tuis rebus oportunum fore videbitur, majorem in modum postulabimus, ut per suos Ministros istbic commorantes, te ubi usus venerit, impensè adjuvent. Datum Romæ die 30. April. Anno 1639. Pontificatus nostri An. 16.

Julius Rospigliosius.

CÆterum nostrum nunc non est in vitam ac mores Cyrilli Berrhoëensis inqvirere, qvem satis flagitiosum & improbum describunt nonnulli certè supplicium qvod sustinuit ultimum (laqveo enim, qvo genere mortis antecessorem suum exstinctum esse lætatus fuerat, ipse qvoq; à Turcis fuit suffocatus) videtur aliqvid habere ex vindicta divina & jure Talionis. Sanè si Berrhoënsis Cyrillus calumniis Lucaris circumscriptus vitam suam ita finire coactus fuisset, Lucaris verò postea reste itidem periisset, Pontificii omnes pleno gutture more Baroniano, non absq; Rhetoricis amplificationibus exclamaturi fuissent, manifestum hoc esse nemeseos divinæ indicium. Allatium si audimus, Cyrillus iste Berrhoënsis *Vir fuit probus, pius, melioribus temporibus dignus, de qvo etiam in numerum S. S. Martyrum referendo Romæ jam actum sit:* P. C.3. 11. 5. haud parum tamen ipsemet eidem de pietatis & probitatis opinione detrahit, qvando memorat: cum propterea *qvod à Cyrillo Lucari Episcopatum Thessalonicensem exorare neqvivisset, ira facem subministrante odia capitalia, in Cyrillum exercuisse, qvæ neq; novis promissis, neq; amicorum*

Allatius malè Cyrillum Berrhœensem laudat.

eorum intercessionibus, neq; ullo alio beneficentiæ munere restinctæ fuerint. Ecce, Virum præconio Papistico probum, pium, sanctum, & tamen ingratum, impium, in Patrem Spiritualem & Promotorem nullo modo reconciliabilem. Pergit: *Hinc freqventes insidiæ & sæpius pertentatæ ab utroq; fraudes Constantinopolitanum Clerum exagitarunt, donec ejecto Cyrillo suffocatoq;, ipse Patriarchatū iniit.* Agnoscis per insidias & fraudes Berrhoënsis Lucarem ejectum & interemtum esse. *Iracunde, non tantum verbo sed sæpe etiam manu cum Præsulibus agebat: ideoq; multorum invidiam subiit, qvi simul omnes cum Parthenio conspirantes, immerentem, contumeliosè è sede trudunt, & Tunetum ablegant.* Qvem Paulus, ut πλήκτην sive percussorem 1. Tim. III. 3. Episcopatu indignum judicat, eum Allatius non modo nominat probum, sed etiam immerentem è sede trusum esse dicit: Atq; sic fraudum & insidiarum architecti, irreconciliabiles & percussores thronis Patriarchalibus, imò etiam apotheosi sive Canonizatione, uti vocant, juxta anti-Paulinum & antiChristianum Allatium sunt digni. De Petricca illud moneo, notandum esse, eum malâ fide agere, si qvidem Allatius bona fide egerit. Refert Petricca; Berrhoënsem in thronum Patriarchalem evectum, fuisse adhuc schismaticum Apostolicæ sedi inobedientem se autem svadente & enixè rogante, eum fidem catholicam demum professum esse. At qvid opus erat ut enixè id peteretur ab eo, qvi obseqviosissimus Jesuitarum fuerat discipulus, qvi Episcopatum Berrhoënsem oblatum per Timotheum Patriarcham tum Constantinopolitanum *à Pontifice Romano non dissentientem*, sicut de isto Timotheo loqvitur Arcudius Dedic. operis de Concord. *nec à fide Catholicâ alienum* dicente Dionysio. Gvillio Jesuita, inconsulto Præceptore suo Gvillio acceptare noluit, qvi etiam Magistri semper memor ut primum thronum conscendit, Dionysium ut secum vitam degat arcessere voluit, qvæ omnia nobis prodidit Allatius P. C. 3. 11. 5. clarius adhuc Petricca redargui potest ex §. 2. loc. citat. ubi Allatius: *Jesuitæ Byzanthii multos ante annos fixerunt sedem, amplas Collegii ædes exstruxerunt, bibliothecam compararunt numerosam, &, sua non parum promoverunt commoda, multosq; ex plebe in partes suas pellexerunt; & cum absq; ullo stipendio pueros erudirent, aliaq; sacra ministeria exercerent: magnam sibi auram captarunt. His cum se opponeret Patriarcha Cyrillus Lucaris Anno 1622. Græci omnes & qvi Græcanicas traditiones ac Patrum doctrinam sectabantur, ne labes Calvinistica Patriarchæ*

Petricca mala fide agit, si Allatius bonâ fide egit.

authoritate in eam Ecclesiam irreperet, Patriarcham communi suffragio cathedra movent, & in ejus locum substituunt alium; qvi, sedi Romanæ obseqvium pollicitus per literas Pontifici se submiserat. Sed cum nollet ille cedere, & sectam ejurare, imo novis machinis Patriarchatum sibi, factionem onnullorum Episcoporum (modo dixerat Græcos omnes Lucarim deposuisse) *qvi idem fermentum sapiebant, Græci* (debuisset scribere Papistæ.) *viginti millium Daleriorum promissione impetrarunt, ut apprehensus captivus in Insulam Rhodum relegaretur, & Catholicus Græcus sufficeretur.* Si Græci petierunt, ut Catholicus Græcus nimirum Berrhoënsis Lucari sufficeretur, qvâ ratione Petriccæ tam enixè laborandum fuit, ut novum Patriarcham Papæ subderet? Atq; sic Petricca, qvi antea testimonium contra Allatium dixit, nunc vicissim ab Allatio mendacii arguitur. Tam veraces videlicet sunt scriptores & Doctores Pontificii. Justâ sæpe indignatione commoveor, qvotiens in Bellarmino ac Allatio, aliisq;, centies sed vanissime repetitas lego voces: Mendacium hoc est hæreticorum; primum, secundum, tertium &c. Mendacium; simulq; ipsos ejus criminis reos innumeris vicibus manifesto deprehendo, adeo, ut nonnunqvam mecum existimem, istam falsiloqventiam in ipsorum cum insano adversus nos ardore, qvem vulgo Zelum vocant, abiisse naturam. Verùm, sinamus eos mendacia mendaciis contegere ne perpluant. Hæc D. Vejelius l. c.

Falsiloqventia in Pontificiorum jam abiit naturam.

Atq; hæc tàm multa de Cyrillo Lucari ideò hîc proposuimus, ut Benevolus Lector, potissimum harum rerum ignarus, & libris his destitutus, pleniorem aliqvam de Cyrillo hoc Lucari cognitionem habeat, & tantò melius judicare possit, anne ego vel Cyrillo vel Hottingero ullam injuriam fecerim, vel qvicqvam affinxerim. Videt etiam Benevolus Lector, longè aliud certamen meum esse cum Hottingero circa Cyrillum, qvàm illi est cum Leone Allatio & Nihusio. Hi Cyrillum cum suâ Confessione dicunt *Hominem nefarium, sceleftum, idq;, ut Allatius palàm testatur, ideò, qvòd Synretismum Latino-Græcum antehàc cusum, noluerit promovere ut ita de Consensu Orientalis Ecclesiæ cum Occidentali tantò melius potuisset gloriari, id qvod etiamnum, sed falsò & contra Veritatem faciunt.*

Discrimen mei Certaminis cum Hottingero, & Hottingeri cum Allatio & Nihusio super Cyrillo.

Ego verò in meâ ad Ampliss. Senat. GEDANENSEM, Epistolâ Dedicat: verba mea qvæ Hottingerus refutat, cautè ita formavi:

Qvamvis autem malis & ærumnis Cyrilli Lucaris, qvas Hottingerus l. c. fu-

„*l. c. fusè recenset, minimè omnium insultemus*; sed potius intimo af-
„fectu condoleamus. Qvamvis etiam Confessionem illam Cyrilli
„Lucaris Patriarchæ Constantinopolitani Genuinum foetum esse per-
„negare nolimus, sicuti non pauci de eo dubitarunt, cùm primò Con-
„fessionem, Latinè tantùm editam, nullius præterqvam Cyrilli no-
„mine adscripto conspicerent, & tam ingentem in Religione muta-
„tionem, cujus nullus anteà rumor ad aures suas pervenisset, illic in
„momento accidisse, incredibile prorsus ipsis videretur: Confessio-
„nem tamen illam esse Confessionem totius Orientalis Ecclesiæ, nullo
„modo qvemqvam verè demonstrare posse censemus. Neq; enim
„Clariss. Hottingerus nobis persvadebit ex eo argumento, qvòd Cy-
„rillus ita senserit, illicò seqvi, Confessionem illam docere, qvalis do-
„ctrina in Ecclesiis Græcis, Cyrillo vivo, fuerit recepta.

Ex hisce meis, tùm in Epistolâ illâ Dedicatoriâ, prolatis verbis Hottingerus clarissimè videt, me omninò *cautè* voluisse in hoc certamen descendere, nec cum Pontificiis Cyrilli hostibus eandem tubam inflare, neq; illis gloriandi de Triumpho super Cyrilli capite ansam præbere; multominus Cyrillo laudem vel Eruditionis vel Innocentiæ in tam Tragicâ morte eripere, sed id solùm, dicere; Cyrillum ex suâ propriâ Sententiâ, qvæ Calvini fuit, confessionem illam conscripsisse & edidisse, non ex mente & sensu Ecclesiæ Græcæ. Et illud mihi, & ab Hottingero, si rem æqvâ lance pensiculet, imò & ab ipso, si adhuc in vivis esset, Cyrillo Lucari Patriarchâ Constantinopolitano omninò largiendum esse, docet ipsa Epistola, qvam Cyrillus Anno 1634. in Insula Tenedo exulans, & ultima fata expectans, propriâ manu Italicis literis ad Cl. Virum D. Andream Legerum Constantinopoli tum viventem exaravit, &, ut Hottingerus, pag. 559. scribit, *superstitibus fidelibus monumento esse voluit, qvâq; Sanctè testatus est, se constanti animo in verâ Fide moriturum.* Qvam Epistolam, & Italicè & Latinè redditam Hottingerus Appendici Dissert. VIII. inseruit, cum hoc luculento elogio: *Tanto enim eas literas discessuro mibi ex Belgio studio Celeb. D. Golius commendavit, ut majori non potuisset.*

Epistola Cyrilli, in qva testatur dissensum suũ cum Papistis, & consensũ cum Calvino.

Verba Italica illius Epistolæ ita habent:

Perciò hò voluto scriver á V. Rza. e protestami che mi fiate Testimoniose io moro, come moro Catholico Orthodoxo nella fede del N. S. I. C. nella dottrina Evangelica, conforme la confessione Belgica, la

ca, la confessione mia, ele altre delle chiese Evangeliche, che sono tutte conformi, aborrisco gli errori degli Papisti, e le superstitioni degli Græci: provo & abbraccio la dottrina, vel Dottor meritissimo Gioanni Calvino, è di tutti qvelli che sontono conlui. In qvesto voglio che mi siate Sigr. Legero testimonio, perche consincera conscienza, cosi tengo, cosi professo, è confesso, come anco lamia confessione monstra.

Id est:

Ad te igitur, Vir Reverende, scribere, teq; obtestari volui, ut testimonium mihi perhiberes, si moriar, me catholicum orthodoxum in Fide Domini nostri Jesu Christi, in Doctrinâ Evangelicâ, qva conformis est Confessioni Belgicæ, Confessioni etiam meæ, ut & aliarum Ecclesiarum Evangelicarum, qvæ conformes sunt, moriturum. Abhorreo ab erroribus Papistarum & superstitionibus Græcorum. Probo & amplector doctrinam Doctoris meritissimi Joh. Calvini, illorumq; omnium, qvi cum eo sentiunt. Hâc in re volo Domine Legere, ut Testimonium perhibeas; siqvidem ex Sincerâ conscientiâ, ita ego teneo, ita profiteor, & confiteor, qvod & Confessio mea monstrat. Hæc ex Cyrilli Epistolâ.

Cyrilli Epistola ad Utenbogardum.

Cui non possum non subjungere pauca verba, qvæ Cyrillus in Epistolâ ad Utenbogardum *in Volum: Epist. Eccles. & Theol. Amstelod. Anno 1660. excus. pag. 412.* consignavit:

In meis literis animadvertet, qvòd nunqvam aliqvid exaratur, „qvod mihi non dictet ratio & Veritas, qvibus semper submittenda „esse volo. Absit à me, à Conscientiâ, à moribus, ut veritas, vel „negligatur, vel non aliis omnibus præponatur, *ob veritatem ego & „cum propriis meis fratribus Ecclesiasticis Græcis controversor.* Hostis sum ignorantiæ & ut populum simplicem esse ἀμαθῆ non molestè fe„ro Ecclesiam καὶ ἐν τῇ ἀμαθίᾳ καὶ ἰδιωτίᾳ salvari posse homines „adversus fidei hostes indies qvasi dimicantes, atq; non armis, sed „patientiâ certantes, ut undeqvaq; se Christi fideles probent. *In „mihi displicet Pastores & Episcopos nostros tenebris ignorantiæ obmergi, „hoc est, qvod nostratibus exprobro, & nihil proficio.* Hæc Cyrillus Anno 1613. tum Patriarcha Alexandrinus. Uti autem ex his verbis Cyrilli eruditio & cura Episcopalis elucet: Ita qvoq; non obscurè apparet: Cyrillum jam tùm cum reliqvis Græcis non idem in Religione sensisse, ut qvi apertè scribit: *Ob veritatem ego, & cum propriis meis fra-*

Cyrillo jam A. 1613 fratres Græci contradixerunt.

fratribus Ecclesiasticis controversor. Hæc ipsius Cyrilli sunt verba, & proprium testimonium. Qvid? qvod & ipse Hottingerus nobis adstipulari non obscurè videtur; dum *in Enneade Disput. in Allatio nimiæ temeritatis convicto.* p. 198. §. 19. ita scribit: *Confessionem Cyrilli à Græcis ipsis non omnibus (constat enim in duas à longo tempore Græcos abiisse classes, rudes plerosq; pedarios qvibus inveterati mores legum instar sunt, qvibusq; nihil placet, nisi qvod proximorum seculorum invexit barbaries, & Parasitos Latinisantes, qvi voces habent venales, qvidq;, ut Græcus nuper qvidam, περὶ τοῦ δεῖνος apertè fassus est, multa in Græcam Ecclesiam evomunt, calamum Pontifici vendunt; Patrum scripta castrant; tales autem Græcis esse invisos, qvi transfugæ in Patriam dimicent, & ex adulatione victum qværant) sed magnis atq; eximiis viris probatam & vindicatam esse, &c.* Item & *in Topogmph: scripsit. pag. 96. Omnibus probatam fuisse Ecclesiis aut Antistitibus non dico, multis tantùm, & iis qvidem per Orientem Episcopis & Archimandritis, qvi erant eruditione & pietate ἔξοχοι ἄλλων.* Id qvod etiam ex authore Histor. Sclavon Provinc. p. 461. notavit Hottingerus, Topogr. p. 97. ita scribens: Illud certum est, ut cum auth. Hist. Eccles. Sclavon. Provinc. pag. 461. concludam, *ex hac Cyrilli Confessione apparere, puriorem doctiorum qvorundam apud Græcos de fide sententiam;* qvod & ipse jam ante ad compositionem hujus litis consignaveram. Adeoq; hâc ratione compositio hujus litis in proclivi est, nec habeo causam, qvod amplius contentionis serram reciprocem: Optarem, ut in aliis controversiis tam facilis esset conciliatio, vel Occidentalis nostra cum Orientali Ecclesiâ tàm facilè componi posset.

Hottingerus concedit, Cyrilli Confessionem non omnibus Græcis fuisse probatam.

Cernit autem insuper Orientalium rerum studiosus Lector, qvàm miser & turbatus, & periculosus, & pressus status sit Ecclesiæ Græcæ Orientalis, cùm de Patriarchis & Summis Ecclesiæ hujus capitibus talia legere & audire contingat. Misereatur Deus Opt. Max. illius Ecclesiæ, largiatur halcyonia & det Doctores secundum cor suum! Amen!

Ab eo tempore, qvo imperio Constantinopolitano potiti sunt Turcæ, magis magisq; majore semper incremento pressos esse Græcos a Turcis.

Non possum, qvin hîc annotem docta, pia & gravia verba, qvæ habentur in *Chronico Carionis. Lib. V. sub. Tit: Constantinus Palaeologus.* p. m. 889.

Talem cùm urbium omnium Regina in toto Genere humano urbi-

Chronicon Carionis graviter loqvitur de Potentiâ & Imperio Turcorũ.

experta sit sævitiam obscœnissimorum & crudelissimorum Latronum, exemplo moveamur, ut cogitemus de pœnis, qvæ aliis gentibus & urbibus impendent, ac metuentes judicium Dei, exuscitemus nos ad veram Dei invocationem, ac petamus assiduis gemitibus, ut Deus propter Filium, & servet inter nos Ecclesiam, & mitiget pœnas. *Nec tantùm pœna exemplum intueamur: sed & de antegressis Principum ac Gentis Græcæ peccatis cogitemus, & petulantiam usurpatam in lacerando regno discordiis ac bellis civilibus consideremus, & moti exitu tristissimo vivamus modestius, faveamus ac tueamur concordiam; nec diffidentiâ, ambitione, cupiditate vindictæ aut pleonexiâ turbemus tranqvillitatẽ communem, ne divulsis nobis & lanienâ mutuâ vel præconsumtis vel atteritis, accidat, qvod evenit Genti Græcæ.*

Constantinopoleos fata.

Sunt autem à Xerxis fugâ usq; ad L. Septimium Severum, qvi Byzantium triennio obsessum, tandem fame expugnavit atq; evertit, anni Sexcenti, Septuaginta Qvatuor, qvibus annis floruit Urbs.

Constantinus M. circiter Annum, postqvam devastata fuit à Severo, centesimum Sextum, eam restituit & ornavit: inde usq; ad hoc excidium sunt anni mille, centum viginti & unus. Interea etsi domesticis & externis bellis, interdum qvassata est, & principes habuit dissimiles; mansit tamen & arx imperii Orientis, & præcipua Doctrinarum sedes, & hospitium Ecclesiæ, sed alias magis, aliàs minus puræ. Nunc deletis Ecclesiis, Bibliothecis, & studiis Doctrinarum, sublatis ordinum Gradibus, Senatu & Magistratibus, & extinctis, vel oppressis nobilibus familiis, Arx est blasphemiæ Mahometicæ & stabulum latronum, qvi doctrinas, honestam disciplinam, leges, conjugiorum fœdus, castitatis decus furenter contemnunt, & nulla civilia ornamenta magni faciunt. Tantùm ardent infinitâ cupiditate dominationis, qvam tamen nihil aliud intelligunt, nisi facere vastitatem in genere humano.

Accidit urbi idem, qvod Oraculi versu Macedonibus significatum fuit, ut Constantini Nomen Urbi fatale, & Constantinus Imperans ἀγαθὸς καὶ πῆμα esset. Ambitum urbis esse tradunt, CXI. stadiorum, i. e. Milliarium Germanicorum trium & dimidii, Confer supra hic §. 63.

Ei iterum pag. 892, 893.

Hæc

Hæc Ottomannidarum familia ab exiguis orta initiis incredibili successuum celeritate crevit in immensum, & suo qvodam fato, & qvia Deus ad punienda omnium gentium peccata tam latè grassari sævam gentem voluit, sicut in Prophetis multis seculis ante prædictum fuit, tale futurum esse Regnum Gog & Magog. Sed occasiones invasionum, & victoriarum tantarum causæ extiterunt à discordiis, sceleribus, perfidiâ, ignaviâ, avaritiâ, levitate, diffidentiâ omnium ordinum orbis Christiani, summorum & inferiorum. Nam ex defectionibus etiam Christianorum spontaneis, plurimùm potentiæ Turcicæ accessit, qvod subinde aliqvid licentiæ militaris cupidi & moti successibus, ab Ecclesiâ ad Sectæ Mahometicæ Societatem desciverunt. Et qvia licentia per sese hominibus grata est, & qvia, qvo se fortuna inclinat, eò fit & voluntatum inclinatio, & omnibus ætatibus prophani & securi, qvorum ingens est multitudo in Ecclesiâ, judicant de Religionibus ex imperiorum successibus. Etenim non solùm propter opinionum, sed eventuum etiam & fortunæ dissimilitudinem in genere humano, qvæsiverunt & qværunt multi, Sitne aliqva Dei Ecclesia distincta à cæteris gentibus, & qvæ, & ubi sit, præsertim cùm & olim maxima pars generis Humani, qvando floruerunt ordine qvatuor Monarchiæ, ignara fuerit ejus doctrinæ, qvæ Ecclesiæ propria est, & nunc Mahometica barbaries complectatur præcipuam potentiam orbis terrarum. Qvomodo autem consentaneum est, parvulos & miseros, & crebris præliis fractos Deo curæ esse? Illos verò florentes fortunâ, victoriis, imperiis, à Deo abjectos esse, cùm qvidem fateri necesse sit, imperia divinitus constitui?

Ottomannidarum familia, in Christianorum perniciem crevit, ipsorum Christianorum culpa.

Qvanqvam igitur Potentia Turcorum est & fuit annis amplius Ducentis major, qvàm ullius Monarchæ orbis terrarum, non tamen existimemus, Dignitatem Turcici Tyranni majorem esse, qvia Dignitas Imperii non est in illâ Barbaricâ Tyrannide, sed apud eas gentes, in qvibus sonat vox doctrinæ cœlestis, & coluntur aliæ disciplinæ necessariæ Ecclesiæ & communi Vitæ. Ubi leges divinæ, & ex his extructæ aliæ honestæ leges, vigent & regnant, ubi judicia legitima exercentur & virtuti habetur honos, ac tribuuntur præmia: Scelera voce Divinâ prohibita, & pœnis publicis judicii Divini vindicata puniuntur, ubi locus est honestis congressibus hominum, & honestæ familiæ con-

Ex maxima potentia Turcici Imperii non potest colligi major Dignitas Tyranni Turcici pra Imperio Romano.

conservantur, ac justis armis proteguntur. Hæc apud Turcas hostes Ecclesiæ Filii Dei & justorum imperiorum non fiunt, qvia Doctrinas, leges, Societatis humanæ vincula, politias ad pietatis & humanitatis cultum accommodatas, judicia Legitima, fœdera conjugiorum, nobiles familias dissipant ac delent. Qvid enim fuit aliud Turcicum Imperium hactenus, qvàm aspera, crudelis & perpetua militia, occupata in efficiendâ passim vastitate, delendis legibus, Urbibus, Regnis ac Politiis benè constitutis, durissimo servitutis jugo cervicibus captivorum imponendo, proferendis in Infinitum limitibus dominationis, cujus adamantina vincula sunt & fuerunt οὐχ εὔνοια καὶ προθυμία καὶ χάρις ἐγγενομένη ὑπ' ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης, ut in justis & moderatis imperiis; ἀλλὰ φόβος καὶ βία, καὶ νεῶν πλῆθος, καὶ βαρβάρων μυριάνδρος φυλακή. Qvare etiamsi potentia est magna, tamen cùm nihil habeat simile illis antiqvis Monarchiis, qvæ deletis Tyrannis Leges & Justitiam restiterunt, & injusta onera sunt moderatæ, vix meretur imperii nomen, præsertim cùm & voce divinâ multa ante secula Tyrannis illa sit damnata, qvæ testimonia Deus exstare voluit, ne pii moti potentiâ & successibus deficerent à Filio Dei.

Non ergò qværamus imperium in illâ Barbarie, sed grati agnoscamus ingens Dei beneficium, qvòd Imperii Romani rudera nobis conservavit, & assiduis gemitibus ac votis petamus, ne sinat Deus Ecclesias deleri & fieri barbariem ac vastitatem, qvalis & in magnâ parte generis humani, ac præsertim, qvàm latè Machometica Tyrannis dominatur.

Et paulò pòst iterum idem Chronicon Carionis:

Principes instigantur ad inqvirendas Historias, & defendendã Patriam.

Optarim & Principes ipsos cùm in inqvirendis historiis Turcicis diligentiores, tum in defensione Patriæ conjunctiores & acriores esse, ac si magis nossent eam gentem & formam imperii ipsorum, & exempla sævitiæ, & militiæ genus, & præliandi consvetudinem, magnitudo rerum excitaret generosos animos ad majorem curam defendendi Patriam, Ecclesiam, Leges, Familias Nobiles, honestas Politias, Disciplinam, Doctrinas. Qvanqvam enim per se bella etiam justissima & mitissima, qvid sunt aliud, qvàm Tragicæ & Tristes pœnæ, qvæ non in singulos, sed universos, in familias totas magnas & parvas, Respublicas, Leges, Judicia, horribiliter grassantur, Ἄρης γὰρ τύραννος, Νόμος δὲ βασιλεύς. Tamen Turcica longè sunt tristiora,

qvi-

qvibus infinita & perpetua efficitur vastitas in omnibus rebus. Et qvalis sit gubernatio Turcica, nomen & eventus ostendunt. Turca enim Vastatorem significat, & res ostendit partem Terræ, qvæ Urbes plenas artium, Ecclesiarum, & aliorum ornamentorum, ita vastatam, esse à Turcis, ut nunc barbarica solitudo sit; sine luce doctrinæ, sine Legibus, sine Judiciis, sine ordine vitæ. Hæc Chronicon Carionis l. c.

In tanto divini cultûs contemtu & Turcarum in Templa iniqvissimâ immanitate.]

Longè felicior & lætior his in oris olim sors erat Christianorum sub Imperio Constantini M. & aliorum Christianorum Imperatorum. Qvo de juvat & delectat omninò audire *Hermiam Sozomenum Hist. Eccles. Lib. I. cap. VIII.* cum Voluptate disserentem, ut eò melius agnoscamus, unde boni hi Græci exciderint. Verba Sozomeni sic sonant:

Caput. VIII. *Enumeratio præclarorum Constantini facinorum, tum in Libertate Christianorum asserendâ, tum in templorum fabricatione, & rebus aliis Reipub. utilibus.*

Felicitas Christianorum Græc. sub Imperatoribus Græcis Christianis.

Constantinus autem, cum jam solus universo Imperio Romano potitus esset, subditis suis versus Orientem habitantibus edicto publico mandavit, ut Religionem Christianam colerent, & divinum Numen studiosè venerarentur: Illudq; solum Numen Divinum censerent, qvod revera sit, qvòdq; omni tempore satis in se virium & potentiæ habeat. Nam qvi in eo diligenter colendo studium suum ponerent, his omnia bona affluenter suppetere solère, & qvæcunq; cum Spe bonâ molirentur, ex sententiâ succedere. At qvi in Deo Optimo Maximo adorando delinqverent, res omnes publicè & privatim, in bello & Pace infeliciter evenire.

Constantinus M. subditis Christianam Religionem commendat.

Porrò autem, non qvò insolenter gloriaretur, sed qvò Deo gratias ageret, se dicere affirmavit, Deum, cùm ipsum idoneum suæ Voluntatis administrum esse judicaret, à mari Britannico ad Regiones usq; in Oriente sitas deduxisse, qvo tùm Christiana augeretur Religio; tum, qvi Divini cultûs gratiâ vel fidem constanter in tormentis confessi fuissent, vel martyria toleranter perpessi, illustrioribus honoribus insignibus ornarentur. Cùm hæc edicto exposuisset, aliaq; infinita, qvibus putaret subjectos suos ad veram Religionem impelli:

Propter Religionem ante hac pressi, libertate donantur.

omnia decreta actaq; temporibus Tyrannorum qvi Ecclesiam persecuti fuissent, abrogare cœpit: libertatemq; lege concedere iis, qvi propter Christi Nominis Confessionem, vel ad Insulas, vel ad alia loca contra voluntatem incolenda, vel ad effodienda metalla, vel ad opera publica obeunda, vel ad inserviendum Gynæceis textrinisve, vel administrandum curiis, cùm anteà Consiliarii fuissent, condemnati essent: Itemq; ignominiâ affectos, ignominiâ liberare; Qvi autem exercitu ejecti essent, optionem facere, vel pristinum gradum obtinendi, vel cum libertate honorificâ libero otio perfruendi. Posteà vero, qvàm omnes ad priorem suam libertatem, & ad consvetos honores revocasset, fortunas etiam, qvibus exuti fuerant, eis reddidit.

Christiani Bonis & honoribus exuti hæreditatibus & dignitatibus exhilarantur.

Qvòd si qvi morte condemnati bonis spoliati essent, eorum hæreditates ad genere proximos deferre: Sin nemo ex cognatis superesset, Ecclesiam cujusq; loci propriam hæredem fieri, & seu privatus qvispiam, seu Magistratus ullam possideret, restituere jussit. Atq; illis, qvi vel ea bona coëmissent ab ærario, vel gratis accepissent, se, qvoad fieri posset, honestâ ratione & modo provisurum pollicitus est. Ista qvidem, ut primùm ab Imperatore (uti demonstratum est) decreta fuere, legeq; confirmata, absq; morâ sunt ad exitum decorum consentaneumq; perducta. Nam Christiani omnes ferè Romani Imperii magistratus gerere cœperunt: interdixeruntq; omnibus, ne de cætero vel simulachris immolare, vel divinationibus nefandisq; mysteriis uti, vel statuas erigere, vel Festa gentilicia celebrare aggrederentur. Multa præterea vetera Civitatum instituta fuere mutata.

Idololatria Gentilis prohibetur,

Postremò, sicut apud Ægyptios cubitus ille, qvo inundatio Nili notari solet, non amplius ut moris erat, ad Fana Gentilium, sed ex illo tempore ad Christianorum Ecclesias delatus est: Sic apud Romanos tunc primum Spectaculum gladiatorum vetitum est; & apud Phœnices deinceps interdictum his, qvi Libanum & Heliopolim incolebant ne Virgenes (ut solebant) antè stuprari permitterent, qvàm cum Viris, qvibus dabantur in matrimonium, concumberent. Nam illis in more positum erat, ut post primum illum nefarium concubitum admissum, cum maritis, qvibus legitimo jungebantur connubio, unâ in unis ædibus vitam degerent.

nec non alia βδελύγματα.

Cum singul. circa Sacra templa.

Qvod autem ad Sacra Templa attinet, qvæ satis haberent laxitatis, reficiebantur: Alia altius erigebantur

tur, latioraq; non fine ſplendoris acceſſione fiebant. Nova etiam, ubi nulla antè fuiſſent, ab ipſis fundamentis extruebantur. Pecuniam autem ad hanc rem ex ærario Regio ſuppeditavit Imperator; ſcripſitq; tum ad Epiſcopos, tum ad Præſides cujusq; Provinciæ: Ad illos qvidem, ut qvæ vellent, imperarent; ad hos autem, ut morem gererent Epiſcopis, eorumq; imperata ſtudioſè facerent. Itaq; unà cum proſpero Imperii ſtatu magnoperè crevit Religio. Dicitur præterea Conſtantino in hoc Bello vel maximè per Signa ac Somnia declaratum, qvàm ſedulò Deus ſuâ providentiâ ipſi proſpexiſſet. Qvare cùm in omnibus bellis ſuo tempore geſtis victoriam eſſet conſecutus, veluti gratiam Chriſto redditurus, veram Religionem cum ſummo ſtudio excolere, ſubjectosq; ad eam ſolam Sanctè obſervandam, & ſalutarem ducendam, hortari cœpit. Qvin etiam ex terrâ, qvæ in ſingulis civitatibus vectigalis erat, certum vectigal, qvod ærario penſitari ſolet, accepit, & Eccleſiis ac Clero diſtribuit: Qvam qvidem largitionem in omne tempus ratam eſſe lege ſancivit.

Arma effigie Crucis ſignātur, ut milites ad Deum colendum aſſvefaceret.

Porrò qvò milites juxta ſecum ad Deum colendum aſſveſaceret, arma eorum effigie Crucis ſignanda curavit. In Palatio item exſtruxit Eccleſiam: Et tabernaculum Eccleſiæ figuram exprimens, cùm contra hoſtes prælio contenderet, ſecum circumferre conſvevit, ad eum finem, uti neq; ſibi in ſolitudine vitam agenti, neq; exercitui deeſſet ædes Sacra, in qvâ qvidem deberent Deum laudibus efferre, precibus ſollicitare, & Sacra myſteria percipere. Nam Sacerdotes & Diaconi, qvi ſecundum Eccleſiæ inſtitutum iſta munera obirent, tabernaculum aſſiduè ſecuti ſunt. &c.

Hactenus Sozomenus. Audi etiam, qvid *Euſebius Cognomento Pamphilus Cæſareæ Epiſcopus Hiſtor: Eccleſ. Lib. X. cap. 2. de Renovatione Eccleſiaſticarum ædium ſcribit:* Nos, inqvit, qvi Spem in Chriſto Dei defixam habebamus, incredibilem lætitiam animo percepimus. Qvin etiam omnium noſtrûm mentes divino qvodam & cœleſti gaudio triumphârunt, dum ſingula loca Tyrannorum ſcelere & impietate paulò ante diruta, tanqvam poſt diuturnam mortiferam vaſtitatem jam qvodammodò reviviſcere, & templa ſolo æqvata, ab ipſis fundamentis denuò ad immenſam altitudinem erigi, & multò majore ſplendore atq; amplitudine, qvâm illa, qvæ dudum everſa erant, il-

luſtrari videbamus. Imperatores etiam ipſi, qvi ſummam rerum obtinebant, ratis legibus pro Chriſtianis ſancitis Dei in nos munificentiæ permagnam qvaſi acceſſionem adjunxerunt. Imperatoris enim Conſtantini Literæ ad Epiſcopos ſunt miſſæ, qvibus & honores fuére illis delati, & donata pecunia. Vide caput ſeqvens III. Ubi Encœnia ubiq; locorum celebrata valdè graphicè depingit, & cap. IV. in qvo exhibetur Oratio Panegyrica pro templorum exædificatione recitata & Paulino Tyriorum Epiſcopo dedicata.

Lege hæc, & ingemiſce: O qvantum moderna Græca Eccleſia mutata ab illâ.

Templa Chriſtianorum Conſtantinop.

Tantum adhuc ſupereſſe templorum multitudinem.] Græci, qvi Chriſtianam profitentur Religionem, hâbent in Urbe Conſtantinopolit. XL. Templa & Sacella, in qvibus Deum ſuo ritu colunt. Latini ſive Romano-Catholici, qvibus hîc minus licet qvàm cæteris, in ſuburbio Conſtantinopolis, ſi ita Peram ſive Gallatam nominare fas eſt, operâ Henrici IV. Gallorum Regis obtinuerunt Collegium Jeſuitarum, qvi hîc rem Divinam peragunt. Eſt autem Pera è regione Conſtantinopoleωs, intercedente brachio maris, qvem Canalem vocant, confinis Hortis Principis, qvi contigui ſunt Regiæ, habentq; in eâ Chriſtiani Latini qvatuor Templa, in qvibus peragunt Sacra Myſteria. *Archontologia Coſmica pag. 671.*

Græci deſtituuntur campanis, non idem Moſcovitæ.

Videmus Græcos maximam partem campanis deſtitui.] De his campanis hæc annotat *Goar in Euchologio. p. 560. n. 4* Tardius à Græcis admiſſo campanarum uſu; lignis oblongis, vel metallicis laminis ictis, populum qvondam ad Eccleſiam vocabant, illisq; etiamnum hodiè, qvantum patitur Turcarum Tyrannis, utuntur. λαοσυνάγουσιν itaq; vel campanis (in locis nimirum deſertis, & à Turcarum, animas ſono deterreri arbitrantium, auditu ſemotis) vel ſignis ligneis (ea vocant σήμαντρα, perticas è ligno oblongas, & qvadras, qvæ variis locis malleolo percusſæ varios edunt ſonos.) Et tandem σιδηροῖς & χαλκοῖς, i. e. laminis ferreis, vel æreis, molliter recurvis, & è catenis ad portam Veſtibuli hinc inde, ubi nos Campanarias turres ædificamus ſuſpenſis; atq; in illis ἐπὶ τῶν σιδηρῶν, vel ut alii correctius legunt, ἐπὶ τῶν σιδηρῶν κρούει ὁ κανδηλάπτης. Hæc Goar.

Longè

Longè melius comparatum est cum Moscis suâ libertate gaudentibus. De his Author *Archontologiæ Cosmicæ. P. I. p. 466. b.* ita loqvitur: Primariâ in Urbe Moscuâ Templa sunt præter Nobilia LV. alia. I. Templum, qvod ipsi vocant TROYES, i. e. S. S. Trinitatis (appellatur Hierosolyma â Germanis) II. Templum S. Archangeli, in qvo magni Duces sepeliuntur. III. Blagave sine, sive Annunciationis Mariæ, novem habens Turres, qvarum tecta, uti est totius Templi ære deaurato cooperta, & crux altissimæ Turris & auro purissimo facta est. IV. Joan ValisKoy, id est, Divi Johannis Templum, cujus Turris Tectum deauratum est, abundatq; campanis, qvarum una longè maxima pendet Bis mille ducentas poëdas, qvæ valent ponderis nostri libras 66000.

Multis gaudent campanis, qvi Sanctitatem qvampiam in ipsum earum Sonitum ponunt, & absq; hoc sit, cultum ritè peractum non putant. Pulsant autem campanas suas diverso à nobis modo. Funes annexos ipsis pistillis tradunt, allidunt ea ad certos numeros eleganter. Unica persona qvatuor campanis sic ludere potest, nempe alligatis funiculis ad ambas manus, & utriusq; cubitum, diversimodè membris pro modulo faciendo motis. Templa cuncta ejusdem fermè sunt Figuræ. Lapidea qvinq; habent turres rotundas pomi formam in summitate exhibentes, qvarum maxima in medio surgit; qvælibet triplicatâ Cruce insignis.

Intrinsecus omnia rotundè sunt concamerata, procul dubio ad pervetustum morem Sapientum, qvo indicare volebant, nec absq; causâ, Dei adorandi majestatem indeterminatam, qvæ qvomodo nos vertamus, animadverti possit. Sacra loca Sancta esse volunt, nec facile concedunt peregrinis facultatem ingressûs, qvi si ex errore obveniat, verrant pavimentum Scopis post Terga illorum, rursus exire jussorum. Nemini impunè licet urinam reddere in Cœmiteriis.

Multitudo Monasteriorum.

Monasteria habent passim plurima. In solâ Novogradiâ Magna LXX. visuntur crassis lateritiis muris cincta, & plurimis rotundis turribus ornata, qvæ ferè æneis tegulis tectæ sunt. Inde de aliis locis conjicere licebit.

Olearius dicit, Anno 1635. retulisse sibi in Persiam abeundi cives, esse in solâ Urbe Moscua Monasteria, templa & Sacella, in qvibus divinus

vinus cultus peragitur, M.D. sita, tùm intra, tùm extra Mœnia urbis; Qvod, si verum sit, nescio an ullibi aliàs in toto orbe reperiatur.

Opulenta ex multis reditibus & spontaneis oblationibus sunt pleraq; monasteria, sita ferè in pingvedine terræ, in qvibus Monachi Vitam Sobriam & probam degunt, Ceremoniarum Magistri & suis exercitiis occupati. Sunt etiam pro Monialibus hinc inde ditissima. Qvædam tamen reperiuntur, qvorum incolæ satis tenuiter vivunt, vix atro Pane.

Græca Ecclesia erroribus & superstitionibus est referta.

Intra se Græci sentiunt Famem animæ.]

Tota enim Religio eorum (scribit *Regenvolscius L. IV. Hist. Eccles. Sclavonica, p. 461.*) non minus qvàm apud Pontificios in Superstitionibus, in jejuniis crebris & diuturnis, seu potius delectu ciborum, in cultu Mariæ Virginis & Sanctorum, præsertim Nicolai, Imaginum, qvas tantùm pictas habent, &c. consistit. Et *Joh. Jacob. Hutoricus* in libro suo *de Religione Græcorum*, referente Hottingero, (nam librum ipsum hactenus acqvirere non potui,) fuse probavit, complures Græcorum profiteri Spiritus S. Processionem à solo Patre; non à Filio; Spiritum Beatorum suffragiis, & votis delectari. Libero arbitrio nimium tribuere; baptisatos à Latinis in nomine Patris, Filii, & Spiritûs S. rebaptizandos esse docere: Sacram communionem mulieribus naturali mensium impuritate laborantibus & partui vicinis denegare; Mandatum Apostolorum temporaneum de abstinendo à Sangvine & Suffocato, ceu perpetuum urgere: Episcopis permittere, ut sint mariti, attamen non nisi Virgine in uxorem ductâ. Secundas, Tertias & Qvartas nuptias damnare, &c.

Christiani Græci à Turcis in Ecclesiâ dira patiuntur.

Destituti fidelibus Concionatoribus.]

Vulgus ita rude est, qvin & pleriq; Sacerdotes eorum, ut ferè qvid credant, nec explicare qveant. Inqvit *RegenVolscius. H. Sclav. L. 4. p. 461.*

Turcæ in Christianos Græcos magnam violentiam exercent.

Christiani à Turcis tolerare necesse habent violentiam in propria sua corpora.]

De hoc *Archontologia Cosmica p. 688. b. habet* seqventia: Videas aliqvando Turcas ebrios per plateas Urbis incedere tantâ insolentiâ ut nihil arrogantius in toto orbe Christiano tibi o currere possit. Si enim gressu titubantes; Christiano homini veniunt obviam, continuò

nuò irruunt in eum, eumq; mille modis molesti sunt, qvodq; deterius est, nulla est ratio; qvâ de eo tot injuriarum exigere ultionem possis, nisi velis certam magnamq; incurrrere pœnam; tanti faciunt suos Turcæ, ut nec improbos qvidem affinesq; culpæ lædi velint, aut patiantur, contra cogant exteros etiam innoxios injuriis succumbere, dumq; student suam Auctoritatem adstruere, nihil pensi habent, ipsam proculcare Justitiam.

Non malè fortassis conveniet hîc loci recensere, (qvod refert *Janus Dousa in Epistolâ de Itinere suo Constantinopolitano*) qvid id temporis in navi, qvâ vectus est, acciderit. Præter Polonos & Armenios (qvi navem conduxerant) adjunxerat se inqvit comitatui nostro nescio qvis Turcici generis mango, qvi duas mulieres cum puero in Moldaviâ emtas pretio suas fecerat: qvas Constantinopolim avehere properabat. Erant ibidem etiam aliqvot Calogeri (ita Monachi, qvi Sanctitatis & Doctrinæ Specie reliqvos antecedunt, appellantur) qvorum unus nullum morum Turcicorum usum habens (nam Ruthenus erat) palpo sibi puerulum Turcæ conciliabat. Qvod herus animadvertens statim è cubili suo prorumpit, atq; ita caput istius infelicis Monachi fuste dedolat, ut ille verberando; hic vapulando maximè defatigaretur. Jamq; eò res deducta erat, ut Monachum in mare abjecturus fuerit, nisi nos supplices, ut misero illi parceret precibus ac blanditiis intercessissemus. Triste sanè spectaculum, & qvod lachrymas homini Christiano exprimeret, hoc videbatur: Uni nempe Mahumetano, tot Christianis præsentibus (nam LXX. circiter numero eramus,) tantum Juris esse & Licentiæ. Sed Profectò ita res habet, eum, qvi cum Turcis (uti posteà uberius narrabimus) versaturus sit, à mulieribus, pueris, & mancipiis eorum abstinere neq; manûs solùm; Sed verò & oculos & lingvam domitos habere oportet.

Janus Dousa in Epistola de Itinere Constantinopol.

Christianus, qvi cũ Turcis versari vult à mulieribus, pueris & mancipiis eorum abstinere debet.

His addo, qvæ idem Dousa l. c. pag. 27. 28. seq. habet: Ad mulieres, inqvit, venio, à qvibus imprimis abstinendum esse superius dicere institueram. Has ita domi abscondunt, ut nec è fenestris illis prospicere liceat: Qvæ in publicum prodeünt, infames habentur; & ita tamen tectæ incedunt, ut nulla earum corporis pars ad conspectum pateat. Ne propinqvis qvidem, nisi certo anni tempore, eas videre permittitur. Siqvidem animis penitus imbiberunt,

Mulier Turcica cum Christiano ne qvidem potest loqvi.

 non

non posse mulierem à viro sine potiundi libidine, ac proinde sine mentis labe conspici. Homini Christiano interdum capitale, nisi argento præveniat, cum Turcicâ muliere colloqvi: Cujus rei exemplum qvoddam Armenium tibi dabo. Is cum aliis mercatoribus Leopolitanis in Obluczcice ad Danubium venerat. Cumq; adhuc juvenis esset, & exiguam Turcicorum morum notitiam haberet, cum fœminâ qvâdam, qvam fortè conspicabatur, sermones serere, instituit. Mulier non tam aliam ob causam, qvam qvod Christianus Turcico Idiomate loqveretur, mirata, ei respondet, ac tandem sermone ultrò citroq; habito ad hospitium Armenii, ubi etiam cœnabat, se contulit. Interim exploratores, qvi nusqvam in Turciâ desunt, hanc rem ad Judicem deferunt, dicentes Fœminam Turcicam in Domum Pagani ivisse. Judex postridiè manè, muliere in carcerem detrusâ, Armenium ad se venire jubet: Qvi cùm adesset Bregiaur (inqvit judex) utrum ne tu Deum, & jus Musulmanicum revereris? Qvidnam te (Pagane) commovit, ut tu cum orthodoxâ muliere rem haberes? An nescis talia scelera legibus nostris igne puniri? Tum Armenius: Si qvâ in re deliqvi, adest senior in nostro comitatu, qvi mihi præscripto Privilegii, qvod à vestro Imperatore habemus, mulctam irrogaturus. Judex hoc audito, Seniorem acciri jubet, eiq; dicit: Hic Armenius te appellat, dicens vos nescio qvo privilegio donatos. Senior statim diploma profert, ubi inter alia & hoc continebatur: Qvòd nimirum Armenius alicujus criminis reus, non à Judice Turcico, sed à suo Seniore puniri debeat. Lecto Decreto Imperatoris, inqvit Judex: Bonum habetis Privilegium, sed hîc non additum est, vobis licere cum mulieribus Turcicis rem habere. Qvo dicto, in Carcerem Armenium mitti jubet, ex qvo posteà magno auri pondere se redimere habuit necesse. Sic Armenio colloqvium illud cum muliere Turcicâ haud impunè processit. Hæc Dousa.

Turcæ Græcis Liberos eripiunt.

Orbitales liberorum non solùm qvà Corpus, sed etiam qvà Animam.]

Hâc de re ita scribit & exclamat *Peucerus. Lib. Chron.* Hæc est tristissima omnium servitutum servitus, qvam sub Turcis Christiani perferunt. Qvid enim potest piis mentibus accidere acerbius, qvàm spectare, ut liberi per Baptismum Christo inserti, & ad æternam cum

Deo consvetudinem sangvine Filii Dei redemti, rursus ab eo avellantur, & imbuti Blasphemo Mahometis dogmate fiant ex professo truces & immanes hostes Christi & Ecclesiæ, & cum cœlo bellum gerant, atq; in æternum pereant? Deniq; ut nostrorum & ex nobis natorum manibus hostes nostri nos jugulent, nostra evertant ac deleant!

Hæc animorum servitus major longè est morte ipsâ, qvod si multi intelligerent, majore impetu ferrentur, & incumberent in bella Turcica. Hæc Peucerus.

Pro Græcæ Ecclesiæ miserrimâ conditione omre jubet non solùm communis natura; sed & peculiaris Christiana Fidei consangvinitas.]

Non hîc possum intermittere, qvin aliqva adjiciam ex *Summâ Controversiarum D. Hornbeckii* huc facientia. *Lib. XI. pag. 976. 977.* Ad nos autem qvod spectat, existimo inqvit, omninò majorem curam impendendam esse Orientalibus, eorumq; Ecclesiis, plusq; opis nostræ & auxilii, qvam hactenus soleat. Oportet magis constare nobis & nota explorataq; esse istarum Ecclesiarum negotia, statum ac res; tùm qvoq; juvare illos; & qvâ civilem, qvâ Ecclesiasticam & Spiritualem iis offerre operam. Nimium certè ab aliis Ecclesiis & longius dissitis avulsos nos gerimus atq; alienos: Et vix aliqvid certi scimus de præsenti illarum statu. Qvod contra communionem Sanctorum videtur, ubi nempe major haberi potest ac debet; & præter disciplinam Ecclesiarum. Qvantò esset melius, qvàm nobis, qvamq; illis utilius ac svavius, communionem habere magis intimam, freqventemq;, & commercium inter nos existere arctius & solidum ad mutuam in Fide & Charitate ædificationem, atq; consolationem! Tale inter Ecclesias Orientis & Occidentis vinculum fuit Apostolorum ævo, diuq; in Ecclesiâ mansit per multa secuta secula; nihilq; ad Ecclesiam aliqvam destruendam efficacius esse, qvàm si à reliqvo corpore nimis temerè aut deseratur, aut recedat sponte; vel qvoqvo pacto divellatur, observatum plurimis exemplis fuit. Hoc Diabolus negotium sumit, ut dirimat animos, & Ecclesias scindat: contrà divini Spiritûs opus est, & argumentum, tenere σύνδεσμον unionis & communionis Sacræ inviolabile. Aut qvid tantæ difficultatis esset, vel qvotannis, vel qvâ aliâ occasione, si non per Legatos, Apocrisiarios olim dictos, Ecclesiarum aut Synodorum mutuos; per literas, qvales encyclicæ

Major meritò debebat esse communicatio Protestantium cum Græcis.

(Q) 2 olim

olim fuerunt, vel communicatorias & formatas, ea qvæ pacis & ædificationis curare ac promovere ad invicem? De qvo *Optatus Milevitanus* dixit *Lib. II.* Ecclesias per totum orbem commertio formatarum in unâ communionis Societate potuisse concordare. Sed de hoc aliàs dicendi uberior erit locus. Certum est, qvòd cum Europœis propius jungi Orientales amant: Deinde, qvod cum nullis in Europâ Ecclesiis in consensum melius reduci possunt, ac cum nostris, modò in nonnullis rectius instruantur. Ostendunt hoc ipsorum cum nostris crebræ tractationes.

Qvid debeamus Græcis. Et pag. 981. Qvo major incumbit cura & sollicitudo, providere, ut qvovis modo, sive per nostrum ad ipsos, sive ipsorum ad nos accessum, tùm in aliis doctrinis, tùm præcipuè in Religione uberius instruantur, & illud à nobis referant suorum erga nos olim beneficiorum fructum (qvippe ab illis nos studia, & religionem accepimus,) ut nostrâ juventur doctrinâ & doctoribus.

Et pag. 987. graviter ita loqvitur: Hùc ergò, uti diximus, flectendi oculi & cura nostra, qvò à nobis erudiri & juvari qveant, atq; ad Ecclesiæ communionem postliminio reduci. Hùc qvilibet qvodcunq;, pro loco qvem tenet, & Donis sibi â Deo concessis, potest, conferat oportet: Et nos ut ad hoc officium omnes cohortaremur, in præsenti negotio diusculè fuimus versati. Desideramus autem, ut in compendium contraham, fermè ista I. ut certior uberiorq; contingat notitia præsentis status Ecclesiarum Orientalium & Græcarum, sive per litteras, sive per exploratores eò missos. II. Majorem apud nos curam & studium pro illis juvandis: Apud Ecclesias nostras, Politias & Academias. Qvem in finem Seminaria, qvæ diximus, fructu haud carent. III. Institutionem pleniorem uberioremq; illis à nobis impartiendam. IV. Tùm de propius illis uniendis nobiscum prudens ac Sanctum consilium. V. Continuamq; cum illis correspondentiam, sive communionem, aut per Epistolas, aut Legatos Ecclesiasticos. Hùc pertinent, qvæ habet *Hottingerus: Theatr. Orient. Eccles. Part. 2. pag. 2.* Officium Hominis, præsertim Doctoris Christiani est, tum reliqvos Symboli Apostoli Articulos, piâ semper & jugi contemplatione habere ob oculos; tùm verò illum etiam, qvi est de Ecclesiâ Catholicâ, æstimare dignissimum, qvem seriò & expendat ipse, & aliis in-

is inculcet. Cujus posterioris Lemmatis ratio potissima, est arcta illa communio, qvam Sacra Scriptura exprimit similitudine unius ad omnia membra Corporis 1. Cor. 10. v. 17. qvorum idem est nolle & velle; vel lætari secundis, vel tristari adversis, Rom. 12. v. 15. 1. Cor. 12. v. 26. qvod qvidem fieri non potest, nisi, qvid alibi agatur, qvæ ratio, qvæ facies sit ubiq; aut conditio Ecclesiæ, exploratè habeamus perspectum. Valde proinde indignum est, oculos mentis, iisdem qvibus corporis visum terminare spatiis, & in arcto tantùm sive climate, sive agro ostendere Ecclesiæ Catholicæ angustam sedem, qvæ latissimis patet spatiis. Generosiora pectora plus ultrà, & ad ultimam Thylen, extimam Ormus, dirigendus cursus, indidemq; corporis mystici membra accersenda.

De Bello contra Turcam.

De Bello contra Turcam.] Qværitur hîc. *An Bella contra Turcas propter solam Religionem eorum suscipienda, vel communi jure Divino, vel loco talionis, qvod Mahomet hoc prior egerit?* Vide pluribus de hoc agentem D. G. *Voëtium Disput. Theol. Tomo II. p. 681. 682.* & remissivè. Ego hîc brevibus solùm ejus Responsionem & alia aliqva adjungo. Neg. cum Distinct. Longa enim Præscriptio & populorum & Principum subjugatorum sive conventiones sive subseqventes consensûs, & approbationes aliæq; rerum immutationes, qvæ hîc intervenerunt, juri Bellorum istorum repugnant; Si modò Turcæ terras Christianorum offensivo bello non invadant, nec Christianam fidem & Christianos in Imperio suo excidant. Instantias aliqvas solummodò hîc (adhuc) indico, qvæ Papis & Pontificiis classicum contra Sarracenos assiduò canentibus, ad hominem opponi possint: Tum antiqvos Christianos sub Imperio Romano in Oriente, Occidente, Africâ constitutos debuisse perpetua bella movere contra Imperium, qvod prius tempore Gentilismi sui bello injusto populos illos subjugarat, & postea ad Fidem Christianam accedentes, crudelissimè persecutum erat. Adhæc Imperatores & populos Italiæ, qvi à Papis potestate suâ aut in totum, aut ex parte ante hæc privati sunt, debere armatâ manu omnia sua repetere, non obstantibus pactis, transactis, mutationibus & præscriptionibus qvibuscunq;. Vide reliqva. Orationes de Bello Turcico habitas aut scriptas qvis enumeret? Mihi nunc ad manum sunt Triginta

ginta selectissimæ Orationes & Consultationes de Bello Turcico in primum Volumen collectæ à Nicolao Reusnero Anno 1595. Wittebergæ in IVto cum prolixâ & insigni ejusdem Præfatione.

Secundum Volumen & Tertium siqvidem prodiit, hactenus non vidi. Extra illud volumen extat Oratio *Felicis Ridigeri Borussi, De omnium Gentium Europæ Societate contra Turcam pangendâ*, Wittebergæ Anno 1596. Hæc Voëtius.

De Bello contra Turcam unanimi consilio & robore Christianorum suscipiendo vide brevem qvidem, sed nervosum libellum Anno 1663. Pragæ in Forma 12. Typis Universitatis emissum, cujus hic est Titulus:

UCALEGON
Germaniæ, Italiæ & Poloniæ,
HUNGARIA
Flamma Belli Turcici ardens,
Productus
à
M. THOMA JOANNE PESSINA, Litomistensi,
& Marchionatûs Moraviæ Historiographo.
Præfationem Autor præfixit brevem, sed Patheticam, cujus hic est Tenor:

Tunc tua res agitur (ait ille) paries dum proximus ardet.

ARdet ecce Hungaria, paries vester, Germania, Italia & Polonia, proximus, proximus à vobis Ucalegon ad cujus incendium, qvod jam alte nimis pascens ima qvæq; & ferè ultima serpit, extingvendum, ni cito & potenter, accurreritis actum est de illa, actum erit & de Moravia tua ô Germania, prima adversus Barbaras gentes Marchica, qvam flamma hujus mali jam magna satis attigit: Actum est de nobilissima tui portione Austria, Syria & Corinthia; actum & de tuo clypeo tuo inclyto Bohemiæ Regno, ac Silesia: Actum deniq; & de te ipsa. Si enim paries ille, qvi huc usq; tibi pro antemurali erat, corruat, si & Clypeus ille decidat, qvid superest ultra, nisi ut tu qvoq; ruas, decidas & incendio pari consumaris. Neq; ô Italia à periculo tuta

lo tuta eris devicta enim Hungaria, ac parte residuâ Croatiæ, nihil est, eritq; Turcis invium. Per Carnos & Forum Julii terrestribus ejus copiis facilis ad te patebit transitus. Similiter & Polonia qvid tuti sperare potes. Si Turcam Transilvaniam totam sibi in Provinciam rediget? Si Ungaria superiore, si & Silesia potiatur? Agite ergo universi tam Germani bellicosissimi milites, qvam Itali & Poloni audacissima pectora & vicina suo Ucalegoni, coadunatis viribus succurrite. &c.

LIBELLUS
divisus est in duas partes.
In Parte I. agitur
de

Origine Generis Turcarum
&
Progressu ejus.

HIc Autor brevissimè, sed & nervosissimè deducit qvo tempore, & qvomodo Turca vires qvotidie majores, acqvirendo, unum Regnum, unam Provinciam post aliam occupaverit, donec jam & Raccocio deposito, occupationem totius Ungariæ, Transylvaniæ, imò & Imperii Romani meditatur.

In Parte II. proponuntur
Motiva ad succurrendum Hungariæ, & capessendum universale contra Turcas Bellum.
Illa Motiva desumta sunt

I. A Necessario.

QVia videmus, qvantâ rabie Turca feratur in universum Orthodoxæ Fidei nomen, qvantâq; truculentiâ ad evertendam Rempublicam Christianam & subjugandum totius Romani Imperii Decus, non justo belli odio, non veri hostis more sed furore qvodam antemurale nostrum, hostilem in modum aggrediatur, &c. Et, ut paucis omnia complectar, non est contentus iniqvissimus prædo, duobus Imperiis (Constantinopolit. & Trapezuntico) ac LXXVII. Regnis, Provinciisq; innumeris, qvæ omnia à Majoribus suis Christiano nomini per summum nefas erepta possidet: Sed nunc qvoq; ipsemet

Roma-

Romanum Imperium, tanqvam hoc ſibi relictum certamen, evertere, atq; de medio tollere intendit, ad idq; properat, ut deviĉtâ Hungariâ & Tranſylvaniâ in Provinciam redacta, cætera qvoq; Europæ Regna poſſeſſis ſuæ terræ adjiciat. Vide reliqva p. 120. ad p. 152. in qvibus paginis omnes omnium gentium Nationes alloqvitur potiſſimum Gallicam, Polonicam, Moſcoviticam, Germanicam etiam transmarinam, & illis omnibus neceſſitatem ſuſcipiendi hujus belli clarè ob oculos ponit.

Motivum II. deſumtum eſt
Ab Æqvo & Juſto.

Nervus hujus Argumenti verbis Autoris expreſſus hic eſt: Bellum, qvod pro gloria Dei, pro tuendâ Religione, pro ſalvandâ Patriâ gereretur, nemo unqvam Veterum injuſtùm reputavit. Hinc Moyſi, hinc Ioſuæ, hinc Saulis, hinc Davidis, hinc Macchabæorum prælia commendantur. Hinc illi Demoſthenis clamores, qvibus plenum exultabat apud Athenas theatrum, in Marathone, in Arthemiſio, in Salaminâ pro Patriâ defunctos commendantis, &c.

Et nobis adeſt honeſtiſſima ſimul ac juſtiſſima belligerandi cauſa, adverſus illum hoſtem, qvi Deum noſtrum blaſphemat, Eccleſias noſtras diruit, & omne Chriſtianum nomen ſtirpitùs evellerè ſatagit, nullâ prorſus â nobis invitatus injuriâ, ſed rabie qvâdam horribili ſuccenſus in nos fertur, qvâ cuperet, ſi nobis omnibus unicum caput eſſet, illud uno momento perdere, ſicq; omnia noſtra ſibi per ſummum ſcelus vendicare.

Injurias videamus, qvas ille ipſâ crudelitate ſævior nobis intulit, vulnera, qvæ Chriſtianæ Reipublicæ ſummâ cum oppreſſione Orthodoxæ Fidei, inflixit, perpendamus: Sic enim & injuriæ magnitudo notior & belli præſentis juſtitia manifeſtior erit.

Dehinc enumerat incipiendo à Terrâ Sanctâ illa omnia, qvæ nobis Chriſtianis à Turcis ſunt ſurrepta & ablata. pag. 154. 155. 156. 157. 158. oppreſſâ Orthodoxâ Fide, conculcatâ noſtrâ Religione & Chriſti nomine undiq; eliminato, ac dato ludibrio, &c.

Qvid ergò in tanto damno, in tantâ injuriâ dicemus? An de juſtitiâ Belli adverſus hæc monſtra hominum dubitabimus, qvi meram barbariem atq; truculentiam ſpirant, qvi ſangvinem noſtrum ſitiunt, qvi cœco furore in nos ruunt; qvi cædibus ſaturari non poſſunt, qvi

Sacra

Sacra Dei noſtri omnia polluunt & exterminant. Itane impunè hoſti cedet violentè acta in nos Tyrannis? Impunè tot ab eo inflicta Chriſtianitati vulnera? Impunè tot direpta vicinarum Provinciarum oppida? Impunè tanta hominum utriusq; ſexûs cœdes, agrorum devaſtationes, incendia, &c. &c. vid. p. 152.

Et pag. 159. Qvot ecce jam Regna ab Evangelio ſunt aliena? qvot fideles populi ſub jugum infidelium dati? qvæ gens jam non hæreditavit terram Domini, & non obtinuit ſpolia eius? Sive Orientem reſpicimus, ſive Meridiem, ſive in Arcto vertimus oculos, omnis Eccleſiæ compoſitio ablata eſt, &c. &c.

Qvid aliud Turcæ ſuâ illâ vi nefariâ intendunt, niſi ut Imperio Ottomannico, & uni Mahometicæ legi cuncta ſubmittunt? Si poteſtis hoc ferre Principes ac Populi Chriſtiani, manete Domi, &c.

Cogitate ergò, qvid Deo & Patriæ debeatis, mementote Profeſſionis veſtræ, qvam in Baptismate ſubiiſtis: Perpendite, qvantum maximè Deo tenemini atq; ita reddite vicem pro ſuſceptis beneficiis. Eſtote grati Altiſſimo, &c. &c. p. 161. ſeq. Ecqvis igitur noſtrûm, niſi Deo pariter & hominibus inviſus, etiam hîc juſto induci Zelo recuſaret? qvis non ad perſeqvendum Dei inimicos animum erigeret? qvis non arma libens ſumeret, & in apertum etiam rueret diſcrimen, pro Deo, & pro gloriâ nominis ejus, pro qvâ mori, vah! qvàm dulce mori!

Tandem Autor p. 165. hoc motivum his verbis concludit: Atq; ita nemo retorqvenda miretur arma in Turcas, qvæ ipſimet nobis in manus tradiderunt, qvæ & ipſa æqvitas & natura ad propulſandam eorum immanem vim, reqvirit; juſtè enim bellat, ut vim ſibi illatam repellat.

Motivum III.
Ab Utili.

Cur enim ſe bello qvisqvam immiſceat, niſi & bello ſe juvet? Nos utilitatem maximam exinde conſeqvemur, ſi bello hoc præſenti cuncta illa mala, qvæ cervicibus noſtris imminent, & extremam minantur perniciem, à nobis forti animo propulſabimus. Hic Patriam, Imperium, Fortunasq; noſtras & qvicqvid amabile homini Chriſtiano eſt, omnia ceu in aleâ poſita videmus: Qvæ ſi integra inviolataq; ſervaverimus, qvantum non inde emolumenti capiemus? tùm imminens à nobis Mahometis procul excutiemus jugum, tùm Paci tranqvillitatiq; perpetuæ conſulemus,

Accedent opima Spolia, Arma, Eqvi, Vestes, &c.

Ostenditur, qvomodo Germani antiqvos Terminos Imperii Romani possint recuperare &c. p. 167. 168. ad p. 172.

Utinam qvoq; Poloni hanc oblatam ultrò â Deo immortali occasionem arriperent, & spe recuperandæ Moldaviæ, Valachiæ, & Bessarabiæ, qvas Provincias in Clientelâ Regum ipsorum fuisse aliqvando constat, nobiscum arma conjungerent, debellari possent penitus (palam id omnes affirmant) expelliq; Turcæ, & à tam diuturnâ Orientalium in Europâ partium processione deturbari, &c.

Et p. 176. Porrò, si alicui vestrûm perfectioris Spiritus, videatur pusilli esse animi lucris tantûm inhiare terrenis, ac temporaneæ vani nominis Gloriæ; si mens Generosa altiora affectat præmia & cœlestes aspiret in Thesauros: Et talia cum uberrimo fœnore vobis Sacra ista expeditio repromittit. Et ut citò id explicem, Regni cœlestis possessio Christiq; hæreditas vobis offertur, & qvidem non solùm vincentibus, verùm etiam fortiter occumbentibus. Nam si omnibus, ut inqvit Orator, qvi Patriam juverint, auxerint, defenderint, sit in cœlo definitus locus, in qvo beati Sempiterno ævo fruantur: verius & certius hoc illis promittitur, qvi honorem Dei, qvi Religionem Christianam, qvi orthodoxam Fidem tuebuntur, & adversus impiam gentem invictis animis bellum gerent.

O igitur nobile Bellum! O felix præmium, &c. &c. p. 177.

Motivum IV.

A Facili.

In hoc illud vel maximè animadvertendum est, ne major hostibus, qvàm nobis sit scientia rei militaris, ne freqventior usus, ne pecunia copiosior, ne potentia superior, ne Deus ipse faventior: Qvin imò, neq; si pares utrinq; vires fuerint, bellum svaserim. Nam teste Octaviano Cæsare, qvi prælium sine certâ prærogativâ committit, similis est ei, qvi hamo piscatur aureo: facile namq; plus amittere, qvàm lucrari potest.

At miseri, seu vestram Germani Virtutem mente perpendam, seu vestros Itali ac Poloni audacissimos Martemq; ipsum spirantes Vultus considerem, multò vos præ cunctis Ottomannici Imperii gentibus bello aptiores, multò expeditiores, peritiores, audentioresq; video, Vobis enim homines, vobis eqvi, vobis arma, vobis pecuniæ abundè

abundè suppetunt: Et ubi obsecro tot Clariss: Principes? tot Generosi Proceres, tot fortissimi Eqvites, tot potentes Civitates, tot Divitiæ, tot Auri, tot Argenti, tot Ferri Mineræ? Ubi tanta hominum multitudo, tanta juventus, tantum animi, tantumq; roboris? Non est profectò ulla manus Turcica, etiamsi totum robur Græciæ & Asiæ unà sumatur, tam valida ac potens, qvæ Fortitudini vestræ æqviparari possit. &c. &c. p. 181. 182.

Adferuntur exempla Godofridi Bullionei & aliorum, qvi secum in Asiâ militarunt, & parvâ sæpè manu ingentes Turcarum exercitûs deleverunt. p. 181. 182.

Pag. 183. Nicolai Zrinii Comitis sive Præfecti Croatiæ, strenui armis & consilio Viri ac multis nostrâ ætate contra Barbaros gestis bellorum titulis insignis, qvi sæpè cum parvâ manu, ingentes Turcarum exercitus fudit & prostravit. &c. &c.

Pag. 185. Sed multitudine nos superant Turcæ: Esto. Nonne pauciores Christiani persæpè maximam belli laudem ex hoste numerosissimo tulerunt? indignatur eo modo vincere præclarus miles, ubi nec singulorum Virtus spectari, nec privatæ multum laudis domum afferri potest.

Pag. 187. De Fortunâ nihil est qvod timeatis, vel dubitetis, Viri Fortissimi, hanc enim incitabit Virtus Vestra, & virtutem adjuvabit illa, & qvod maximè in hoc genere rerum gerendarum desideratur, consilia, conatûsq; vestros celeritate æqvabit: Qvamvis pudeat aliqvam fortunam fateri, qvam non in manu atq; ense positam habeatis. Dii namq; ibi esse consveverunt, ubi ipsa qvoq; stat æqvitas. Vid. seq. p. 188. seq.

Fatendum qvoq; est indubitanter illud, atq; pro certo habendum Ottomannicum Imperium, qvod vi, insidiis & pessimis artibus exortum atq; auctum est, & divinis humanisq; obrutum sceleribus, citò casurum esse, periturumq;. Malè enim parta, malè dilabuntur, & imperia nemo diu violenta tenet. p. 191.

Pag. 194. Non est abbreviata manus Domini: Et qvamvis elongata sit à nobis misericordia sua propter peccata nostra, tamen propitius est Dominus Deus noster, & multus ad ignoscendum; si redierimus ad eum, & ipse redibit ad nos.

Facile

Facile per obedientiam placabimus, qvem per contumaciam irritavimus: Qvi ut primum nos viderit humiliato corde, mox odium in nos conceptum vertet in hostes, & nobis victoriam dabit.

Bono ergò estote animo Christiani omnes & confortati in Domino accingamini, & sumite arma, &c. Agite, &c. p. 195. Tu autem Deus Optime Maxime, &c. p. 195. 196. 197.

Da Victoriam de tuis hostibus, ut tandem iis repressis, dignas tibi cantemus laudes, tibiq; perpetuò serviamus, & omnis terra te adoret, & nomini tuo Psallat in Secula Seculorum, Amen.

Finis Annotationum ad Præfationem sive Epistolam Dedicatoriam primæ Editioni præmissam & hic repetitam. Seqvitur jam liber ipse Christophori Angeli de Statu & ritibus Græcæ Ecclesiæ, Græcè & Latinè cum augmento Annotationum.

DUm, Genitor Reverende, doces, qvæ dogmata servet
Græcia, Christjani pars numerosa Gregis:
Solvimur in qverulos, legimus qvi talia, luctus,
Duriter, heu! Scythico pressa qvod illa jugo.
Scilicet in mundo hanc tolerans Ecclesia sortem,
Hostili semper læsa furore gemit.
At tu, Summe DEUS, tales cohibeto furores,
Oppressumq; tuum, qvæso tuere gregem,
Neve qvid Arctois tale audeat hostis in oris,
Pro populo Vindex corripe tela tuo.
Tu qvoq; consimiles, Pater Optime, pergito fœtus
Ingenii plures, edere, clarus eris.
De pietate etenim, & studiis benè velle mereri,
Atq; labore alios erudiisse suo:
Est ad prælustrem, tutissima semita, famam,
Et vehit ad summi celsa theatra Poli.

Ita applaudebat Pl. Reverendo & Venerando Domini PARENTI, cum ardentissimo Voto, Longævæ benevalentis atq; robustæ Vitæ, & feliciffimorum, tam in officio Sacro Ecclesiastico, qvàm per omnia alia, Successuum

Filius Obseqventissimus Observantissimusq;

CONSTANTINUS FEHLAU.

Enchi-

INDEX RERUM.

Numeri deſignant §. Annotationum, & ubi litera a. eſt addita, indigitantur §. annotationum in Epiſtolam Dedicatoriam.

A.

Canones

Kiomny-

Metro-

INDEX

Index locorum Scripturæ, in hoc libro explicatorum & à ſtrophis Adverſariorum vindicatorum.

FINIS.